

HIPPOLYTI RIMINALDI

I. C. FERRARIENSIS ET COMITIS AVLÆ LATERANENSIS

IN ALMO PATRIAE SVAE GYMNASIO
Primam ordinariam Iuris Ciuilis Vespertini Cathedram regentis,

In aliquot Institutionum Imperialium Titulos dilucida Commentaria:

MAIORI QVAM ANTEA DILIGENTIA RECOGNITA atque etiam præter interpretationem ad Tit. de Testamentis,

Nunc primum in lucem prolatam,

Innumeris propè Additamentis aucta, quæ parentheſi ( ) clauſa, manu ☞ ad marginem inſinuantur.

CVM SVMMARIIS ET INDICE LOCVPLETISSIMIS.

CVM PRIVILEGIIS.







Venetijs, Ex Officina Ioan. Baptiſtę Somaſchi.

M D LXXXIII.



DEL SIGNOR TORQVATO TASSO.

Quei, che gia denno a la feroce Sparta
L'antiche leggi, & a la dotta Athene,
Peregrini cercar monti & arene
Cogliendo la uirtù, ch'in molti è sparta:
Ma tu Signor, c'hor la ritraggi in carta
Non lasciasti però l'Alpe, ò Pirene
O questo mare, ò quello, anzi à te uiene
Altri perche sauere à lui comparta

Se pur del Simulacro non è pago
Et è loda maggiore in un raccorre
L'estrane genti, ch'ir fra quelle errante.
Ma s'è l'ingegno tuo d'intender uago
Peregrina tal uolta, il Ciel trascorre
Di cerchio in cerchio, e le sue leggi sante.



SERENISSIMO
AC MAXIMO
DVCI
Alfonso Secundo Estensi,
HIPPOLYTVS RIMINALDVS
Felicitatem, & *S. P. D.*





VM quotidiano quasi conuitio, Serenissime Princeps, amici efflagitauerint, vt Commentarios, quos septem & viginti ab hinc annis in tres Iustiniani Institutionum Titulos edideram, rursus in lucem emitterem, opus (absit uerbo iactantia) iuri operam nauantibus vtilissimum: Ego ne aut amicorum causa noluisse, aut laborem fugisse viderer, & vt legum professoribus in hac Iuris parte iterum cumulatius quàm antea fecerim prodesse, opus hilari, quod aiunt, fronte aggressus sum: cumque infinitis prope additionibus librum adauxerim, & quarto etiam addito Titulo locupletauerim, meas nunc esse partes animaduerto vt has qualescunque lucubrationes Tibi, Principi Optimo, ac Maximo, ex animo dicem ac sacrem. Quod libentissime facio, cum ut vetus meum tuear institutum, quippe qui superioribus annis tibi secundam Codicis partem, deinde tertium Responsorum meorum Librum dedicauerim: tum ut iste Liber, qui olim auspice Serenissimo Patre tuo recolendę memoriæ feliciter in lucem exierat, nunc quàm maxime auctus, Te Duce Maximo

fauente, gloriosissime prodeat. Pro tua igitur humanitate, propensáque animi in te mei deuotione munus hoc,licet impar Altitudini tuę,suscipias rogo, meque Tibi penitus addictum memoria serues. Vale, Italię decus amplissimum.

TYPOGRAPHVS

LECTORI S.



Omplures fuere, ac ijdem doctissimi viri, multoque ingenio præditi, qui per omnes ætates Iustiniani Imperatoris optimi, atque laudatissimi Institutiones suis Commentarijs illustrare ac declarare conati sunt. Nec in tanta Doctorum varietate semper aliquid noui allatum esse, cuipiam aut nouum, aut mirum uideri debet. Ignita.n. illa virtutum semina à summo rerum omnium opifice humanis mentibus tradita; continuo quasi desiderio flagrare, eoque uoluntatem nostram impellere videntur, ut necessariò rerum nouitatem summa vi appetat, summo studio quærat, summa etiam delectatione amplectatur, & contemplentur. Hinc est ut nostræ etiam ætatis excellentissimi Viri ijsdem rationibus persuasi, eodemque ardore impulsi, ingenij sui acumen, quantumcunq; sibi à Natura traditum est, hac vel illa in re palam facere delectati sunt. è quorum numero Hippolytus Riminaldus, Comes Lateranensis, qui nunc summa sui nominis laude, summa etiam Auditorum frequentia, in celeberrimo Ferrariensi Gymnasio primas profitetur, nonnullis ab hinc annis easdem Institutiones Iustinianas interpretatus est. Qua in re quantum sibi gloriæ vendicauerit, sanè non dicam: opus quidem per se vale, gratumque extitisse ea res est testis, quod in lucem editum multa quidem fœlicitate, ac celeritate per manus hominum euolauit. Quamobrem Auctor huiuscemodi sui laboris vigilias adhuc etiam desiderari posse ratus ab his, qui iuris Imperatorij vias sibi aperiri cupiunt: opus ipsum satis ante hac acceptum & elaboratum, typis nostris iterum excudendum, maiore quàm antea diligentia recognitum atque expurgatum, nec non valde locupletatum exire voluit; quò maiorem inde utilitatem ac delectationem studiosus Lector accipiat. Has igitur ego vigilias, lucubrationesque meis typis excusas tibi, candide Lector, tantò maiore animi alacritate trado, quantò gratiores expectatioresq; tibi fore confido. Habebis enim præ manibus excellentissimi, nostræque ætatis spectatissimi Viri solidam, omnique ex parte fidelem doctrinam, non adumbratam, non fucatam; sed è clarissimis viuisque veritatis fontibus haustam: quæ quidem iustissimam, ac honestissimâ tuam in hac parte sitim satis luculenter sedare possit. Nec ego nunc non vulgata prædico. Satis iam per se veritatem attestantur cętera huius Auctoris scripta, Responsa præsertim, in quibus Io. Marię, ac Iacopini, gentilium suorum laudem, excellentiam, atque auctoritatem non solum adæquauit, uerum etiam, omni amota controuersia, superauit: immò verò (quod pace Neotericorum dictum esse velim) æqualem se esse Alexandro, Decioque profiteri validissimè potest. Cernis eum, quisquis uolumina illius euoluis, uberem doctrina, ueritatis amatorem: iudicium in rerum cognitione non desideras: ordinem in disponendis amas: facilitatem in exponendis delectatione contemplaris: dignitatem denique ipsam in tota scriptorum suorum serie miraris. Eum in dubiis enodandis ingeniosum, in rationibus adducendis grauem, in confutandis clarum, distinctumque facile reperias. Sed illius nomen satis per se laudatum ulterius me ad laudes ipsius digredi non patitur, ne forte uidear ei largiri uelle, quod sua est ipse uirtute ac vigilantia adeptus. Indigus alienæ laudis non est, cuius monimenta laudatissima sunt. Hunc te librum satis te alacri animo accepturum ac lecturum scio, qui ex cæteris eius laboribus facile intelligas, eum plurimo tibi emolumento fore, multumque vigilijs tuis splendoris, ac dignitatis allaturum. Vale, Venetijs Idibus Februarijs. M D LXXXIII.

INCERTI AVCTORIS
CARMINA.



INforme interdum format sine nomine corpus
Natura, & quærit nobilis artis opus:
Unde feras dicunt nonnullas fingere lingua
Corpora, quo forment prodigiosa nimis,
Utq. etiam informes ornet sua gloria fætus,
Quale decus recipit partus & iste tuus.
Quem pæne informem edideras RIMINALDE, politum
Et bene formatum nunc tua lingua aperit.
Illum nam celerem calidus florente iuuenta,
Callidus ingenio, hunc uberiore senex.
Culturæ reuocare uices bis scindere terram
Uberiora ferunt: sic iterare iuuat.
Respondent votis exercita sæpius arua
Nec spem mentitur sæpe secunda manus.
Quid? male tornatos incudi reddere versus
Efficit, vt penna liberiore volent.
Utq. Pelops humerum nitido mutauit eburno,
Et magicis Aeson aere recoctus aquis.
Ex quo perfectam contraxit vterq. figuram
Ut fungi posset munere uterq. suo.
Acer equis alter, Cereris si tanta potestas
Integer, vt curru luserit Oenomaum.
Alter sit tantum radices valle resectas
Aemonia iuuenis rite valere putant.
Sic liber arte tua limatus peruolat orbem,
Nec toto mendax corpore menda latet.
Qui tamquam exuuijs serpentis more senectæ
Excussis auido poscitur ore nouus,
Qualis turba recens auium de margine nidi
Ore pio poscit, quæ tulit ore parens,
Omnia nunc primum niueo candore nitescunt,
Nec minium, aut Momi vulnera cruda timent.

Si Deus Hippolytum cæcis reuocauit ab antris.
Et mater geniti bis, fuit, atq. pater.
Legibus armatus, ferroq. excitur ab atris.
Hippolyti tenebris? INDVPERATOR ope.
Atq. iterum pulsa prodit caligine, doctis
Euolui vt digitis absq. timore queat.
Excipiunt partus compendia tanta secundos
Auctorem ut longe se superasse putes.
Dimidia nam parte liber turgescit adaucta.
Bis nati, ut fiat, bis pater Hippolytus.
Sic variat fortuta vices, cursusq. relictos
Alterno cogit mox iterare pede.

BERNARDINVS

SALETHV.S SORANIENSIS

SEMINARII PAR. RECTOR.

Ad eximium D. HIPPOLYTVM RIMINALDVM
V. I. Consultissimum Ferr. Carmen.

SI RIMINALDE tuas tentem percurrere laudes,
Illudar votis non minus ipse meis,
Quam maris enumerare omnem si ponar harenam,
Omne mare in parua uel cohibere manu,
Quin tua sunt scripta externa nihil indiga laudis
Eximio Authoris nomine clara sui.
Hi potius, quibus est rebus uis una gerendis,
Facunda inuidit sed miser ora labor,
Præconem quærant, tua te diuina per orbem
Scripta ferunt, solis qua rota signat iter,



Rdua Doctorum sileant monumenta Virorum,
Pro cunctis unum hoc gloria tollat opus.
Qualis pulchra rubet tenebris Aurora fugatis
Lucida, cum roseum prouocat orta diem.
Ingenij exuberat talis quæcunque serena
Dum legum rabido ducit ab ore iubar
Hippolytus, Iuris cultor sanctißimus, æquè
Virtus, quo egregio sanguine iuncta viget.
Afflictis clarum lumen mortalibus affert:
Et patriæ columen fulget & orbis honor.

INDEX RERVM,

VOCVM ET SENTENTIARVM

INSIGNIVM, QVAE HABENTVR HIS CE,

HIPPOLYTI RIMINALDI COMMENTARIIS

IN ALIQVOT INSTITVTIONVM IMPERIALIVM Titulos, Alphabetico ordine digestus.

A



a Contra

Aditio

C

Et

Fallit

Delega-

Dona-

Donatio

Dona

Dona-

Fallit

F

G

Gabrie-

H.

Et

I

Intelle-

Intel-

daum

L

N

Secus,

Quod

Ratio

Et

na-

T

V

FINIS.

HIPPOLYTI RIMINALDI

I. C. FERRARIENSIS ET COMITIS AVLAE LATERANENSIS

IN ALMO PATRIAE SVAE GIMNASIO

Primam ordinariam Juris Ciuilis Vespertini Cathedram regentis,

Interpretationes in Institutionum Imperialium Titulum de Donationibus.

SVMMARIVM.



1 *SVCAPIO & præscriptio Iuris ciuilis sunt.*
Et licet quo ad præscriptionē Franciscus Connanus secus sentiat. 3.
Tamen eū taxat autor. 4.
2 *Ius ciuile si non esset, præscriptiones non essent.*
5 *Princeps non potest auferre dominium quæsitum de iure gen. nisi cum causa respiciente saltem utilitatem priuatam.*
Aut uerius tantum publicam. 6.
In quæsito uero de Iure ciuili sufficit utilitas priuata. 8.
Et nulla causa subsistente non potest. 9.
Licet Angelus secus senserit. 10.
7 *Conclusiones quæ Portio Imolensi ascribuntur, non suæ sunt, sed Antonij Gabrielij Romani.*
9 *Dominium iuris gentium est, licet modus acquirendi sit de iure ciuili.*
11 *Donatio est genus acquisitionis de iure ciuili.*
Dictio, Et, implicat. 11.
12 *Titulus de donati. male situatus, secundum Balduinū.*
Sed autor contra sentit. 13.
14 *Mandatum dicitur proprius contractus.*
Doctores allegati, quorum scripta nō habentur, non sunt attendendi.
15 1 *Diffinitio præcedere debet omnem disputationem, et tractatum præsupposita tamen rei existentia 16.*
16 *Quæritur primo sit an sit de quo disputamus.*
17 *Scientia quid sit.*
Diffinitio rem inuentam sed obscuram & inuolutam aperit. 17.
18 *Diffinitio bona ex quibus constare debeat.*
Nam constare debet ex genere & differentijs.
Conuerti debet cum suo diffinito. 21.
Et quidditatem rei per essentialia dicere. 22.
19 *Genus inuentu facile est, forma non item.*
Differentiæ ac dissimilitudines secus.
Et in eis discernēdis magna subtilitate opus est. 20.
20 *Diffinitionum uarias formas scripsit Alci.*
23 *Donatio uera & propria non diffinitur in l. donari. ff. de dona.*
Et in ea re decipiuntur Host. Alb. & alij. 24. Sicut & Nonius. 27.
Quos omnes sigillatim autor reprahendit. 25.
26 *Verbum uidetur, denotat improprietatem.*
28 *Donatio uera non ponitur in l. cuius per errorem. ff. de reg. iur.*
29 *Indebitum recipiens ignoranter impedit donationē.*
30 *Donatio per dissensum impeditur.*
31 *Notarius stipulans absenti non quærit nisi secuta ratificatione.*
Sicque sæpius consuluit Dec. 32.
Et est opinio uerior. 33.
Et crebrior. 35. Siue communis. 36.
Licet aliqui contra senserint. 37.
A quibus dissentit autor. 39.
Secutus communem Regia constitutione Galliarum roborata. 40.
Sufficit tamen tacita ratificatio, nec expressa requiritur. 41.
Quid autem iuris adiecto iuramento.
Ruinus ius absenti quæri uoluit. 42.
Plotus uero nequaquam. 43.
34 *Notarius in acquirendo an differat ab alijs liberis hominibus.*
38 *Notarius utilem quærit absenti sine cessione.*
Secuta tamen ratificatione. 49.
43 *Plotus laudatur.*
44 *Intellectus l. 2. 3. & 4. ff. rem pup. 45.*
45 *Notarius passim pro alio stipulatur.*
46 *Franciscus Connanus commendatur.*
47 *Seruus publicus quando pupillo detur ad stipulandū pro eo.*
48 *Seruus inuito domino & ignoranti quærit.*

50 Intellectus l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. contra Decium.
51 Lex generaliter loquens includit omnes casus, dato quod maior ratio sit in uno quàm in alio.
52 Diuinare non licet.
53 Obligatus ad antidora, si per errorem soluat, repetit.
54 Donatio propria ubi diffinitur, 73.
55 Significatio propria, sumitur a diffinitione.
Item à legis authoritate. 56.
57 Dantur multa præter donationem.
58 Verbum præstare, quid significet.
59 Genus de pluribus speciebus prædicatur.
Et ad plures species natura differentes pertinet.
60 Donatio propria, ad quid detur.
Et ad quid donatio ob causam. 61.
Vel donatio causa mortis.
62 Donatio antidoralis nascitur ex obligatione ad remunerandum.
Quis enim naturaliter obligatur benefacientibus sibi. 80.
63 Creatura quælibet mouetur ad benefaciendum benefacientibus sibi.
64 Obligatio naturalis ad remunerandum consistit in æquitate & honestate.
Et in ea subest quædam prouocatio. 66.
65 O uiosum genus hominum, officia exprobrantium.
67 Donatio propter nuptias, antipherna appellatur.
Et ad eam maritus cogitur.
68 Donatio ante nup. sponsalitia largitas dicitur.
Nec dicitur propria donatio.
Et licèt Connanus contra sentiat. 69.
Tamen eum refellit autor. 70. 72.
71 Donatio ex uerbis & causis & rei qualitate iudicatur.
72 Donatio propria non sequitur ex eo quòd quis non teneatur dare.
74 Gratiosa, quæ dicantur.
75 Beneficium, quid sit.
76 Dictio nulla, in totum negat.
77 Donatio facta in uenditione de pluri quàm res ualet non est uera donatio.
78 Donatio causa mortis cõtinet officium siue negociũ.
79 Idem de donatione antidorali.
Qui non remunerat incurrit repræhensionem.
81 Alienari possunt homines causa remunerationis.
Item res immobiles ecclesiæ. 82.
83 Donationis diffinitio breuis ex Nonio.
84 Donationem contractum esse fatentur omnes.
Exceptis Garzia. 88,
Fulgosio & Connano. 91.
85 Dictio alterius, inclusiua est.
Et similitudinem denotat. 96.
Est que repræsentatiua eiusdem qualitatis, cuius sunt præcedentia. 86. 95.
Dictio neque, denotat similitudinem. 87.
88 Donationi nullam inesse obligationem ex parte donãtis uel donatarij.
At secus putat autor, ut per eum. 107.
Quando donatio incipit à stipulatione, uel pacto.
Vel quando fit absenti ante illius acceptationẽ. 109.
Vel ad remunerandum. 110.
89 Titulus de Donationibus, cur hic positus, & inferius declaratur. 121. 122.
90 Donatio fieri potest per pollicitationem, ut putat Garz. sed autor contra. 126. cum sequentibus.
Contractus nullus est in mundo, qui non exigat duorum consensum. 90.
91 Donationẽ fieri per contractum diuersi nominis, est erroneum dictum.
Venditio potest continere donationem.
93 Remittendo præter iustum ualorem.
94 Intellectus auth. ut spon. larg. in prin.
97 Mutuum nomen habet ab executione.
Intellectus l. 2. §. appellata. ff. si certum petatur, secundum Connanum. 97.
Aut uerius, §. præcedentis, secundum autorem. 98.
Qui plures interpretes ad §. appellata, commemorat.
99 Donatio dicitur à doni datione
100 Autent. sacramenta pub. C. si aduer. uend. procedit in donatione.
101 Transitus de una specie ad aliam diuersam non fit, ubi uerba repugnant.
102 Testamentum, quod non ualet ex defectu testium, nõ sustinetur ut codicillus, propter diuersos effectus eorum. 103.
104 Donatio dicitur contractus stricti iuris.
Vnde in ea non ueniunt usuræ.
105 Nec appellatione filiorum ueniũt in ea nepotes, nec alij descendentes.
106 Contractus est generale nomen ad omnes contractus particulares.
107 Donans an obligetur, quando donatio incipit à traditione.
Quòd sic si absenti fiat ante acceptationẽ illius absentis. 109.
Idem si incœpit à stipulatione uel pacto.
108 Verba compulsionis, & necessitatis obligationi conueniunt.
110 Donatarius obligatur ad remunerandum.
111 Obligatio ad remunerandum plures effectus parit.
112 Donatarius in dubio soluens uel quid faciens donanti, uidetur animo remunerandi facere.
113 Donatio non præsumitur.
Potiusq; fatuitas quam donatio præsumitur.
Nisi præcedat obligatio antidoralis.
114 Donatarius obligatur ad restituendum, si fuit donatio causa mortis.
Vel inter uiuos cõditione uel modo donatario, in adiectis non impletis.
Aut si merita fuerũt exigua, donatio verò magna et excessiua. 116.
Reuocatur enim ex causa inofficiositatis.
Et ultra merita. 117.
115 Merita debent esse insignia, ut donatio remuneratoria inducatur.
118 Intellectus l. Aristo. ff. de don. 119. 120.

Ti-

121 Titulum magis uno quàm alio loco situari, quandoque arbitrarium.
Vt de tit. de exceptionibus. 122.
123 Intellectus l. fi. C. ad Vellei. 131. 135.
124 Pollicitatio dicitur solius offerentis promissio.
Tamen appellatione pacti largè uenit.
125 Pollicitatione quandoquis obligetur.
Et in quo differat à pacto. 126.
126 Pactum est duorum cõsensus expressus uel tacitus.
127 Præsens & tacens ad sui commodum præsumitur cõsentire.
128 Actio numquid detur ex iuramento.
129 Pollicitatio quando præsenti fieri possit.
Donatio absenti facta non ualet. 129.
Et præsentiã requirit. 130.
131 Dos ex sola pollicitatione debetur.
Nec absentia nocet eius fauore. 133.
132 Pollicitatio non parit actionem.
134 Dotans in dubio censetur donare.
135 Specialia non trahuntur ad consequentias.
136 Donatio numquid sit contractus nominatus, uel innominatus.
Glossæ uoluerunt quod olim esset innominatus, hodie contra. 137. 142.
Bartolus uero distinxit inter donationem simplicem, & ob causam. 143. 144.
Alibi uero quòd olim, & hodie fuerit, ac sit contractus nominatus. 145.
At Iacob. Butrig. & quidam alij penitus, contra uoluerunt. 150.
Ruinus uero distinxit inter donationem sumptam in genere & in specie, quem sequitur autor. 175. 176
137 Contractus nominati sunt qui solo consensu fiunt.
138 Donatio olim solo consensu non fiebat.
139 Consensus nudus, qualis dicatur.
140 Surdus & mutus solo consensu obligatur.
141 Stipulatio præter consensum verba requirit.
142 Donatio hodie solo consensu fit.
146 Donatione perfecta non est locus penitentiæ.
147 Donatio propriè una tantum.
148 Pœnitentiæ locus est in contractibus innominatis.
149 Perfectissimum dicitur, quo nihil perfectius.
151 Donationis nomen, an generale uel speciale.
152 Donationis appellatione, dos; et cõtractibus alienatio quandoque continetur.
153 Donationis ex pacto, nudo non oritur actio sed propter illud lex illam producit.
154 Lex quandoque roborat pactum ut producat actionem, quandoque uero propter illud eam parit.
155 Rex paruum Comitem quandoque potentem facit ad bellum intentandum.
Quandoque uero propter illum facit bellum.
156 Exempla ueritatem demonstrant.
Et sequenda sunt.
In cognitione quærei intuenda. 157.
158 Salyc. in l. 2. C. de cond. ob causam, deceptus.
159 Certum quid uno uel alio modo reddi, non referre.
De quo Fabius orator pulchre loquens. 160.
161 Donatio licèt habeat effectum contractus nominati, tamen innominatus est contractus. 163.

162 Contractus ab effectu perpenditur, nomine non attẽto, quod declaratur. 165.
163 Contractus nominatus statim parit actionẽ ante implementum.
Licet Vaconius à Vacuna, contra, sed male. 164.
164 Intellectus l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp.
166 Contractus innominatus quando dicatur.
Gammarus taxat Glo. in Rubr. C. de rer. permuta.
Sicut & opinionem Baldi in l. iurisgentium. ff. de pactis. 168. pro qua lex 1. ff. de contrah. emp. 169.
Et suam ponit. 173.
Sed glossam in dicta rubr. defendit autor. 199.
Et opinionem Gammari refellit. 201.
167 Emptionis & uenditionis nomen generale.
170 Societas contractus nominatus.
171 Argumentum negatiuè ualidum.
172 Contractus do ut des uel facias, innominatus.
174 Intellectus l. in quam ff. de præs. verb.
175 Donatio in genere sumi potest.
Et in specie.
176 Emptionis nomen, quando consideretur in specie.
Et ubi in genere, qualis contractus sit. 177.
178 Exhæredatio per nomen generale dicitur inter exteros facta.
Si uero per speciale, nominatim.
Et quando, declaratur. 179. 180.
Cur autem nominatim fieri debeat. 181.
182 Filius in potestate idem cum patre.
183 Permutatio nũquid in specie per legem cõsideretur Gammar. & alij quòd sic non autem in genere. 184
Quos confutat autor ex Paulo Iurisconsulto. 185.
185 Permutatio causam cæteris contractibus dedit. 190
Et eorum principium fuit. 187.
Et illius species emptio uidetur 188.
186 Emptio quando inuenta.
188 Permutatio similis emptioni.
189 Intellectus. §. Item precium. Inst. de empt. & vend. 193.
191 Origo in omnibus est consideranda.
192 Regnum est ad fœminas transitorium, quãdo habuit originem à fœmina.
194 Stipulatio contractus nominatus.
195 Lex, iurisgen. ff. de pact. à contrario sensu.
196 Argumentum à contrario sensu fortissimum, & optimum.
197 De diuersis ad diuersa non fit illatio.
198 Donatio ob causam, contractus nominatus.
200 Extrema habilia supponenda sunt.
201 Mutui contractus nominatus.
202 Stipulatio contractus nominatus.
203 Donatio, numquid sit proprius contractus.
Omnes tenent quod non, quos autor sequitur. 216. Bald. nouell. Gallian. et Bellon. contra. 206.
Contractus propriè dicitur ultro citroq; obligatorius.
204 Verbum uidetur, denotat improprietatem.
205 Statutum de contractu loquens, an comprehendat donationem.
Distinguit autor inter statutum prohibitiuum & permissiuum. 249. 250.
Et inter odiosum & fauorabile. 254.



AEC Rubrica con tinuatur per Impe ratorem, prout re-fert Glossa, quam sic potes melius declarare, Supra ti tulo secūdo, pro-misit Imperator tra ctare quibus mo-dis Ciuili Iure res nobis acquireren-
1 tur, † atque ob id subiecit de usucapione, &
praescriptione, quae iuris ciuilis sunt, ut su-
periore titulo probatur ibi [*iure ciuili consti-*
tutum fuerat] (l. 3. ff. de usuc. ibi [*tempo-*
ris lege diffiniti.] Azo in Summa Cod. de usuc.
pro emp. circa fi. Balb. in trac. de praescrip. in
2 pri. par. q. 4. † Hinc dixit Bal. in repe. l. prima,
C. de emanc. lib. quod si ius ciuile non esset,
praescriptiones non essent. & Fortunius Gar-
cia Hispanus in tract. de ult. fine iuris, nu. 54.
inquit, quod si fateremur prohiberi praescri-
ptionem, necesse foret fateri prohiberi legē
3 ciuilem. † & licet Franciscus Conanus, Iuris
consul. egregius & admodum facundus, in Cō-
mentariis Iuris ciuilis. lib. 3. c. 11. col. 3. quo
ad usucapionem, eam lege xii. tabularum in-
ductam fuisse dicat, praescriptionem uero ne
quaquam, quoniam lex de ea nihil locuta est,
4 & neque cogitauit. † hoc tamen ultimum mi
hi uidetur aduersari Iustiniano, superiori ti-
tulo dicenti [*iure ciuili constitutum fuerat*] de-
inde subdit etiam de praescriptione, quod
& Rubrica tituli clarè demonstrat.) Sed & ex
5 eo potissimum cōfirmatur, † quod licet Prin-
ceps non possit auferre dominium alicui quę-
situm de iure gentium, nisi cum causa, quę
respiciat utilitatem saltem priuatam (ut uo
luit Aret. in l. Gallus. §. & quid si tātum. col.
pen. ff. de lib. & pos. & sentit Alex. consi. 261.
colum. 4. ibi [*maximè publicam*] uol. 2. & fir-
6 mat Bellon. cons. 2. col. 7.) † aut uerius tantū
publicam, ut tradit Bar. in l. quaecunque, in fi.
C. de fi. instru. & iure has. fis. lib. x. Oldr. consi.
224. col. 7. Castr. consi. 178. Donatio prędicta,
& cons. 229. uisis et ponderatis. col. 2. uol. 1.
Fel. in c. quae in ecclesiarum, nu. 20. de consti.
Dec. consi. 361. col. pen. Cra. consi. 40. num. 4.
Gramma. cons. 100. num. 22. in ciuilibus. (Ro
ma. consi. 310. & consil. 352. in fi. Ias. in l. quo-
minus, col. 1. in fi. cum sequen. ff. de flum. Ale.
cons. 42. col. 1. uolum. 5. Ias. cons. 233. colum.
8. uolum. 2. Ioannes de Amicis, consi. 11. col.
3. Gozad. cons. 5. num. 18. Dec. Neap. 361. nu.
4. Capic. Decis. 69. & 166. col. 2. Paris. cons. 2.
col. pen. consi. 101. col. 10. uol. 1. consi. 6. col.
2. uol. 2. et alij, quos cumulat Antonius Ga-
brielius Romanus, in suis cōclusionibus, lib.
3. in titulo, de iure quęsito non tollendo, con
7 clusione. 2. colum. 1. & 2. † & idem Portius I-
molensis, lib. 5. cōclusione 15. quod opus nō
suum fuit, sed dicti Gabrielij, ut eius filius p
8 bat in epistola dedicatoria) † Tamen secus est
in dominio quaesito per usucapionem, uel
praescriptionem uelut de iure ciuili: sufficit
enim causa, licèt priuatam duntaxat utilita-
tem respiciens ad illud tollendum, ut decla-
rat Craue. in tracta. de antiqui. temp. in pri.
9 parte, num. 17. † secutus eam sententiā, quod
in dicto casu dominium sine causa tolli non
possit. Quia iurisgentium est, licèt modus ac
quirendi sit de iure ciuili, ut uoluit Bal. in l. 1.
in fi. C. de iure aure. anul. et in l. rescripta. col.
fi. C. de precib. Imp. offer. Fel. latè in allegato
c. quae in ecclesiarum, num. 33. uers. secundus
casus, Ias. in l. si. 7. limita. C. si contra ius, uel
util. pub. & in l. Gallus. §. & quid si tantum,
num. 125. ff. de lib. & post. ubi pariter Alexan.
Aret. Soc. Galliau. & Moder. Hispani sequun-
tur. Iacob. Nigri in Rubr. ff. si cert. pet. nume.
15. & est magis communis opi. ut firmat Pa-
ris. cons. 101. nu. 70. uol. 1. Soc. iun. consi. 130.
nu. 32. uol. 2. Craue. consi. 7. nu. 10. cons. 103.
10 nu. 3. & consi. 135. num. 20. † licèt Ang. in l.
Lucius. ff. de euict. Anch. & Abb. in c. ex parte.
2. de off. deleg. Dec. in d. c. quae in ecclesiarum,
num. 36. & Bertran. cons. 301. nume. 5. uol. 3.
tenuerint, causam non requiri. (de qua re la-
tius attingit Fernandus Vasquius, contro-
uersiarum Illustrium lib. 1. cap. 5. nume. 15.)
11 † Verum quia, ut ad rem redeam, donatio
est aliud genus acquisitionis de Iure ciuili, ut
probat hic dictio, Et, quae implicat, ut not.
glos. & Doctores in l. 1. ff. sol. matr. ideo sub-
iungit Imperator hunc titulum, & haec est cō
tinuatio tituli praesentis, secundum glossam
12 plenius declaratam. † Subdit tamen Franci-
scus Balduinus hic, quòd Apellus iudicat lon
gè accōmodatius fuisse hunc titulum, saltem
quantum attinet ad donationem inter uiuos
subiungi contractibus, quibus obligatio so-
lo consensu introducitur, nam donationem
causa mortis rectius iūges legatis, testatur;
se ad mare Balthicum in quadam uetusta Bi-
bliotheca reperisse exemplar harum Institu-
tionum ante annos 400. conscriptum, in quo
ad hūc modū distinctus erat hic de Donatio
ne titulus, nā prior pars, quae agit de Donatio
ne cā mortis, sequebatur titulum de legatis,
altera subiiciebatur titulo mandati, sicque
sola relatione contentus transit Balduinus.
13 † Ego uerò, quicquid sit de allegato exempla
ri (quod nec tantillum attendi debet, post-
quàm in fonte, & originaliter nō exhibetur,
ut de Doctoribus relatis, quorum scripta nō
habentur, nō curandis inquit Dec. consi. 359.
num. 4. uer. praeterea) longè meliorem puto
subordinationem, quae communiter, & pas-
sim circumfertur. cū enim principaliter hic
doceat Imperator de donatione causa mor-
tis, prout ordinatur, quo respectu contracti
bus aequiparatur, ut in textu principij dicitur,

Cōtinuatio tituli per Balduinum, nō quid sit bona.

impertinenter post legata subiiceretur, quæ
14 pertinent ad ultimam uoluntatem. † Rursus, cum in titulo mandati, & præcedentibus (de ueris et propriis contractibus dixisset, l. iurisgentium, in princ. ff. de pact. §. ius autem gentium, supra de iure natu.) non satis aptè fuisset subiectum de donatione, quæ improprius & non uerus est contractus, ut in hac Rub. dicemus. Opportunius ergo de utraque donatione fuit hic positum, cum esset genus acquisitionis Iuris ciuilis, ut supra di xi, pleniusq; dicetur in textu principii, de qua quidem acquisitione pollicitus fuerat, & cœperat tractare supra titulo secundo, in fi ne, cum sequenti, sicq; alibi considerat Imperator magis accommodatam subordinatio-
15 nem, infra titulo 2. §. finali. † Expedita conti nuatione, quoniam materiã donationis præ manibus habemus, optimum est, iuxta Ciceronis præceptum, lib. 1. Officiorum, in primis uidere quæ nam sit eius uera diffinitio: præcedere namque debet diffinitio omnem disputationem, & omnem tractatum, ut tradit Petrus Loriotus in tracta. suo de pactis, Axiomare primo. Cagnol. in l. omnis diffinitio, nu.
16 5. ff. de reg. iur. († Quod sanè uenit intelligẽdũ præsupposita rei spexistentia, sit enim, an non sit, de quo disputatio futura est, quæri tur in primis, ne frustra omnis suscipiatur labor, si in eius rei, quæ non est, institutione cõ-
17 sumatur: † cum enim scientia nihil aliud sit, quàm naturæ quædam obseruatio, & cognitio, rerum earum, quæ non sunt, nulla institutio suscipi potest, ât statu rei concesso diffinitio quærenda est: ea namque rem innotam, sed adhuc obscuram, & inuolutam aperit, & hæc ita declarat eleganter & doctè Connanus in Commentariis Iuris ciuilis,
18 lib. 1. c. 1. col. 1.) † Ad huius igitur diffinitionis introductionem præmittẽdum est, ꝙ quælibet bona diffinitio constare debet ex genere & differentiis, ut ponit Bar. in l. 1. ff. de test. (quod & subtilius confirmat Connanus in Commen. Iuris ciuilis, lib. 1. c. 3. in fi. dicens, ꝙ constare debet diffinitio genere, & forma,
19 quæ differentia appellatur: † ac genus quidẽ inuentu facile est, forma non item: quare in omnibus, omnes diffinitionum leges, & rationes, ut obseruentur, uix, ac ne uix quidem fieri potest. Quod ipsum illum Aristotelem non puduit in libris suis de moribus, statim ab initio præmonere, ut ne in illis suis disputationibus accuratum, & limatum differendi genus requireretur: magnam enim esse rerum iustarum et honestarum dissimilitudinem, magnam incertitudinem; & plerumque errorem, ut iis nequeat summa illa artis
20 subtilitas adhiberi: † unde nõn immeritò Cõnano conformis Alciatus, Parergon lib. 9. c. 21. dixit, ꝙ in discernendis differentiis, ex qui bus diffinitio consistit, magna subtilitate est

Diffinitio nunquid cętera pręcedere debeat.

Diffinitio ex quibus constare debeat.

opus, ut Cicero scripsit; atque ob id uarias diffinitionum formas recẽset Alciatus, quas M. Victorini libellus complectitur, sed circa propriam uersando, qualis est memorata,)
21 † & quæ conuerti debet cum suo diffinito. Bart. in l. 1. §. dolum. ff. de dolo. (Siluester Aldobrandinus supra de iust. & iure, nume. 4. &
22 de adoptio. num. 20.) † Illa est enim propria diffinitio (quæ dicit quidditatẽ rei per essentialia, secũdum Philosophum, 6. Topicorum, & tradit Abb. in Rub. de sent. exco. Iaf. in l. nemo potest. lectu. 2. num. 17. ff. de leg. 1. Ripa in l. 1. ff. de uul. & pupil. passim Doctores, in l. 1. in princ. ff. de acqui. poss. cum similibus per Cornelium Benincasium in trac. de paupertate, q. 1.) quibus addo Cagnolum post Boetium, in allegata l. omnis diffinitio, conside-
23 randum est, † ꝙ plures in materia nostra donationis, & uariæ leges circumferuntur, & primò quidem textus in l. donari. ff. eod. & in l. donari. ff. de reg. iur. cuius hæc uerba sunt [*donari uidetur, quod nullo iure cogente conceditur*,] ubi donationem diffiniri uoluit Hostiensis in Summa sua, de dona. in prin. dum
24 quærens quid sit donatio subiunxit, † Donatio est rei licitæ nullo iure cogente facta collatio, motus ex dicta l. donari, eumq; secutus est Albericus in l. 1. ff. eod. & in Rubr. C. eod. Conrad. in Methodo iuris ciuilis, eod. titu. post principium, & Aretinus hic post notabi
25 lia. † Ego uerò ab ipsis longè dissentio, cum differentiæ tales ibi non ponantur, ex quibus donatio ab aliis speciebus dignosci possit: illa enim uerba [*nullo iure cogente*.] Mutuo Cõmodato, Deposito, Precarioq; cõueniũt,
26 quæ tamen non sunt donatio. † repugnat et uerbum uidetur, quod denotat improprietatem. l. 1. §. deiecisse. ff. de ui & ui arm. not. in l. in suis, ff. de lib. et post. & à diffinitionibus est alienũ, quæ per uerbũ, est, poni cõsueuerunt, (& primã impugnationẽ concedit hic Iulius Cõstantius Perusinus, licèt secundã ne
27 quaquam. † Sed malè: licèt enim Hostiensis, & sequaces in diffinitione usi fuerint uerbo, est, tamen textus in dicta l. donari. unde eam desumpserunt, utitur uerbo, uidetur, quod cum mysterio positum fuit ad denotandum improprietatem, cum mutuũ, commodatum, depositum, et precarium, nullo iure cogente concedantur, et tamen neque uerè, neque pro-
28 priè donantur.) † Secundo loco succedit textus in l. cuius per errorem. ff. de regul. iur. in hæc uerba [*cuius per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est*] ubi sine controuersia dicendum est, minimè propriam donationem poni, sed impropriam tantum, ut uoluit Glo. in l. 1. in uerbo, liberalitatem,
29 in fi. ff. eo. et in l. nec ignorans, C. eod. † Confirmaturq; nam dicitur ibi, quòd si consulto detur, donatio est; et tamen esse potest, quòd recipiens nesciat indebitum solui, quo casu

An uera donatio diffinia- tur in l. donari, ff. eo. & de regu. iur.

Et an in l. cuius p errorẽ, ff. de regu. iur.

propter

propter dissensum recipientis non est dona-
tio.l.absenti.ff.eo. declarat Bart. Castr. et I-
mo. in l.1.ff.eo.Castr.Alex.& Ias.in l. 1.ff. de
cond.inde. Ferrarius . & Guil. Maynerius in
d.l.cuius. (demumq; Connanus in Cômen
30 tar. Iuris ciuilis ,lib.3.c.7.col.7. † declarando
textum in l. si tibi pecuniam, ff. si cer.pet. ubi
si tibi pecuniã donandi animo tradiderim, tu
mutui nomine receperis : donationem non
esse scribit Iulianus, propter in causa dissen-
sum,ut inquit Connan.quia non eo nomine
accepisti quo tibi dedi. donatio autem nulla
31 est,nisi acceptetur ab eo, cui donatur,) † hinc
est quòd si notarius absenti donationem sti-
puletur,adhuc ex parte absentis non est dona
tio,nec ei quæritur, nisi ratificatione secuta,
sicque eius consensu concurrente, ut tradit
Alber.in l.non enim.col.1.ff.de adop. Bald.cõ
sil.200. uerba Cyni.uol.2.Cast.consil. 195. ui-
sis his,col.3.uol.2.Dec.in l.certi condictio,§.
si numos,col.2.ff.si cer.pet.in l.1.nu. 22.C. de
pac.in l.contractus.limit.5.num.16.ff. de reg.
32 iur.ubi dicit, id esse singulare,† & ita se con
suluisse, prout id effecisse reperitur in consil.
226.colum.2.ad fi.consil.247.col.pen. consi.
432.ad fin.consi.464.num.3.cons.531. ad fin.
consi.586.num.13.et consi.661.colu. 2. Curt.
iun.consi.52.num. 12.consi.55.nume.9. cons.
120.colum.1.& 2. Bertran. consi.116.colum.
4.uol.2.cons.304.uol.3.Ruin.consi. 121. colũ.
2. ad fi.cons.174.col.2.uol.1.Soc.in l.1.§. si ius
serim. circa fi.de acqui.posses.Paris. consi.121.
num.110.uolum.2.Cassane.consi.71.colum.8.
uers.item etiam,consi.59.colum.fi. Rub. in l.
non solum.§.morte,num.9. et 95.ff. de oper.
no.nunc.consi.132.Gratus Respon.12.col.1.
Respon.25.num.37.Resp.99.col.2.Resp.117.
colum.2.& Respon.127.col.2,uol.1.Galliau.
33 in Rub.ff.de uer.obl.num.34. † ubi dicit hãc
opinionem esse ueriorem , quam etiam te-
net Alcia.parerg.lib.3.c.13. dicens ita sępius
se consuluisse(prout reperitur in Respõ.112.
ubi citat infinitos, et dicit esse communem
opinionem, eamque confirmat per l. ea quæ
ciuiliter,ff.de acqui. rer.domi. ubi absentib.
non quæritur per liberum hominem, nisi eis
uolentibus, quæ uerba conditionalia sunt,&
important , ꝙ prius uolũtas declaretur per
absẽtẽ,ut ibi declarat Sign. de Homod.i repe
34 titione. proceditque pariter in notario,† ex
quo notarius in acquirendo non differt ab a-
liis liberis hominibus,nisi in uno , uidelicet,
ꝙ transfertur utilis siue cessione in eum , cui
stipulatus est,ut per Bar. et alios , in l.2. ff. rẽ
pupil.sal.fore,) & ultra predictos idem tenẽt.
mod.Galli in addi.Alex.consi.31.colum. pen.
35 uol.6. † Qui dicunt hanc opinionem esse cre
briorem,pluresq; ex memoratis autoritatib.
cumulat Tiraquel.in trac. de constituto, par.
3. num.12.limitat.30. concludens non uale-
re generaliter stipulationẽ notarii pro alte-
ro, nisi eo ratum habente, prout uoluit Sa-
lyc. in l. Caius. ff. de usur. quibus addo quo-
que Socinum iun.consi.126.nume.12. uol.2.
& Alciatum latè in c.cum contingat.nu. 234
36 de iureiur. † qui concludit hanc esse commu
nem . quod & Cagnol. testatur in l.fin. num.
223.C.de pact. (l.quo tutela. §. nec paciscen
do,in fi.& in l.si librarius,nu.64.ff.de reg.iu.
& post eum Gabrielius Romanus in suis con
clusionibus,lib.3.titulo,de uerb.oblig.cõclu
sione pri.num.100.ubi plures ex prædictis, &
37 alios congerit.) † Et quamuis Cor.consil.2.
col.2.uol.4.Bertran.cons.156.nu.5.uol.1.no
uissimorum Rui.consi.179.col.4.consi.162.
nu.16.uol.1.cons.47.uol.5. Dec. consil. 295.
col.2.Gozad.cons.87.nu.13. Soc. iun. consil.
118.col.pen.uol.2. (& cons.137.uol.3.ubi la
tè prosequitur,sed latius Senatus Pedemõta.
decis.33.) atque alibi quidam, quos refert idẽ
Tiraquell.loco citato,nu. 13. contrarium te-
nuerint,moti per l.2.3.& 4.ff.de rem pup. sal.
38 fore,inducendo ut per eos.† & ex notatis per
Bar. & Doctores in l.stipulatio ista. §. si stipu-
ler.ff.de uerb.oblig.ubi latè Alex.nu.2.Ias. nu.
15.dicẽtes ; ꝙ per stipulationẽ notarij q̃ritur
utilis actio absenti sine cessione, secundum
communem conclusionem, & obseruantiã,
quod etiam firmat Soc.consi.125. in fine,uol.
39 1.Paris.cons.88.nu.90.uol.3.† Attamẽ à prio
re sententia non recedo , uelut communi (cũ
potissimè plures ex allegatis potius respiciãt
ut sine cessione per notariũ quæratur actio,ꝙ
quòd non requiratur ratificatio, ut animad-
uertit Gabriellus ille Romanus in dicta con
clusi.1.sub nu.100. ad finem) & quoniam te-
net eam Balduinus in §. 1. infra eo . plus ad-
40 dens,† quòd cum hic iuris articulus esset in
scholis Iurisperitorum admodum contro-
uersus,perspicuè definitus est à Francisco Gal
liarum Rege,edita in eam rem anno 1539.cõ
stitutione(& idem firmat Viulus in suis com
munibus opinionibus,in uerbo,donationẽ.
41 † ubi subiungit non requiri expressam ratifi-
cationem,sed tacitam sufficere.& prçter eum
quoque copiosè tradit Didacus Couaru.in
Rubr.de testa.par.3.2 nu.13.usque ad 15.de-
mumque Gabrielius Romanus loco citato.
42 † Quid autem esset adiecto iuramento in in-
strumento notarij, Ruinus consil.180.nu.12.
uol.1. tenuit absenti quæri ius , quem sequi-
tur Natta consi. 262. nu.18. & cons. 506. nu.
43 17.& alios citat Crau. consi.98,num.3.† at
clariss. Plotus in eleganti sua repeti. legis, si
quando,num.12.C.unde ui,cõtrarium tenet
post Alciatum & Parisium,quos citat:tu uero
cogitabis,postquam non est præsentis specu-
44 lationis) † nec me mouet dicta lex 2. 3.& 4.
ff.rem pupil.sal. fore. in uerbo [*scriptum publi
cum*] non enim de notario loquitur, ut Ac-
cursius & alij putant : quod inde patet , nam
ille seruus publicus admittitur ad stipulan-

Notarius an absenti stipulando quæ Acquirat.

dum

dum in subsidium, si seruum pupillus non ha
45 bet, nec unde emat, † cum tamen notarius
passim pro alio stipuletur. Bar. Bal. Cast. & alij
in l. t. §. huius studij. ff. de iust. & iu. loquitur
ergo de seruo publico, hoc est reipublicæ, q
sic appellatur in l. t. §. seruum municipum.
ff. de quæst. & in l. 1. C. de seru. rei pub. & est gl.
notab. in l. t. C. de solut. & libera. debi. ciuil.
lib. t. t. sicque reperio quòd illa iura declarant
Guili. de Suzar. Gab. de Osellet, & Iac. Butrig.
in l. t. ff. de his qui sunt sui. quos refert Alber.
in dicta l. non enim. Tiraquellusq; loco me-
46 morato, num. 32. (demumque † Connanus
in comenta. Iur. ciuil. lib. 2. cap. 2. col. 2. qui
mira doctrina & eloquētia plurimum illud
47 illustrauit) & ille seruus reipub. † pupillo da
tur ad stipulandum, quia cum seruum non ha
beret, nec unde emeret, prouidendum erat ei
de publico, & mediante pecunia publica. l.
1. §. ait prætor, cum ibi not. ff. de postul. unde
multo magis respublica tenetur subuenire
de proprijs seruis ad illum actum, arg. Glossę
48 fin. in l. hæ operæ. ff. de oper. lib. † Vtque ser-
uus proprius inuito domino, & ignoranti
quærit. § item uobis. infra per quas per. l. ser-
uus uetanre. ff. de uer. ob. Sic etiā esse debet in
hoc seruo reipublicæ loco proprij surroga-
to. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Fal
luntur ergo qui putant illa iura de notario lo
49 qui. † minusque stringit illa communis con-
clusio in dicto. §. si stipuler. non enim dicit
utilem absenti queri ante ratificationem, im
mo debet intelligi ea demum secuta, ut de-
clarat Castr. in dicto consil. t 95. 2. dub. Dec. di
cto consi. 531. (& Gabrielius Romanus in al
legata concl. 1. lib. 3. titulo, de uerb. oblig. nu.
100.) Ex superiore igitur argumento patet,
quòd textus in dicta l. cuius per errorem, de
50 propria donatione non loquitur. † Nec quic
quam ualet restrictio Decij, dū illum textum
intelligit quando recipiens scienter recipie
bar indebitum, secus si ignoráter, quia textus
indistinctè loquitur, ergo indistinctè debet
intelligi. l. de precio. ff. de publi. in rem actio.
l. t. §. & generaliter. ff. de legat. præstand.
51 († Quæ regula adeo uera est ut omnes casus
includat, etiam quòd in uno sit maior ratio
quam in alio. l. t. §. q autem. ff. de aleator.
Dec. consil. 5. col. 1. & consil. 301. colu. 1. Cur.
iun. consi. 59. num. 4. Immo non sine diuina-
tione procedit intelligentia Decij, quòd ibi
recipiens sciret indebitum potius quam q
52 ignoraret. † igitur reijci debet, cum nō liceat
diuinare. l. si putator. ff. ad l. Aqui. c. ut nostrū,
ut eccl. bene.) Præterea uidemus in obligatio
53 ne antidorali, † quod si per errorem soluatur,
repetitio est, ut Glo. penul. Bartol. & alij tra-
dunt in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Bar. Cast.
& Imo. in l. si testamento. §. 1. ff. de fideiuss.
Imola in Rubr. extra eod. Et tamen si con-
sulto detur, non est propria donatio, secun-
dum communem sententiam. de qua infra di
cemus. sequitur ergo quòd in dicta l. cuius
per errorem minimè propria donatio desi-
54 gnatur. † Quare uerus eius locus habetur Vbi uera donatio dicitur.
in l. 1. ff. eo. & in l. munus. §. dona. ff. de uerb. si
gnifi. probatur in primis (ex eo quòd utro-
55 biq; ponitur diffinitio donationis, † a qua dif
finitione sumitur propria significatio rei, ut
per Bar. & alios in l. omnes populi, nu. 59. ff. de
iust. & iu. Siluest. Aldob. supra de tutel. īprin
cip. num. 16.) Item quia dicitur priore loco
[*hac propriè donatio appellatur.*] Secundo uero
56 [*Dona propriè sunt*] † propria enim significatio
rei ab autoritate legis hoc dicētis dicitur. l. p
priè. l. ferri. ff. de uer. sig. tradit Bart. in dicta
l. omnes populi. num. 59. & in l. liberorum. ff.
de uer. sig. Itē in dicta l. 1. ponitur diffinitum
ibi [*donationes quamplures sunt*] & in dicto §.
dona. ibi [*dona sunt*] Rursus ponitur. Genus
utrobiq; primo quidem loco ibi [*dat aliquis*]
57 Secundo ibi [*qua præstantur*] multa † enim
sunt præter donationem, quæ dantur, uel pręę
stantur, (ut primum probatur in l. ubi autem
non apparet. §. fin. ff. de uerb. oblig. & in §.
sic itaque. Inst. de act. secundum uero: nam di
cimus præstare culpam, hoc est alienam cul-
pam in se recipere: reique futuræ euētum suo
periculo esse uelle, ut post Budæum, Lexicon
Iuris, & Franciscus Hotomanus in cōmenta
58 rijs iuris, declarant: † sicut & præstare signifi
cat prohibere ne cui fiat aliquid incōmodi,
& si non prohibuerit, satisfacere: ut uéditor
præstare debet uitium rei quam uendit, idest
prohibere, atque efficere, ne emptor dāni ali-
quid faciat. cuius est autor idem Lexicon Iu
ris, & Vlpianus in l. 1. ff. de ędil. edic. ibi [*quod
eius nomine præstari oportere dicitur emptori.*]
& in l. 1. C. de ędil. act. ibi [*præstari iubebit.*]
59 † quare patet illa uerba, Dat, & præstantur,
esse genus in diffinitione positum, cum pluri
bus speciebus adaptentur, quod est peculiare
generis ut de pluribus speciebus prędicetur,
ut animal genus est: homo uero bos, equus &
id genus species, uelu ti partes illius generis
subiectiuæ, ut declarat Bart. in l. qui usumfru
ctum. ff. de uerb. oblig. Ias. in Rubr. ff. de leg. j.
col. 2. & pulchre Connanus in cōmētar. Iuris
Ciuilis, lib. primo, ca. 13. col. pen. dicens Ge-
nus esse, quod ad plures species natura diffe-
rentes pertinet: species autem natura sua su-
60 bijcitur generi) † Ponuntur etiam differen-
tiæ, quibus diffinitū cognoscitur ab alijs spe-
ciebus, nam in dicta l. 1. dicitur [*dat aliquis ea
mente ut statim uelit accipientis fieri, nec ullo ca-
su ad se reuerti*] per hoc enim excluditur dona
tio ob causam, donatioque causa mortis, ab
ijsque longè differt donatio, quæ diffinitur
61 utrobique, † cum prima detur, non ut statim
sed tunc demum fiat accipientis, cū aliquid
secutum fuerit, quo non secuto, resoluitur,
& ad donantem reuertitur, ut in dicta l. 1. §.
1. &

1. & fin. Altera uerò datur, ut aliquo casu reuertatur ad donantem, ueluti si conualuerit ut ibi.§.2. & in textu nostro. Rursus ibi dicitur, [*& propter nullam aliam causam facit, quàm ut liberalitatem, & munificentiã exerceat*] per hoc.n. excluditur donatio antidoralis, & propter nuptias, in quibus non concurrit omnimo-
62 da liberalitas. † Nam prima nascitur ex obligatione ad remunerandum. l. sed & si lege. §. consuluit, ff. de pet. hæred. ibi [*quantùs ad remune-*
63 *randum sibi aliquem naturaliter obligauerint.*] † Omnis enim creatura mouetur ad benefaciendũ ei qui sibi bene fecit ut ibi per Glos. & apud Catonem legitur dicentem [*Beneficij accepti*
64 *memor esto*] atq; alibi [*par pari referto.*] († Et hæc obligatio non alia ratione naturalis appellatur quàm, quòd in æquitate, & honestate naturę consistat, digna eo, quem uirum bonum dicimus, ut laudabile sit, acceptum beneficium reddere, datum repetere, non ho-
65 nestum, neque liberale. † Odiosum enim genus hominum est, inquit Tullius, officia exprobrantium, quæ meminisse debet is in quẽ collata sunt, non commemorare, qui contulit, hæcque pe lite sic de hac obligatione remunerandi ponit Connanus in Cõmentar. Iuris ciuilis, lib. 5. cap. 8. col. 2. cui nonnihil ad-
66 dens dico, quòd) & in tali † donatione, quæ descendit ex obligatione prędicta subest quædam prouocatio propter obsequia recepta, ut inquit tex. in l. 1. C. de reu. don. ibi [*nam qui obsequijs suis libertatem patronorum prouocauerunt*] quæ prouocatio cessat in donatione posita in d. l. 1. ibi [*& propter nullam aliam causam, &c.*]
67 † Secũda uerò donatio antipherna appellatur idest contra dotem datio, & non simplex donatio. l. fi. & ibi Glo. C. de don. an. nup. idque planius explicat (Connanus in Cõmentar. Iuris ciuil. lib. 5. cap. 3. col. 1. dicens, quòd dote præstita, & coniugio inito, cogitur eãm maritus soluere, quocũque eam pacto promiserit, quoniam hic est genus illud conuentionis, quæ uocatur, do ut des: dedit autem dotem mulier, ergo maritus donationem propter nuptias dare cogendus est. quibus ex uerbis Connani planè depræhenditur, eam non esse propriam donationem, cum sit compul-
68 sionis actus, non liberalitatis) † sed & in donatione ante nuptias, quam sponsalitiam largitatem appellamus, idem dicere possumus una cum Constantio Rogerio, in l. 1. nu. 24. ff. eod. nam cum in sponsalitia largitate insit in dubio conditio tacita nuptiarum. l. cum ueterum, C. de don. ante nup. sequitur eam non es-
69 se propriam donationem † (quamquam in hoc secus sentiat Connanus loco paulo ante citato dicens, quòd cum donatio ante nuptias, quã sponsus sponsæ facit, non habeat causam nuptiarum necessariam, sed ab amore, & ipso liberalitatis fonte procedat, si quid pollicitus fuerit, non tenebitur, nisi uolet,

Sponsalitia [illegible], non sit uera donatio.

præstare, siue secutæ sint, siue non secutæ nuptiæ. hinc enim sentit Cõnanus eam esse pro-
70 priam ueramq; donationem, sed malè † meo iudicio: licet enim talis donatio causam, nuptiarum necessariam non habeat, eam tamen habet, & tacitam conditionem, ut tũc rata sit, cum matrimonium fuerit secutum, §. est & aliud, infra eod. nec sponsus daret, aut promitteret date, nisi nuptias futuras crederet. Igitur uera donatio dici non potest, quæ non ab aliqua causa, sed à mera liberalitate, ac munificentia procedit, dicta l. prima, ff. eo.
71 † Vnde bene idem Connanus, in Commentar. prædictis, lib. 5. cap. 9. col. 5. dicit. non satis esse aliquid traditum fuisse: nisi enim liberalitati sensum habueris, non erit donatio, quòd in ambiguo tum ex uerbis, tum ex causis traditionis; & rei qualitate iudicandum erit. uult ergo Connan. quòd si causa tradendi ueræ donationi repugnat, ueram donationem non esse, quod in sponsalitia largitate ue-
72 rificatur, ut suprà deduxi. † Et posito, quòd nuptijs secutis sponsus non teneretur dare, prout inquit Connanus, non tamen inde sequitur donationem propriam dici posse. Nã & ad remunerandum quis non tenetur, nisi uelit, ut in prin. textus dicemus, & tamen si quis remunerando quid præstat, illa nõ est uera donatio, ut ibi suo loco dicemus. Vnde Connanus in hoc paulo defecit: nam, ut dici solet, [*Bonus quandoque dormitat Homerus.*])
73 † Similiter in dicto. §. dona. ponuntur differentiæ satis notabiles ibi [*quæ nulla necessitate iuris, officio ue, sed sponte præstantur: quæ si non præstentur, nulla repræhensio est; & si præstentur; plerunque laus inest*] illa enim uerba ad ueram dona-
74 tionem allundunt, † cum ea sint gratiosa, quæ impendimus, cum liceret non impendere, c. iam nunc, 28. q. 1. & tradit Guil. Mayner. in l. donari. ff. de reg. iuris. Nam & Seneca, uir ille
75 grauis. lib. 3. de Benefic ait, † Beneficium esse, quod quis dedit, cum ei liceret, & non date, atque ob id donationem dici liberalem, & spontaneam largitionem testatur Balduinus hic. Quinimo excludunt uinculum ciuile, & naturale, quo necessitate astringimur ad soluendum, ut infra de obligatio. in princ. & ibi not. & est casus in d. l. debitor, ff. de uerb. signi.
76 † Sed & ea uincula licèt separata excludunt, propter uerbum [*nulla*] quod in totum negat. l. si is qui. cc. §. utrum. et ibi Bar. ff. de reb. dub. excludunt etiam donationem illam, quæ
77 fit in contractu uenditionis, † ut quãdo quis dicat, uendo tibi pro tanto, & si plus ualet, dono. illa enim non est uera donatio, nec ex mera liberalitate facta, sed ex eo potius, quod plus de re uendita habere non potest, ut tradit Bar. in l. si tibi decem, in prin. ff. de pact. Alberic. in l. donari. ff. eo. Ruin. consi. 107. num.
78 17. uolu. 1. † Similiter excludunt memorata uerba donationem causa mortis, in qua concurrit

currit officium ſeu negocium quoddam, uide
licet, ut reddatur, ſi conualuerit, l. ſenatus,
§.1.ff.de mor.cau. dona. ibi [*negocium gerit.*]
Item excludunt donationem antidoralem,
in qua concurrit officium eius, qui beneſecit
ut remuneretur, l. Aquilius, ff. eo. ibi [*officium
magiſtri quadam mercede remuneratum Regulum.*]
79 † Item concurrit officium remunerantis, qd
eſt beneſacienti beneſacere, ſecundum Glo.in
dicto.§.conſuluit.ſi enim non remunerat, in-
currit repræhenſionem, nec bene facit.ut tra-
dit Imola in c.fi. notab.5. eod.ti. (Nec imme
80 ritò, quia † naturaliter quis obligatur beneſa
cientibus ſibi, ad illos remunerandum, c. cū
ex officij, de teſta.c.quicunque ſuffragio, cum
ſequen. 12.q.2.Bero.conſi.203. num. 4.uol.1.
Hinc ampla priuilegia conceſſa ſunt actui re
81 munerationis: † nam licèt aliàs homines in-
uiti nō poſsint alienari tamen ex cauſa remu
nerationis poſſunt, ut poſt Bar.tradit. Natta,
conſi.367.nu.14. ſubdens exemplum de præ-
82 latis, † qui licèt res eccleſiæ, præſertim inmo
biles prohibeantur alienare, tamen remune
rationis gratia id eis conceditur. c. relatum.
de teſtam.Glo in l.iubemus nulli.in princi. &
ibi Bar.& alij, C.de ſacroſanc.eccle. Barto.in l.
iuſta cau. ff. de manu.uind.Ioann.Andr. in ad
di.Specul.in Rubri. de reb.eccl.non alie. Bal.
in c.de priore, de appel.Faber, in auth.hoc ius
porrectum, C.de ſacroſan. eccl.Roman.in l. ſi
uero, §.de uiro.fall.48.ff.ſol.mat. Alex. conſil.
56.conſideratis, col.3. uol.1.Iaſ.in l.non ſor-
tem, §.libertus, col.5.ff.de cond.inde.Soc. con
ſilio 84.col.5.uol.3.Iaſ.conſi.222.col.7.uol.2.
conſi.10.col.4.et conſ. 73.col.3.uol.3. Bertrā.
conſi.205.col.2.uol.2.Fernand.Vaſqui.de ſuc
ceſsionum reſoluti. lib.1.§.5.nu.6.) unde cū
in remunerando nerſetur obligatio quædam,
quæ non conuenit diſpoſitis in dicta l. j. & in
dicto. §. dona. patet ibi ueram donationem
poni, cum & uerba conuertantur cum diffini
83 to, ut intuenti facilè patet. † (Et hanc diffi-
nitionem paucis reformat Iulius Conſtant.
dicens, quòd donatio eſt datio, uel præſtatio
alicuius rei ea mente facta, ut ſtatim fiat ac-
cipientis, nullo caſu reuerſura liberalitatis
cauſa tantum declarando, ut per eum) uiſa
donationis diffinitione, diſpiciamus an dona
tio ſit contractus, ſecundo an ſit contractus
nominatus, tertio nunquid ſit propriè contra
84 ctus. † Primum concedunt omnes, dum ſu-
per ſecundo tantum diſputant in l.in ędibus, — An donatio ſit contractus.
§.j.ff.eod.in l.Iuriſgentium, in prin.ff. de pact.
& in l.fi.ff.de cond.ob cauſ. fundatur hęc opi
nio in l.ſi donationis, C. quod met. cau. in l.ſi
quis emptionis.in princ.C.de præſcrip.30.an
no.& in l.fi.§. j. C. de bon. quæ lib. cum enim
prius dicatur de donatione, poſtea ſubiunga
tur [*uel alterius contractus*] illa dictio alterius
includit, ut donatio ſit contractus, & ita Glo.
Bar.Bal.Fulg.Caſt.Salyc. & Alexand. in eis no
85 tant. † (& præter eos comprobatur, nam di-
ctio alterius uel alius, quæ ſunt ſinonimæ
propriè denotant ſimilitudinem ſecundum
Gl.fi.i l.ſi fugitiui.C.de ſer.fug.& ibi Dec.nu.
33.Alexand.conſi.19.nu.6.uol.2.Fely.in c.ſe
des, num.6. de reſcrip. Socin.conſi. 23.nu. 3.
uolum.4.Ruyn.conſilio 68.nume.3.volum.5.
86 † ubi dicit expreſſe dictionem, aliàs, eſſe repe
titiuam, & repræſentatiuam eius qualitatis
cuius eſt id de quo expreſsè facta fuit mētio,
ſequitur Senatus Pedemontanus Deciſ. 52.
nu.13.) Confirmatur per textum, in l.fin. &
ibi not.Dec.nu.10.C.de pact. ibi [*donationem
87 neque alium contractum.*] † Illa enim dictione
que, denotat ſimilitudinem, inquit Deci. ut
not.in l.2.C.de ſer.fug.& in c.ſedes, de reſcri.
ergo patet, quòd eſt contractus, & plura id
genus iura ſic loquentia cōgerit ad hoc Tira
quell.in libro de legib.connubi.in uerbo, con
tracter.Glo.3. num. 42. (quibus etiam me-
minit Fabianus de Monte, idem tenēs in tra-
cta.de emptio. & uend. quæſtio.22.nu.21.)
88 † Contrarium tamen tenet Garzias Hiſpan.
in dicta l.Iuriſgentium, num.25.quoniam ut
ſit contractus, ſubeſſe debet obligatio.l.La
beo, §.contractum, ff.de uerb.ſign.hic autem
nulla ſubeſt.nō.n.ex parte donantis, quia dan
do exequitur, & ſoluit, ſed nec ex parte dona
tarij, l.Ariſto.in prin.ff. eod. ibi [*obligationem
non contrahi eo caſu quo donatio eſt,*] iuncta Gloſ.
quæ dicit donatarium non obligari, quam
Doctores ſequuntur.ergo fit eam non eſſe cō
89 tractū. † Secundo, quia titulus de Donatio-
nibus, non ponitur inter titulos contractuū,
ſed inter genera acquiſitionum, ſicque nomi
90 natur, ut hic, ergo non eſt contractus. † Ter
tio, quia donatio fieri poteſt per pollicitatio
nem, l.fi.C.ad Velleia.ergo non eſt cōtractus,
quoniam nullus eſt in mundo, qui non exi-
gat duorum cōſenſum, l.j.§.adeo. ff. de pact.
Hæc, quæ magis ſtringere uidentur, retuli:
cętera, quæ ponit ut imaginationes præte
91 reo. † Etlicèt ipſe non dicat, hanc opinio.
tenuit Fulg.in l.2. C. de condi.ob cauſ.& Cu-
man.in l.in ędibus.§.j.ff.eod. dicentes, dona
tionem non eſſe cōtractum, ſed quoddam ne
gocium, quia nulla contrahitur obligatio. Et
ad iura de quibus ſupra, reſpondet in effectu
Garzi. donationem appellari poſſe contra-
ctum, quando fit per contractum, ſicque eam
illa iura appellant.de ſe tamen non eſt cōtra
92 ctus. † Ego uerò ſequor priorem ſententiā,
ut communem, ita quoque ueriorem. Pro
qua primò uigent prædicta Iura nullatenus
ſoluta per eum. quod enim dicit donationē
tunc demum dici, quæ fit per contractum, eſt
contra textum, in dicta l.ſi quis ibi, [*donatio-
nis titulo,*] & contra textum in dicto §. j. ibi
[*ex quocunque titulo, ſiue donationis*] patet enim,
quòd donatio non fiebat per contractum di-
uerſi nominis, puta per emptionem, uel uen-
ditionem

93 ditionem.† In qua remittendo uel dãdo prę
ter iuſtum ualorem, uel precium, poſſet ſubeſ
ſe tacita donatio: tunc enim dixiſſent illa iu-
ra, fuiſſe titulum emptionis, uel uenditio-
nis, quo principaliter fuiſſet celebratus. cum
ergo appellent titulum donationis, colligi-
tur, quòd per ſe fiebat, & tamen utrobique
94 contractus appellatur. † Secundò hanc opi
nionem confirmo per textum in Auth. ut ſpõ-
ſa. larg. in princ. ubi dicit Imperator [*ſponſa-
litiam largitatem contractum ſpecialem eſſe*] ecce
quam clarè contractum appellat donationẽ
propter nuptias, de qua loquitur, ſecundum
Bar. & alios ibi. Suadetur hoc idẽ dũ ſubdit,
95 [*& alijs donationibus eam connumerari*.] † Nam
illa dictio, alijs, ex ſui propria natura eſt rela-
tiua, & repręſentatiua eiuſdem qualitatis,
cuius eſt id, de quo facta eſt mentio, c. ſi. cum
ibi not. per Archid. de pact. in 6. notat Glo. &
Doctores, in l. non ſolùm. §. quæritur, in uer-
bo, cęteros, de procur. Gloſ. & Doctores in c.
ſedes, de reſcript. Alex. conſi. 204. conſideratis
uerbis, col. 2. uol. 2. Ruy. cõſ. 130. in prin. uol.
3. conſi. 67. num. 3. uol. 5. Soc. Iun. conſil. 168.
num. 52. uol. 2. (Dec. in l. 2. poſt Gloſ. C. de
ſer. fu. 3. num. 33. & in l. quicunque, in fi. lectu-
96 ra 2. C. qui admi. Ceph. cõſi. 204. nu. 49. † ubi
quòd intelligitur de ſimili, ergo eiuſdem qua
litatis, & dixi paulo ſuperius alios citãs, ut ibi,
meritò repetit in donationibus, de quibus
ſubdit, illam qualitatem cõtractus, de qua ſu-
97 pra. † Tertiò moueor, quoniam mutuum ita
nomen habet ab executione, ſicut & donatio:
dicitur enim mutuum ab eo, quòd de meo
tuum fiat, l. 2. §. appellata, ff. ſi cer. pet. (quem
textum nõ ſic accipiendum putat Conan. in
Commentar. Iur. ciuil. lib. 7. cap. j. col. 5. ut di-
catur mutuum, quòd à creditore transfera-
tur rei creditæ in debitorem dominium, nam
iſto modo legatum, donatio, uenditio, mu-
tuum dici poſſet, quòd in ijs ſimiliter trans-
mittatur dominium: ſed quia mutuum, eſt ea-
rum rerum, quarum eſt tam commutabilis
natura, ut altera alterius omnino uicem ſup
pleat, ſic ut quod meum eſt, ſit tuo ſimillimũ,
ac prope idem, cum eiuſdem ſit naturæ, eiuſ-
dem qualitatis, & quantitatis, tantamq́ue uti
litatem, atque eundem prorſus uſum tibi ac
98 mihi afferat, ut plenius per eum. † Quæ ſanè
declaratio, non tam illi §. quàm ſuperiori cõ-
uenit ibi, [*quia in genere ſuo functionem recipiunt*].
cum ſequẽtibus uerbis, quæ pariter & ab alijs
Iureconſultis uarijs modis explicantur, ne-
dum ibi, ſed alibi, ut à Bellono Supputatio-
num lib. j. cap. 4. Zaſio lib. j. Singularium re-
ſponſorum, cap. j. col. 2. Duareno diſputa. lib.
j. c. 14. & Vaconio de Vacuna Declaratione,
94.) Sed eo prætermiſſo uelut obiter nobis fa
cto, ſatis eſt, quòd ab executione mutuũ dedu
99 citur, † ſicut & donatio, à doni datione, l. Se-
natus, §. j. ff. eod. ſed conſtat mutuum contra-
ctum eſſe, §. ius autem gẽtium, ſupra de iure
nat. in uerbo, [*contractus*] iũcto uerbo [*mu-
tuum,*] ergo & donatio. nec dicas id eſſe in mu
tuo, quia recipiẽs obligatur, ſecus in dona-
100 tione, quia infra reſpondebo. † Quartò mo
ueor ex communi cõcluſione Doctorum in
aut. ſacramẽta puberum, C. ſi aduer. uẽd. ubi
uolũt illum textum, qui loquitur de cõtracti
bus puberum, locum habere in donatione, ut
poſt Gloſſam Bar. Ang. Caſtr. Iaſ. Cor. Cur. &
alij tradũt, qui dicũt eſſe communem. Si enim
donatio nullo pacto eſſet contractus, imper-
101 tinẽter ſatis hoc diceret. † Ius enim nõ pa-
titur, quòd fiat trãſitus de una ſpecie ad aliam
diuerſam, quãdo uerborum ſignificatio hoc
nõ patitur, ut declarat Bar. in l. ubi ita donatur,
in princ. ff. eod. ubi de precario nõ fit trãſitus
ad donationem, quia nomẽ donationis, eſt
penitus ſeparatum à nomine precarij, ſequi-
102 tur Dec. cõſi. 293. in fine. † Facit, quod no-
tat Ang. Imo. Caſt. & Iaſ. in l. j. §. ſi quis ita, nu.
15. ff. de uerb. obl. quatenus dicunt, quòd ubi
teſtamẽtum nõ poteſt ualere, ut teſtamẽtum
uelut factum coram 5. teſtibus tãtum, nõ ua-
let etiam, ut codicillus, quia ſi ualeret, trãſiret
in diuerſam ſpeciem penitus, & diuerſi nomi
103 nis, l. ſi idem. C. de codic. † (Et ultra prædi-
ctos hoc idem cõfirmat inſignis Modernus,
Hieronymus Torniellus in dicto §. ſi quis ita.
motus ea ratione, quia cum diſpoſitio codicil
lorum, quæ agi potuit, inducat effectus diuer
ſos ab his, quos induxiſſet diſpoſitio teſtamẽ
ti, quę agebatur: non enim facit, quòd relicta
debeantur ex cauſa teſtati, nec quòd debean-
tur ab illo hærede inſtituto, ſed à ſuccedẽti-
bus ab inteſtato. l. cõficiũtur, ff. de iure codic.
Igitur ex illa diſpoſitione teſtamẽti, quæ age-
batur, nõ poteſt inferri, quòd ſit cõſenſus cir-
ca diſpoſitionẽ codicillorum, quę agi potuit)
Cum ergo Doctores paſsim uelint dictam au-
thẽticam, ſacramẽta, locum habere in dona-
tione, fateri opportet illam eſſe cõtractum,
104 prout de cõtractu loquitur ille tex. † Quintò
moueor ex textu in l. eum, qui. ff. eod. ibi [*cum
in bonæfidei contractibus, donationis ſpecies non depu
tetur*] habuit enim pro claro Modeſtinus ibi
donationem eſſe contractum, tantumque du
bitauit an eſſet contractus bonæ fidei, uel ſtri
cti iuris, & bonęfidei nõ eſſe reſpõdit, meritò
105 uſuras in ea nõ uenire, idq́; † denotãt illa uer
ba [*donationis ſpecies*] adiecta uerbo [*cõtractibus,*]
quod ut generale cõpręhẽdit oẽs cõtractus, dicto
§. Ius autem gentium ibi [*contractus introdu-
cti ſunt, ut emptio, uendio, locatio, & conductio*] cum
ſequentibus expreſsis, & tradit Bald. in l. con-
tractus. 2. notab. per illum tex. C. de fi. inſtru.
uoluit enim dicere Modeſtinus, quòd & ſi do
natio ſit ſpecies contractuum, non tamen cõ-
numeratur in his, qui ſunt bonęfidei, ſed re-
manet ſtricti iuris, & ita Bar. Caſtr. Imola, cę-
terique ſummãt illum textum, quod donatio
eſt

est contractus stricti iuris meritò in ea nō ueniunt usuræ. (Idemque tenet Bero.cons.121.
106 nu.14.uol.2.† ubi quod donatio sit contractus, & stricti iuris infert, quòd in ea mentio filiorum non comprehēdit nepotes, nec alios descendentes,) et tenendo hanc partem nou
107 obstant contraria. ad primum namque † tametsi quando donatio incipiat à traditione, donans non obligetur, ut inquit Garzi.& ante ipsum Bar.in l.1.ff.eo.& Aret. infra in glo.se rè, tamen quando incipit à stipulatione uel pacto, secus est. Primo enim casu compellitur tradere, secundo necessitatem habet tradendi, ita probatur in l.si quis argentum,§.fi. C. eodem.ibi [*traditionem compelli fieri,*] & ibi
108 [*necessitatem habeat donator tradere:*] † quæ uerba compulsionis, & necessitatis posita sunt in diffinitione obligationis, ut infra de oblig. in princ.ibi, [*necessitate astringimur*] ergo negari non potest quin in donatione in casibus prædictis insit obligatio ex parte donantis, & ita firmant Bar. Cumau.& alij in dicta l. §.
109 † (Imò uerò etiam quòd donatio fiat absenti, donans obligatur naturaliter ante acceptationem absentis, ut tradit Guil. Pouta. in Rubr.ff.de uerb.oblig.sub num.23. uersic. nec contra hoc, quem refert, & sequitur Ce-
110 phal.consi.272.num.100.) † Ex parte quoque donatarij, subest obligatio, uidelicet ad remunerandum, l.sed & si lege.§. cōsuluit. ff. de pet.hæred.ibi, [*quamuis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligauerint,*] cui non respondet Garzia, sed tantùm negat, talem obligationem, constituere contractum in dona
111 tione, qđ nō probat, nec est uerisimile, † cū plurimos effectus pariat talis obligatio ad remunerandum de quibus seriatim tradit Ias.& Claud. Aquens.in l.ex hoc iure, ff.de iusti.& iu. & idem Ias. in l. si non sortem, §. libertus, ff. de cond. indeb. (quorum cæteris omissis illud ad memoriam reuocare libet,
112 † quòd in dubio quotiens obligatus ad antidora soluit, uel facit aliquod seruitium, nec apparet an soluerit scienter uel ignoranter, uidetur facere animo remunerandi, nec repetere potest. ita decidit Ang. in dicta l. ex hoc iure, col.fi.per l.si uero,§.inde Papi.ff.mand.
113 ubi est tex.notab. † quòd licèt alias nūquā præsumatur donatio.l.cum de indebito,ff.de proba. & magis præsumatur fatuitas quàm donatio secundùm Bald.in l.generaliter,col. 4.C.de non num.pec .tamen præcedēte obligatione naturali ad antidora, præsumitur donatio,& est unus de effectibus dictæ obligationis, sequitur Ioannes de Amic.consilio 41.col.2.) unde mirum uideri non debet, quod & hunc pariat constituendi contractum.
114 † Sed & alia cadit obligatio uidelicet, ad restituendū, quando est donatio causa mortis, l.non omnis,ff.si cer.pet.ibi [*obligauit accipientem.*] Quando uerò inter uiuos, conditione

Donans an obligetur.

Et an donatari?

uel modo donatario adiectis nō adimpletis, l.j.& per totum,C. de dona. quæ sub modo, uel eo ingrato existente,l.fi.C.de reuo.dona,
115 († aut si facta fuit donatio contemplatione meritorum, ea insignia esse debent, ut p glo.singularem in ca.si quis. 12. quæst. 2. per l.etiam,ff.de man.uin. l.Aquilius.& l.si pater.
116 ff.eodem. † Vnde si merita fuerunt exigua taliter, quòd donatione remuneratoria, quā ta fuit, non erant condigna, nō faciunt donationem remuneratoriam, quin reuocetur ex causa inofficiositatis, secundùm Bar.in l. frater à fratre, in prin.col.fi.ff.de cond.inde. in l. si quis pro eo,§.j.in fi.ff. de fideiuss.& in aut. unde si pareus, C.de inoffi. testa. sicque concludunt plenissimè Doctores, maximè uero Ias.Alex.Dec.& Dominus meus Rymin.in l.si donatione,C.de collati.per tex.in c.relatum, 2.de testa. in uersicu. [*iuxta seruitij meritum.*]
117 † Et sine dubio reuocatur ultra merita, in inquantum ea excedit donatio, secundū Bal. & Salyc.in l.illud, C.de sacrosan. ecc. Cuma. & Imo. in dicta l. Aquilius, sequitur Ioann. de
118 Amicis, consi.31.num.10.) † Nec obstat textus in dicta l.Aristo. quo monetur Garzia: nā ibi erat cōtractus innominatus do, ut facias, cum donatione mixtus: dederam enim tibi seruum, ut eum post quinquennium manumitteres, dubitabatur, an ego pœnitendo possem reuocare? idque uidebar posse, quia in cōtractu innominato re integra locus est
119 pœnitentiæ, l.3.§.j. ff.de cōd.ob cau. † Contrarium tamen determinatur, quia non est merè cōtractus, innominatus, cum per appositionem illius temporis, uideat tibi donasse operas illius serui, usque ad illud quinquēnium, quam donationem non possum reuocare, unde dum dicit textus, [*obligationem non contrahi eo casu quo donatio, est*] uoluit loqui de donatario, qui non obligatur ad restituendum illum seruum donatori pœnitenti infra quinquennium, & ita illum textum Ca
120 strens.Imo. Cumanus, & alij declarāt.† Sed quòd alio respectu donatarius non obligetur, uelut ad remunerandum, nec textus uoluit dicere, nec scribentes ibi somniarunt. non ergo dixit absolutè obligationem non contrahi ex parte donatarij, prout Garzia credidit, sed respectu tantum, de quo supra, qui respectus, non impedit obligationem do-
121 natarij ex alio fonte subesse posse. † Ad secundum respondeo, nō ideo hic positum de donatione, quia nō sit contractus, est etenim ut ostendi: sed quia cum sit etiam modus acquirēdi, ut in textu dicitur, in primis uerbis, fuit arbitrarium, prout, & ubi placuit Impera
122 tori, de ipsa tractare, † prout in simili dicūt Ioann. Andr. Abbas, Dec.& alij in Rubr.de except. circa situationem illius tituli, nam respectu dilatoriarum debuisset poni ante titulum, de lit. cont, respectu uero peremptoriarum

riarum post. sed quia erat ad utrumque communis, fuit arbitrarium ponere ibi, attento ergo, quòd donatio erat contractus debebat poni inter titulos contractuum: attento uerò, quòd est modus acquisitionis, hic. Sed cum ad utrumque communis sit, fuit arbitrarium hic
123 ponere. † Ad tertium dici posset in primis, quòd ille textus de pacto nudo loquatur, non autem uere de pollicitatione, ut uerba sonant: sic enim Angel. Bald. & Barbat. in additio. Baldi illum intelligunt, sic Soci. in Rubr. ff. solut. matr. col. 9. uers. præterea non est inconueniens. Sic Alciat. in Rubr. ff. de uerb. ob. in princ. dum
124 dicit quòd † licet pollicitatio sit solius offerentis promissio. l. pactum. ff. de pollic. largè tamen loquendo, appellatione pollicitationis uenit pactum nudum. allegat dict. legem fi. C. ad Velleia. Idemque tenet ibidē Butigella, nu. 5. secutus Alexandrum in l. 1. §. 1. col. 1. ... idem tenentem, accedit etiam prædictis Coras. idem tenens in l. qui liberos, num. 93. ff. de
125 ri. nup. † idque cæteris clarius cōfirmat Garsias. in dicta Rubr. num. 34. cum enim, dicit ipse, Doctores communiter concludant ex pollicitatione quem non obligari, nisi quando pollicetur ciuitati, uniuersitati, Collegio, Ecclesiæ, uel pauperibus, & dicta lex finalis loquatur de pollicitatione facta priuato obligāte pollicentem, debet de necessitate capi pro pacto; quo intellectu communi sic stante, sequitur quòd assumptum Garziæ corruit, quòd scilicet donatio per pollicitationem fieri possit, id enim non probatur ibi, minusque hic, aut in dicta l. si quis argentum, in fine, quibus etiam mouetur: loquuntur enim de pacto nudo, ut omnes passim dicunt, nō autem de pol-
126 licitatione. † Quinimmo nedum Garzia non probat assumptum suum, sed ulterius id est falsum, nam pollicitatio differat à pacto: id enim est duorum, pluriumue consensus expressus, uel tacitus. l. 1. ff. de pact. at pollicitatio unius tantum consensum continet, cum sit solius offerentis promissum, dicta l. pactum, merito illa locum habet quando fit absenti citra nuncium
127 uel epistolam. † secus si præsenti, licet tacenti fieret, quia præsens & tacens uideretur commodum sentire. l. qui patitur. ff. mandat. & ob id non diceretur pollicitatio, sed pactum, propter consensum duorum, unius expressum, alterius tacitum. Ita est de mente Bartoli in l. 1. C. de pact. col. 2. & clarius Cynus in 2. oppo.
128 ad fi. item, † siquidem declarat Imo. in c. cum contingat, de iureiur. dum quæritur an ex iuramento oriatur actio, sequitur Alexan. in l. prima, in fi. ff. de pact. Alber. in leg. iuris gentium, §. quinimmo. colum. secunda, col. ... & est communis opin. prout Iason, Crot. & plerique alij Moderni fatentur in Rubrica. ff. de uerb. oblig. D. meus Vbertinus Zuccardus in Rubrica, C. de pact. nume. trigesimoprimo, Ias. & Claud. Aquen. in l. prima, ibidem sequen. Caccial. in

tract. de pact. quæst. quinta, & alij, quos refert Andr. Ab. Exea, libro suo pactorum, num. duodecimo, & 78. ubi dicit esse communem,
129 † licet secundum Doctores etiam præsenti pollicitatio fieri possit in casibus in quibus pr̄sens non præsumitur consentire prosequendo, ut per eos. Sed donatio facta absenti non ualet si nesciat rem quæ apud se est, sibi esse donatam, uel missam sibi non acceperit, & sic nisi consensus quoque donatarij concurrat. l. absenti. ff. eo. (l. nec ambigi. & l. si aliquid, C. eo. Castren. in l. illud. C. de sacrosanc. ecc. & cons. 182.
130 de quo meminit Natta cons. 94. num. 5. † ubi addit quòd adeo requiritur præsentia donatarij, ubi non interuenit epistola, nuncius uel ad hoc specialiter deputatus, ut non sufficiat donatarium audiuisse uerba donationis prolata à donāte, ubi extra eius pręsentiā fuisset cōstitutus, ueluti si Sempronius existens in domo dicat se donare Titio amico suo tale quid, & Titius transiens fortasse per uiam dicat, hoc audito, & ego recepto, non enim perficitur donatio. adducit Aretinum Natta, in §. actionū. col. 4. in de acti. quod est notabile) ergo sequitur, quòd per pollicitationem fieri nō potest, alias ibi facta statim ualeret, cuius contrarium
131 dicit. † sed esto quòd tex. in dicta l. fi. loqueretur de pollicitatione, ut uerba sonant, & ibidem Oldrad. Alberic. & Salycet. tenent, aduertendum tamen est, quòd conclusioni nostrę nō obstat: duo namque contingunt ibi, unum principaliter, alterum in consequentiam. primum est pollicitatio, ex qua sola dos debetur,
132 † licet regulariter ex ea non detur actio. l. 1. §. 1. ff. de polli. ita Salyc. ibi. (Idemque tenet Petrus de Bella Pert. Cy. Iacob. de Raue. Salyc. & Fulgo. in Rubr. C. de dot. pro. Ioannes Fabri in l. ad exactionem, eod. tit. Bapt. de Sancto Blas. tract. de priuil. dot. nu. 2. & Moder. Bononi. de Canonicis in Rubr. ff. de uerborum obligat. nu. 163. per text. in l. pri. §. fi. ff. de col
133 lar. dot. Neuiza. cons. 45. nu. 33. † Qui tenet fauore dotis absentiam non nocere; & sic pollicitationem sufficere plures citās, ut per eū, sic ut & Natta conformis ei, cons. 316. ad fi.) Secundum est, quod ex illa pollicitatione dotis sequitur donatio præsumpta, ut declarat Castr.
134 † qui enim dotat mulierem de suo, censetur in dubio fauore dotis dotare animo donandi, nō autem repetendi, l. unica, §. accedit, C. de rei uxor. actio. nimirum ergo si donatio, de qua ibi, fit pollicitatione, quia cum ei accedat, sequitur illam tamquam principalem, iuxta textum in §. liberis, infra de pupillari. unde non idem dici debet in donatione expressa, & quæ principaliter fieret: illa enim per pollicitationem fieri
135 non potest ex ratione supra deducta. † utque paucis me expediam, uidemus id totum speciali fauore dotis constitutum in dicta l. finali ibi [*cum enim scimus fauore dotis*] &c. unde ꝙ concedat

B cedat

FINIS.

HIPPOLYTI RIMINALDI


I. C. FERRARIENSIS ET COMITIS AVLAE LATERANENSIS

IN ALMO PATRIAE SVAE GIMNASIO

Primam ordinariam Juris Ciuilis Vespertini Cathedram regentis,

Interpretationes in Institutionum Imperialium Titulum de Donationibus.

SVMMARIVM.



1 *VSVCAPIO & præscriptio Iuris ciuilis sunt.*

Et licet quo ad præscriptionẽ Franciscus Connanus secus sentiat. 3.

Tamen eũ taxat autor. 4.

2 *Ius ciuile si non esset, præscriptiones non essent.*

5 *Princeps non potest auferre dominium quæsitum de iure gen. nisi cum causa respiciente saltem utilitatem priuatam.*

Aut uerius tantum publicam. 6.

In quæsito uero de Iure ciuili sufficit utilitas priuata. 8.

Et nulla causa subsistente non potest. 9.

Licet Angelus secus senserit. 10.

7 *Conclusiones quæ Portio Imolensi ascribuntur, non suæ sunt, sed Antonij Gabrielij Romani.*

9 *Dominium iuris gentium est, licet modus acquirendi sit de iure ciuili.*

11 *Donatio est genus acquisitionis de iure ciuili.*

Dictio, Et, implicat. 11.

12 *Titulus de donati. male situatus, secundum Balduinũ.*

Sed autor contra sentit. 13.

14 *Mandatum dicitur proprius contractus.*

Doctores allegati, quorum scripta nõ habentur, non sunt attendendi.

15 *1 Diffinitio præcedere debet omnem disputationem, et tractatum præsupposita tamen rei existentia 16.*

16 *Quæritur primo sit an sit de quo disputamus.*

17 *Scientia quid sit.*

Diffinitio rem inuentam sed obscuram & inuolutam aperit. 17.

18 *Diffinitio bona ex quibus constare debeat.*

Nam constare debet ex genere & differentijs.

Conuerti debet cum suo diffinito. 21.

Et quidditatem rei per essentialia dicere. 22.

19 *Genus inuentu facile est, forma non item.*

Differentiæ ac dissimilitudines secus.

Et in eis discernẽdis magna subtilitate opus est. 20.

20 *Diffinitionum uarias formas scripsit Alci.*

23 *Donatio uera & propria non diffinitur in l. donari. ff. de dona.*

Et in ea re decipiuntur Host. Alb. & alij. 24. Sicut & Nonius. 27.

Quos omnes sigillatim autor reprehendit. 25.

26 *Verbum uidetur, denotat improprietatem.*

28 *Donatio uera non ponitur in l. cuius per errorem. ff. de reg. iur.*

29 *Indebitum recipiens ignoranter impedit donationẽ.*

30 *Donatio per dissensum impeditur.*

31 *Notarius stipulans absenti non quærit nisi secuta ratificatione.*

Sicque sæpius consuluit Dec. 32.

Et est opinio uerior. 33.

Et crebrior. 35. Siue communis. 36.

Licet aliqui contra senserint. 37.

A quibus dissentit autor. 39.

Secutus communem Regia constitutione Galliarum roborata. 40.

Sufficit tamen tacita ratificatio, nec expressa requiritur. 41.

Quid autem iuris adiecto iuramento.

Ruinus ius absenti quæri uoluit. 42.

Plotus uero nequaquam. 43.

34 *Notarius in acquirendo an differat ab alijs liberis hominibus.*

38 *Notarius utilem quærit absenti sine cessione.*

Secuta tamen ratificatione. 49.

43 *Plotus laudatur.*

44 *Intellectus l. 2. 3. & 4. ff. rem pup. 45.*

45 *Notarius passim pro alio stipulatur.*

46 *Franciscus Connanus commendatur.*

47 *Seruus publicus quando pupillo detur ad stipulandũ pro eo.*

48 *Seruus inuito domino & ignoranti quærit.*

50 Intellectus l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. contra Decium.
51 Lex generaliter loquens includit omnes casus, dato quòd maior ratio sit in uno quàm in alio.
52 Diuinare non licet.
53 Obligatus ad antidora, si per errorem soluat, repetit.
54 Donatio propria ubi diffinitur. 73.
55 Significatio propria sumitur à diffinitione.
Item à legis authoritate. 56.
57 Dantur multa præter donationem.
58 Verbum præstare, quid significet.
59 Genus de pluribus speciebus prædicatur.
Et ad plures species natura differentes pertinet.
60 Donatio propria, ad quid detur.
Et ad quid donatio ob causam. 61.
Vel donatio causa mortis.
62 Donatio antidoralis nascitur ex obligatione ad remunerandum.
Quis enim naturaliter obligatur benefacientibus sibi. 80.
63 Creatura quælibet mouetur ad benefaciendum benefacientibus sibi.
64 Obligatio naturalis ad remunerandum consistit in æquitate & honestate.
Et in ea subest quædam prouocatio. 66.
65 Odiosum genus hominum, officia exprobrantium.
67 Donatio propter nuptias, antipherna appellatur.
Et ad eam maritus cogitur.
68 Donatio ante nup. sponsalitia largitas dicitur.
Nec dicitur propria donatio.
Et licèt Connanus contra sentiat. 69.
Tamen eum refellit autor. 70. 72.
71 Donatio ex uerbis & causis & rei qualitate indicatur.
72 Donatio propria non sequitur ex eo quòd quis non teneatur dare.
74 Gratiosa, quæ dicantur.
75 Beneficium, quid sit.
76 Dictio nulla, in totum negat.
77 Donatio facta in uenditione de pluri quàm res ualet non est uera donatio.
78 Donatio causa mortis cōtinet officium siue negociū.
79 Idem de donatione antidorali.
Qui non remunerat incurrit repræhensionem.
81 Alienari possunt homines causa remunerationis.
Item res immobiles ecclesiæ. 82.
83 Donationis diffinitio breuis ex Nonio.
84 Donationem contractum esse fatentur omnes.
Exceptis Garzia. 88.
Fulgosio & Connano. 91.
85 Dictio alterius, inclusiua est.
Et similitudinem denotat. 96.
Est que repræsentatiua eiusdem qualitatis, cuius sunt præcedentia. 86. 95.
Dictio neque, denotat similitudinem. 87.
88 Donationi nullam inesse obligationem ex parte donātis uel donatarij.
At secus putat autor, ut per eum. 107.
Quando donatio incipit à stipulatione, uel pacto.
Vel quando fit absenti ante illius acceptationē. 109.
Vel ad remunerandum. 110.
89 Titulus de Donationibus, cur hic positus, & inferius declaratur. 121. 122.
90 Donatio fieri potest per pollicitationem, ut putat Garz. sed autor contra. 126. cum sequentibus.
Contractus nullus est in mundo, qui non exigat duorum consensum. 90.
91 Donationē fieri per contractum diuersi nominis, est erroneum dictum.
Venditio potest continere donationem.
93 Remittendo præter iustum ualorem.
94 Intellectus auth. ut spon. larg. in prin.
97 Mutuum nomen habet ab executione.
Intellectus l. 2. §. appellata. ff. si certum petatur, secundum Connanum. 97.
Aut uerius, §. præcedentis, secundum autorem. 98.
Qui plures interpretes ad §. appellata, commemorat.
99 Donatio dicitur à doni datione
100 Autent. sacramenta pub. C. si aduer. uend. procedit in donatione.
101 Transitus de una specie ad aliam diuersam non fit, ubi uerba repugnant.
102 Testamentum, quod non ualet ex defectu testium, nō sustinetur ut codicillus, propter diuersos effectus eorum. 103.
104 Donatio dicitur contractus stricti iuris.
Vnde in ea non ueniunt usuræ.
105 Nec appellatione filiorum ueniūt in ea nepotes, nec alij descendentes.
106 Contractus est generale nomen ad omnes contractus particulares.
107 Donans an obligetur, quando donatio incipit à traditione.
Quòd sic si absenti fiat ante acceptationē illius absentis. 109.
Idem si incœpit à stipulatione uel pacto.
108 Verba compulsionis, & necessitatis obligationi conueniunt.
110 Donatarius obligatur ad remunerandum.
111 Obligatio ad remunerandum plures effectus parit.
112 Donatarius in dubio soluens uel quid faciens donanti, uidetur animo remunerandi facere.
113 Donatio non præsumitur.
Potiusq; fatuitas quam donatio præsumitur.
Nisi præcedat obligatio antidoralis.
114 Donatarius obligatur ad restituendum, si fuit donatio causa mortis.
Vel inter uiuos cō ditione uel modo donatario, in adiectis non impletis.
Aut si merita fuerit exigua, donatio verò magna et excessiua. 116.
Reuocatur enim ex causa inofficiositatis.
Et ultra merita. 117.
115 Merita debent esse insignia, ut donatio remuneratoria inducatur.
118 Intellectus l. Aristo. ff. de don. 119. 120.

Ti-

A 2 207 De.

207 *Determinatio recipiens plura debet æqualiter determinare.*
Fallit primo, quando militat diuersa ratio. 235. *licèt Alex. & aliqui contra.* 236.
Contra communẽ & male. 237.
Secundo, quando nõ põt uniformiter operari. 239. 246.
Tertio in dispositione necessaria. 248.
Quarto quando resultaret correctio legis. 244.
Quinto, ubi natura determinabilium repugnat. 245.
208 *Contractus, an propriè dicatur ex negocio inter partes. Bellonus quòd sic.*
Sed autor contra tenet, & pulcrè. 247.
209 *Statutum prohibens contractum, censetur etiam prohibere donationem.*
Item prohibens rem alienari, comprehendit etiã donationem. 210.
Et de ratione per autorem. 249.
211 *Statutum de soluẽda gabella, nunquid donationem comprehendat.*
Autor tenet quòd nequaquam. 257.
Fallit in terminis decisionis Bartoli in l. quod seruus. ff. de stip. seru. 258.
Vbi ratio limitationis adfertur.
212 *Intellectus, l. Labeo. §. contractum. ff. de uerb. signi. per Bal. nouell. Gallianlam & Bellonum.*
Quos autor damnat. 263.
Et illum textum ponderat. 233. 278.
213 *Interpretationem strictissimam & scrupulosam iureconsulti reijciunt.*
Eamque spernunt leges.
Nec illa fieri dicitur, per quam resultet intellectus irrationabilis. 214.
215 *Strictè & largè quid dici posse, & tamen utroq; modo propriè noluerunt Bal. nou. Bellon. & Gallian.*
Item Berous. 276.
Sed autor illis repugnat. 268.
Sicut & illi. 278.
216 *Donationem impropriè contractum dici.*
217 *Contractus unde dictus.*
218 *Debitor propriè quis dicatur.*
219 *Obligatio ciuilis, uel naturalis tantum, effectum exigendi non habet, nec rectè nominatur obligatio, secundum Connanum.*
Similisq; Doctori uel magistro dicitur, ut ille pulcherrime docet. 220.
220 *Modus non est, qui non adstringit.*
221 *Obligatio naturalis impedit repetitionem soluti.*
Nec uenit in statuto, de debitore loquente. 222.
222 *Statutum loquens de debitore, non comprehendit debitorem naturaliter tantum.*
223 *Contractus quandoque claudicat.*
224 *Obligatio donatarij qualis.*
Et unde ueniat. 226.
Et an uerum contractum causet. 227.
225 *Obligatio ueri contractus qualis.*
228 *Significatio propria sumitur ab autoritate legis id dicentis.*
Et à diffinitione. 279.
229 *Significatio quid sit.*
230 *Titulus de verb. significat. tractat de proprio eorum significatu.* 231.
Licèt quãdoq; secus, & quomodo cognoscatur. 232.
233 *Verbum esse, denotat proprietatem.*
234 *Contrarietas legum fugienda.*
237 *Ratio diuersa, diuersam dispositionem constituit.*
Eaque cessante, cessat dispositio.
Et reformat pactum. 238.
239 *Intellectus, l. 2. ff. de off. procon. contra Glossam. post Aldobrand. et Vaconium.* 241.
240 *Manumissio quid, & cui conueniret olim.*
Quo ue modo fieret. 241.
241 *Emancipatio qualiter olim fieret.* 242.
246 *Intellectus l. contractus. C. de fi. instru.*
247 *Negocium in testamento geri.*
Et eius nomen amplissimum. 248.
251 *Statutum prohibens donari, comprehendit etiam donationem causa mortis.*
252 *Statutum quòd nullus forensis succedere possit etiã matrem forensem comprehendit.*
253 *Statutum excludens filiam dotatam, dicens quòd plus ultra petere non possit, censetur eam excludere a supplemento legitimæ.*
254 *Statuta de soluendis gabellis odiosa.*
Et a iure communi exorbitantia. 256.
Contraque ius gentium. 257.
259 *Dolus nemini debet patrocinari.*
261 *Contrahentes extra territorium ut euitent gabellã tenentur ad eam.*
262 *Statutum prohibens mulierẽ contrahere sine consẽsu duorum propinquorum, locum habet ea, data opera, contrahente extra territorium.*
263 *Intellectus l. licet. ff. de uerb. signifi.*
De qua miratur Alciat. 265.
Et eam declarat addendo uerbum. Græcum. 266.
267 *Alciatus in uno parum memor.*
269 *Strictum, ius nostri ueteres summum appellant.*
270 *Actionis stricti iuris unde dictæ.*
271 *Pecuniæ uerbum, quando strictè uel largè sumatur.*
272 *Statutum de pecunia loquens, quomodo intelligendum.*
Statuta stricti iuris. 272.
273 *Verbum intestabilis, quomodo sumatur.*
274 *Contractui lex unum tantum significatum accommodauit.*
275 *Qualitas in actu requisita ubi cessat, cessat & actus.*
277 *Hæreditas legitima qualis.*
280 *Verbum significare, uerbi significationem denotat non extensionem.*
281 *Intellectus Inst. de oblig. in fi. & de oblig. ex qua. cõtrac. in prin. contra Berourn.*
282 *Intellectus l. lege obuenire ff. de uerb. signif.*
283 *Confirmatio superioris, quid operetur.*
Et an inferior possit contrauenire. 284.
285 *Doctorum autoritas contra leges nulla.*



HAEC Rubrica con
tinuatur per Impe
ratorem, prout re-
fert Glossa, quam
sic potes melius
declarare, Supra ti
tulo secũdo, pro-
misit Impator tra
ctare quibus mo-
dis Ciuili Iure res
nobis acquireren
1 tur, † atque ob id subiecit de usucapione, &
præscriptione, quæ iuris ciuilis sunt, ut su-
periore titulo probatur ibi [*iure ciuili consti-
tutum fuerat*] (l. 3. ff. de usuc. ibi [*tempo-
ris lege diffiniti.*] Azo in Summa Cod. de usuc.
pro emp. circa fi. Balb. in trac. de præscrip. in
2 pri. par. q. 4. † Hinc dixit Bal. in repe. l. primæ,
C. de emanc. lib. quòd si Ius ciuile non esset,
præscriptiones non essent: & Fortunius Gar-
zia Hispanus in tract. de ult. fine iuris, nu. 54.
inquit, quòd si fateremur prohiberi præscri-
ptionem; necesse foret fateri prohiberi legẽ
3 ciuilem. † & licèt Franciscus Cõnanus, Iuris
consi. egregius & admodum facundus, in Cõ-
mentariis Iuris ciuilis. lib. 3. c. 11. col. 3. quo
ad usucapionem, eam lege xii. tabularum in-
ductam fuisse dicat, præscriptionem uerò ne
quaquam, quoniam lex de ea nihil locuta est,
4 & neque cogitauit. † hoc tamen ultimum mi
hi uidetur aduersari Iustiniano, superiori ti-
tulo dicenti [*iure ciuili constitutum fuerat*] de-
inde subdit etiam de præscriptione, quod
& Rubrica tituli clarè demonstrat.) Sed & ex
5 eo potissimum cõfirmatur, † quòd licèt Prin-
ceps non possit auferre dominium alicui quę-
situm de iure gentium, nisi cum causa, quę
respiciat utilitatem saltem priuatam (ut uo
luit Aret. in l. Gallus. §. & quid si tãtum. col.
pen. ff. de lib. & pos. & sentit Alex. consi. 261.
colum. 4. ibi [*maximè publicam*] uol. 2. & fir-
6 mat Bellon. cons. 2. col. 7.) † aut uerius tantũ
publicam, ut tradit Bar. in l. quæcunque, in fi.
C. de fi. instru. & iure has. fis. lib. x. Oldr. consi.
224. col. 7. Castr. consi. 178. Donatio prędicta,
& cons. 229. uisis et ponderatis. col. 2. uol. 1.
Fel. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 20. de consti.
Dec. consi. 361. col. pen. Cra. consi. 40. num. 4.
Gramma. cons. 100. num. 22. in ciuilibus. (Ro
ma. consi. 310. & consil. 352. in fi. Ias. in l. quo-
minus, col. 1. in fi. cum sequen. ff. de flum. Ale.
cons. 42. col. 1. uolum. 5. Ias. cons. 233. colum.
8. uolum. 2. Ioannes de Amicis, cons. 11. col.
3. Gozad. cons. 5. num. 18. Dec. Neap. 361. nu.
4. Capic Decis. 69. & 166. col. 2. Paris. cons. 2.
col. pen. consi. 101. col. 10. uol. 1. consi. 6. col.
2. uol. 2. et alij, quos cumulat Antonius Ga-
brielius Romanus, in suis cõclusionibus, lib.
3. in titulo, de iure quęsito non tollendo, con
7 clusione 2. colum. 1. & 2. † & idem Portius I-
molensis, lib. 5. cõclusione 15. quod opus nõ

Priceps an & qñ dominiũ alteri q̃sitũ tollere possit.

suum fuit, sed dicti Gabrielij, ut eius filius p
8 bat in epistola dedicatoria) † Tamen secus est
in dominio quæsito per usucapionem, uel
præscriptionem uelut de iure ciuili: sufficit
enim causa, licèt priuatam duntaxat utilita-
tem respiciens ad illud tollendum, ut decla-
rat Craue. in tracta. de antiqui. temp. in pri.
9 parte, num. 17. † secutus eam sententiã, quod
in dicto casu dominium sine causa tolli non
possit. Quia iuris gentium est, licèt modus ac
quirendi sit de iure ciuili, ut uoluit Bal. in l. 1.
in fi. C. de iure aure. anul. et in l. rescripta. col.
fi. C. de precib. Imp. offer. Fel. latè in allegato
c. quæ in ecclesiarum, num. 33. vers. secundus
casus, Ias. in l. si. 7. limita. C. si contra ius, uel
util. pub. & in l. Gallus. §. & quid si tantum,
num. 125. ff. de lib. & post. ubi pariter Alexan.
Aret. Soc. Galliau. & Moder. Hispani sequun-
tur. Iacob. Nigri in Rubr. ff. si cert. pet. nume.
15. & est magis communis opi. ut firmat Pa-
ris. cons. 101. nu. 70. uol. 1. Soc. iun. consi. 120.
nu. 32. uol. 2. Craue. consi. 7. nu. 10. cons. 103.
10 nu. 3. & consi. 135. num. 20. † licèt Ang. in l.
Lucius. ff. de euict. Anch. & Abb. in c. ex parte.
2. de off. deleg. Dec. in d. c. quæ in ecclesiarum,
num. 36. & Bertran. cons. 301. nume. 5. uol. 3.
tenuerint, causam non requiri. (de qua rela-
tius attingit Fernandus Vasquius, contro-
uersiarum illustrium lib. 1. cap. 5. nume. 15.)
11 † Verum quia, ut ad rem redeam, donatio
est aliud genus acquisitionis de Iure ciuili, ut
probat hic dictio, Et, quæ implicat, ut not.
glos. & Doctores in l. 1. ff. sol. matr. ideo sub-
iungit Imperator hunc titulum, & hæc est cõ
tinuatio tituli præsentis, secundum glossam
12 plenius declaratam. † Subdit tamen Franci-
scus Balduinus hic, quòd Apellus iudicat lon
gè accõmodatius fuisse hunc titulum, saltem
quantum attinet ad donationem inter uiuos
subiungi contractibus, quibus obligatio so-
lo consensu introducitur, nam donationem
causa mortis rectius iũges legatis, testaturq;
se ad mare Balthicum in quadam uetusta Bi-
bliotheca reperisse exemplar harum Institu-
tionum ante annos 400. conscriptum. in quo
ad hũc modũ distinctus erat hic de Donatio
ne titulus, nã prior pars, quæ agit de donatio
ne cã mortis, sequebatur titulum de legatis,
altera subiiciebatur titulo mandati, sicque
sola relatione contentus transit Balduinus.
13 † Ego uerò, quicquid sit de allegato exempla
ri (quod nec tantillum attendi debet, post-
quàm in fonte, & originaliter nõ exhibetur,
ut de Doctoribus relatis, quorum scripta nõ
habentur, nõ curandis inquit Dec. consi. 259.
num. 4. uer. præterea) longè meliorem puto
subordinationem, quæ communiter, & pas-
sim circumfertur. cũ enim principaliter hic
doceat Imperator de donatione causa mor-
tis, prout ordinatur, quo respectu contracti
bus æquiparatur, ut ĩ textu principij dicitur,

Cõtinuatio tituli per Balduinum, nũquid sit bona.

impertinenter post legata subiiceretur, quæ
14 pertinent ad ultimam uoluntatem. † Rur-
sus, cum in titulo mandati, & præcedentibus
(de ueris et propriis contractibus dixisset, l.
iurisgentium, in princ. ff. de pact. §. ius autem
gentium, supra de iure natu.) non satis aptè
fuisset subiectum de donatione, quæ impro-
prius & non uerus est contractus, ut in hac
Rub. dicemus. Opportunius ergo de utra-
que donatione fuit hic positum, cum esset
genus acquisitionis Iuris ciuilis, ut supra di
xi, pleniusq; dicetur in textu principii, de
qua quidem acquisitione pollicitus fuerat,
& cœperat tractare supra titulo secundo, in fi
ne, cum sequenti, sicq; alibi considerat Impe-
rator magis accommodatam subordinatio-
15 nem, infra titulo 2. §. finali. † Expedita conti
nuatione, quoniam materiã donationis præ
manibus habemus, optimum est, iuxta Cice-
rονis præceptum, lib. 1. Officiorum, in primis
uidere quænam sit eius uera diffinitio: præce
dere namque debet diffinitio omnem dispu-
tationem, & omnem tractatum, ut tradit Pe
trus Loriotus in tracta. suo de pactis, Axio-
mate primo. Cagnol. in l. omnis diffinitio, nu.
16 5. ff. de reg. iur. († Quod sanè uenit intelligẽ
dũ præsupposita rei sp existentia, sit enim,
an non sit, de quo disputatio futura est, quæri
tur in primis, ne frustra omnis suscipiatur la-
bor, si in eius rei, quæ non est, institutione cõ
17 sumatur: † cum enim scientia nihil aliud sit,
quàm naturæ quædam obseruatio, & cogni-
tio, rerum earum, quæ non sunt, nulla in-
stitutio suscipi potest, at statu rei conces-
so diffinitio quærenda est: ea namque rem
innẽtam, sed adhuc obscuram, & inuolutam
aperit, & hæc ita declarat eleganter & doctè
Connanus in Commentariis Iuris ciuilis,
18 lib. 1. c. 1. col. 1.) † Ad huius igitur diffinitio
nis introductionem præmittẽdum est, ꝙ quæ
libet bona diffinitio constare debet ex gene-
re & differentiis, ut ponit Bar. in l. 1. ff. de tes.
(quod & subtilius confirmat Connanus in
Commen. Iuris ciuilis, lib. 1. c. 3. in fi. dicens;
ꝙ constare debet diffinitio genere, & forma,
19 quæ differentia appellatur: † ac genus quidẽ
inuentu facile est, forma non item: quare in
omnibus, omnes diffinitionum leges, & ra-
tiones, ut obseruentur, uix, ac ne uix quidem
fieri potest. Quod ipsum illum Aristotelem
non puduit in libris suis de moribus, statim
ab initio præmonere, ut ne in illis suis dispu
tationibus accuratum, & limatum differen-
di genus requireretur: magnam enim es-
se rerum iustarum et honestarum dissimilitu
dinem, magnam incertitudinem, & plerum-
que errorem, ut iis nequeat summa illa artis
20 subtilitas adhiberi. † unde nón immeritò Cõ
nano conformis Alciatus, Parergon lib. 9. c.
21. dixit, ꝙ in discernendis differentiis, ex qui
bus diffinitio consistit, magna subtilitate est

Diffinitio nunquid cętera pręcedere debeat.

Diffinitio ex quibus constare debeat.

opus, ut Cicerò scripsit; atque ob id uarias
diffinitionum formas recẽset Alciatus, quas
M. Victorini libellus complectitur, sed circa
propriam uersando, qualis est memorata,)
21 † & quæ conuerti debet cum suo diffinito.
Bart. in l. 1. §. dolum. ff. de dolo. (Siluester Al-
dobrandinus supra de iust. & iure, nume. 4. &
22 de adoptio. num. 20.) † Illa est enim propria
diffinitio (quæ dicit quidditatẽ rei per essen
tialia, secũdum Philosophum, 6. Topicorum,
& tradit Abb. in Rub. de sent. exco. Ias. in l. ne
mo potest. lectu. 2. num. 17. ff. de leg. 1. Ripa
in l. 1. ff. de uul. & pupil. passim Doctores, in l.
1. in princ. ff. de acqui. poss. cum similibus per
Cornelium Benincasium in trac. de pauper-
tate, q. 1.) quibus addo Cagnolum post Boe-
tium, in allegata l. omnis diffinitio, conside-
23 randum est, † ꝙ plures in materia nostra do
nationis, & uariæ leges circumferuntur, &
primò quidem textus in l. donari. ff. eod. & in
l. donari. ff. de reg. iur. cuius hæc uerba sunt
[*donari uidetur, quod nullo iure cogente conce-
ditur,*] ubi donationem diffiniri uoluit Ho-
stiensis in Summa sua, de dona. in prin. dum
24 quærens quid sit donatio subiunxit, † Dona-
tio est rei licitæ nullo iure cogente facta col-
latio, motus ex dicta l. donari, eumq; secutus
est Albericus in l. 1. ff. eod. & in Rubr. C. eod.
Conrad. in Methodo iuris ciuilis, eod. titu.
post principium, & Aretinus hic post notabi
25 lia. † Ego uerò ab ipsis longè dissentio, cum
differentiæ tales ibi non ponantur, ex quibus
donatio ab aliis speciebus dignosci possit:
illa enim uerba [*nullo iure cogente*] Mutuo
Cõmodato, Deposito, Precarioq; cõueniũt,
26 quæ tamen non sunt donatio. † repugnat ẽt
uerbum uidetur, quod denotat improprieta
tem. l. 1. §. deiecisse. ff. de ui & ui arm. not. in
l. in suis, ff. de lib. et post. & à diffinitionibus
est alienũ, quæ per uerbũ, est, poni cõsueue-
runt, (& primã impugnationẽ concedit hic
Iulius Cõstantius Perusinus, licèt secundã ne
27 quaquam. † Sed malè: licèt enim Hostiensis, &
sequaces in diffinitione usi fuerint uerbo, est,
tamen textus in dicta l. donari. unde eam de-
sumpserunt, utitur uerbo, uidetur, quod cum
mysterio positum fuit ad denotandum impro
prietatem, cum mutuũ, commodatum, depo
situm, et precarium, nullo iure cogente con-
cedantur, et tamen neque uerè, neque pro-
28 priè donantur.) † Secundo loco succedit te-
xtus in l. cuius per errorem. ff. de regul. iur.
in hæc uerba [*cuius per errorem dati repetitio
est, eius consultò dati donatio est*] ubi sine con-
trouersia dicendum est, minimè propriam do-
nationem poni, sed impropriam tantum, ut
uoluit Glo. in l. 1. in uerbo, liberalitatem,
29 in fi. ff. eo. et in l. nec ignorans, C. eod. † Con-
firmaturq; nam dicitur ibi, quòd si consultò
detur, donatio est; et tamen esse potest, quòd
recipiens nesciat indebitum solui, quo casu
propter

An uera donatio diffiniatur in l. donari, ff. eo. & de regu. iur.

Et an in l. cuius p errorẽ, ff. de regu. iur.

propter dissensum recipientis non est dona-
tio.l.absenti.ff.eo. declarat Bart. Cast. et I-
mo. in l.1.ff.eo.Castr.Alex.& Ias.in l. 1.ff. de
cond.inde. Ferrarius. & Guil. Maynerius in
d.l.cuius. (demumq; Connanus in Cōmen
30 tar. Iuris ciuilis, lib.3.c.7.col.3. † declarando
textum in l. si tibi pecuniam, ff. si cer.pet. ubi
si tibi pecuniā donandi animo tradiderim, tu
mutui nomine receperis: donationem non
esse scribit Iulianus, propter in causa dissen-
sum, ut inquit Connan. quia non eo nomine
accepisti quo tibi dedi. donatio autem nulla
31 est, nisi acceptetur ab eo, cui donatur.) † hinc
est quòd si notarius absenti donationem sti-
puletur, adhuc ex parte absentis non est dona
tio, nec ei quæritur, nisi ratificatione secutá,
sicque eius consensu concurrente, ut tradit
Alber.in l.non enim.col.1.ff.de adop. Bald.cō
sil.200. uerba Cyni.uol.2.Cast.consil. 195. ui-
sis bis, col.3.uol.2.Dec.in l.certi condictio, §.
si numos, col.2.ff.si cer.pet.in l.1.nu. 22. C. de
pac.in l.contractus.limit.5.num.16.ff. de reg.
32 iur.ubi dicit, id esse singulare, † & ita se con
suluisse, prout id effecisse reperitur in consil.
226.colum.2.ad fi.consil. 247.col. pen. consi.
432.ad fin.consi.464.num.3.consi.531. ad fin
consi.586.num.13.et consi.661.colu. 2. Cur.
iun.consi.52.num. 12.consi.55.nume.9. cons.
120.colum.1.& 2. Bertran. consi. 146. colum.
4.uol.2.cons.304.uol.3.Ruin.consi. 121. colū.
2. ad fi.cons.174.col.2.uol.1.Soc.in l.1.§. si ius
serim. circa fi.de acqui.possess.Paris. consi. 12
num.110.uolum.2.Castane.consi.71.colum.8.
uers.item etiam, consi.59.colum.fi. Rub. in l.
non solum.§.morte, num.9. et 95. ff. de oper.
no.nunc.consi.132.Gratus Respon. 12.col.1.
Respon.25.num.37.Resp.99.col.2.Resp.117.
colum.2.& Respon.127.col.2.uol.1.Galliau.
33 in Rub.ff.de uer.obl.num.84. † ubi dicit hāc
opinionem esse ueriorem, quam etiam te-
net Alcia.parerg.lib.3.c.13. dicens ita sępius
se consuluisse (prout reperitur in Respō.112.
ubi citat infinitos, et dicit esse communem
opinionem, eamque confirmat per l. ea quæ
ciuiliter, ff. de acqui. rer. domi. ubi absentib.
non quæritur per liberum hominem, nisi eis
uolentibus, quæ uerba conditionalia sunt, &
important, ꝙ prius uolūtas declaretur per
absētē, ut ibi declarat Sign. de Homod. i repe
34 titione. proceditque pariter in notario, † ex
quo notarius in acquirendo non differt ab a-
liis liberis hominibus, nisi in uno, uidelicet,
ꝙ transfertur utilis sine cessione in eum, cui
stipulatus est, ut per Bar. et alios, in l.3. ff. rē
pupil.sal.fore.) & ultra predictos idem tenēt.
mod.Galli in addi.Alex.consi.31.colum. pen.
35 uol.6. † Qui dicunt hanc opinionem esse cre
briorem, pluresq; ex memoratis autoritatib.
cumulat Tiraquel.in trac. de constituto, par.
3. num.12. limitat.30. concludens non uale-
re generaliter stipulationē notarii pro alte-

Notarius an absenti stipulando quæratur.

ro, nisi eo ratum habente, prout uoluit Sa-
lyc. in l. Caius. ff. de usur. quibus addo quo-
que Socinum iun.consi.126.nume.12. uol.2.
& Alciatum latè in c.cum contingat.nu. 234
36 de iureiur. † qui concludit hanc esse commu
nem. quod & Cagnol. testatur in l.fin. num.
233.C.de pact. (l.quo tutela. §. nec paciscen
do, in fi.& in l.si librarius, nu.64.ff.de reg.iu.
& post eum Gabrielius Romanus in suis con
clusionibus, lib.3.titulo de uerb.oblig.cōclu
sione pri.num.100.ubi plures ex prædictis, &
37 alios congerit.) † Et quamuis Cor.consil.2.
col.2.uol.4.Bertran.cons.156.nu.5.uol.1.no
uissimorum Rui.consi.119.col.4.consi.126.
nu.16.uol.1.cons.47.uol.3. Dec. consil. 295.
col.2.Gozad.cons.87.nu.13. Soc.iun. consil.
118.col.pen.uol.2. (& cons.127.uol.3.ubi la
tè prosequitur, sed latius Senatus Pedemōta.
decis.33.) atque alibi quidam, quos refert idē
Tiraquell.loco citato, nu. 13. contrarium te-
nuerint, moti per l.2.3.& 4.ff.de rem pup.sal.
38 fore, inducendo ut per eos. † & ex notatis per
Bar. & Doctores in l.stipulatio ista. §. si stipu-
ler.ff.de uerb.oblig.ubi latè Alc.nu.2.Ias. nu.
15.dicētes, ꝙ per stipulationē notarij q̄ritur
utilis actio absenti sine cessione, secundum
communem conclusionem, & obseruantiā,
quod etiam firmat Soc.consi.125.in fine, uol.
39 1.Paris.cons.88.nu.90.uol.3. † Ar tamē à prio
re sententia non recedo, uelut communi (cū
potissimè plures ex allegatis potius respiciāt
ut sine cessione per notariū quæratur actio, q̄
quòd non requiratur ratificatio, ut animad-
uertit Gabrielius ille Romanus in dicta con
clusi.1.sub nu.100. ad finem) & quoniam te-
net eam Balduinus in §. 1. infra eo. plus ad-
40 dens, † quòd cum hic iuris articulus esset in
scholis Iurisperitorum admodum contro-
uersus, perspicuè definitus est à Francisco Gal
liarum Rege, edita in eam rem anno 1539. cō
stitutione (& idem firmat Viuius in suis com
munibus opinionibus, in uerbo, donationē.
41 † ubi subiungit non requiri expressam ratifi-
cationem, sed tacitam sufficere. & pręter eum
quoque copiosè tradit Didacus Couaruu.in
Rubr.de testa.par.3.a nu.13.usque ad 15.de-
mumque Gabrielius Romanus loco citato.
42 † Quid autem esset adiecto iuramento in in-
strumento notarij, Ruinus consil.180.nu.12.
uol.1. tenuit absenti quæri ius, quem sequi-
tur Natta consi.262. nu.18. & cons. 506. nu.
43 17.& alios citat Crau. consi.98.num.3. † at
clariss. Plotus in eleganti sua repeti. legis, si
quando, num.12.C.unde ui, cōtrarium tenet
post Alciatum & Parisium, quos citat: tu uero
cogitabis, postquam non est præsentis specu-
44 lationis) † nec me mouet dicta lex 2.3.& 4.
ff.rem pupil.sal. fore. in uerbo [*scriptum publi
cum*] non enim de notario loquitur, ut Ac-
cursius & alij putant: quod inde patet, nam
ille seruus publicus admittitur ad stipulan-

dum

dum in subsidium, si seruum pupillus non ha
45 bet, nec unde emat, † cum tamen notarius passim pro alio stipuletur. Bar. Bal. Cast. & alij in l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iu. loquitur ergo de seruo publico, hoc est reipublicæ, q sic appellatur in l. 1. §. seruum municipum. ff. de quæst. & in l. 1. C. de seru. rei pub. & est gl. notab. in l. 1. C. de soluti. & libera. debi. ciuil. lib. 11. sicque reperio quòd illa iura declarant Guili. de Suzar. Gab. de Osellet, & Iac. Butrig. in l. 1. ff. de his qui sunt sui. quos refert Alber. in dicta l. non enim. Tiraquellusq; loco me-
46 morato, num. 32. (demumque † Connanus in cōmenta. Iur. ciuil. lib. 2. cap. 2. col. 2. qui mira doctrina & eloquētia plurimum illud
47 illustrauit) & ille seruus reipub. † pupillo da tur ad stipulandum, quia cum seruum non ha beret, nec unde emeret, prouidendum erat ei de publico, & mediante pecunia publica. l. 1. §. ait prætor, cum ibi not. ff. de postul. unde multo magis respublica tenetur subuenire de proprijs seruis ad illum actum, arg. Glosse
48 fin. in l. hæ operæ. ff. de oper. lib. † Vtque seruus proprius inuito domino & ignoranti quærit. §. item uobis. infra per quas per. l. seruus uetante. ff. de uer. ob. Sic etiā esse debet in hoc seruo reipublicæ loco proprij surrogato. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Fal luntur ergo qui putant illa iura de notariolo
49 qui. † minusque stringit illa communis conclusio in dicto. §. si stipuler. non enim dicit utilem absenti quæri ante ratificationem, immo debet intelligi ea demum secuta, ut declarat Castr. in dicto consil. 195. 2. dub. Dec. dicto consi. 531. (& Gabrielius Romanus in allegata concl. 1. lib. 3. titulo, de uerb. oblig. nu. 100.) Ex superiore igitur argumento patet, quòd textus in dicta l. cuius per errorem, de
50 propria donatione non loquitur. † Nec quicquam ualet restrictio Decij, dū illum textum intelligit quando recipiens, scienter recipiebat indebitum, secus si ignorāter, quia textus indistinctè loquitur, ergo indistinctè debet intelligi. l. de precio. ff. de publi. in rem actio. l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præstand.
51 († Quæ regula adeo uera est ut omnes casus includat, etiam quòd in uno sit maior ratio quam in alio. l. 1. §. autem. ff. de aleator. Dec. consil. 5. col. 1. & consil. 30. col. 1. Cur. iun. consi. 59. num. 4. Immo non sine diuinatione procedit intelligentia Decij, quòd ibi recipiens sciret indebitum potius quam q
52 ignoraret. † igitur reijci debet, cum nō liceat diuinare. l. si putator. ff. ad l. Aqui. c. ut nostrū. ut eccl. bene.) Præterea uidemus in obligatio
53 ne antidorali, † quod si per errorem soluatur, repetitio est, ut Glo. penul. Bartol. & alij tradunt in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Bar. Cast. & Imo. in l. si testamento. §. 1. ff. de fideiuss. Imola in Rubr. extra eod. Et tamen si consulto detur, non est propria donatio, secundum communem sententiam, de qua infra dicemus. sequitur ergo quòd in dicta l. cuius per errorem minimè propria donatio desi-
54 gnatur. † Quare uerus eius locus habetur in l. 1. ff. eo. & in l. munus. §. dona. ff. de uerb. signifi. probatur in primis (ex eo quòd utro- Vbi uera donatio diffinitur.
55 biq; ponitur diffinitio donationis, † a qua diffinitione sumitur propria significatio rei, ut per Bar. & alios in l. omnes populi, nu. 59. ff. de iust. & iu. Siluest. Aldob. supra de tutel. ī prin cip. num. 16.) Item quia dicitur priore loco [*hæc propriè donatio appellatur.*] Secundo uero
56 [*Dona propriè sunt*] † propria enim significatio rei ab autoritate legis hoc dicētis dicitur. l. proprie. l. ferri. ff. de uer. sig. tradit Bart. in dicta l. omnes populi. num. 59. & in l. liberorum. ff. de uer. sig. Itē in dicta l. 1. ponitur diffinitum ibi. [*donationes quamplures sunt*] & in dicto §. dona. ibi [*dona sunt*] Rursus ponitur. Genus utrobiq;: primo quidem loco ibi [*dat aliquis*]
57 Secundo ibi [*quæ præstantur*] multa † enim sunt præter donationem, quæ dantur, uel præstantur, (ut primum probatur in l. ubi autem non apparet. §. fin. ff. de uerb. oblig. & in §. sic itaque. Inst. de act. secundum uero, nam dicimus præstare culpam, hoc est alienam culpam in se recipere: eique futuræ euētum suo periculo esse uelle, ut po st Budæum, Lexicon Iuris, & Franciscus Hotomanus in cōmenta
58 rijs iuris, declarant: † sicut & præstare significat prohibere ne cui fiat aliquid incōmodi, & si non prohibuerit, satisfacere: ut uéditor, præstare debet uitium rei quam uendit, idest prohibere, atque efficere, ne emptor dāni aliquid faciat. cuius est autor idem Lexicon Iuris, & Vlpianus in l. 1. ff. de ædil. edic. ibi [*quod eius nomine præstari oportere dicitur emptori.*] & in l. 1. C. de ædil. act. ibi [*præstari iubebit.*]
59 † quare patet illa uerba, Dat, & præstantur, esse genus in diffinitione positum, cum pluribus speciebus adaptentur, quod est peculiare generis ut de pluribus speciebus prædicetur, ut animal genus est: homo uero bos, equus & id genus species, uelut partes illius generis subiectiuæ, ut declarat Bart. in l. qui usumfructum. ff. de uerb. oblig. Ias. in Rubr. ff. de leg. 3. col. 2. & pulchre Connanus in cōmētar. Iuris Ciuilis, lib. primo, ca. 13. col. pen. dicens Genus esse, quod ad plures species natura differentes pertinet: species autem natura sua su-
60 bijcitur generi) † Ponuntur etiam differentiæ, quibus diffinitū cognoscitur ab alijs speciebus, nam in dicta l. 1. dicitur [*dat aliquis ea mente ut statim uelit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reuerti*] per hoc enim excluditur donatio ob causam, donatioque causa mortis, ab ijsque longè differt donatio, quæ diffinitur
61 utrobique, † cum prima detur, non ut statim sed tunc demum fiat accipientis, cū aliquid secutum fuerit, quo non secuto, resoluitur, & ad donantem reuertitur, ut in dicta l. 1. §.

1. &

1. & fin. Altera uerò datur, ut aliquo casu reuertatur ad donantem, ueluti si conualuerit ut ibi.§.1. & in textu nostro. Rursus ibi dicitur, [*& propter nullam aliam causam facit, quàm ut liberalitatem, & munificentiã exerceat*] per hoc.n. excluditur donatio antidoralis, & propter nuptias, in quibus non concurrit omnimo-
62 da liberalitas. † Nam prima nascitur ex obliga-
tione ad remunerandum.l.sed & si lege.§.consuluit, ff. de pet. hæred. ibi [*quasi uis ad remune-*
63 *randum sibi aliquem naturaliter obligauerint.*] † Omnis enim creatura mouetur ad benefaciendũ ei qui sibi bene fecit ut ibi pen. Glos. & apud Catonem legitur dicentem [*Beneficij accepti*
64 *memor esto*] atq; alibi [*par pari refero.*] († Et haec obligatio non alia ratione naturalis appellatur quàm, quòd in æquitate, & honestate naturę consistat, digna eo, quem uirum bonum dicimus, ut laudabile sit, acceptum beneficium reddere, datum repetere, non ho-
65 nestum, neque liberale. † Odiosum enim genus hominum est, inquit Tullius, officia exprobrantium, quæ meminisse debet is in quẽ collata sunt, non commemorare, qui contulit, hæcque pe lite sic de hac obligatione remunerandi ponit Connanus in Cõmentar. Iuris ciuilis, lib.5.cap.8.col.2. cui nonnihil ad-
66 dens dico, quòd) & in tali † donatione, quæ descendit ex obligatione prędicta subest quædam prouocatio propter obsequia recepta, ut inquit tex. in l.1.C. de reu. don. ibi [*nam qui obsequijs suis libertatem patronorum prouocauerunt*] quæ prouocatio cessat in donatione posita in d. l. 1. ibi [*& propter nullam aliam causam, &c.*]
67 † Secũda uerò donatio antipherna appellatur idest contra dotem datio, & non simplex donatio. l. fi. & ibi Glo. C. de don. an. nup. idque planius explicat (Connanus in Cõmentar. Iuris ciuil. lib.5.cap.3.col.1. dicens, quòd dote præstita, & coniugio inito, cogitur eam maritus soluere, quocũque eam pacto promiserit, quoniam hic est genus illud conuentionis, quæ uocatur, do ut des: dedit autem dotem mulier, ergo maritus donationem propter nuptias dare cogendus est. quibus ex uerbis Connani planè deprahenditur, eam non esse propriam donationem, cum sit compul-
68 sionis actus, non liberalitatis) † sed & in donatione ante nuptias, quam sponsalitiam largitatem appellamus, idem dicere possumus una cum Constantio Rogerio, in l.1.nu.24.ff. cod. nam cum in sponsalitia largitate insit in dubio conditio tacita nuptiarum. l. cum ueterum, C. de don. ante nup. sequitur eam non es-
69 se propriam donationem † (quamquam in hoc secus sentiat Connanus loco paulo ante citato dicens, quòd cum donatio ante nuptias, quã sponsus sponsæ facit, non habeat causam nuptiarum necessariam, sed ab amore, & ipso liberalitatis fonte procedat, si quid pollicitus fuerit, non tenebitur, nisi uolet,

Sponsalitia largitas, an sit uera donatio.

præstare, siue secutæ sint, siue non secutæ nuptiæ. hinc enim sentit Cõnanus eam esse pro-
70 priam netamq; donationem, sed malè † meo iudicio: licet enim talis donatio causam nuptiarum necessariam non habeat, eam tamen habet, & tacitam conditionem, ut tũc rata sit, cum matrimonium fuerit secutum, §. est & aliud, infra eod. nec sponsus daret, aut promitteret dare, nisi nuptias futuras crederet. Igitur uera donatio dici non potest, quæ non ab aliqua causa, sed à mera liberalitate, ac munificentia procedit, dicta l. prima, ff. eo.
71 † Vnde bene idem Connanus, in Commentar. prædictis, lib.5.cap.9.col.5. dicit. non satis esse aliquid traditum fuisse: nisi enim liberalitatis sensum habueris, non erit donatio, quòd in ambiguorum ex uerbis, tum ex causis traditionis, & rei qualitate iudicandum erit. uult ergo Connan. quòd si causa tradendi ueræ donationi repugnat, ueram donationem non esse, quod in sponsalitia largitate ue-
72 rificatur, ut suprà deduxi. † Et posito, quòd nuptijs secutis sponsus non teneretur dare, prout inquit Connanus, non tamen inde sequitur donationem propriam dici posse. Nã & ad remunerandum quis non tenetur, nisi uelit, ut in priu. textus dicemus, & tamen si quis remunerando quid præstat, illa nõ est uera donatio, ut ibi suo loco dicemus. Vnde Connanus in hoc paulo defecit: nam, ut dici solet, [*Bonus quandoque dormitat Homerus.*])
73 † Similiter in dicto.§. dona. ponuntur differentiæ satis notabiles ibi [*quæ nulla necessitate iuris, officio ue, sed sponte præstantur: quæ si non præstentur, nulla reprehensio est; & si præstentur; plerunque laus inest*] illa enim uerba ad ueram dona-
74 tionem allundunt † cum ea sint gratiosa, quæ impendimus, cum liceret non impendere, c. iam nunc, 28.q.1.& tradit Guil. Mayner. in l. donari. ff. de reg. iuris. Nam & Seneca, uir ille
75 grauis. lib.3. de Benefic ait, † Beneficium esse, quod quis dedit, cum ei liceret, & non dare, atque ob id donationem dici liberalem, & spontaneam largitionem testatur Balduinus hic. Quinimo excludunt uinculum ciuile, & naturale, quo necessitate astringimur ad soluendum, ut infra de obligatio. in princ. & ibi not. & est casus in d.l. debitor, ff. de uerb. signi.
76 † Sed & ea uincula licèt separata excludunt, propter uerbum [*nulla*] quod in totum negat. l. si is qui. cc.§. utrum. et ibi Bar. ff. de reb. dub. excludunt etiam donationem illam, quæ
77 fit in contractu uenditionis, † ut quãdo quis dicat, uendo tibi pro tanto, & si plus ualet, dono. illa enim non est uera donatio, nec ex mera liberalitate facta, sed ex eo potius, quod plus de re uendita habere non potest, ut tradit Bar. in l. si tibi decem, in prin. ff. de pact. Alberic. in l. donari. ff. eo. Ruin. consi. 107. num.
78 17. uolu. 1. † Similiter excludunt memorata uerba donationem causa mortis, in qua concurrit

currit officium seu negocium quoddam, uide licet, ut reddatur, si conualuerit, l. senatus, §. 1. ff. de mor. cau. dona. ibi [*negocium gerit.*] Item excludunt donationem antidoralem, in qua concurrit officium eius, qui benefecit ut remuneretur, l. Aquilius, ff. eo. ibi [*officium magistri quadam mercede remuneratum Regulum.*]
79 † Item concurrit officium remunerantis, qđ est benefacienti benefacere, secundum Glo. in dicto. §. consuluit. si enim non remunerat, incurrit reprehensionem, nec bene facit. ut tradit Imola in c. fi. notab. 5. eod. ti. (Nec imme
80 ritò, quia † naturaliter quis obligatur benefacientibus sibi, ad illos remunerandum, c. cũ ex officij, de testa. c. quicunque suffragio, cum sequen. 12. q. 2. Bero. consi. 203. num. 4. uol. 1. Hinc ampla priuilegia concessa sunt actui re
81 munerationis: † nam licèt aliàs homines inuiti nõ possint alienari tamen ex causa remunerationis possunt, ut post Bar. tradit. Natta, consi. 367. nu. 14. subdens exemplum de præ-
82 latis, † qui licèt res ecclesiæ, præsertim inmobiles prohibeantur alienare, tamen remunerationis gratia id eis conceditur. c. relatum, de testam. Glo in l. iubemus nulli. in princi. & ibi Bar. & alij, C. de sacrosanc. eccle. Barto. in l. iusta cau. ff. de manu. uind. Ioann. Andr. in add di. Specul. in Rubri. de reb. eccl. non alie. Bal. in c. de priore, de appel. Faber, in auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosan. eccl. Roman. in l. si uero, §. de uiro. fall. 48. ff. sol. mat. Alex. consil. 56. consideratis, col. 3. uol. 1. Ias. in l. non fortem, §. libertus, col. 5. ff. de cond. inde. Soc. con silio 84. col. 5. uol. 3. Ias. consi. 222. col. 7. uol. 2. consi. 10. col. 4. et consi. 73. col. 3. uol. 3. Bertrã. consi. 205. col. 2. uol. 2. Fernand. Vasqui. de successionum resoluti. lib. 1. §. 5. nu. 6.) unde cũ in remunerando uersetur obligatio quædam, quæ non conuenit dispositis in dicta l. j. & in dicto. §. dona. patet ibi ueram donationem poni, cum & uerba conuertantur cum diffini
83 to, ut intuenti facilè patet. † (Et hanc diffinitionem paucis reformat Iulius Constant. dicens, quòd donatio est datio, uel præstatio alicuius rei ea mente facta, ut statim fiat accipientis, nullo casu reuersura liberalitatis causa tantum declarando, ut per eum) uisa donationis diffinitione, dispiciamus an donatio sit contractus, secundo an sit contractus nominatus, tertio nunquid sit propriè contra
84 ctus. † Primum concedunt omnes, dum super secundo tantum disputant in l. in ędibus, §. j. ff. eod. in l. Iurisgentium, in prin. ff. de pact. & in l. fi. ff. de cond. ob cau. fundatur hęc opinio in l. si donationis, C. quod met. cau. in l. si quis emptionis. in princ. C. de præscrip. 30. an no. & in l. fi. §. j. C. de bon. quæ lib. cum enim prius dicatur de donatione, postea subiungatur [*uel alterius contractus*] illa dictio alterius includit, ut donatio sit contractus, & ita Glo. Bar. Bal. Fulg. Cast. Salyc. & Alexand. in cis no

An donatio sit contractus.

85 tant. † (& præter eos comprobatur, nam dictio alterius uel alius, quæ sunt sinonimæ propriè denotant similitudinem secundum Gl. fi. i l. si fugitiui. C. de ser. fug. & ibi Dec. nn. 33. Alexand. consi. 19. nu. 6. uol. 2. Fely. in c. sedes, num. 6. de rescrip. Socin. consi. 23. nu. 3. uolum. 4. Ruyn. consilio 63. nume. 3. uolum. 5.
86 † ubi dicit expresse dictionem, aliàs, esse repetitiuam, & repræsentatiuam eius qualitatis cuius est id de quo expressè facta fuit mẽtio, sequitur Senatus Pedemontanus Decis. 52. nu. 13.) Confirmatur per textum, in l. fin. & ibi not. Dec. nu. 10. C. de pact. ibi [*donationem*
87 *neque alium contractum.*] † Illa enim dictione que, denotat similitudinem, inquit Deci. ut not. in l. 2. C. de ser. fug. & in c. sedes, de rescri. ergo patet, quòd est contractus, & plura id genus iura sic loquentia cõgerit ad hoc Tiraquell. in libro de legib. connubi. in uerbo, contracter. Glo. 3. num. 42. (quibus etiam meminit Fabianus de Monte, idem tenẽs in tracta. de emptio. & uend. quæstio. 22. nu. 21.)
88 † Contrarium tamen tenet Garzias Hispan. in dicta l. Iurisgentium, num. 25. quoniam ut sit contractus, subesse debet obligatio. l. Labeo, §. contractum, ff. de uerb. sign. hic autem nulla subest. nõ. n. ex parte donantis, quia dando exequitur, & soluit, sed nec ex parte donatarij. l. Aristo. in prin. ff. eod. ibi [*obligationem non contrahi eo casu quo donatio est,*] iuncta Glos. quæ dicit donatarium non obligari, quam Doctores sequuntur. ergo sit eam non esse cõ
89 tractũ. † Secundo, quia titulus de Donationibus, non ponitur inter titulos contractuũ, sed inter genera acquisitionum, sicque nomi
90 natur, ut hic, ergo non est contractus. † Tertio, quia donatio fieri potest per pollicitationem, l. fi. C. ad Velleia. ergo non est cõtractus, quoniam nullus est in mundo, qui non exigat duorum cõsensum, l. j. §. adeo. ff. de pact. Hæc, quæ magis stringere uidentur, retuli: cætera, quæ ponit ut imaginationes prætere
91 reo. † Et licèt ipse non dicat, hanc opinio. tenuit Fulg. in l. 2. C. de condi. ob caus. & Cuman. in l. in ędibus. §. j. ff. eod. dicentes, donationem non esse cõtractum, sed quoddam negocium, quia nulla contrahitur obligatio. Et ad iura de quibus supra, respondet in effectu Garzi. donationem appellari posse contractum, quando fit per contractum, sicque eam illa iura appellant. de se tamen non est cõtra
92 ctus. † Ego uerò sequor priorem sententiã, ut communem, ita quoque ueriorem. Pro qua primò uigent prædicta Iura nullatenus soluta per eum. quod enim dicit donat'onẽ tunc demum dici, quæ fit per contractum, est contra textum, in dicta l. si quis ibi, [*donationis titulo,*] & contra textum in dicto §. j. ibi [*ex quocunque titulo, siue donationis*] patet enim, quòd donatio non fiebat per contractum diuersi nominis, puta per emptionem, uel uen-
ditionem

93 ditionem.† In qua remittendo uel dãdo prę ter iustum ualorem, uel precium, posset subesse tacita donatio: tunc enim dixissent illa intra, fuisse titulum emptionis, uel uenditionis, quo principaliter fuisset celebratus. cum ergo appellent titulum donationis, colligitur, quòd per se fiebat, & tamen utrobique
94 contractus appellatur. † Secundò hanc opinionem confirmo per textum in Auth. ut spõsa. larg. in princ. ubi dicit Imperator [*sponsalitiam largitatem contractum specialem esse*] ecce quàm clarè contractum appellat donationẽ propter nuptias, de qua loquitur, secundum Bar. & alios ibi. Suadetur hoc idẽ dũ subdit,
95 [*& alijs donationibus eam connumerari.*] † Nam illa dictio, alijs, ex sui propria natura est relatiua. & repræsentatiua eiusdem qualitatis, cuius est id, de quo facta est mentio, c. si. cum ibi not. per Archid. de pact. in 6. notat Glo. & Doctores, in l. non solùm. §. quæritur, in uerbo, cęteros, de procur. Glos. & Doctores in c. sedes, de rescript. Alex. consi. 204. consideratis uerbis, col. 2. uol. 2. Ruy. cõs. 130. in prin. uol. 3. consi. 67. num. 3. uol. 5. Soc. Iun. consil. 168. num. 52. uol. 2. (Dec. in l. 2. post Glos. C. de ser. fu. num. 33. & in l. quicunque, in fi. lectu-
96 ra 2. C. qui admi. Ceph. cõsi. 204. nu. 49. † ubi quòd intelligitur de simili, ergo eiusdem qualitatis, & dixi paulo superius alios citãs, ut ibi, meritò repetit in donationibus, de quibus subdit, illam qualitatem cõtractus, de qua su-
97 pra. † Tertiò moueor, quoniam mutuum ita nomen habet ab executione, sicut & donatio: dicitur enim mutuum ab eo, quòd de meo tuum fiat, l. 2. §. appellata, ff. si cer. pet. (quem textum nõ sic accipiendum putat Cõnan. in Commentar. Iur. ciuil. lib. 7. cap. j. col. 5. ut dicatur mutuum, quòd à creditore transferatur rei creditæ in debitorem dominium, nam isto modo legatum, donatio, uenditio, mutuum dici posset, quòd in ijs similiter transmittatur dominium: sed quia mutuum, est earum rerum, quarum est tam commutabilis natura, ut altera alterius omnino uicem suppleat, sic ut quod meum est, fit tuo simillimũ, ac prope idem, cum eiusdem sit naturæ, eiusdem qualitatis, & quantatis, tantamq; utilitatem, atque eundem prorsus usum tibi ac
98 mihi afferat, ut plenius per eum. † Quæ sanè declaratio, non tam illi §. quàm superiori cõuenit ibi, [*quia in genere suo functionem recipiunt*] cum sequẽtibus uerbis, quæ pariter & ab alijs Iureconsultis uarijs modis explicantur, nedum ibi, sed alibi, ut à Bellono Supputationum lib. j. cap. 4. Zasio lib. j. Singularium responsorum, cap. j. col. 2. Duareno disputa. lib. j. c. 14. & Vaconio de Vacuua Declaratione, 94.) Sed eo prætermisso uelut obiter nobis factò, satis est, quòd ab executione mutuũ dedu
99 citur, † sicut & donatio, à doni datione, l. Senatus, §. j. ff. eod. sed constat mutuum contractum esse, §. ius autem gẽtium, supra de iure nat. in uerbo, [*contractus*] iũcto uerbo [*mutuum,*] ergo & donatio. nec dicas id esse in mutuo, quia recipiẽs obligatur, secus in dona-
100 tione, quia infra respondebo. † Quartò moueor ex communi cõclusione Doctorum in aut. sacramẽta puberum, C. si aduer. uẽd. ubi uolũt illum textum, qui loquitur de cõtractibus puberum, locum habere in donatione, ut post Glossam Bar. Ang. Castr. Ias. Cor. Cur. & alij tradũt, qui dicũt esse communem. Si enim donatio nullo pacto esset contractus, imper-
101 tinẽter satis hoc diceret. † Ius enim nõ patitur, quòd fiat trãsitus de vna specie ad aliam diuersam, quãdo uerborum significatio hoc nõ patitur, ut declarat Bar. in l. ubi ita donatur, in princ. ff. eod. ubi de precario nõ fit trãsitus ad donationem, quia nomẽ donationis, est penitus separatum à nomine precarij, sequi-
102 tur Dec. cõsi. 293. in fine. † Facit, quod notat Ang. Imo. Cast. & Ias. in l. j. §. si quis ita. nu. 25. ff. de uerb. obl. quatenus dicunt, quòd ubi testamẽtum nõ potest ualere, ut testamẽtum uelut factum coram 5. testibus tãtum, nõ ualet etiam, ut codicillus, quia si ualeret, trãsiret in diuersam speciem penitus, & diuersi nomi-
103 nis, l. si idem. C. de codic. † (Et ultra prædictos hoc idem cõfirmat insignis Modernus, Hieronymus Torniellus in dicto §. si quis ita. motus ea ratione, quia cum dispositio codicillorum, quæ agi potuit, inducat effectus diuersos ab his, quos induxisset dispositio testamẽti, quę agebatur: non enim facit, quòd relicta debeantur ex causa testari, nec quòd debeantur ab illo hærede instituto, sed à succedẽtibus ab intestato. l. cõficiũtur, ff. de iure codic. Igitur ex illa dispositione testamẽti, quæ agebatur, nõ potest inferri, quòd sit cõsensus circa dispositionẽ codicillorum, quę agi potuit.) Cum ergo Doctores passim uelint dictam authẽticam, sacramẽta, locum habere in donatione, fateri oportet illam esse cõtractum,
104 prout de cõtractu loquitur ille tex. † Quintò moueor ex textu in l. eum, qui. ff. eod. ibi [*cum in bonæfidei contractibus, donationis species non deputetur*] habuit enim pro claro Modestinus ibi donationem esse contractum, tantumque dubitauit an esset contractus bonæ fidei, uel stricti iuris, & bonęfidei nõ esse respõdit, meritò
105 usuras in ea nõ uenire, idq; † denotãt illa uerba [*donationis species*] adiecta uerbo [*cõtractibus,*] q; ut generale cõprehẽdit oẽs cõtractus, dicto §. Ius autem gentium ibi [*contractus introducti sunt, ut emptio, uendio, locatio, & conductio*] cum sequentibus expressis, & tradit Bald. in l. contractus. 2. notab. per illum tex. C. de fi. instru. uoluit enim dicere Modestinus, quòd & si donatio sit species contractuum, non tamen cõnumeratur in his, qui sunt bonęfidei, sed remanet stricti iuris, & ita Bar. Castr. Imola, cęterique summãt illum textum, quod donatio est

est contractus stricti iuris meritò in ea nō ueniunt usuræ. (Idemque tenet Bero. conf. 123.
106 nu. 14. uol. 2. † ubi quod donatio sit contractus, & stricti iuris infert, quòd in ea mentio filiorum non comprehēdit nepotes, nec alios descendentes,) et teneudo hanc partem non
107 obstant contraria. ad primum namque † tametsi quando donatio incipitā traditione, donans non obligetur, ut inquit Garzi. & ante ipsum Bar. in l. 1. ff. eo. & Aret. infra in glo. fe tè, tamen quando incipit à stipulatione uel pacto, secus est. Primo enim casu compellitur tradere, secundo necessitatem habet tradendi, ita probatur in l. si quis argentum, §. fi. C. eodem. ibi [*traditionem compelli fieri,*] & ibi
108 [*necessitatem habeat donator tradere:*] † quæ uerba compulsionis, & necessitatis posita sunt in diffinitione obligationis, ut infra de oblig. in princ. ibi, [*necessitate astringimur*] ergo negari non potest quin in donatione, in casibus prædictis insit obligatio ex parte donantis, & ita firmant Bat. Cuman. & alij in dicta l. j.
109 † (Imò uerò etiam quòd donatio fiat absenti, donans obligatur naturaliter antè acceptationem absentis, ut tradit Guil. Pontal. in Rubr. ff. de uerb. oblig. sub num. 23. uersic. nec contra hoc. quem refert, & sequitur Ce-
110 phal. consi. 272. num. 100.) † Ex parte quoque donatarij, subest obligatio, uidelicet ad remunerandum, l. sed & si lege. §. cōsuluit. ff. de pet. hæred. ibi, [*quamuis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligauerint,*] cui non respondet Garzia, sed tantùm negat, talem obligationem, constitui ere contractum in dona
111 tione, qđ nō probat, nec est uerisimile, † cū plurimos effectus pariat talis obligatio ad remunerandum de quibus seriatim tradit Ias. & Claud. Aquens. in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iu. & idem Ias. in l. si non fortem, §. libertus, ff. de cond. indeb. (quorum ceteris omissis illud ad memoriam reuocare libet,
112 † quòd in dubio quotiens obligatus ad antidora soluit, uel facit aliquod seruitium, nec apparet an soluerit scienter uel ignoranter, uidetur facere animo remunerandi, nec repetere potest. ita decidit Ang. in dicta l. ex hoc iure, col. fi. per l. si uero, §. inde Papi. ff. mand.
113 ubi est tex. notab. † quòd licèt alias nūquā præsumatur donatio. l. cum de indebito, ff. de proba. & magis præsumatur fatuitas quàm donatio secundùm Bald. in l. generaliter, col. 4. C. de non num. pec. tamen præcedēte obligatione naturali ad antidora, præsumitur donatio, & est unus de effectibus dictæ obligationis, sequitur Ioannes de Amic. consilio 41. col. 2.) unde mirum uideri non debet, ꝙ & hunc pariat constituendi contractum.
114 † Sed & alia cadit obligatio uidelicet, ad restituendū, quando est donatio causa mortis, l. non omnis, ff. si cer. pet. ibi [*obligauit accipientem.*] Quando uerò inter uiuos, conditione uel modo donatario adiectis nō adimpletis, l. j. & per totum, C. de dona. quæ sub modo, uel eo ingrato existente, l. fi. C. de reuo. dona.
115 († aut si facta fuit donatio contemplatione meritorum, ea insignia esse debent, ut p glo. singularem in ca. si quis. 12. quæst. 2. per l. etiam, ff. de man. uin. l. Aquilius. & l. si pater.
116 ff. eodem. † Vnde si merita fuerunt exigua taliter, quòd donatione remuneratoria, quā ta fuit, non erant condigna, nō faciunt donationem remuneratoriam, quin reuocetur ex causa inofficiositatis, secundùm Bar. in l. frater a fratre, in prin. col. fi. ff. de cond. inde. in l. si quis pro eo, §. j. in fi. ff. de fideiuss. & in aut. unde si parens, C. de inoffi. testa. sicque concludunt plenissimè Doctores, maximè uero Ias. Alex. Dec. & Dominus meus Rymin. in l. si donatione, C. de collati. per tex. in c. relatum, 2. de testa. in uersicu. [*iuxta seruitij meritum.*]
117 † Et sine dubio reuocatur ultra merita, hoc in quantum ea excedit donatio, secundū Bal. & Salyc. in l. illud, C. de sacrosan. ecc. Cuma. & Imo. in dicta l. Aquilius, sequitur Ioann. de
118 Amicis, consi. 31. num. 10.) † Nec obstat textus in dicta l. Aristo. quo mouetur Garzia: nā ibi erat cōtractus innominatus do, ut facias, cum donatione mixtus: dederam enim tibi seruum, ut eum post quinquennium manumitteres, dubitabatur, an ego pęnitendo possem reuocare? idque uidebar posse, quia in cōtractu innominato re integra locus est
119 pęnitentiæ, l. 3. §. j. ff. de cōd. ob cau. † Contrarium tamen determinatur, quia non est merè cōtractus, innominatus, cum per appositionem illius temporis, uideat tibi donasse operas illius serui, usque ad illud quinquēnium, quam donationem non possum reuocare, unde dum dicit textus, [*obligationem non contrahi eo casu quo donatio, est*] uoluit loqui de donatario, qui non obligatur ad restituendum illum seruum donatori pęnitenti infra quinquennium, & ita illum textum Ca
120 strens. Imo. Cumanus, & alij declarāt. † Sed quòd alio respectu donatarius non obligetur, uelut ad remunerandum, nec textus uoluit dicere, nec scribentes ibi somniarunt. non ergo dixit absolutè obligationem non contrahi ex parte donatarij, prout Garzia credidit, sed respectu tantum, de quo supra, qui respectus, non impedit obligationem do-
121 natarij ex alio fonte subesse posse. † Ad secundum respondeo, nō ideo hic positum de donatione, quia nō sit contractus, est etenim ut ostendi: sed quia cum sit etiam modus acquirēdi, ut in textu dicitur, in primis uerbis, fuit arbitrarium, prout, & ubi placuit Impera
122 tori, de ipsa tractare, † prout in simili dicūt Ioann. Andr. Abbas, Dec. & alij in Rubr. de except. circa situationem illius tituli, nam respectu dilatoriarum debuisset poni ante titulum, de lit. cont, respectu uero peremptoriarum

Donans an obligetur.

Et an donatari

rarum post. sed quia erat ad utrumque communis, fuit arbitrarium ponere ibi. attento ergo, quòd donatio erat contractus debebat poni inter titulos contractuum: attento uerò, quòd est modus acquisitionis, hic. Sed cum ad utrumque communis sit, fuit arbitrarium hic
123 ponere.† Ad tertium dici posset in primis, quòd ille textus de pacto nudo loquatur, non autem uere de pollicitatione, ut uerba sonant. sic enim Angel. Bald. & Barbat. in additio. Baldi illum intelligunt, sic Soci. in Rubr. ff. solut. matr. col. 9. uers. præterea non est inconueniens. Sic Alciat. in Rubr. ff. de uerb. ob. in princ. dum
124 dicit quòd † licèt pollicitatio sit solius offerentis promissio. l. pactum. ff. de pollic. largè tamen loquendo, appellatione pollicitationis uenit pactum nudum. allegat dict. legem fi. C. ad Velleia. Idemque tenet ibidē Butigella, nu. 5. secutus Alexandrum in l. 5. §. 1. col. 1. uers. tit. idem tenentem, accedit etiam prædictis Corras. idem tenens in l. qui liberos. num. 93. ff. de
125 ri. nup. † idque cæteris clarius cōfirmat Garzias in d. Rubr. num. 34. cum enim, dicit ipse; Doctores communiter concludant ex pollicitatione quem non obligari, nisi quando pollicetur ciuitati, uniuersitati, Collegio, Ecclesiæ, uel pauperibus, & dicta lex finalis loquatur de pollicitatione facta priuato obligāte pollicentem, debet de necessitate capi pro pacto, quo intellectu communi sic stante, sequitur quòd assumptum Garziæ corruit, quòd scilicet donatio per pollicitationem fieri possit, id enim non probatur ibi, minusque hic, aut in dicta l. si quis argentum, in fine, quibus etiam mouetur: loquuntur enim de pacto nudo, ut omnes passim dicunt, nō autem de pol-
126 licitatione.† Quinimmo nedum Garzia non probat assumptum suum, sed ulterius id est falsum, nam pollicitatio differat à pacto: id enim est duorum, plurium ue consensus expressus, uel tacitus. l. 1. ff. de pact. at pollicitatio unius tantum consensum continet, cum sit solius offerentis promissum, dicta l. pactum, merito illa locum habet quando fit absenti citra nūcium
127 uel epistolam.† secus si præsenti, licet tacenti fieret, quia præsens & tacens uideretur commodum sentire. l. qui patitur. ff. mandat. & ob id non diceretur pollicitatio, sed pactum propter consensum duorum, unius expressum, alterius tacitum. Ita est de mente Bartoli in l. 1. C. de pact. col. 2. & clarius Cynus in 2. oppo.
128 ad finem.† sicque declarat Imo. in c. cum contingat. de iureiur. dum quæritan ex iurameh. oriatur actio, sequitur Alexan. in l. prima, in fi. ff. de pact. Alber. in leg. iur. gentium. §. quia immo. colum. secunda, col. ti. u. & est communis opin. prout Iason, Crot. & plerique alij Moderni fatentur in Rubrica ff. de uerb. oblig. D. meus Vbertinus Zuccardus in Rubrica, C. de pact. nume. trigesimoprimo. Iaf. & Claud. Aquens. in l. prima, ibidem sequen. Caccial. in

Donatio non quid per pollicitationem fieri posse.

tract. de pact. quæst. quinta, & alij, quos refert Andr. Ab. Exea, libro suo pactorum, num. duodecimo, & 78. ubi dicit esse communem,
129 † licet secundum Doctores etiam præsenti pollicitatio fieri possit in casibus in quibus præsens non præsumitur consentire prosequendo, ut per eos. Sed donatio facta absenti non ualet si nesciat rem quæ apud se est, sibi esse donatam, uel missam sibi non acceperit, & sic nisi consensus quoque donatarij concurrat. l. absēti. ff. eo. (l. nec ambigi. & l. si aliquid, C. eo. Castren. in l. illud. C. de sacrosanc. ecc. & conf. 182.
130 de quo meminit Natta conf. 94. num. 5.† ubi addit quòd adeo requiritur præsentia donatarij, ubi non interuenit epistola, nuncius ue ad hoc specialiter deputatus, ut non sufficiat donatarium audiuisse uerba donationis prolata à donāte, ubi extra eius præsentiā fuisset cōstitutus, ueluti si Sempronius existens in domo dicat se donare Titio amico suo tale quid, & Titius transiens fortasse per uiam dicat, hoc audito, & ego recepto, non enim perficitur donatio. adducit Aretinum Natta, in §. actionū. col. 4. in de acti. quod est notabile) ergo sequitur, quòd per pollicitationem fieri nō potest, aliàs ibi facta statim ualeret, cuius contrarium
131 dicit.† sed esto quòd tex. in dicta l. fi. loqueretur de pollicitatione, ut uerba sonant, & ibidem Oldrad. Alberic. & Salycet. tenent, aduertendum tamen est, quòd conclusioni nostræ nō obstat: duo namque contingunt ibi, unum principaliter, alterum in consequentiam. primum est pollicitatio, ex qua sola dos debetur,
132 † licèt regulariter ex ea non detur actio. l. 1. §. 1. ff. de polli. ita Salyc. ibi. (Idemque tenet Petrus de Bella Pert. Cy. Iacob. de Rane. Salyc. & Fulgo. in Rubr. C. de dot. pro. Ioannes Fabri in l. ad exactionem, eod. tic. Bapt. de Sancto Blas. tract. de priuil. dot. nu. 2. & Moder. Bononi. de Canonicis in Rubr. ff. de uerborum obligat. nu. 163. per text. in l. pri. §. fi. ff. de col
133 lat. dot. Neuiza. conf. 45. nu. 33.† Quitenet fauore dotis absentiam non nocere; & sic pollicitationem sufficere plures citās, ut per eū, sic ut & Natta conformis ei, conf. 316. ad fi.) Secundum est, quod ex illa pollicitatione dotis sequitur donatio præsumpta, ut declarat Castr.
134 † qui enim dotat mulierem de suo, censetur in dubio fauore dotis dotare animo donandi, non autem repetendi, l. unica, §. accedit, C. de rei uxor. actio. nimirum ergo si donatio, de qua ibi, fit pollicitatione, quia cum ei accedat, sequitur illam tamquam principalem, iuxta textum in §. liberis, infra de pupillari. unde non idem dici debet in donatione expressa, & quæ principaliter fieret: illa enim per pollicitationem fieri
135 non potest ex ratione supra deducta.† utque paucis me expediam, uidemus id totum speciali fauore dotis constitutum in dicta l. finali ibi [*cum enim scimus fauore dotis*] &c. unde cū concedat

cedat donationem ex causa dotis pollicitatio ne fieri posse, non est ad consequentias trahẽdum. l. ius singulare, ff. de legib. & sic, quòd citra dotem passim donatio per pollicitationẽ possit explicari, ex quibus sublatis argumẽtis Garziæ remanet uera, & firmata cõmunis opi

Donatio, nunquid sit contractus nominatus uel innominatus.

136 nio, ꝙ donatio, sit contractus. † Videndum est nunc de secundo, nunquid donatio, sit contractus nominatus uel innominatus? in quo uariæ fuerunt opiniones, prima quidem Glossarum, quod olim esset cõtractus inominatus, hodie uerò sit nominatus, ita uoluit Glo. in l. iurisgentium in princ. ff. de pact. in l. fi. ff. de cõdict. ob causam in l. 1. ff. de rer. per. & in l. in ędibus, §. 1. ff. eo. & hanc opin. Corneus approbat consi. 101. in prin. uol. 1. & Constãt. Roger. in

Opinio Glossarum.

137 d. §. 1. nu. 6. cum seque. fundamẽtum † Glossarum fuit, quia illi sunt cõtractus nominati, qui solo cõsensu fiunt, dicta l. 1. ibi [*item emptio ac uenditio nuda consentientium uoluntate contrahitur.*] (cui conformis est Imperator infra de oblig. ex conf. in princ. ibi, [*consensu fiunt obligationes emptionibus uenditionibus locationibus.*] &c. & rursus ibi, [*sed sufficit eos, qui negocia gerunt, consen-*

138 *tire.*]) Sed olim donatio, † solo consensu nõ fiebat, sed requirebatur traditio, uel stipulatio in qua traditione siue stipulatione cõsensus nõ est nudus, (ut infra de uerb. obl. & de oblig. ex conf. in prin. de quo nudo consensu loquitur Vlpia. in l. ab emptione, ff. de pac. ibi [*nulli consensus obligatio contrario consensu dissoluitur,*]

139 † quem nudum coo[n]sensum uocat, ut declarat Cõnanus in Commentar. iuris ciuilis, lib. 5. cap. 2. col. 7. qui neque solẽnitate uerborum

140 est, neque traditione rei munitus. † hinc idẽ Connanus lib. 6. cap. 1. col. 3. dicit earum obligationũ, quæ solo cõsensu perficiuntur, ĩ illis contrahendis habere potestatem surdum uel mutum, quòd ipso nutu nõ obscuram dare potest suę uoluntatis significationem, sicut & absens per epistolam uel nũcium cõsentire po

141 test, † at nõ idem de stipulatione dici potest, quę pter assensum mutuũ, uerba pariter utriusque requirit, quoniam à uerbis ipsis uim omnem suam nãciscitur, neque plus potest, quam sermone ipso dictum est, & declaratum.) ergo sequitur ex prædictis, quòd olim donatio, di

142 cebatur esse contractus innominatus, † hodie uero secus, quia solo consensu fit, uidelicet pacto nudo, ex quo nascitur actio. l. si quis argẽtum, ĩ fine, C. eo. Secũdo ꝓ hac opinione facit tex. in d. l. iurisgentium, ubi dicitur, quòd illæ conuentiones, quæ pariunt actionẽ, sunt nominatæ, sed talis est hodie donatio, d. l. si qs argẽtum, in fi. ergo est cõtractus nominatus, &

Opinio Bartoli.

143 ita Cuma. arguit id. l. i ędibus, §. 1. † Secũda fuit Bartoli in l. 2. C. de cõdictio. ob cau. distinguẽtis inter donationem simplicem, & ob causam: simplex enim olim, & hodie fuit contractus nominatus, altera uero cum non sit propria donatio, sed magis ob causam datio, l. 1. ff. eo. merito dicitur cõtractus innominatus olim, & hodie, & ita etiam tenuerunt Iacob. de Raue. Petrus, & Cynus, ut ibi refert Fulgo.

144 † Parique modo Bald. ibidem tenens, quòd sit contractus nominatus, & olim & hodie, se restrigit ad donationem simplicem, cõtra sentiens in donatione ob causam, & hanc opinionem Bartoli tenet etiam Cor. consi. 349. nu. 8. uol. 1. Bertach. in tract. de gabel. in 3. membro 8. partis, nu. 22. & Ias. i l. qui Romæ, §. Flauius,

Alia opinio Bartoli.

145 nu. 12. ff. de uerb. ob. † Tertia fuit opinio Bartoli in locis, ubi Glossas citaui, simpliciter tenentis, quòd donatio fuerit, & hodie sit cõtractus nominatus, quam etiã tenuit Aug. Castr. & Alex. in d. l. iurisgentium, & est communis conclusio, prout ibi refert Ias. num. 8. & Galliau. in Rub. ff. de uerb. oblig. nu. 26. Bertrand. consi. 188. nu. 8. uol. 1. (Gomesi. nu. 26. in §. in personam, infra de actio. nu. 40. Iulius Clarus, & Viuius, quos allegat idem sequutus Emanuel Suarez. in thesauro recepta. sentent. ver. dona

146 tio, & olim, num. 161.) ubi per hoc infert, ꝙ semel perfecta pœnitẽtiæ locum nõ relinquit. & cum prædictis post plures etiam concordat Rip. in l. fi. num. 120. C. de reuo. dona.) fundatur hæc opinio, quia donatio semper habuit nomen elegans, & speciale, per quod discerni

147 tur ab alijs cõtractibus. † ergo dẽt cõtractus nominatus cẽseri, iuxta Glo. in Rub. C. de rer. permu. idque insuper probat Constan. Roge. in d. l. in ędibus, §. 1. nu. 9. Quia propriè loquẽdo non est nisi una donatio, de qua in l. 1. ff. eo. ceteræ uero, sunt impropriẽ, ut ibi not. ergo specificum nomen habere dicitur, sicut & uenditio, dicitur contractus nominatus, quia propriè loquendo solum comprehendit contra-

148 ctum, in quo interuenit res, & precium. † Secundo mouetur Rogerius, quia in donatione nõ erat locus pœnitentię etiã olim. l. Aristo. ff. eo. cuius contrarium seruatur in cõtractibus innominatis, l. si pecuniam, ff. de cõdict. ob causam. Tertio bene facit, ut inquit Garzia Hispanus in dicta l. iurisgentium, num. 28. textus in dicta l. si quis argentum, in fine ibi, [*sed liberalitatem plenam, & secundum legem nostram perfectissimam constitutam,*] & in §. primo, infra eodem ibi [*habeat plenissimum, & perfectum robur,*] id

149 enim dicitur † esse perfectissimum, plenissimum ue, quo perfectius aut plenius dari non potest. l. ubi autem, in principio, ff. de uerborum obligat. ergo hinc colligitur, quòd donatio, est contractus nominatus, alias nõ diceretur perfectissima, nec plenissimũ robur habere, cum hoc sibi deficeret, quòd nominatus contractus non esset, sed innominatus tantum. Quarto idem Garzia ponderat dictum §. primum, ibi [*ad exemplum uenditionis habeant robur,*] sed uenditio, est contractus nominatus, & ut nominatus habet robur, ut in dicta lege, iurisgentium.

150 ergo & donatio. † Quarta fuit opinio

Quarta op. Butrigarij.

nio penitus præcedenti contraria uidelicet,
quòd donatio, & olim fuerit, & hodie sit con
tractus innominatus, quam tenuit Iacob. Bu-
trig.& Fulg.in dicta l.2.Bald.Fulg.& Ias.in di-
cta l.fin.Iac.Butrig.Alberic.Bald.Fulgo. & Ias.
in dicta l.iurisgentium.Bald.in Rubr.C. de re-
rum permu. et in tract.de pact.nume.39. Ro-
man.Cuman.& Imo. in dicta l.in ędibus,§. 1.
ubi refert Franciscum de Ramponibus, idem
151 tenuisse. † fundatur hæc opinio, nam
falsum est,quòd donatio habeat nomē specia
le.Imo habet nomen generis,cum appellatio
ne donationis,simplex, ob causam,causa mor
tis, & legatum contineantur, l. alienatum, §.
152 donationis,ff. de uerbo. signi.† Immo & ali-
quádo dos cōtinetur.l.fi.ī prin.C.de iu. dot.(si
ue uenditio,& quælibet alia alienatio, ut po-
nit Bero.cons.203.nu.5.uol.1.) quorū aliqua
sunt de diuersa specie prorsus à donatione
inter uiuos,ut donatio causa mortis, legatum,
dos, & id genus,merito censeri debet contra-
ctus innominatus iuxta, doctrinam glossæ in
153 dicta Rubr.C.de rer.permut.† Secundò con
firmatur,nam ex pacto nudo donationis,sicut
olim non oriebatur actio, ita nec hodie, sed
propter illud datur cōdictio ex lege,si quis ar
gentum,in fi. C. eo. quæ duo inter se differūt,
quòd ex pacto oriatur actio, uel,ꝙ propter ip
sum detur condictio ex lege,ut tradit Bar.in l.
legitima,ff.de pact.qui utrumque ponit,& cę-
teri sequuntur ibi, Aug.& Cast.in l.fideiussor,
154 §.fideiussor,ff.de fideiuss.(† Dicit enim Bar.
quod quandoque lex non agit in ipsum pactū,
roborando ipsum,ut actionem producat, sed
propter ipsum lex actionem producit, & ita
procedit textus in dicta l.si quis argentum, §.
fi.Quandoq; lex agit in ipsum pactum illud ro
borádo, & tūc ex ipso pacto oritur actio.l.ēt.
155 ff.de usur. l. lege obuenire. ff.de uerb.si.† dat
exemplum Bartolus,& egregium sanè Rex po
test unum paruum Comitem facere potentē,
ita,quòd ipse per se posit facere bellum, po-
test etiam illum paruum Comitem dimittere
in paupertate sua, sed propter ipsum Comitē
156 Rex facit bellum.† Hoc igitur exemplo ueri-
tas suæ distinctionis probatur,sicut alibi do-
cet idem Bar.in l.nemo,C.de sentent. & inter
loc.omni.iud. quòd exempla inducuntur, ut
ex eis ueritas comprobetur. Et Bal.ibidem di
cit,quòd bona exempla,& fructum ferētia se-
quenda sunt,ac illis utendum dicit Alberic. in
l.j.in prin.ff.de orig.iur.nec immerito,quoniā
ut inquit Bal.cons. 357. nulla mulier,uol.1. in
nouis.exempla sicut digitus rem ostendunt, &
tactui quodámodo subijciūtur,l.j.ff.de pręscr.
157 uer. † Hinc Cag.in d.l.j.in prin. de orig.iu.ibi
dē refert Liuiū in pręfatione primæ.De cad.di
cētē, hoc illud est pręcipue in cognitione rerū
salubre,ac frugiferū omnis te exēpli documē-
ta in illustri posita monumēto īrueri. unde pa
tet,ꝙ donatio) nō fuit,nec est hodie cōtractus
nominatus cum illi dicantur cōtractus nomi-
nati,qui statim,quod subsunt, producūt actio
158 nem,dicta l.iurisgentium,in princ. † Et licet
Saly.in d.l.2.dicat nō referre, an ex se donatio
facta pacto nudo pariat actionem, an propter
se lex id faciat:hæc enim ęquipollent,argumē-
to legis,certū,ff.si cer.pet. tamen apertè dicit
contra doctrinā Bartoli cōem in d.l.legitima,
& exemplum de Rege, & paruo Comite per
159 eum positum. † Nec facit dicta l. certum.
procedit enim,quo ad reddendum quid certū,
quo casu non refert,an nomine suo,uel alia de
monstratione, id fiat,cum nomina sint inuēta
ad recognoscēdum.l.ad recognoscēdas, C. de
inge. & manu. Vnde siue res suo nomine,siue
160 alio signo recognoscatur, non refert († hinc
Fabius,Oratorum maximus,lib.3.oratoriarū
institutionum,cap.6. quo tractat. quid sit sta-
tus, scribit non interesse, discentium, quibus
quidque nominibus appelletur, dum res ip-
sa manifesta sit, & in lib. 5.cap.10. Nec sum
īquit,de nominibus anxius, uocet enim ut vo
luerit quisq;,dum uis ipsa rerū manifesta sit.)
161 † Nec releuat,quod inquit Imola ī d.l. in ędi
bus,col.j.quòd donatio hodie habet effectum
contractus nominati,quia licèt immediate nō
oriatur ex ea actio, tamē saltem oritur ex lege
propter ipsam,(quasi quod ab illo effectu īfer
re uoluerit Imola,donationem reputari de-
bere contractum nominatum, quod licet non
ꝓbet,iustificari posse uidetur ex doctrina Bal.
162 in Rubr.C.de iure emphi.q.j.& in fi. † Vbi di
cit,quòd siue in cōtractu,siue in iudicio,pona
tur nomē unius cōtractus,& effectus alterius,
iudicàdum esse secúdum naturam illius cōtra
ctus,cuius effectus ponitur,& nomē appositū,
quod nō cōuenit effectui, cēseri pro nō appo
sito.l.sed etsi possessor,§.item si iurauero,ff.de
iure iur.sequitur Dec.cōsi.160.col.j.cōsi. 164.
nu.3.consi.305.col.2.cōsi.414. col. 2. consilio
542.colum.fi.cōsilio 682.colum.2.Parisi.cōsi.
12.col.j.uol.2.& cons.72.num.54.uol.4. Rolā.
à Valle,cons.96.num.41.uol.1.unde si nos di-
cimus donationem esse cōtractum innomina
tū,propter quā lex actionē producit, uidetur
attēto ꝑdicto effectu actionis pariēdæ, potius
cōtractus nominatus appellari debere reiecto
nominis expresione cōtractus innominati:
hoc.n.motiuū Ioan.ab Imola licèt ita robora
163 tū paucis diuelli ꝑt) † quia nō inde sequitur,
ꝙ donatio dici posit cōtractus nominatus,
cū ex se id nō sequatur ullo modo, quo opus
esset,ut diceretur nominatus.d.l.iurisgentiū,
(ubi dicitur cōtractus nominatos actiōes, pa
rere,qd̄ est intelligēdū statim,ꝙ fiunt & in es-
se producūtur,actionē ex illis nasci,scd̄m Do-
164 ctores. † licèt Vaconius à Vacuna declara-
tionū li.j.c.33.potius ab alterius partis imple
mēto id ꝓcedere dicat,per l. Iulianus,§. offer
ri.ff.de acti.emp.Sed malè:nā textus ille dicens
ante oblationem precij nōdū actionē esse, nō

negat,eam esse partam, & natā:est etenim d.l. iurisgētium, sed uoluit dicere nō esse actionē hoc est non competere,nec exerceri posse, idque plane demonstrant uerba tex.dicentis,[*offerri precium uenditori ab emptore debet,cum ex empto agitur,*]nam & alibi lex differentiam facit inter actionem natam,& eius exercitium.l. cede rediem.ff.de uerb.si.& §.omnis,uersi. id autē,
165 infra de uerb. obli. † Nec corroboratio mea post Imolam supra facta repugnat:illud enim totum procedit à contrahentibus, at hic non idem, ubi actio non prouenit à donante, uel actu suo donationis,sed à lege, & ita termini
166 sunt ualde diuersi.† Tertio confirmatur hęc opinio,secundum Petrum, Andream Gammarum in tract.de permuta. benefic. nu.15. cum sequen.qui rectè intuenti,eam tenet, considerando quando contractus dicatur innominatus:is enim non sic dicitur propter nomen generale,ut uoluit glo. in dicta Rubri.C. de rer.
167 per.,†nā nomē emptionis,& uenditionis,est generale,l.statuliberi à cęteris,§.Quintus,ff.de statu lib.(ibi,[*quoniam lex duodecim tabularum emptionis uerbo omnem alienationem complecti uidetur.*)]l.sicut.§.uenditionis,ff.quib. mod.pig. uel hip. sol. (ibi [*uenditionis autem appellationem generaliter accipere debemus,*] & ibi notāt Glossa Bar.& allj dicentes, quòd appellatione uenditionis cōtinetur omnis actus per quē dominiū trāsfertur,& ad hoc allegatur,) & tamē em
168 ptio, & uēditio ē cōtractus nominatus,†nec est cōtractus innominatus, utdixit Bal.in d.l.iurisgē.(qui cōsiderabat cōtractū ex eo dici nominatum,quotiens haberet nomina contrahentium distincta,ut patet in emptione, nam alius emptor, alius uenditor appellatur, sicut & in locatione,ubi alius locator,alius conductor nominatur.quare omnes illos cōtractus, qui uariant nomina contrahentium, dicebat Bal.esse nominatos:qui uerò non uariant, sed pari tet appellant contrahentes, sunt innominati,ut in permutatione contingit,nam uter-
169 que dicitur pmutator,†& huic opinioni Baldi uidetur adstipulari tex.in l.j.ff.de cōtr.emp. ibi, nam ut aliud est uēdere aliud emere, alius emptor,alius uenditor : sic aliud est precium, aliud merx,quod in permutatione discerni nō
170 pōt uter emptor,& uter uēditor sit.) † Quoniam talis est societas, quia utrinq; socius appellatur, & tamen illa contractus nominatus appellatur . & licet huic obiecto Baldus respondere conetur dicens,quòd societas,est cōtractus abstractus ab omni generalitate , quia non potest adaptari nisi suę speciei : tamen ut
171 † animaduertit Gammarus, ista respōsio nō tollit contrarium:nā si cōtractus, ex eo dicitur nominatus,quod habeat nomina contrahētiū distincta, societas id non habens, non erit cōtractus nominatus,licet abstracta sit ab omni generalitate, ut dicebat Bald.quoniam negatiuè semper tenet hoc argumētum, cōtractus

Contra &' quā du dicatur Innominat'.

non habet nomina contrahentium distincta, ergo non est nominatus.Sicut si dicamus non est de meo tuum,ergo non est mutuum,l.2.§. appellata.ff.si cer.per.& tamen in societate secus uidemus:quo fit, ut responsio Baldi cor
172 ruat.† Tanto q;.magis eius doctrina conuincitur,ut subdit Gammarus,nam est dare nomina contrahentium distincta in cōtractu,quem planè omnes dicunt innominatum, ut in contractu,do,ut facias:Vel facio,ut des. l.naturalis,ff.de pręs.uer.alius enim dans dicitur,alius faciens.Quare reiecta sententia Baldi loco me
173 morato,dicebat Gammarus † cōtractum innominatum censeri debere,) quādo nō habet actionem sui nominis pręd.ictā sed diuersam, ut uoluit alibi Bald.in l.2. C. quan.lic.ab emptio.discе.& in tract.de pact.num.39.ubi dixit contractus. esse nominatos, quando pariunt actionem sui nominis,aliàs dicuntur innominati,ut patet in donatione. pro qua competit actio ex stipulatu, uel cōdictio ex lege,quę sūt diuersi nominis, sic enim Gammar, allegando Baldum, sentit donationem omni iure esse
174 contractum innominatum, ( ) fundat hanc op . Gammarus per textum in l.in quam . ff. de praesc,uer.ubi dicitur,quòd cōtractus sunt inominati,quādo eorum appellationes nullo iure ciuili proditę sunt , sed quōmodo,subdit Gammarus, dantur appellationes cōtractibus de iure ciuili,nisi dando actionem , cum aliàs nomē habeant à iure gēt.ium: oportet igitur, ut concludit Gamma. ut contractus sit nominatus,quòd pro eo à iure ciuili sit specialiter
175 actio constituta.) † Quinta fuit opinio Ruini in dicta Rubr.de uerb.obl.nu.28.quòd aut consideramus donationis donationem in genere sumptā,prout in dicto §.donationis; quo casu legatis comparatur, & dicitur cōtractus innominatus; aut in specie,quo casu donationi tanq propriæ conuenit, l.1.ff.eo.& dicitur contractus nominatus secundum Ruinum
176 † quem sequor:nam uidemus, q; licet nomē emptionis,& uenditionis sit generale,dicto §. Quintus, & dicto §.uēditionis. tamē quia Doctores dū quærant , an emptio,& uenditio sit contractus nominatus, eam cōsiderant prout in specie sumitur,quod est ubi fit mētio de precio.l.fi.C.de præd.curial.lib.12.c. prelatorum de accus.& ibi not.Abb. Ioan.de Ana.Feli.quę merito concludunt esse contractū nominatū,
177 † quòd secus esset cōsiderando id nomen,in genere, prout lex 12.tabul. considerabat:id.n. esse innominatū, vt tradit Bal. c.j.ad fi.de alie. Item Ioā.de Anna.in d.c.prelatorū,nu.18.(qua
178 re sic & de donatione dici pt.) Scdo cōfirmatur hęc opinio p exhęredationis exēplū, quę si per nomē generale,ueluti liberorū sit facta,nō dicitur nominatim,sed inter cęteros facta.l.Titius,ubi not.oēs.ff. de lib.& post.secus si p speciale uel illi ęquipollēs,ut p nomē propriū,vel appellatiuū , ut est filius,quādo unus tantū superest,

Quinta opi.Ruini.

perest, l. 2. & ibi not. omnes, eodem titulo.
179 († dicitur enim nominatim, facta exhęreda
tio, ut declarat Connanus in Commentarijs
jur. ciuil. lib. 10. c. 2. col. 10. cum perspicue sa-
tis, & explorate demonstrata est persona; ut
dubitationis nihil esse posit, ut si unum filiũ
habẽs, dicat, filius exhæres esto: nemo. n. alius
est, cui congruat ista oratio; aut si plures ha-
bens, omnes filios, uel liberos exhæredat, aut
unum ex his, quem nominet, uel etiam non
nominet, sed alia nota eum designet ita, ut
nequeat ignorari, puta Grammaticus illę uel
excusor, uel senex ille, seu iuuenis, aut albus il
le, uel niger, ut dicit Theophilus, & omnino,
inquit, quoties ipsa oratione liquido, & aper
180 te significatur is qui exhæredatur. † In qui
bus exemplis Theophili necesse est, ut decla-
rat Connanus, unũ; & solũ fuisse in filijs aut
Grammaticũ, aut excusorem, aut præ cęteris
nigrum, album ne, senem, aut iuuenem ut nõ
reliquatur ambiguũ, de quo senserit testator.
181 † & huius exhæredationis nominatim cele
brandę rationem Connan. adfert in eiusdem
secundi capitis exordio, nam magna est filio-
rũ cũ patre proximitas, magna necessitudo,
prope, ut idem esse uideantur, nisi uero ea cõ
iunctio sit emancipatione soluta: est enim fe-
rè extranei loco filius, qui paternam exuit po
testatẽ, aut sui iuris factus, aut in alienam coo
182 ptatus familiam. † quem autem patria auto
ritas alligatum tenet, tam suum facit, ut una
cũ patre persona esse censeatur, nec eius mor
tui bonorũ hæres futurus, sed adhuc uiuentis
socius iam, & particeps esse existimetur. Itaq;
Terentius hũc appellat participem patris in
ἑαυτὸν τιμωρ. dicens [*nisi ubi ille huc saluus redierit
meus particeps,*] idest filius. Sic igitur ad rẽ no-
stram redeũdo) donatio, prout generalis acce
pta debet esse contractus innominatus, ꝙ si
sumatur in specie, nominatus contractus,
183 ẽ reputanda. † Nec huic opinioni repugnat
si dicatur permutationem in specię per legẽ
considerari, §. item precium, infra de empt. &
uen. l. ibi, [*permutationem propriam esse speciem
contractus,*] quo textu motus Garzia Hispanus,
in d. l. iurisgentium, nu. 16. contra cõem dixit
eam esse contractũ nominatũ, eumq; pariter
perpendit Constantius Rogerius in d. §. 1. n.
10. (fortiusq; Gammarus ille loco citato, nu.
184 16. † existimauit nusquã iure probari, ꝙ per
mutatio sit nomẽ generis. Imo semper iura fa
ciunt mẽtionem de illa tamquam de propria
cõtractus specie considerata, ut diuersa specię
ab emptione, & uẽditione, prout dicit esse tex
tum clarum in dicto §. item precium,) & ta-
men in ueritate permutatio est contractus in
nominatus, scd'm omnes in d. l. iurisgen. & in
Rub. C. de rer. per. prout refert Aldobran. in
d. §. itẽ preciũ. († Namq; in primis horũ sen-
185 tẽtia refragatur Paulo iuriscõsulto graui in
l. 1. ff. de contr. emp. quẽ Cõnanus eleganter in

Exhæredatio quando dicatur nominatim facta.

Permutatio nõ quid sit nomen generis.

terpretando in Cõmẽtar. iur. ciu. lib. 7. c. 5. di
cit, ꝙ cũ ab initio homines dissipati p agros,
solitariam uitam agẽres, nulla du amicitia, aut
ne notitia quidẽ implicabantur inter se, ueri-
simile est illos, contractus donationum haud
usurpasse, ꝙ neq; donat, neq; mutuat, aut com
modat, aut mandat quisquam nisi amico, ne-
que deponit nisi apud amicũ, at hos nulla dũ
familiaritas inuitarat ad beneuolentiã coniũ
gendam. Itaq; par est credere, permutationi-
bus primũ eos usos fuisse, quo genere contra
ctus, licet nullo suo periculo, ẽt ab ignotissi-
mis hominibus auxiliũ petere, & uicissim da
re: nihil. n. alienæ fidei credimus, sed re pᷓsenti
transigũtur omnia, & de manu, ꝙ aiũt, in ma-
nũ tradũtur, qđ alienorũ hominũ est sibi nõ sa
186 tis fidentiũ. † Emptionẽ aũt & locationẽ, q a
nummo fiũt, multo post inuẽtas fuisse non est
dubiũ, nempè cũ nummus multis post seculis
est institutus. Itẽ qui superest, societatis con-
tractus, cũ magnę amicitię sit, & fidei, & cogni
tionis, primis illis hominibus similiter esse in
usu non potuit, cũ neq; dum noscerent inter
187 se, neque amarent. † Ergo commerciorũ om
niũ initia à permutatione cęperunt, & ab ea
manarũt cęteri cõtractus, aut origine, aut oc
casione, quare non immerito Paulus dixit [*ori
go emendi, uendendiq à permutationibus cæpit.*] Nec
tantum Connanus ex prædictis uoluit permu
tationẽ generalẽ contractus fuisse, sed & Bal-
188 duinus in d. §. item precium. dicens, † quòd
fatentur, quidem principiũ rescripta, permu-
tationem esse similimam emptioni, l. 2. C. de
rer. permu. sed eius esse speciem nequaquam
fatẽtur & sanè magis uideri poterat emptio
species esse permutationis, inquit Balduinus
189 adductus Pauli uerbis supra relatis. † Nec ad
stipulatur Garzię, Gammaro, Rogerioq; tex-
tus in allegato §. item preciũ. nam licet ibi p-
mutatio consideretur, ut ab emptione uendi
tioneque diuersa, separataque, quod & obser-
uauit Paul. in dicta l. 1. ff. de contra. emptio. &
in l. 1. ff. de rer. permu. non tamen origine par
ticularis est contractus, neque certa illius spe
cies, sed fons uel occasio, unde cęteri contra-
ctus manarint ex Connani sententia supra re
190 lati dicẽtis †, ꝙ cęterorũ contractuũ nõ tam
originẽ quam occasionem dedit hominibus
permutatio, quòd tandẽ rebus cõmutandis,
ea notitia, & familiaritate coniungi cęperũt,
ut reliquorum commerciorum genera inue-
nirent, inuentaque usurpare uellent inter se:
quamquàm enim permutationis utilitatem
rerum contrahendarum oportunitates con-
secutæ sint, & multæ, & uariæ, non sunt ta-
men ab illa causæ istarum profectæ, sed cum
ita ferret humanæ uitæ usus, & necessitas,
ad has etiam se commoditates dandi, & re
cipiendi contulerunt. Vnde, ut conclu-
dam, cõsiderato permutationis initio, nõ
nisi generalis quidam cõtractus dici potuit,

& propterea,uelut innominandus, est repu-
191 tandus.† Ná origo rerũ in omnibus rebus est consideranda, l. tutor,ff. de fideiuss. unde notabiliter inquit Anch.consil. 341. quòd licèt Regnum ob sui pręeminentiam soleat ad ptimogenitum masculum,& ad suos descendentes masculos primogenitos trãsire, ut per Innoc.Ioann.And. & alios in c. licet,
192 de uoto.† tamen quando Regnum habuisset originem à fęmina, tunc potest etiam ad descendentes ex fęmina trãsire, sequitur Ias. in l.sed si hac,§.liberos,ff.de in ius.uoc. Ate. & Soc.in l.Gallus,§.nunc de lege, ff. de lib. & pos.Soc.in l.cum auus,ff.de cond.& demon. col.46.uersic. tertius casus.Grat.Respon.90. num.26.uolum. 1. Cur. iuni.in tract. feudo. tertia par.prima regula, & consi. 181. col. 2. Ceph.consi.185.num.26. uol.2. Bero. consilio 120.num.12.uol.2.Gozad.consi.79. in fi. Roland. à Valle consil.'76.num.10.unde cum ab origine sui permutatio fuerit contractus generalis, scd'm illũ dẽt, uti innominatus,
193 iudicari. † Possumus & aliter interpretari textum in dicto §. item precium, secundum expositionẽ Glossę ibi dici) permutationẽ eẽ propriã speciẽ. contractus innominati à uẽditione separatã, quæ est cõtractus nominatus,& sic uoluit ponere separationẽ,& differẽtiã quo ad qualitatẽ nominati,& innominati cõtractus,scd'm Cõstan.Rogeriũ loco citato. & tenẽdo hãc partẽ non obstãt contraria, & ĩ primis argumentũ Glossarũ,ꝙ donatio olim
194 nudo cõsensu nõ contrahebatur,&c.†Nam & stipulatio nudo consensu non cõtrahitur, & tamẽ est cõtractus nominatus,l.j.in fi.ff.de pact.& notant oẽs ibi,& in Rub.de uerb.obl. Itẽ mutuũ,& alij pleriq; cõtractus nudo consensu non contrahũtur,sed res requiritur, ut infra, quib.mod.re contt.ob.& tamẽ sunt nominati, scd'm oẽs in d.l. iurisgen.igitur argumẽtũ nõ procedit,scd'm Bar.qui sic respõdet
195 in d.l.fi.ff.de cõd.ob causam. † ad dictã l.Iurisgentiũ, quæ à cõtratio sensu probate uidetur,olim donationẽ fuisse cõtractũ innominatũ,cũ dicat,ꝙ cõuentiones, quę pariũt actionem,sunt nominatę,donatio nãq; non pariebat actionẽ,ergo erat innominata.(† & hoc
196 argumẽti genus fortissimũ textus appellat ĩ l.j.ff.de off.eius,& ibi dixi,nu.177.post Euerardum,in centuria sua,cap.4.Alciatum Respon. 778.nu.3.Iacobumque Leonissam,consi. 49. nume.72.uol.1.matrimonialium, qui optimum illud affirmat.) Respõdet Cuman. ĩ d.l. ędibus,§.j.quòd ille textus benè dicit, ꝙ illæ conuentiones, quæ pariunt actionem, sunt nominatæ,sed tamen non sequitur,quòd omnes, quæ sunt nominatæ, pariant actionem. Vnde donatio poterat esse nominata, & ta-
197 men actionem non parere. († Præterea loquitur dicta lex,Iurisgentium, de conuentionibus iurisgentium,quæ pariunt actiones,si nominatæ sunt: nos aũt loquimur de donatione,quæ iuris ciuilis est, ut supra uidimus, merito de diuersis ad diuersa nõ fit illatio,l.
198 Papinianus exuli,ff.de minor.)† Nõ obstat insuper,qđ de donatione ob causam dicebat Bartolus,cum.n.sit donationis species.l.1.ff. eo. & sic sit donatio in specie cõsiderata,debet esse contractus nominatus,attẽta distinctione Ruini.nec quicquã facit,ꝙ sit impropria donatio,ut ipse dicebat,nã & stipulatio, est cõtractus improprius,& tamẽ est nominatus,prout utrũq; plenè notãt Doctores in d. Rubr.de uerb.obli. Ad illud uerò de nomine donationis generali,ergo uidetur cõtractus innominatus, dico uerũ esse cõsiderando nomen illud in genere, secus in specie,ut supra
199 dixi.† Ad ea uerò,quæ Gãmarus dixit,respõdẽdo dici pt,eũ defecisse,reprobãdo glossã in d.Rub.C.de rer.permu.dũ declarat,quãdo dicatur cõtractus innominatus,cũ.n. de hoc in q̃stione nostra nõ agatur principaliter,sed de donatione,nũquid sit innominatus,vel nominatus,cõtractus, debebat illã q̃stionẽ dimit-
200 tere,& illã opinionẽ glossę supponere,† iuxta regulã legis,qui testamẽto,ff.de testa.(ubi quando de uno disputamus, cętera extrema habilia supponi dẽnt, quã regulã multis exornat quotis Cagno. in l.uinum,nu.3. ff.si cer. pet.) aliás res procedetet in infinitũ,si ubi de uno quæritur,aliud uellemus disputare. pręsupponẽda igitur erat,pueralla gl. sicut est cõiter recepta,ut refert Ias.in d.l.iurisgentiũ, nu.8.& pro ea Castr. in l. mortis causa capimus,ff.de don.cau.mor.considerat illũ textũ,
201 † & nõ ad aliam opi.transire post Bal.in d.l. 2.C.quan.lic.ab empt.disce. Quę nec ẽt sapit ueritatẽ exemplo mutui,qui cõtractus actionẽ diuersi nominis parit,ut certi cõdictionẽ, prout infra,quib.mod.re con.ob.in fi.prin.&
202 tamen est nominatus.† Idemque in stipulatione rei certę,quę certi cõdictionẽ, à nomine stipulationis diuersam parit, ut infra de uerb.ob.in prin. & tamẽ est cõtractus nominatus, ut supra dixi, hancq; opinionẽ refellit ex alijs Garzia in d.l.iurisgentiũ, nu. 17. quæ uideri possunt, & ex his hęc questio remanet
203 satis discussa.† Vnde ad tertiam superius p̃missam descendo,uidelicet nũquid id donatio, sit proprius contractus,in qua Bart.Alberic. Castrens.Fulg.& Alex.in l.si donationis, C.qđ met.cau.Cõst.Roge.ĩ l.hoc iure,§.pen.ff. eo. tenuerũt,ꝙ nõ,quia propriẽ cõtractus ille dicitur,i quo ultro citroq; nascitur obligatio, l.Labeo,§.cõtractũ,ff.de uetb.si.qđ in donatione nõ cõtingit.Ideõq; tenet Cot. consl.259. nu.2.uol.4.& fuit de mẽte Cyni in d.l.si donationis,dũ dixit, Nota ꝙ donatio uidetur esse
204 cõtractus,quod uerbũ,uidetur denotat improprietatem.l.1.§.deiecisse, & ibi not.ff.de ui,& ui arma.Idẽ quoq; tenet Bertac. ĩ tract. de Gabell.i 3.mẽbro,par,8.nu.21.& hanc esse commu-

Donatio nunquid sit propriè contractus.

communem fatetur Gallian.in Rubr.de uer.
obli.nu.66.(ſicut & Ioannes Fichard.in addi-
tionibus Baptiſtæ Villalobos,ſuis communi-
bus opiuionibus factis in uerbo,donatio,nu.
205 120.qui me hic citat.)† Et ideo Bartolus in
dicto §. cōtractum.tenuit, φ cum ſtatuta ſint
ſtricti iuris,appellatione contractus in eis fa-
cta,donationem non venire.ſequitur Caſt. &
Alex.in dicta l.ſi donationis,Bal. in l. contra-
ctus.ſecundo not : b. C.de fi. inſtr. ubi Salyc.
quoque.Bal.in l.fi.C.de litig. Imo. in c.ſi quā
do.de offi.deleg.Bertac.in loco proximè cita-
to,& plures alios cumulat Tiraquell.de legib.
connubi. in uer.contracter.nu.38. & ſequen.
Glo.3.(demumq; Bero.conſ.153.nu.33.uol.
206 1.) † Contrariam tamen opinionem tenue
runt aliqui Moderni,uidelicet Bal.Nouell. in
Rubr.de uerb.ob.nu.20.& poſt eum Gallian.
nu.64.ad finem.Nicolaus Bellon. Supputa. li.
2.cap.2.moti fuerunt,quia iura ſimpliciter ap
pellant donationem, contractum, & ſic pro-
priè.dicta l.ſi donationis.l.ſi quis emptionis.
C.de præſ.30.anno.l.pen.C.de don. inter uir.
& uxo. ibi [*Impertalibus contractibus*] & tamen
de donatione ſupra dixi:l.cōtractus , C.de fi.
inſtr.ibi [*contractus uenditionum,uel permutationū,*
107 *vel donationum*] ſtringo fortius † Quia illud
uerbum contractus,determinans illa tria, æ-
qualiter debet determinare. l. nam hoc iure.
ff. de uul. & pupil. ſed reſpectu uenditionis &
permutationis determinat propriè, igitur &
208 reſpectu donationis. † Secundo mouetur
Bellon. nam contractus propriè dicitur eſſe
quotiés aliquod negocium geritur inter par
tes,& ſimul contrahitur, unde dicimus nego-
cium contractus.§.item is cui.infra de oblig.
ex qua . contr. Sed in donatione negocium
geritur , & contrahitur inter partes , ergo
209 eſt propriè cōtractus. † Tertio præter iſtos
Doctores accedit,quod tradit Fabian. de Mō
te in tract.de emp.& uend.22.q.quartæ q.prin
ci.nu.21.dicens,quòd prohibito contractu p
ſtatutum, intelligitur etiam prohibita dona
tio.allegat Baldum in dicta l. ſi quis emptio-
nis. qui tamen hoc non dicit in meo libro,
& ob id Tiraquell.in libro de legib.connu. in
uer.contracter.Glo.3.nu.44.Fabianum tantū
210 citauit ad hoc.†Sed ultra facit,quod inquit
Bal.Nouel. in dicta Rub. referens ſuper eo cō
ſuluiſſe apud Florentiam, quod ſtatutum pro
hibens rem immobilem uendi,uel per quem
cumq; contractum alienari, compræhendit
211 etiam alienationē per uiā donationis. † Et
quod tradit Bart. in l.quod ſeruus.ff.de ſtipu.
ſeruo.& in l. 1.in princip.ubi pariter Roman.
ff.ſi ex nox.cauſa agatur. ubi dicit ſtatutū uo-
lens ſolui Gabellam de quolibet contractu,lo
cum habere in donatione, quæ ſurgit ex re-
habita pro derelicto animo donandi, quæ nō
alia ratione uidentur procedere nisi quia
212 donatio ſit propriè contractus , † & ad tex-
tum in dicto §. contractum, reſpondent Bal.
nouell. Bellon. & Galliaula , quod procedit
ſecundum ſtrictiſſimam & ſcrupuloſam inter
pretationem,quam iura raro admittunt. Im
mo nōnumquam reijciūt.l.ſi ſeruum. §.ſequi
213 tur.ff. de uerb. oblig. † (ſicut & , ut hoc il-
lis addam, friuolam ſpernunt leges, adeo
quòd ex ea nolunt rem dubiam reddi . l. ille
aut ille. §. cum in uerbis . & ibi Bartol. ff.de
leg.3.cum ſimilibus adductis per Alex. conſi.
216.Nec arguēdi ſumus,in fi. uol. 2.ſequitur
214 Natta conſi.404.nu.10. † Quemadmodum
nec illa fieri debet,per quam reſultet intelle-
ctus irrationabilis. c.erit autem lex.4.diſtin.
Bal.in l.ex facto,in prin.ff.de uulg.& pupil.Be
ro.cōſ.141.nu.17.uo.3.nec admitti ſuperflua,
Crot. conſ. 104. nume. 22. ꝓbatur autem
quod illi dicunt,) quia Iureconſultus ibi
differentiam facit inter acta & geſta, & ta-
men textus in l. licet, eod . titu. dicit quòd
[*licet inter geſta uideatur eſſe quædam ſubtilis dif-
ferentia , tamen inter geſtum & factum nihil intereſt*]
idem ergo dici debet,dum de cōtractu loqui
215 rur in dicto §. contractum . † Secundo di-
cunt ipſi , ſtant ſimul quòd aliquid ſumi poſ-
ſit ſtrictè & largè,& tamen utroque modo ſit
propriè & ſecundum propriam ſignificatio-
nem uocabuli,ut de uerbo pecuniæ,notāt Gl.
& Docto.in l.2.in uer.pecuniæ.C. de cōſ. pec.
in l.2.§.creditum.ff.ſi cer.pe.in l. talis ſcriptu
ra, ff.de leg.1.& de uerbo,inteſtabilis,Aretin.
in l.cum lege.ff.de teſt. unde dato quòd in di
cto §. contractum,dicatur illum eſſe , quan-
do ultro citroq; eſt obligatorius , non inde
ſequitur, eum qui non eſt huiuſmodi,impro
priè contracte eſſe: licèt enim hoc ſecundo
caſu largius ſit contractus , quam primo,pro
216 priè tamen eſt contractus . † Ego uero quo
niam cum iſtis conſentire nō poſſum,a com-
muni ſententia non recedo (quam & mirifi
ce tenet ac proſequitur Connanus in com-
mentar.iur.ciuil.lib.5.c.primo,co.3.ubi poſt
quàm dixit,contractum eſſe ultro citroq; o-
bligatorium, ſubdit pacta, donationes & de
licta, quòd in his non eſt iſta uiciſſitudo obli
gationis , propriè contractus dici non poſ-
217 ſe. † Qui contractus Dręco uerbo reſpōdet,
cum alter ab altero ſcilicet ad ſe trahit, quod
ſibi neceſſarium eſt,& commodum , aut for-
taſſe à contrectatione rerum,qua mercamur,
ſine qua nullus contractus perficitur : nam ſi
cōuenimus ut res noſtras cōmutaremus, nō
dum eſt commutatio , niſi alter alteri ſuam
tradiderit,nec ante traditionem res dominū
218 mutaſſe dicitur. † Et hanc opinionem pa-
riter) optimo ſimili confirmo . planum eſt
eum proprie debitorem eſſe,a quo inuito pe
cunia exigi poteſt, l. debitor. ff . de uer. ſig.
quod eſt ubi ciuiliter, & naturaliter eſt obli-
219 gatus,† cum ſola ciuilis,uel naturalis obli
gatio regulariter effectum exigendi non ha-
beat

beat,ut notat Glos. infra de oblig. in princ.
(Immo uerò de naturali loquens Connanus
in Commenta.Iur.ciuil.lib.2.cap.3.col.2.bel
lissimè dicit,quòd cum eius nulla uis sit ad co
gendum,si naturam uocabuli attendemus,
non certe nominabitur obligatio, quæ tum
demum uere est huiusmodi,cū necessaria est,
& in inuitum satis habet firmitudinis,
220 † alioqui Doctori, & magistro similior est
quam iudici, quæ inuitat, hortatur,monet,
compellendi, & exprimendi potestatem nul-
lā habet. Sicut autem nodus non est,qui nec
adstringit, nec cohibet, ita quæ nos non te-
net obligatio, non rectè obligatio nocabi-
tur. at ista obligatio naturalis necessitatem
221 nullam affert, † sed id tantum præstat,ut si
uolentes ei paruerimus, reuocari non possit
tanquam sine causa factum,l.naturales.ff. de
acti.& oblig.Ceph.consi.272.nu.100.) meri-
to textus in l.fideiussor.§.fideiussor. ff.de fide
iuss.loquens de naturaliter duntaxat obliga
tis dicit eos minus propriè debere,& per abu
222 sionē debitores appellari: †ita quòd in sta
tuto loquente de debitore non ueniret, cum
in eo uerba strictè & propriè capi debeāt, ut
ibi subdit Ang.& Castr. Sicut ergo uidemus
ibi debitorem impropriè dici, qui altera tā-
tum obligatione tenetur,ex eo, quòd ad con
stituendum proprium debitorem duplex re-
quiritur obligatio. Ita quoque contractum
illum impropriè dicere debemus, in quo ex
altera tantum parte debeat obligatio con-
223 currere,dicto §.contractum,†.(sicut & tali
casu contractum claudicare nos dicimus. l.
Iulianus.§.si quis a pupillo,& ibi not.ff.de a-
cti.emp. et supra de auto. tut. in prin.iuncta
Glo.) & hoc fundamentum multum stringit
iudicio meo, siue loquamur de donatione,in
qua donans non obligatur, siue in ea,quæ in
cipit à promissione, in qua bene obligatur,
224 ut supra dixi. † Quoniam obligatio ex
parte donatarij non est potens, aut apta
ad inducendum contractum proprium,
illa enim ad antidora est naturalis tantum, l.
sed & si lege,§.consuluit.ff. de pet. hæred. ibi
[*naturaliter obligauerunt*] nec ad agendum po-
tens, ut no. in l. ex hoc iure,ff.de iust. & iure.
225 † Secus autem in contingente super ueris
contractibus, ubi hinc inde contrahentes ci
uiliter & naturaliter obligantur,ita quòd al-
teri aduersus alterum,& econtra datur actio,
ut emptori actio ex empto.l.ex empto,§ prin.
ff.de actio.emp.uenditori ex uendito.l.Iulia-
nus.§.ex uendito,eod.tit.mandati actio man
dati directa, mandatario contraria.l.si uero
non remunerandi.§.contrario.ff.mand.& sic
226 de singulis proprijs contractibus.† Præte-
rea illa naturalis uenit extra donationem fa
ctam, ut benefacienti donatarius retribuat,
non autem ex eo quod illi donationi quid
desit ad eius implementum, cuius contrariū
contingit in ueris contractibus, ubi obliga-
tio reciproca contrahentium inuncta est pro
implemento contractus,l.si quis alienam, ff.
de acti.emp. (glossa infra de emp. & uend. in
227 princip.) † sed nec illa obligatio donatarij
quam supra consideraui, potest causare uerū
contractum,uidelicet qua tenetur reddere si
sit ingratus,si modum,uel conditionem non
seruauerit, si donatorē pœnituerit, is ue con
ualuerit: non enim tendit ad obseruantiam
donationis,sed potius ad dissolutionē, quod
in proprijs contractibus non contingit, ubi
bene obligatio tendit ad obseruantiam,cum
illi celebrati,sint irretractabiles,& necessarij,
l.sicut,C.de acti.& oblig.l.in commodato. §.
228 sicut.ff.commod. † Et hanc partem tenen-
do non obstant contraria, & primo iuta: quæ
appellant donationem simpliciter contra-
ctum, & sic propriè. hæc enim consequentia
negatur in casu nostro. propria namq; signi-
ficatio sumitur & cognoscitur ab autorita-
te legis hoc dicentis,l. propriè.l.ferri.ff. de
uer.signifi.per quas ita tradit Bar.in l.omnes
229 populi,nu.59.ff. de iust.& iu. † (nec imme-
ritò, nam significatio ē proprius & uerus sē
sus dictioni ab intellectu, uel statuto legisla-
toris attributus: autoritas enim inuentoris,
uel legislatoris dedit uera, & propria signifi
cata uocabuli, ut eleganter declarat Bald. in
Rubr.C.de uer.signif.sequitur Andreas Gam
mar. in tracta.de extens.nu.42. & Bemnecasis
230 in §.omnium,nu.153.infra de act.) † sed nos
habemus textum in dicto §. contractum,posi
tum sub titulo,ubi tractatur de propria signi
ficatione uerborum, in quo dicitur cōtractū
illū esse,ubi ultro citroque concurrit obliga-
tio, meritò eius determinationi standum est
omnino,quæ cum donationi non conueniat,
dicere non possumus illam esse propriè con-
tractum, sed impropriè tantum,dato quòd
alibi simpliciter contractus appelletur,
231 † (& ita signanter reperio quod in simili ca
su declarat & arguit Benincass. loco citato,re
præhendens quendam dicentem,appellatio-
ne rei res tantum corporales contineri, quod
inquit esse contra textum in l.rei.ff.de uerb.si
gnifi.ubi dicitur quòd [*appellatione rei,& cau
sa & iura continentur*]subditque Beninca.quòd
ita propriè capitur. ibi: nam ille textus est
sub titulo de uerb. signifi. in quo Iurisconsul
232 tus de proprietate uocabuli disceptat, † &
licèt sub eodem quandoque tractetur de im-
propria & larga significatione,tamen quod i-
bi propriè sumatur, appatet ex uerbo conti
netur, quod denotat proprietatem: sic enim
dici potest ad unguem de §. contractum,posi
to sub eo tit. & dicente [*contractum ultro citroq;
233 obligationem esse.*] † nam uerbum esse,deno-
tat proprietatem. l.mercis, & ibi Glos.& Do
ctores, eo.tit.Ias.in l.sciendum, nu.5.in l.ser-
ui electione. §.Labeo, et in l.seruum filij. §.si
quis

quis rem.ff.de leg.1.) Immo si iura ubi contra-
ctus appellatur donatio, intelligerētur de pro-
234 prio, † iam dicerent contrarium eius, quod
supponit dictus §. cōtractū, quod dici nō dēt,
cum contrarietas legum sit euitanda. l. 1. C. de
inoff. dot. dicamus ergo illa iura donationem
contractū appellasse, largè tamē, & impropriè,
sic enim non repugnabunt illi, §. cōtractū. Nec
obstat ponderatio, quam supra feci ad dictam
l. contractus, de illo uerbo determināte illa tria
235 æqualiter, dicta l. nam hoc iure. † Illa namque
regula non procedit, ubi militat diuersa ratio
inter ipsa determinabilia, tunc enim fit inæqua
lis. ita uoluit Ang. in §. hinc nobis, in Autent. de
hæred. & fal. Imo. & Rom. in l. Caius. ff. sol. mat.
Arct. in l. cohære. li. §. qui discretas secūdo no.
per illum textum. ff. de uul. et pup. Castr. in l. fi.
C. de sent. Dec. in l. in testam. num. 8. C. de test.
mil. & cons. 456. col. pen. Paris. consi. 110. num.
15. uol. 3. D. meus Rimin. cons. 27. nu. 10. & con
sil. 116. num. 19. Ruin. consi. 165. num. 7. uol. 2.
Alex. in dicta l. in testamēto, & consi. 179. col.
pen. uol. 2. Cur. iun. cons. 150. colum. fi. dum pō
derat quod in casu suo non erat diuersa ratio.
Soc. iun. cons. 80. num. 15. col. 2. uol. 1. Gomes.
in Regulis Cancellariæ, in Regula de publican-
dis resignationibus, q. 8. col. 2. (Ias. consil. 127.
col. fin. uol. 1. Roland. à Valle, consi. 75. nu. 13.
uolum. 2. & in Tracta. de lucro dotis, q. 13. num.
236 9. Bero. cons. 140. nu. 37. uol. 2.) † licèt idem
Alex. sibi contrarius in dicta l. nam hoc iure, &
in l. Gallus, §. 1. ff. de lib. & post. Ruinus quoque
consi. 150. in fine, uolum. secundo, & consil.
162. numero nono, uolumine primo. Dec.
consi. 211. colum. secunda ad fi. Et Gratus Re-
spon. 129. num. 7. uol. 2. uoluerint contrarium,
sed præcedens opinio uerior est magisq; rece-
237 pta, (atque insuper tenenda:) † nam quotiēs
diuersa subest ratio, diuersa quoque militare
debet dispositio iuris, l. fi. ff. de calumn. l. Papi
ni. exuli. ff. de minor. Cephal. cons. 3. nu. 83. Iac.
Emilian. cons. 83. num. 33. & cons. 59. nu. 9. ita
quòd cessante ratione, cessat dispositio. l. adige-
re. §. quamuis. ff. de iure patr. c. cum cessante.
238 de appellat. Grot. cons. 97. nu. 27. † & inde p
dijt illud uulgatū, quòd diuersa ratio reformat
pactum. l. interpositas. C. de trans. Emilian.
met. cons. 131. nu. 6. Rol. à Valle, cons. 60. num.
33. uolum. 1. hoc est in aliam formam uertit, ut
eo modo quo celebratum fuit, locum non ha-
beat,) sed clarum est subesse diuersam rationē
inter emptionem, & permutationem ex una
parte, & donationem ex altera; de qui-
bus dicta l. contractus, loquitur, cum ille sint
ultro citroque obligatoriæ, hæc autem secus,
declarando, ut supra, merito id uerbum con-
tractus, inæqualiter debet determinare, pro-
priè quidem quo ad emptionem, & uenditio-
nem, & permutationē, impropriè uerò quo
239 ad donationem. († Simile uidemus in l. 2. ff.
de off. procons. & leg. ubi dicitur, quod apud

Eadem determinatio quãdoque fiat inæqualiter

Procōsulem manumitti possunt tā liberi quàm
serui, & Glossa dicit id uerbum manumitti, pro
ut ad filios refertur impropriè poni, prout ad
seruos propriè. sicque fit inæqualis determina-
tio, quia non potest uniformiter operari in u-
troque, secundum Alexand. in l. in testamento.
colum. 1. C. de testa. mil. & Dec. num. 8. uersicu.
tertio regula. post Andream Siculum cons. 54.
240 colum. 14. lib. 2. † nam manumissio, est datio
libertatis seruo conueniens, qui donec est in
seruitute, manui, & potestati suppositus est,
& manumissus liberatur à potestate domini,
ut Inst. de liberti. in prin. unde quia talis actus
filio non potest accommodari, uerbum manu-
mitti, quo ad eum sumitur impropriè dicto lo-
co, & inæqualiter determinatur secundum Do
241 ctores allegatos. † Quamquam non desunt
alij melius sentientes, ut Aldobrandi. in §. præ
terea. num. 6. supra, quibus modis Ius par. pot.
sol. Et Vaconius à Vacuna, Declarationum sua
rum libro 1. cap. 21. cum enim tunc temporis
emancipatio per imaginarias uenditiones,
& intercedentes manumissiones celebrabatur,
ut meminit Imperator in dicto §. præterea,
quod & repetit in l. fina. C. de emancip. liber.
242 † dicens [*inspeximus in emancipationibus antiquā
obseruationem custodiri, & uenditiones in liberas per
sonas figuratas, & circumductiones inextricabiles, &
iniuriosa rhapismata,*] &, ut etiam refert Paul. in
l. liberos. ff. de capit. dimit. secundum ius illud
priscum loquens. [*emancipari nemo possit, nisi
sit in imaginariam seruilem causam deductus*] mani
festum est, quòd etiam filij propriè dicebantur
manumitti, nam empti liberabantur, ut
serui, declarando plenius, ut Aldobran. & Va-
conius faciunt, quod attigisse sufficiat, ut hic
alienum, & ad rem nostram deueniendo circa
243 sensum dictæ l. contractus.) † Secundo respō
detur quod illa regula determinationis æqua-
lis procedit in dispositione uoluntaria, quæ se-
cundum uoluntatem testatoris regulatur, ut
ibi; secus autem in necessaria, ut tradit Alex.
in dicta l. Gallus, §. 1. & in dicta l. in testamen
to. Dec. consil. 456. colum. penultim. quo se-
cundo casu loquitur dicta contractus. nam
contractus continent dispositionem necessa-
244 riam. l. sicut. C. de actio. & obligat. † Tertio
& pulchre dici potest, quòd illa regula nō pro
cedit quando ex æquali determinatione indu-
ceretur correctio legis, tunc enim potius inæ-
qualis fieri debet, ut minus præiudicetur iuri
communi. textus est quem pro singulari notat
ad hoc Abb. in c. cum dilectus, notab. 5. de con
suet. sequitur Ruin. consil. 169. numero 11. uo-
lum. 3. consil. 157. num. 14. uolum. 5. Ro-
land. à Valle, consil. 74. num. 12. uolum. 2.)
sed si illud uerbum [*contractus*] determinarēt
donationem propriè sicut emptionem, & per
mutationem, iam resultaret contrarietas legū,
cum ibi donatio diceretur proprius con-
tractus, cuius oppositum clare uolunt, uel

iunnunt

innuunt uerba textus in dicto §. contractum. igitur inęqualis fieri debet determinatio pro
245 effugienda dicta contrarietate. † Quarto eleganter dici pōt ꝙ illa regula procedit, nisi repugnet natura determinabiliū, quia tunc debent determinari secundum naturam uniuscuiusque determinabilis. Ita tradit Card. in c. olim ex litteris, de rescr. per illum textum, Ias. in l. miles qui. §. decem. 2. not. per illum text. ff. de re iud. Rui. consi. 157. uol. 5. superius allegato, (sicut & Rolan. à Valle consi. 74. nu. 15. uolu. 2.) & ad hoc tendit altera limitatio, de qua su
246 pra nu. 239. † quod ęqualis determinatio fieri non potest, ubi non potest uniformiter operari, quia tunc diuersimode fit determinatio, secundum Ale. Dec. & Andream Sicu. supra citatos quibus addo Corneum consil. 152. nu. 6. uol. 3. exemplum enim illius esse potest, quādo natura determinabilium repugnat, uel correctio legum induceretur, ut proximè dictū fuit. Sed in dicta l. contractus. natura donationis repugnat, & est in causa quo minus fieri possit æqualis determinatio, quoniam non est utrinque obligatoria eo modo, quo proprij contractus existunt, ut supra dixi. merito inæqualis
247 fieri debet ibi determinatio. † Ad secundum uerò fundamentum Belloni respondetur, id esse satis infirmum, ne dicam uanum, quoniam uidemus in testamento negocium geri inter plures. §. sed neque hęres. infra de testam. ibi [*quia hoc totum negocium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter testatorem, & hæredem agi.*] & tamen nemo dixerit id esse cōtractum propriè, nec impropriè. l. uerba contraxerunt. ff. de uerbor. signifi. sed ultimam uoluntatem. l. fi. C. de codic. §. fi. infra de fideic. hæredi. in uer. [*ultima uoluntas.*] (& certè si Connano credimus ut uiro disertissimo, in Commen-
248 tarijs Iuris ciuilis, lib. 5. cap. 2. † Negocij nomen & uis est amplissima compræhendens significatione sua quicquid nos habet occupatos, inde gerere alicuius negocia, aut alicui negocium facessere, aut exhibere,) nec textus in dicto §. contractum, statuit substantiam contractus in negocio gesto inter partes, sed in
249 obligatione reciproca. † Ad tertium uerò pro uera resolutione distinguas, quòd aut loquimur in statuto prohibitiuo contractus, & tunc donationem quoque compræhēdit, quia à quo remouetur genus, & quælibet eius spēs intelligitur esse remota. Negari autem nō potest, quin donatio sit contractus, & sic species
250 cōtractus in genere sumpti per statutū. † Aut uerò loquimur de statuto permissiuo contractus, & tunc secus. ita in simili statuto Doctores distinguūt, uidelicet Bal. in c. imperialem, de prohi. feudi alie. per Feder. col. 4. uet. quero si à uasallo. quem sequitur Card. Alexand. ibi. Aret. in l. qui in potestate. in prin. ff. de testam. Bertach. in tract. de Gabell. 3. parte octauæ partis princip. nu. 22. Tiraquell. in l. si umquam. C.

An statutum de contractu loquens cōpræhendat donationē.

251 de reuo. don. in uer. [*donatione*,] nu. 199. † concludunt enim statutum prohibens donare, cōprehendere etiam donationem causa mortis tamquam speciem donationis in genere, & ex hoc resoluitur decisio Fabiani de Monte, & alia Baldi Nouelli, de quibus supra: non enim sub illis statutis de contractu loquētibus comprahenditur donatio, quia fit ꝓpriè cōtractus, sed quia statuta illa prohibitiue loquuntur de
252 contractu, † (simile uidemus in statuto dicente, quòd nullus forensis succedere possit: mater enim forensis quoque comprahenditur uigore prohibitionis generalis statuti, ut de-
253 clarat Ruin. consil. 47. nu. 4. uol. 3. † & si statutum filias dotatas excludit adijciens, ꝙ plus petere non possint, à supplemento quoque legitimæ repelluntur, ut per Bald. in aut. res quæ. C. commu. de legat. uersi. quæro statuto cauetur. Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. & consi. 68. uol. 4. Rui. Cons. 51. col. fin. uol. 3. id enim totum procedit uigore prohibitionis generalis) ultra quòd ad illam decisionem Baldi nouelli respondet aliter Gallian.
254 ibidem, nu. 67. ad quem te remitto. † Quo uerò ad decisionem Bartoli in allegata l. quod seruus. ff. de stip. ser. ubi loquitur de statuto uolente solui Gabellam de quolibet contractu, (& sic non prohibitiue, & tamen comprahendit donationem, secundum Bartolum) aduerti debet quòd huiusmodi statuta sunt odiosa, ut tradit Angel. consil. 385. Abb. cons. 69. col. 2. uol. 1. Soc. cons. 76. uol. 1. Corn. consi. 89. col. 3. uol. 3. & consi. 106. uol. 4. Decius consi. 457. Galliau. in dicta Rubr. nu. 69. (Craue. consi. 231. in
255 fine) † licèt enim facultas, & potestas imponēdi Gabellas, & pedagia, sit fauorabilis: actus tamen impositio Gabellæ, quæ fit per statutum, est odiosa, iuxta notata in c. fi. de simo. & in c. 1. de fil. præs. lib. 6. ubi habetur quod potestas dispensandi est fauorabilis, licèt ipsa dispensatio sit odiosa & restringenda, sicque tradit in terminis Rui. consi. 112. nu. 14. uol. 5.

An statuta de Gabellis odiosa sint.

256 († Quin etiam talia statuta exorbitant à iure communi, potissime si uelint de ultimis uoluntatibus Gabellam solui, ut per Bal. & Castr. in l. fi. C. de edic. diui. Adr. tol. quos sequitur Iulius Ferretus in tract. de Gabell. nu. 354. & ulte
257 rius) sunt † contra ius gentium illique refragantur, ut tradit Bald. in dicta l. contractus, colum. 2. quem sequitur Ruin. consi. 114. in fi. uol. 1. ꝓpterea non cōprehendunt donationem, quæ est improprius contractus, ut ibi Baldus tenet, Galliaula, Ruinus & alij ex supra relatis,
258 nu. 205. † Quod tamē fallit in casu decisionis Bartoli in dicta l. quod seruus. ibi enim ego nolens soluere gabellam, cogitaui hanc fraudem, nam uolens donare tibi fundum, habui illum pro derelicto, quod fuit quædam donatio, teneorque soluere gabellā, ut dicit Bart. quod sanè non est, quia donatio fit proprie contractus, nec ex eo quòd in tali statuto comprehen

datur,

259 datur, sed propter fraudem cōmissam.† Quia
dolus nemini debet patrocinari. capitu. cæte
rum.c.sedes.de rescr.(l.itaque fullo, ff. de furt.
l.ne ex dolo.ff.de dolo.Iaco.Emilian. consi.50.
nu.9.nec ex eo lucrari.l.siue hæreditaria. ff. de
neg.gest.Sal.in l.sub ṗtextu.C.de trās.Senat.Pe
demont.decisio.58.nu.36.& pulchrum refert
exemplum Connan.in Commentar.Iur. ciuil.
lib.4.c.13.col.4.si rem alienam oppignoratam
à te,postea tibi acquiras, iuste non potes con-
tra creditorem tuum excipere, quòd tempore
conuentionis non fuit tua. Nam hac ipsa exce
ptione fraudem & dolum tuum detegis, qui
260 nemini prodesse debet.† hoc igitur respe-
ctu procedit illa doctrina Bartoli loco citato
prout sic illam) declarat ibidem in apostil. Ale
xan.uel quisquis alius fuerit.Facit quod etiam
tradit Caccialu.in l.1.nu.95.C.de summa trin.
post Bal.in l.multum interest, C. si quis alteri,
261 uel sibi.† de contrahētibus extra territoriū,
ut euitent gabellam ex statuto debitam,tenen
tur enim nihilominus ad eam.non quia statu-
tum uires suas porrigat extra territorium, sed
propter fraudem commissam,quæ prodesse nō
262 debet (sequitur Paris.cōs.99.col.fi.nol.1.† &
in simili casu prior eis Bal.consi.60.uolu.5.de
statuto prohibente mulierem contrahere sine
consensu duorum proximorum, ꝙ habeat locū
si mulier data opera contraxerit extra territo-
rium statuti.sequitur Caccialu.in dicta l.1. nu.
98.Ruin.consi.60.col.2.uol.4.D.meus Rimin.
consi.598.& prior eis Anchar.in c.1.q.12.de
consti.Et tradit insuper Aret.consi.54.quem se
quitur Reuerendiss.Card.Albanus, amplissima
tali dignitate decoratur à Pio V.Pōt. Max. ob
eius præclarum ingenium,in suis lucubrationi
bus ad Bar.in l.cunctos populos. C.de summa
trini.num.12.de quo latius attingo consi.42.
num.46. quod una cum alijs in lucem exhibe-
263 re polliceor.† Minus etiam stringunt quæ
pro solutione textus in dicto §. cōtractum,sibi
cō finxerūt Bal Nouell. Bellon. & Galliau.licet
enim quòd illa differētia inter acta & gesta ue
lut subtilis & scrupulosa reijceretur ī dicta l.li
cèt. nō uideo cur idem dici debeat, quatenus
de contractu loquitur textus, de quo nec qui-
264 dem somniat dicta l. licèt. † quod enim nō
mutatur,cur stare prohibetur,l.sancimus.C.de
testa.l.præcipimus,in fi.C.de app. & uerè si de-
terminatio dicti §. contractum,non esset atten
denda uelut reiecta per dictam l. licèt, non ne
nobis (ut aiunt) de uento seruiret, uaneque
loqueretur? profecto sic. & ita (quod mecum
præcogitaueram) reperio quosdam Moder-
nos Bononienses de Canonicis dicentes in di
cta Rubrica de uerb.obligat.num.429.qui ta-
metsi dicant ad illum textum responderi posse
ex dicendis per eos inferius, nihil tamen elicio
relatu dignum,quo ue quiescat animus meus.
265 † unde non prætereo quòd Alciat. dispunct.
lib.2.cap.4. referens uerba dictæ leg. licèt,ad-

Contrahentes extra territorium in fraude statutum.

modum miratur de illo loquendi modo, quo
utitur Iureconsultus ibi: supponit enim inter
gesta & facta differentiam esse,& tamen subdit
nihil interesse, ita quod prius affirmat, statim
negat, quod satis absurdum uidetur, nec Iure
266 consulto dignum, merito subiungit ipse † ꝙ
prout in antiquis codicibus legitur,Græca di-
ctio textui inseritur hoc modo [*attamen*]
ταχρη-ιχῶς. quæ uox abusiue significa: [*inter fa-
ctum & gestum nihil interest*] uolens in effectu di
cere,quòd licèt inter ea uideatur esse quædam
subtilis differentia, secundum propriam & stri
ctam significationem uerborum: attamen a-
busiuè loquendo, hoc est secundum largum, &
improprium loquendi modum, nihil interest
inter ea, quo fit ut Caius ibi non reiecerit diffe
rentiam traditam per Vlpianum in dicto §.cō
tractū,inter illa duo,prout Bal. Nouell.Bellon.
267 † & in hoc adstipulatus est Alciat. in dicta l.
licet.immemor eorum forte quæ dixerat in di-
cto c. 4. dū dixit abusiue loquendo inter ea ni-
hil interesse, quæ uerba inferūt secūdū propriū,
loquendi modū bene aliquid interesse. Sic ha-
bes igitur, studiose Lector & optime illū textū
restitutum,& cum dicto §. contractum,conci-
liatum subindeq; per dictum §. conclusionem
nostram communiter receptam,firmam mane
268 re. † Ad aliud uerò, quod ipsi dicunt simul
compati,quòd aliquid strictè & largè sumatur,
& tamen utroque modo sit propriè exemplifi-
cando,ut per eos,dico quòd cum uerbum [*stri
ctè*] tantum significet quātum [*propriè*] uerbum
autem [*largè*] denotet idem quod uerbum [*im-
propriè*] ut tradit Bertach.in uerbo [*largo modo*]
(unde Franciscus Hotomanus in Comment.
269 uerborum iur. refert † quòd strictum ius
nostri appellant quod ueteres summum dice-
bant, ut latius explicat Budę. in annotationi-
bus ad Pandectas,pagina 13.id est, quod restri-
ctè ad uerborum præscriptum dirigitur, & tan
quam ad uiuum resecatur, ita quòd æquitati
passim opponitur.l.pen.ff.de consti. pe. l.pen.
270 §.1.ff.de iu. dot.† hinc stricti iuris actiones di
ctæ sunt,in quibus iudices ita ad certam sum-
mam stricti erant, ut neque pluris, neque mi-
noris damnare reum possent. §. actionum au-
tem quædam,infra de acti.) nescio uidere quo-
modo utroque casu quid sumptum propriè di
ci possit. Immo totum contrarium sequitur,ui
delicet quòd si res strictè sumpta dicitur pro-
priè talis, largè sumpta dicitur impropriè ta-
271 lis. † Nec me mouet exemplum pecuniæ qđ
ipsi tradunt, ex eo namque uerius infirmatur
quam roboretur eorum intētio, siquidem Bar
tolus in dicta l.talis scriptura, quem cæteri se-
quuntur,ut Alex.& Ias.testantur ibi, Roman.&
Imo.in l.nam quod.§.non omnis.ff. ad Trebel
lia.distinguit inter materiam fauorabilem, &
odiosam,& priore casu uult omnia compræhē
di sub uerbo pecuniæ, secundo numeratam tā
tum pecuniam, quod aliunde non uenit, nisi
quia

An quid sumptū strictè, & largè possit utroque modo dici propriè tale.

qnia primo casu larga, & impropria significa-
tio toleratur, secundo secus. & qđ in d.l.2.dici-
tur, est ex extensione, non aũt ex propria signifi
272 catione secundum ipsũ.† hinc Bal. in d.§.cre-
ditum, in statuto de pecunia loquente, dicit il
lud intelligi debere de pecunia numerata tãtũ
quia statuta sunt stricti iuris. C.l.qđ cõstitutũ.
(ff. de test. mil. D. meus Rim. cõs. 264. n. 14. Cor.
cõs. 264. nu. 14. vol. 1.) quod & Alex. sequitur
d.l. talis scriptura, si statutum sit exorbitans, vel
odiosum, qđ utique uerum nõ esset, si prout lar
ge sumitur uerbum pecunia, propriè diceretur
273 sumi, sicut qñ stricte sumitur. † Ad aliud ue-
ro exemplum de uerbo [*intestabilis*] rñdeo ꝗ lex
illi uerbo condonauit uniformiter illum tripli
cem significatum, de quo in d. l. cum lege, &
ibi Bar. & alij, non distinguendo inter unã ma-
teriam, & aliam, merito quæcunque sit disposi-
tio fauorabilis, uel odiosa, id uerbum simplici-
ter proferens, uerificatur in quolibet eius signi
ficatu secundũ proprietatẽ, & uim illius uerbi,
& ibi no. Aret. Cald. consil. 1. in tit. de consan. &
assi. Ang. in l. fi. in 3. limita. de consti. prin. Dec.
consi. 118. in fi. consi. 344. in prin. Craue. consi.
274 118. nu. 12. † at uerbo [*contractui*] lex unicũ tan
tum significatũ contribuere uoluit, ut sit, ac ue
rificetur proprie quando concurrit ultro citro
que obligatio. d.§. contractum, merito ubi hoc
extremum cessat, non possumus dicere, ibi pro
prium contractum dari, sed improprium dun-
275 taxat, & abusiuum († nam quando qualitas ali
qua requiritur in actu, si ea non uerificatur, de
ficit actus, nec subsistere põt. Bar. in l. 2. §. doce-
re. ff. ui bon. rap. & in l. 1. §. ait prętor. ff. ne quid
in flu. pub. D. meus Rimi. consi. 58. ad fi. & cõsi.
114. nu. 8. quibus in locis alios concordantes
adieci.) hactenus patet, q̃ dixerunt Bal. nouellus,
& sequaces non obstare. Sed ut nihil intactũ re
276 maneat relatu dignum, non prætereo † quod
Berous consi. 95. nu. 9. & cõs. 169. nu. 19. uol. 2.
eandem sñiam Baldi nouelli probare conatur
dicens simul stare qui sumi large & stricte, &
tamen utroque modo secundũ propriam signi
ficationẽ. Mouetur in primis ex. §. fi. J. de obli.
iuncto principio, infra de oblig. ex qua. contr.
nã primo loco simul cõmiscet Imperator obli-
gationes ex contractu, tam stricte, quam large
considerabiles, quales priores sunt ex cõsensu
hinc inde obligatorię, velut ex empto, locato, &
cõsimiles; posteriores vero sũt ex una parte dũ
taxat obligatorię, uelut ex mutuo, stipulatione,
oẽs tamen ꝓprie supponit ex contractu subsiste
re, cũ secundo loco eas, quæ sunt ex quasi cõtra
277 ctu, dicat nõ proprie nasci ex cõtractu.† Secũ
do mouetur Berous ex l. 3. §. de illo. ff. pro soc.
ubi legitima hæreditas stricte loquẽdo dicitur
illa, quæ prouenit a lege, hoc est ab intestato,
large uero quæ prouenit ex testamẽto, ut ibi. &
tamẽ utroq; modo dicitur ꝓprie hęreditas le-
gitima, casus est clarus in l. lege obuenire. ff. de
uer. sig. ubi dicit [*lege obuenire hæreditatem non im-
proprie quis dixerit & eam, quæ ex testamẽto defertur*]
& ibi notat Alc. dicẽs, ꝗ si de legitima hęredita
te dictum sit, utramq; cõtineri ex ui uerborum
278 cõstat.† Sed hæc a mea sñia nequaq̃ retrahũt
quã præter adducta superius, nu. 230. corrobo-
ro ponderãdo diligẽtius tex. in d. §. contractũ.
Vulpia. n. in prin. dicit [*Labeo libro primo prætoris
vrbani diffinit quod quædã agãt, quædam gerantur, quæ-
dam contrahantur*] dum ergo subdit [*contractũ autẽ
vltro citroque obligationẽ esse*] manifeste colligitur
illũ duntaxat esse propriũ contractum, qui reci
279 proca obligatione munitus est.† Quia a diffi-
nitione sumitur propria significatio secũdum
Bar. in l. oẽs populi. nu. 59. ff. de iust. & iu. tãtoq;
magis, ꝗ ponit uerbũ esse, proprietatis notã, ut
dixi, nu. 233. demum uero, ꝗ in fine subiicit [*Ge
280 stũ aũt rem significare sine verbis factam*] † id. n. uer
bum, Significare, clarissime indicat hãc esse uer
bi significationem, non extensionẽ. sicque uerã
illius proprietatem. l. illa uerba optimus. §. pue
ri. ff. de uerb. sig. per quẽ sic concludit Tiraq. de
retractu Lignagier. §. 1. gl. 9. nu. 227. ad finẽ. Vn
de qđ de gesto dixit Vlpia. & Labeo ꝑ eum rela
tus, secundũ proprietatem credendũ est dixisse
281 quoque de contractu.† Et hanc partẽ tenen-
do non obstant fundamẽta Beroi. & in primis
tex. in prin. infra de oblig. q̃ ex quasi cõtr. nam
dum dicit obligationes ex quasi contractu non
proprie nasci ex contractu. sentit quidẽ & in-
fert eas, quæ non sunt ex quasi contractu ꝓprie
nasci ex contractu, quales sunt superius ab eo
cõmemoratę in fi. de oblig. sed neutro loco de-
clarat, quisnam dicatur proprius contractus;
sicque nec tantillũ quidem proposito nostro fa
282 mulãntur illa iura.† Ad tex. uero in l. lege ob-
uenire, respondeo, ꝗ inquit Vlpia. ꝓcedere ꝑ
rationem ab eo subiectã. [*Quia lege 12. tabularum
testamentariæ hæreditates confirmantur*] dũ, ut addit
Alcia. in illa constitutũ est, uti quisq; suæ rei le-
gasset, ita ius esse, siquidẽ uerbis illis legis 12.
tab. latissima potestas tributa uidetur, & hæres
instituendi, & cætera peragẽdi, de quib. in l. uer
283 bis legis. eo. tit. † Illa igitur confirmatio legis
12. tabularũ in causa facit, ut hæreditas ex testã
nõ improprie dicatur esse legitima, nec nobis
aduersari liceat, aut ne latũ quidẽ unguẽ repu
gnare, nam quando superior quid confirmat
ex certa scia, ipse facere uidetur, ut notat Bar. i
l. & quia. ff. de iur. om. iu. cũ sim. ut tradit Roma.
284 consi. 98. quo ad id, in prin. † Et in eo, qđ factũ
est a superiore, inferior manũ apponere nõ pt.
c. cũ in distribuendis, de tẽp. ord. nec illud reuo
care, ut no. Bar. in l. oẽs populi. ver. iuxta ꝑdicta
quæro. nu. 33. ff. de iust. & iu. Bal. in l. ex placito.
col. 3. C. de rer. pmu. cum sim. ut tradunt mod.
in c. cũ accessissent. col. 3. de constit. & sequitur
285 Dec. in c. 1. nu. 3. de cõfir. uti. uel inuti. † at nos
legem non habemus, quæ confirmet cõtractus
obligatorios ex una parte pro ueris, & ꝓpriis,
sicuti sunt reciproci, ergo nobis non licet dice-
re, eos nõ improprie dici contractus: magistra
lis

lis enim Doctorum autoritas ad id se non extendit, ut in simili notant Barto. Ang. Alex. & Ias. in l. quamuis. ff. de in ius uocan.) & ita sublatis omnibus contrarijs remanet firma communis opinio, quòd donatio sit contractus improprie tantum, & successiue remanet finita psens rubrica.

Laus Deo, & Virgini.

SVMMARIA PRINCIPII De Donationibus.

1 *CASVS non figuratur in diuisione, regula, & diffinitione.*

2 *Donatio causa mortis, adiecto quòd nullo casu reuocetur, quæ sit. 13.*

3 *Donatio causa mortis arguitur ex mentione mortis.*

Quod in dubio procedit, secus alio in contrarium apparente. 16.

4 *Donatio causa mortis remanet, licet donans promittat non contrauenire secundum Baldum.*

Angelus uero, & alij contra. 20. 21.

Sed autor concordat opiniones. 23. 25.

Et in alio casu Baldus saluatur. 30.

5 *Donatio causa mortis quæ sit. 36.*

6 *Cessante causa cessat effectus.*

7 *Periculi metu concessum, eo finito extinguitur.*

8 *Pestis tempore copia testium haberi non potest.*

9 *Deum tentat habitans in loco contagioso.*

Testamentum ualet coram quinque testibus tempore pestis. 9.

Et ita Brunus consuluit, & obtinuit. 10.

Et est magis communis, æquus, & humana opi. 11.

Proceditque; licet testator superuiuat, & copiam testium habere potuerit, sed cum eo testamento decesserit. 12.

14 *Verba causa mortis, in donatione posita, cum pacto de non reuocando, quid importent.*

15 *Donationis, & precarij nomina, sunt diuersa.*

16 *Contractus ab effectu iudicatur non attento nomine.*

Et effectus, non nomen attenditur. 17.

Nec uerborum sonus, sed effectus rei spectandus est. 18.

19 *Contractus talis præsumitur, qualis per nomen profertur.*

Quod in dubio procedit, alias secus.

22 *Iuramenti uis in donatione.*

Et est opi. quæ seruatur in practica. 1562.

Tiraquellus tamen eam Gordij nodum appellat. 1563.

Vnde Castrensis dubitauit consulere. 1564.

Autor uero tenet communem. 1565.

1565 Communis opinio sequenda.

Cum sit benignior. 1566.

1566 Opinio benignior in dubijs in iudicando sequenda.

1567 Opiniones ubi sunt uariæ, sequenda est quæ corroboratur æquitate.

Et contra rigorem iudicandum. 1568.

1569 Intellectus l. nulla ratio. ff. de legib.

Secundum C[illegible]na. reiecta gl. 1570.

1571 Medicamentis bonis abut imalum.

1572 Sūmum ius summa iniuria, summa malitia, siue summa crux.

1573 Religioni fauendum in dubio.

1574 Opinionibus repugnantibus præualet illa, quæ fauet piæ causæ.

1575 Vxori si legatus est usufructus,& post eius mortem alius institutus, potest illum propria autoritate capere.

Et licet aliqui contra senserint. 1576.

Tamen autor priorem tenet opinionem. 1577.

1578 Mors omnia soluit.

1579 Legatarius potest annuos fructus sibi relictos propria autoritate capere.

1580 Negligenti iura non subueniunt.

Et negligens in præambulis a sequentibus excluditur. 1581.

1582 Animus per exteriora deprehenditur.

Si non uere saltem ficte.

1583 Possessio dicitur uacare, quæ nec animo, nec corpore tenetur.

1584 Possessionem uacantem habens titulum ingredi pōt suo iure,& impune.

1585 Legatarius propria autoritate capere potest relictū sibi omni meliori modo.

1586 Clausula, omni meliori modo, supplet titulum institutionis.

Modò uerbo relinquo, non lego sit adiecta. 1587.

1387 Autor libenter alios refert,& quare.

1588 Interdictum quorum legatorum, nunquid habeat locum in donatione causa mortis.

Quod declarat,& probat autor. 1589.

1590 Donatio causa mortis quoad modum ineundi æquiparatur

Potest

Toteſt tamen reuocare, quod ſufficit. 1675.

1676 *Læſio conſiderari poteſt in donatione cau.mor. ob uexationem litis, & expenſas.*

Et ob id minor reſtituitur. 1677.

1678 *Diſpoſitio loquens de caſu ſimplici cõprehendit mixtum quãdo mixtum præualet in illo ſimplici.* 1682.

1679 *Statutum, quòd mulier non poſſit contrahere ſine cõſenſu propinquorum, non extenditur ad hermaphroditum.*

1680 *Niſi hermaphroditus præualeat in ſexu muliebri.*

1681 *Statutum de reali actione loquens procedit in petitione hæreditatis, quia magis participat de reali.*

1683 *Eccleſiarum parochialium appellatione non ueniunt parochiales collegiatæ.*

Et de ratione. 1684.

1685 *Statutum, quòd mulier, uel minor non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, dicitur fauorabile.*

1686 *Ratio colligitur ex proœmio & in ſtatutis multum operatur.*

1687 *Statutum fauorabile de ſimplici loquens extenditur admixtum.*

1688 *Statutum prohibens alienationem inter uiuos, quare non cenſeatur prohibere eam, quæ fit iuſſu teſtatoris.*

Ratio noua adducitur. 1689.

1689 *Hæres tenetur parere præcepto teſtatoris, ſub pæna priuationis.*

1690 *Statutum loquens de alienatione locum non habet in neceſſaria.* 1692.

Et eſt communis opi. 1691.

1693 *Laudemium ex alienatione ſoluendum debet intelligi de alienatione uoluntaria, non autem de neceſſaria.*

1694 *Conſenſus domini non requiritur in alienatione neceſſaria emphyteuſis.*

1695 *Facienti actum ex neceſſitate magis ſubuenitur, quã uoluntarie.*

1696 *Extenſio fit in materia correctoria ex ratione expreſſa.*

Vel tacita ſi una poteſt aſſignari. 1697.

Et ad caſum qui de lata ſignificatione uocabuli ſub expreſſo non comprehenditur. 1698.

Reiecta opinione Alexandri. 1699.

Et ita uoluit Iaſ. ſæpius. 1700.

Et prius Imola. 1701.

1702 *Ratio ſtatuti diſpoſitionem inducit.*

Et decidit omnes caſus per complexionem, non autem per extenſionem. 1703.

Et expreſſio unius dicitur exemplaris, non autem reſtrictiua. 1704.

Idemque caſus dicitur, ubi eadem ratio. 1706.

Et ampliat diſpoſitionem. 1707.

Nec curatur de caſuum diuerſitate, ubi uiget eadem ratio. 1708.

Et ratio magis attenditur quam uerba. 1709.

Nec ſcribentis autoritas tantum ualet, quin rationes præcellant. 1710.

Dt de ui rationis exemplum. 1711.

Mouetque iudicem ſicut lex. 1712.

1705 *In legem quomodo quis dicatur committere.*

1713 *Donatio incipiens a promiſſione dicitur contractus large.*

1714 *Statutum prohibens donationem comprehendit donationem cauſa mortis.*

1715 *Diſpoſitio c. quamquam. de uſur. in 6. nunquid procedat in donatione cau.mor.*

Bal. & alij plerique com muniter, quòd non habeat locum, ſicque donatio cauſa mortis procedat ſine d. cautionis præſtatione. 1716.

Contrarium tamen tenuit Bal. ſibi contrarius, & alij quamplures. 1718.

Et eſt magis communis opi. 1719.

Quam Didac. reſtringit. 1720.

Sed Bap. Villalob. & Viuius ſecus. 1721.

1716 *Donatio cau. mor. quoad ordinationẽ æquiparatur contractui.*

1717 *c. quamquam. de uſur. in 6. corrigit ius antiquum, & in quo.*

Sed contra, quia imo limitat tantum. 1739.

Et quomodo declaratur. 1740.

Habet tamen locum in codicillis. 1722.

1723 *Diſpoſitio qualibet ſic eſt interpretanda ne reddatur eluſoria.*

Et ut fraus excludatur. 1724.

1725 *Malitijs occurrendum.*

Idque conuenit tam publice quam priuatte. 1726.

1727 *Incapax ex teſtamento, pariter ex don.cau.mor. cenſetur incapax.*

1728 *Ratio motiua c. quamquam. de uſur. in 6.*

1729 *Scelerum craſſatur iniquitas impunita.*

Et datur uiſa reiteran. li delicti. 1730.

Et in hoc Conn unus reprehenſus. 1731.

Sicut & Plato. 1732.

1733 *Ratio eadem ubi militat, eadem diſpoſitio locum habere debet.*

1734 *Vſurarius nec ad pias cauſas teſtari poteſt non præſtita cautione de ſoluendis vſuris.*

Cautio de ſoluendis uſuris quid reſpiciat, pulchre declaratur. 1734.

1735 *Forma ſiue ſubſtantia, quibus conſiſtat.*

1736 *Cautio de ſoluendis uſuris, præſtari poteſt poſt teſtamentum.*

Et eſt communis opinio. 1737.

Et in hoc reprehendit Guido de Aretio. 1738.

1739 *Diſpoſitio exorbitans ſiue limitatoria, qualis dicatur.*

Et in hoc declaratur capitu. quamquam. de uſur. in 6. 1740.

1740 *Extenſio facilius conceditur in limitatorijs, uel exorbitantibus, quam correctorijs.*

Et in hoc Berous damnatur. 1741.

1742 *Ratio diſponit in his, in quibus militat.*

1743 *c. quamquam. de uſur. in 6. locum non habet in teſtamento, nec in donatione cauſa mor. Iudæi.*

Contra uero Deci. 1745.

Sicut & Didacus. 1747.

Autor tamen priorẽ etiam communem tenet opinio. 1748.

1744 *Pœna eccleſiaſticæ ſepulturæ, & confeſſionis denega* ta

Est



ST & aliud genus acquiſitionis do-
natio.] Summatur, & diuidi-
tur hoc principiũ, ut hic per Are
1 tinum, & Chriſtophorum. † Ca
ſus autem tametſi neceſſariò fi-
gurandus non eſſet, cum diuidendo, ponendo
regulam, & diffiniendo procedat Imperator,
ut Aldobrandinus hic tradit, & ante ipſum An-
gel. poſt Iacob. Butrig. in l. 1. ff. de rer. diui. & in
l. 1. ff. ſol. ma. Albe. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. &
iu. Caccialu. in l. Imperium. ff. de iur. om. iudi.
(Et ibi dixi, col. 2. ſicut & in l. ut uim. in prin. ff.
de iuſt. & iure, & in l. 1. col. 2. ff. de offi. eius, cui
mand. eſt iuris. quod & confirmat Benincaſſius
in præfatione, infra de acti. num. 202.) nihilomi
nus ornamenti, faciliorisque intellectus gratia
Caſus poſitio. 2 ſic fingi poteſt. † Quæſitum namque fuit, quid
eſſet donatio cauſa mortis & uidebatur eſſe,
quando quis mortis cauſa donaret, pacto etiã
appoſito, quòd nullo caſu ſit repetitio, nec ſi
conualuerit quidem donator. l. ſi alienam, in fi.
l. Senatus. §. ſic quoque. ff. eo. (cumque mentio
mortis eſſet facta, † quod arguit donationem
3 factam fuiſſe cauſa mortis, ut per glo. Bar. Ang.
Cuman. Imolam, & alios in l. Seia. §. fi. ff. eo. tale
pactum uelut contra ſubſtantiam contractus
uidebatur eſſe nullum. l. cũ precario. & ibi Bar.
4 ff. de preca.) † Confirmatur, quia ſicut quandò
donans cauſa mortis promittit attendere, ob-
ſeruare, & non contrauenire, non eo minus de
ſinit eſſe donatio cauſa mortis, reuocarique po
teſt ex pęnitentia, quoniam illa promiſſio intel
ligitur ſecundum naturam actus, ſuper quo in-
terponitur. l. ſi uno. in princ. ff. loca. & ſic quod
reuocari non poſſit, niſi ex pęnitentia, ut tradit
Bal. in l. cum quis. ff. de cond. ob cau. Ang. conſi.
254. col. 2. Alex. in l. quæ dotis, col. 4. uer. ſed iux
ta hoc. ff. ſol. matri. Cor. cõſi. 126. col. pen. uo. 3.
Ruin. conſi. 170. num. 14. uol. 1. Soc. Iun. in l. 2.
num. 40. ff. de leg. 1. Ita pariter in pacto de quo
ſupra, non uidebatur impediri, quominus eſſet
5 donatio cauſa mortis. † Iſtis tamen non obſtan
tibus contrarium decidit Imperator hic ibi [*ſin*
autem ſuperuixiſſet, qui donauit, reciperet,] iũcta gloſ
ſa, quæ exponit conualuiſſet. Ratio decidendi
fuit de qua in fine textus, quia [*in ſumma donatio*
cauſa mortis eſt cum magis ſe quis uelit habere,] (ſi ſu-
peruixerit, ut gloſſa ſubdit) [*quam eum cui donat*]
cogitat enim, quòd mauult ſe amore uitæ te-
cepiſſe potius, quam dediſſe, ut inquit textus in
l. Senatus. §. 1. ff. eo. (& prima charitas, ut dici
ſolet, incipit a ſe ipſo.) † Secunda ratio decidẽ
6 di potuit eſſe, quia cum donatio cauſa mortis
fiat ob ſuſpicionem mortis, ut hic, ceſſante cau
ſa ſuſpitionis mortis per conualeſcentiam, de-
bet & ipſa donatio ceſſare, quia ceſſante cauſa
ceſſat affectus. capi. cum ceſſante, de appellat. c.
magnæ. in ti. de uoto. late Tiraque. in tract. ſuo,
ceſſante cauſa ceſſat effectus, in prin. (Dec. con-
ſilio 24. circa principium, Cæphal. conſil. 245.
7 num. 12.) † Et quod metu periculi conceditur,
extinguitur finito periculo, ut notat Bal. per il-
lum textum, in l. 1. C. de naut. fęnore. ſequitur
Dec. in dicto c. cum ceſſante. in prin. & in dona-
tione cauſa mortis tradit Bart. in l. 3. ff. eodem.
(Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa, prima pat. nu.
198.† hinc uidemus tempore peſtis, quo pro-
8 pter eius periculum copia teſtium haberi non
poteſt. l. caſus. C. de teſtam. ibi [*aduerſus timorem*
contagionis, quæ teſtes deterret,] & in capitu. nego-
ciationem. 88. diſtin. ubi peſtem fugiendam eſ
9 ſe dicitur, † adeo quòd prudenter dixit Abb. in
capitu. dilecti. colum. 5. de dolo, & contu. quòd
Deum nititur tentare, qui in loco contagioſo
contendit habitare. ſequitur Ripa in tracta. de
peſte, in prin. nume. 8. conſtitutum eſt teſtamẽ- Tempore peſtis i teſtamento .v. teſtes ſufficere.
tũ fieri poſſe factumq; ualere corã quinq; teſti-
bus, licèt alias remoto dicto periculo ſeptem
requirerentur, ut uoluerunt Nicol. de Matar.
Bal. & Saly. in l. fi. C. de teſtamen. Aug. Aret. in
§. fi. infra de teſtam. & in tracta. de teſtam. in ver
bo, ſuum teſtamentum nuncupatiuum. Cuma.
in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure cod. Flo-
ria. in l. milites. C. de teſtam. milit. Andre. Sicul.
in capitu. cum eſſes. colum. 8. de teſtamen. & cõ
ſilio 87. colum. 2. uerſicu. pręmitto etiam, uolu.
4. Marſ. in l. 1. §. præterea. nume. 121. ff. de quæſt.
Dec. in l. ſcriniarios. in fi. C. de teſtam. mil. & la
tius conſilio 284. Iaſ. in dicta l. fi. dicens, quòd
ſi haberet conſulere, pro hac parte conſuleret.
10 † Brun. in tract. de forma duobus in locis, dicẽs
ſe pro hac parte conſuluiſſe, & quòd in facti cõ
tingentia ſic obtinuit, quem refert Pariſ. conſi.
11 33. numero 17. uolumi. 2. † ubi dicit, quòd hæc
eſt magis communis opinio, magis æqua, & hu
mana, quam tenet etiam Rube. conſilio 165.
Bertrand. conſilio 179. volumĩ. 1. Bald. nouel.
qui dicit eſſe communẽ, in l. 2. ff. de leg. primo,
& Guil. Pontan. nume. 4. qui æquiorem, magiſ-
que ueram Soc. Iun. conſilio 129. num. 14. uol.
1. Ioannes de Amic. conſilio 39. Capra conſilio
43. & alios, quos cumulat Gabrielius Romanus
in ſuis concluſionibus, libro 4. titulo de teſta.
12 concluſione 8. † demumque Ripa in l. centurio.
nume. 8. ff. de uulg. & pupil. ubi poſt Corn. con-
ſilio 53. in fi. uolu. 4. ampliat, etiam ſi teſtator ſu
peruiuat, & poſt conualeſcentiam, & copiam
teſtium quos habere potuerit, cum eo teſtamẽ
to decedat. ſequitur Paris. in dicto conſilio 33.
numero 32. uolum. 2. Boeri. deciſio. 218. col. an
tepen. & Roland. à Valle, conſilio 30. num. 29.
13 uolumine 3.) † nõ obſtat ratio dubitandi, quia
illa non eſt donatio cauſa mortis, ſed inter ui-
uos, ut notat gloſſa in dictis legibus, & eſt caſus
in l. ubi ita donatur. ff. eod. & utrobique notat
Caſtren. ſequitur Alex. in dicta l. quæ dotis, in
6. limitatione. Iaſ. nume. 30. poſt Bar. in l. fi. co-
lum. penul. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc mo-
do concepta. uerſicu. quæro aliquis. ff. de uerb.
oblig. Aret. conſilio 74. colum. 2. Soci. conſilio
53. colum. 2. uol. 1. Iaſ. conſi. 5. col. fi. uolumi. 3.
conſilio 169. col. fi. uol. 4. Cur. Iun. conſilio 39.

num. 6. Gozad. conf. 80. num. 10. conf. 87. numero 9. Mantua. conf. 102. colum. j. uol. primo. Rui. conf. 122. num. 5. uol. 1. Nicol. Bellon. consil. 61. numero 13. Ferratius Cautela 30. Andreas ab Exea libro pactorum, num. 501. &
14 Balduinus hic. † Nec quicquam repugnant il la uerba [*causa mortis*] eo casu expressa: nō enim denotant nomen contractus, sed eius causam. intelligitur enim, quòd propter causam mortis moueor ad donandum inter uiuos, adeo, quòd reuocari non possit, fitque transitus de contractu donationis causa mortis ad contractum donationis inter uiuos, quia uerba hoc patiuntur, ut latè Bar. Ang. & Castrens. declarant in dicta l. ubi ita donatur. sequitur Dec. cō
15 sil. 293. col fin. († hincque cessat tex. in dicta l. cum precario. Nam secundum Bartolum, si cō cedo tibi quicquam precario, eo pacto, quòd mihi non liceat reuocare, tale pactum est contra substantiam precarij, quia quandocumque uolo possum reuocare, nec potest transire in donationem, quia nomen donationis est penitus separatum à nomine precarij, unde est diuersitas in nomine appellatiuo, quod secus est
16 in casu nostro ratione prædicta. † Præterea, qd dicebam mentione mortis facta donationem cēseri causa mortis, procedit in dubio, nec alio in contrarium apparente: at ubi diuersus effectus quam donationis causa mortis expressus fuit, tunc secus est determinandum per doctrinam Baldi in Rubr. C. de iure emphi. quæst. 1.
17 † ubi dicit, siue in contractu, siue in iudicio ponatur nomen unius contractus, & effectus alterius, iudicandum esse secundum naturam illius contractus, cuius effectus ponitur, & nomen appositum, quod non conuenit esse cui, censeri pro non apposito. l. sed & si possessor. §. Item si iurauero. ff. de iureiur. sequitur Dec. conf. 160. col. 1. conf. 164. nume. 3. conf. 305. colum. 2. consil. 413. colum. 2. consi. 542. colum. finali. conf. 682. col. 2. Paris. conf. 12. colum. 1. uol. 2. & conf. 72. num. 54. uol. 4. Rolan. a Valle, consi. 96. numero 41. uolum. 1. Decisio Neap. 72. ad fi. & Cæphal. consil. 678. num. 7.

Contractus ab effectu iudicatur nomine nō attento.

18 † Quoniam ad iudicandum qualitatem contractus, non sonus uerborum, sed effectus rei spectandus est, quia uerba potius deseruiunt naturæ contractus, quam natura uerbis, Bald. in l. 2. uersic. iuxta hoc quæro, in fi. C. commod. per textum in l. insulam. ff. de præsc. uer. sequitur Roland. a Valle, consi. 69. num. 41. uolumine 3. repetēs eadem, de quibus supra per eū in dicto consilio 96. Idemque Crott. consilio
19 79. num. 25. † Nec isto casu procedit, quod dicitur talem præsumi contractum, qualis per nomen appellatiuum profertur, ut inquit Bal. in tit. qui success. teneantur. Soc. conf. 165. numero 5. Decis. Senatus Pedemont. 139. num. 24. sed quando non apparet euidenter de cōtraria partium intentione, l. non aliter, ff. de leg. 3. & declarat Cæphal. consi. 290. numero
20 17.) † Non obstat insuper decisio Bal. in d. l. cum quis, & sequacium, quia in illa quæstione plerique tenuerunt contrarium, uidelicet, quòd immo uigore dictæ promissionis donatio transeat in donationem inter uiuos, atque ob id reuocari non possit, ut uoluit Ang. sibi contrarius, conf. 179. uisis prædictis instrumentis, nu. 6. Castrens. consi. 98. notandum. Aret. cōs. 74. col. 2. Roma. conf. 513. in fi. Alex. sibi contrarius conf. 14. colum. 2. uolum. 1. Ias. in l. non omnis. col. 2. ff. si cer. pet. & in dicta l. quæ dotis. nu. 31. Boeri. Decis. 353. nu. 10. & per totum, ex quibus periculosa redditur opinio Baldi
21 † (Tantoque magis, quòd ultra prædictos idē tenet Soc. conf. 53. col. 2. uersic. & prædicta. uol. 1. Ferrat. caut. 30. colum. 1. Ripa Respon. 2. colum. 4. uersic. primum, quòd fit inter uiuos. lib. 3. Bertran. conf. 85. colum. 1. uol. 1. conf. col. 2. uersic. puto tamen. uol. 3. Rui. conf. 182. col. 3. uersic. & eo magis. uol. 1. conf. 51. col. 2. uers. ex alio quoque. uol. 1. Corne. consi. 158. col. fi. uol. 4. Gui. Bened. in c. Raynutius, in uerbo, testamētum. 4. num. 24. uers. ex hoc Dñi. de testa. Guid. Papæ, Singul. 343. quos & alios citat Gabrielius Roman. in suis conclusionibus, lib. 20. tit.
22 de iure iura. conclusione. 9. † ubi subiungit, numero 11. quòd adiecto iuramento in tali donatione omnes admittunt eam transire in donationem inter uiuos nec reuocari posse, sicq; loqui Castrensem, consi. 61. in prin. uolum. 2. Aretinum conf. 74. colum. 2. uer. prima ratio. cæte-
23 rique quos ille cumulat) † sed dato, quòd de iure procederet illa decisio Bal. suffulta quotis supra deductis (quibus alias annectit ille Gabriellius loco memorato) debet intelligi quādo à principio facta fuit donatio causa mortis simpliciter, & in uerbis substantialibus nihil dictum fuit de non reuocatione, sed postea in serius, & accessorie apposita sunt illa uerba [*quæ omnia Donator ipse promisit attendere, & obser-*
24 *uare, & non contrauenire,*] uel id genus: † tunc enim, quia clausula in fine, & accessorie apposita, non solet alterare dispositionem præambulam. Cle. prima, in fine, de præben. Abb. in c. cū nostris, col. fi. de conc. præb. Card. conf. 25. in fine, Dec. consilio 2. in fine, consi. 470. numero 4. D. meus Riminaldus & patruus meus magnus, consi. 79. numero 24. & consi. 88. numero 12. meritò remanet donatio causa mor-
25 tis. † At secus est quando a principio contractus donationis, & in uerbis substantialibus dictum fuerit, quòd reuocari non possit, promissumque attendere, & non contraueuire: tunc enim dicitur inter uiuos, dicta lege, ubi ita donatur, & tali casu procedunt decisiones allegatæ contra Baldum. Ita distinguendo declarat Dec. consilio 305. colum. 2. consilio 470. in princip. & conf. 521. colum. penult. in dicta l. non omnis. numero 2. & post eum Alciatus in secunda limitat. & idem Dec. in l. fin. numero 21. C. de pact.

Donatio cā mortis cum promissione de nō reuocādo qualis.

Paris.

Parif.confilio 16.nume. 17.uolumine 2.Andr.
ab Exea,libro pactorum,nu. 503. Bello. confi.
60.columna 4.(Cur. Iun. confilio 56.columna
1.& fequen. verficu.nec obftat. Iaf. confilio 6.
columna quinta, uerficu. quarto principaliter,
& confilio 60. columna fexta, uerficu. non
obftat, uolumine tertio, Gabriel. Romanus,
loco citato, columna fecunda, qui & alias di-
ftinctiones adducit, quas referre non libet.
16 †Sed illam tantum confirmare per doctrinam
Cardinalis pulcherrimã in capitulo, quoniam
Abbas.de offic.delega.quem refert,& fequitur
Alexan.in l.more, colum. 4.uerficulo,& in quã
tum.ff.de iur.om.iud.ubi uoluit,quòd commit
tens iurifdictionem, fi utatur his uerbis,facias
auctoritate noftra, ex ordinario, facit delega-
tum,quia uerba apponuntur principali difpo-
27 fitioni,† fecus fi apponantur in executione ip-
fius difpofitionis,ut quia dicat, quòd ratum ha
bebit quicquid autoritate fua feceris, & cum
prædictis refidet Fely. plura congerens,in cap.
licèt.de offi.ord.columna antepe.fequitur Nat
ta,confilio 39. numero 7.& Menoc. de arbitra.
iud.lib.1.queftione 12.poft Bar.in l.ambitiofa,
numero 34.ff.de decret.ad ordi.faci.Sic igitur
declaranda uenit decifio Baldi in dicta l. cum
28 quis,fecũdum prædictos Doctores.† Quorum
fententia cum opiniones concordet, tenenda
eft, ut tradit Salycet. in l. filiæ cuius. C. fami.
erc.Gratus,refpon.30. nume.33.refpon. 118.
nume.7.& refpon.132.numero 7.uolumine 1.
Roc.de Curte in capi.fina.de confue.columna
22.Soc.Iun.confilio 39.numero 78.confi.121.
numero 36.uolumine 2. (Aret.infra de emp.&
uend.,in prin. colum. 2. Paris. confilio 92.nu.
30.uolumi.2. Caph. confilio 195. numero 27.
confilio 208. numero 2. & confilio 283. nume.
21.Emilianus,confilio 16. numero 3. Rip. in l.
ita ftipulatus,numero 6.ff.de uerb.ob. Senatus
29 Pedemon.decifio. 162. numero 8.)† Opinio-
nes enim per diftinctiones funt ad cõcordiam
reducendæ. c. fuper literis, & ibi not. Imo. in
prin.de refcrip.(unde illud inualuit, Diftingue,
& concordabis fcripturas,) & ita reperitur in
ratione dubitandi de qua fupra, nil mirum er-
go fi donatio tranfit in donationem inter ui-
30 uos, ut Doctores concludunt. (†Vel & alio ca-
fu procedere poteft illa decifio Baldi in dicta
l.cum quis,quãdo donatio talis,ut inter uiuos
ualere non poteft,tunc enim cenfetur caufa
mortis,exemplum fi pater donaret caufa mor-
tis filio in poteftate hoc acto, quòd reuocare
non poffit, cum enim filius in poteftate non fit
capax donationis inter uiuos, fed donationis
caufa mortis fic, fit interpretatio, quòd fit do-
natio caufa mortis, ut ea potius ualeat, quam
pereat, non attento pacto de non reuocando,
ita determinat egregie Soci. confilio 137.col.
1. uolumine 1. quod eft duplicatum, confilio
31 232. † fubdens, quòd cum hac fententia con-
cordat Caftren, confilio 99. quod eft in confi-
lio 75. uolumine fecundo, in nouis, aliud exem-
plum ponens, quòd fi quis donauit omnia bo-
na, quæ habet, & habiturus eft ufque ad mor-
tem cum promiffione de non reuocando, non
habebit locum difpofitio dictæ legis, ubi ita do
natur, & fic illa donatio fub mentione mortis
facta, nõ tranfibit in donationem inter uiuos,
32 † ex quo donatio omnium bonorum præfen-
tium,& futurorum,non ualet. l.fi. C. de pact.l.
ftipulatio hoc modo. ff. de uerborum obliga-
tionibus,& utrobique Doct.Sed erit iudicanda
uelut donatio caufa mortis, ut magis actus ua-
leat quam pereat,fequitur Rui. confilio 51.co-
lumna 1.& fequen.uerficu.& dato. confilio 52.
columna fecunda,uerficu.& idem.uolumine 1.
Marian. confilio 21. columna fi. uerficu.& pro
hoc in fortioribus.Grat.refpon.20.columna 1.
uerficulo 3.dato,uolumi. 1.& Guil.Bened.in c.
Raynutius.uerbo,teftamentum. 4. numero 25.
de tefta.quos adducit Gabriel.Romanus,in al-
legata conclus. 9. lib. 2. de iureiuran. columna
3.& illis nouiter addo Rolandum a Valle,con-
33 filio 8.nu. 23.uolum. 1.† At ad hunc cafum fpe
cialem non eft coarctandus textus nofter, nec
intra cancellos huiufmodi collocandus, quia
cum diffiniendo procedat,fatis eft eum adapta
ri regulæ,& communiter accidentibus,licèt ca
fus fpeciales non comprehendat,ut tradit Abb.
Aret.& Dec.in rubrica de iudic.Alexan.in rub.
ff.foluto matrimonio,glof. & Alberic. in l.om-
nis diffinitio. ff. de regulis iuris, cum cæteris
per Cagno.cumulatis ibi, numero 37.qui com
munem teftatur, & in l. fi emancipati.numero
21.C.de collat.& ego fecutus fum in l.qui fe pa
tris,numero 10.C. unde lib. & ex his remanet
cafus huius principij diligẽter fatis expeditus.)
34 †Notat Aret.ex hoc textu, quod mors dicitur
caufa introducendæ donationis caufa mortis,
probatur ibi, [*quæ propter mortis fit fufpitionem*] ad
idem textus in l. 2.ff.eodem, ibi, [*fola cogitatione
mortalitatis*] concordat lex Senatus. §. mortis.
ff. eodem.ibi [*cui ex humana forte mortis cogitatio
eft*] demumque textus in l.fina.C.eod.ibi [*fiue lõ*
35 *giore cogitatione mortis*.] [†Comprobatur hoc ra-
tione præter Aretinum:nam perperam hæc do-
natio diceretur caufa mortis, nifi eam præcede
rent, uel mortis imminens periculum, uel co-
gitatio:caufa enim eft quid præteritum, uel in-
ftans, quo compellimur ad aliquid difponen-
dum.l.fi ita legatum, & ibi not.Barto.ff.de con
ditio.& demonft. & in l.demonftratio.§.quod
36 autẽ, eo.tit. †Sequitur Reuerendiffimus Car-
dio. Albanus,ob eius benemerita tanta digni
tate decoratus a fummo Pont.noftro Pio V.in
lucubrationibus fuis ad Barto.in l. Titius.ff.de
condit.& demonft.) Imo uero mors non folum
dicitur caufa huius donationis,fed caufa fina-
lis,ut hic dum dicitur, quòd [*donatio caufa mortis
eft cum magis fe quis uelit habere, quam eum cui dona
tur*] fi fuperuixerit,ut addit gloffa.finis ergo do-
37 nãdi cã mortis, mors donãtis eft: †nã cã finalis

Mors eft caufa finalis donationis caufa mortis.

dicitur sine qua quis aliàs ita facturus nõ erat, uel eo modo, nisi fuisset illa causa. Bal. cõs. 340. & præmitto, col. 2. post mediũ, uol. 3. Soc. consi. 183. col. penul. uersi. postremo dico. vol. 2. consi. 36. col. fi. uo. 3. Cor. cõs. 101. col. fi. uo. 3. Cra. cõs. 142. nu. 9. Soc. cons. 24. colum. 5. uers. 1. quia, uo lum. 1. Paris. consi. 89. nu. 45. uol. 1. & latius Tiraquell. in tract. cessante causa. Limitat. 1. in di scursu.) De secundo notabili Aretini dicam cũ

Donatio cā m o:. ob peri culum fa cta an re nocetur ipso iure eo cessā te.

38 Glossa. † Tertio igitur loco notat, quòd donatio causa mortis ipso iure reuocatur si periculum, propter quod facta fuit, annihiletur probatur ibi [*sin autem superuixisset, qui donauit, reciperet*] concordat textus in l. senatus. §. 1. ff. co. ibi [*ergo qui mortis causa donat, negocium gerit, scilicet, ut cum conualuerit, reddatur sibi*] ad idem textus in l. si is seruus ff. de don. inter uir. & uxo. ubi dicitur, donationem causa mortis perimi, si donator liberetur a suspicione mortis, propter quam donauit. sed & clarior accedit textus in dicta l. non omnis. ibi [*Qui mortis causa pecuniam donat non aliter obligauit accipientẽ quã si extitisset casus, in quem obligatio collata fuisset.*]
39 † Illa enim uerba [*obligauit, & fuisset*] præteriti temporis, sunt in dubio latæ sententiæ, ut est Glossa notabilis in l. iubemus. §. œconomus, C. de sacrosan. ecc. & in l. in criminali, & ibi Bal. & Aug. C. de iur. omni. iud. & in l. si quis maior. in uerbo priuatus. C. de transac. cum pluribus alijs infinitis per Tiraquellum cumulatis in l. si umquã. in uerbo, reuertatur, nu. 26. C. de reuo. don. nil mirum ergo si cessante periculo per cõ
40 oualescentiam reuocatio fit ipso iure. † Et hoc etiam fuit de mente Bartoli in l. 3. in fine, ff. co. quatenus dicit, quòd si dono timore periculi, eo cessante donatio est reuocata: loquitur enim per uerba præteriti temporis, sentiens à lege hanc reuocationem induci, & per conse-
41 quens ipso iure, † & de hoc est Glossa notabilis in l. qui mortis causa. ff. eod. quam sequitur Imola, Castr. & Romanus ibi dicentes, quòd ipso iure transfertur dominium in donatorem. Idemque clare tradunt Moderni Galli in consuetudine Parisij. §. 22. numero 82. dicentes, quòd ipso iure reuocatur donatio ita, quòd
42 resoluitur, & ad non causam reducitur, † & ideo fructus cum omni causa à tempore donationis reuocantur, & restitui debent l. cũ quis. ff. de condic. ob causam. Glossa, Barto. & Doctores in l. si mortis causa, ff. eodem. Bald. consi. 294. donatio causa mortis, uolum. 3. Aretin. in §. 1. colum. penult. infra de actio. Andreas ab Exea, lib. pactorũ, nu. 121. D. meus Riminaldus in l. traditionibus, colum. penul. C. de pact. & Balduinus hic. cuius oppositum contingeret, si reuocatio non fieret ipso iure.
43 † limitatur autem ista conclusio, ut procedat quando donãs tempore donationis erat infirmus: tunc enim eo conualescente infirmatur donatio, & ita prædicta iura loquuntur. ratio est, quia ex quo imminente illa infirmitate donauit, & cessante reuocari debet: uidetur enim ad hoc se coarctasse donator, ut si ex illa infirmitate moreretur donatot, donatio ualeret, sin autem conualesceret, reuocatetur, ut declarat Barto. in dicta l. tertia, & in simili casu in
44 l. potest. ff. de hær. insti. † & pro hoc est casus in dicta l. si is seruus. ibi [*aut suspicione mortis, propter quam donauit, liberetur, quod donationem perimat*] si enim donauit propter suspicionem mortis, utique in eum casum deputauit ualorem donationis, a qua modo si liberetur, consequens est eã
45 perimi, ut textus dicit. † Quinimmo si in aliã infirmitatem incideret, ex qua decederet, nõ deberetur donatio, ut tradit hic Balduinus, & in legato est casus, & ibi notat Barto. in l. alumnæ. §. finali, ff. de adimen. lega. a quo, ad donationem causa mortis, ualidum est argumentum, tum uirtute æquiparationis, de qua in l. illud. ff. eodem, & hic ibi, [*ut per omnia fere legatis*
46 *connumerentur.*] † Quo stante dispositum in legato, communicari debet donationi causa mortis illi adæquatæ, iuxta decisionem Bartoli, & cæterorum in l. 1. post princip. ff. de leg. 1. & tradit Rui. consilio duodecimo, numero quarto, uolumine secundo, tum etiam quia hæc donatio de prima infirmitate, & non de ulteriori est interpretanda. l. boues. §. hoc sermone. ff.
47 de uerborum significatione. † (ubi sermo simpliciter prolatus de primo intelligitur, idest primo atque uno actu consumitur, perficitur, & finitur, sic ut amplius locum non habeat. quam quidem regulam Alexan. consilio 15. breuiter in casu præmisso, columna secunda, nume
48 ro 9. uolumi. 4. † dicit in omni dispositione seruari debere, ut etiam dicit Cur. Iun. consilio 132. colum. 1. & in omni materia Iason, consil. 36. in causa mota, columna fina. uolumine 3. eamque uelut ex composito, & de industria, ac ex professo mirum in modum celebrarunt, multisque, ac magnis iurium thesauris locupletarunt duo superioris ætatis ornamenta ac lumina, Felynus noster Ferrariensis, Iasonque Mediolanensis, ille in capit. secundo, columna prima, de treu. & pace: hic ueto in l. in duobus. §. si ei qui, columna prima, ff. de iure iurãn. & in l. diuortio. §. quod in anno. colum. 2.
49 3. & quarta. ff. soluto matrimo. † hinc Bald. ibi post Iacob. Butrig. Raynet. Cynum, & alios antiquiores, Romanus, Alex. & Ias. inferunt, quòd si quis ex locatione debeat habere fructus unius anni cuiuspiam fundi, qui bis in anno fructus produxerit, intelligitur tantum de primis fructibus, nõ etiam de secundis. Sequitur Alexan. in additio. ad Barto. in dicto §. hoc sermone: in l. dotis promissio. ff. de iure dot. & dicto consilio 15. num. 6. uolum. 4. Marian. in capitu. de illis. colum. 8. uersicu. octauo nota. de cond. appos. Felyn. in dicto capitu. 2. colum. 2. uersicu. si quis emit uina, & in capitu. licet dilectus. colu. fina. uersicu. & hinc est. de testib. Ias. in dicto §. si ei qui. col. 2. Natta in clemen. sæpe. in prin. col. 61. uersic.

61.uerfic.ego hoc dictum,de uerborum signif.
50 Cur.iun.conf.178.col.fin. † sunt enim in quibusdam regionibus agri adeo feraces,uberes, & fęcūdi ꝙ bis fructus singulis annis ferant,ut de India asserit Martianus Capella,li.6.& prior eo Plinius autoritate Posidonij,lib.6.cap.17. Solin.cap.65.& ante hos omnes Diodorus Siculus,lib.3.Bibliotheces, ubi & idem quoque dicit de Insula Hyperboreorum. Sed & de Italia Virgilius,lib. secundo Georgicorum, sic eleganter cecinit.[*Hic uer assiduum,atque alienis mensibus æstas, Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbos*] unde patet iu pluribus locis dictum cōtra ctum uerificari posse,nec superuacaneum cēseri, prout plenius etiam refert Tiraquell.in d. §.hoc sermone, nu.7.quare per illam regulam mentio mortis in donatione facta ad imminētem infirmitatem quæ illam minabatur , est referenda, non autem ad aliam posteriorem
51 contingentem) † Sed ubi tempore donationis erat sanus donator, licet postea incidat in infirmitatem, moxque ab ea liberetur, non tamen reuocatur donatio, quia non ob id cessat causa, propter quam donauit,eum non propter illam infirmitatem donauerit,sed propter mortem, quam sciebat euitare non posse, quæ causa adhuc subest, ita pulchre declarat Castr. & Ias.in dicta l.non omnis, quibus etiam Bal-
52 duinus hic adstipulatur † dicens, quòd hæc reuocatio, quæ fit ob conualescentiam, debet intelligi, quando quis liberatus fuerit, eo scilicet mortis imminentis periculo,ob cuius prę sentis metū nominatim donarat,sicq; accipiendum est Iaboleni responsum in dicta l.si is ser uus.ff.de don.inter uir.& ux.quatenus dicit pe rimi donationē si donator suspitione mortis, propter quam donauit, liberetur, ut intelligamus non omnino omnes statim reuocari donationes,propter quamcumque donatoris liberationem, sed eas demum,quæ factæ fuerint propter certum periculum, quod effugerit donator, qui quidem si sola illa generali mortalitatis cogitatione donasset, & fortassis aliquo deinde periculo liberatus fuerit, non ideo sta
53 tim uidetur animum donandi mutasse.† Secundo limitatur ista conclusio, ut non procedat pacto apposito in contrarium,uidelicet,quòd licet reconualescat donator,donatio non reuocetur: tunc enim eo conualescente non reuocatur. ita Ias.in dicta l.non omnis, per l. si alienam.§.1.in fi.ff.eo.quę non probat:loquitur enim quando conuentum fuit, ut nullo casu sit repetitio donationis, tunc enim infert textus; quòd nec quidem si conualuerit donator,reuocabitur: quod mirum uideri non debet, cum ea magis sit donatio inter uiuos, quam causa mortis,ut ibi Glossa,& Doctores declarant,&
54 supra dixi.† melius ergo probatur ista limitatio in dicta l.si aliena.quibus addo Crauettam consi.222.qui plures citat,uer.[*sed & sic*] & in dicta l. senatus.§. mortis.uers.[*sic donari pōt*] in quibus dicitur, quòd sic donari potest causa mortis, ut non aliter reddatur, quam si prior decesserit donatarius, & sic eo casu neque per pęnitentiam,neque per conualescentiam donatoris reuocatur donatio:ex quo sic actum fuit,
55 † licèt enim de iure reuocetur in tribus casibus pōt tamen agi de facto, quòd non reuocetur, nisi in altero tantum, ut ibi declarat Castrēsis.
56 † Atque inde fit, ut natura donationis causa mortis restringi possit, & ex forma conuentionis alterari, ut ibi not.Imo.licèt in totum tol-
57 li non possit. † Simile uidemus in facultate testandi, quæ debet esse libera.l.1.C.de sacrosan. eccle.§.disponat.in Aut.de nup.l.uerbis legis,
58 ff.de uerbor.signifi.† (adeo,quòd etiam metu pęne interdici non potest, ut ponit Christophorus de Castelliono,consi.58.nu.66.primo tomo diuersorum ultimarum uoluntatum.)
59 † Licèt enim ipsa in totum auferri non possit, (ut ponit Ias.& communem testatur in l.ex facto.in princ.nu.9.ff.de uul.& pup. sequitur Emanuel Suarez .in Thesauro recept.Sententi. uerbo,testamenti solemnitates,nu.77.nec) etiā Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum nō ualet.
60 per indirectum,† puta per donationem omnium bonorum pręsentium,& futurorum,quę ea ratione non ualet, ut not.Barto.Angel.Castrens.Alex.& cæteri in l.stipulatio hoc modo, ff.de uerb.ob.ubi Ias.Ripa,Cro.& alij repetentes dicunt esse communem,Dec.consi.251.in prin.consi.483.num.2.Bart.Alex.Ias.Dec.Dominicus Rim.Cagn.& alij passim in l.fi.C.de pac. Grat.Respon.77.uolum.1.(Roman.consi.121.
61 dicens reuocationem non esse necessariam. Card.Zabare.consi.21.nu.8.Castr.consi.76.notandum est,uolum.2.Corn.consi.76.uolum.2. consi.251.uolum.3.Dec.consi.656.num.7.Rip. responsorum libro 3. capitu.14.Gozad.consi. 47.Curt.iun.consi.120.num.6.Cephal.consi. 288.num.27.Roland.à Valle consi.39.in prin
62 cip.uolum.1.id amplians † etiam si facta fuerit cum reseruatione ususfructus post Cast.consi. 101.notandum,colum.penul.in antiquis .Decium consi.30.& consi.251.colum.2.Curtium iun.consi.25.colum.2.Corneum consi.176.col. penult.uolum.2.& Ripam in allegato Respon.
63 14.colum.2.† licèt ab hac ampliatione recedat idem Roland.sibi contrarius,consi.65.col. 1.uolum.1.post Abbatem,Alex. Iasonem,Aret.
64 & Socinum,quos in uarijs locis citat.† Sed bene aliam ponit, & firmat ampliationem,quòd procedat communis opi.negans donationem ualere,licet iuramento firmata sit,secūdū Bar. & alios, in dicta l.finali,Cot.consi.60.columna 2.uolum.2.Cur.iun.in allegato consi.25.colu. 3.uersic.præmissis tamen. Dec.in l.pactum,qd dotali.colum. prima. C. de pact. qui communē testatur,sicut & Ripa loco citato,quanquā non desint alij secus uolentes, ut Cor.sibi contrarius consi.252.colum.3.uol.3.Soc.iun.cōs. 65.num.50.consi.143.num.57.uolum.1.Cra.
65 consi.139.nu.8.† Demumq; Crot.consi.76.

nu.62.ubi post Imolam in Rubr. de testa. ad fi. ampliat alio modo talē donationem nec sustineri respectu bonorum præsentium, sed in totum collabi, motus ratione quòd non fit sepa-
66 ratio ratione formæ improbatæ à iure. † Quæ tamen communis opin. fallit † speciali fauore piæ causæ, ut post Alex. latè tradit Ias. & dicit esse communem in dicta l. stipulatio, Dec. in dicto cons. 488. nu. 5. (Idemque Ias. in dicta l. fin. C. de pact. col. fi. & Dec. nu. 31. qui communem testatur in c. in præsentia. num. 8. & 27. de probat. & post eum Bero. nu. 81. Ias. conf. 169. col. 4. uol. 4. Viuius in suis communibus opinioni-
67 bus, in uerbo, donatio omnium bonorū. † subdens hoc casu tamen ecclesiam teneri subministrare alimenta donanti, demumque Iulius Clarus in suis communibus opi. in uerbo, donatio omnium bonorum, dicens esse speciale in Ecclesia, quia etiam personam suam, quis Ecclesiæ donare potest, quasi dixerit non tantum bona.
68 † Et ad regulam redeundo dico, quòd) nec facto testamento ualet talis donatio facta in pęnam reuocationis testamenti ea ratione ne libera testandi facultas impediatur, ut tradit Bart. in l. si quis in principio, col. pen. ff. de leg. 3. Ale. cōs. 25. col. pen. uol. 3. Dec. cōs. 247. col. pen. (Sed hæc, utcumque sint de libera pote-
69 state testandi non in totum tollenda, † tamē ea) bene restringi potest, puta per donationem omnium bonorum simpliciter, quæ ad futura non porrigitur, l. si ita. ff. de auro & arg. lega. uel etiam futurorum reseruato tamen aliquo in quo possit fieri testamentum, ut tradūt iidem Doctores supra citati (quibus assentitur etiam Dyonisius de Barisgianis, conf. 142. nu. 17. primo Tomo diuersorum ultimarum uolū tatum. Roma. cons. 26. col. 2. Corn. cons. 15. no
70 lum. 1. Soc. consi. 101. colum. 1. uol. 3. † ubi firmat esse communem. Dec. conf. 30. consi. 203. col. j. conf. 216. col. 1. conf. 251. col. 2. conf. 516. col. 4. & conf. 665. col. 2. Ias. conf. 5. col. 4. cōs. 60. col. 2. uol. 3. conf. 137. col. 5. conf. 169. col. j. uol. 4. ubi dicit omnes Doctores sequi Bartolum in dicta l. stipulatio hoc modo. Idemque uoluit ipse Iason conf. 9. col. fi. inter consilia Bruni. Cur. iun. conf. 81. col. 2. Roland. à Val. consi. 39. col.
71 1. † Vel & postremo si facta fuerit omnium bonorum mobilium, & immobilium præsentium & futurorum, quia ea ualet, cum iura, & actiones in ipsa donatione non includantur. l. cum tutor. ff. de pęn. de quibus per donantem poterit testamentū fieri, ut in terminis uoluit Bald. consi. 232. uol. 2. quem sequitur Dec. conf. 237. col. 2. & consil. 414. col. 2. Corn. conf. 54. col. 2.
72 uol. 4. † Quorum sñia confirmatur ex eo, qđ uoluit Bar. conf. 50. quem sequitur Ias. in l. à diuo Pio. §. in uenditione, col. 2. uer. per ista. ff. de re iud. ubi dicit, q̄ si testator reliquit uxori suæ redditus, & prouentus quorumcunque bonorum suorum mobilium & immobilium, non ueniunt ea, quæ sunt in nominibus debitorum & Iasonem sequitur Paris. conf. 50. nu. 23. uol.
73 2. † Nec habet obstare, q̄ Doctores supra citati loquantur in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium præsentium, & non futurorum, quæ donatio ualet ut notāt omnes Doctores, in dicta l. fi. & ī dicta l. stipulatio hoc modo. Ang. conf. 179. col. 2. Dec. conf. 488. column. 2. Ias. conf. 5. col. 3. uer. sed præmissis. uol.
74 3. quia respondetur † quòd sicut in ea non ueniunt nec includūtur iura & actiones cum sint incorporalia, pariter idem debet censeri de donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium præsentium, & futurorum, prout in specie declarat Guid. Papæ quæst. 299. ubi propriè dicit huiusmodi donationem ualere, quia sic donando postea poterit donans de creditis suis testari, & sic non habebit hęres nudum nomen hæredis, & Guidonem sequitur Decius in
75 consilijs supra citatis. † idemque uoluit Soc. in Regula sua, donatio omnium bonorum. Fallentia prima, ubi dicit Baldum sic tenuisse consulendo in conf. Incipiente, Naphidus. sicque Ias. testatur consuluisse præter montes in dicta l. stipulatio hoc modo, col. antepen. & sequēti. uer sic. quæro de ardua quæstione, & uerum dicit, quòd ita consuluit, ut patet conf. 5. uol. 3. Idemque uoluit Bertran. conf. 168. col. fi. uers. præte-
76 rea. uol. j. † proceditque tanto magis adiectis uerbis [*ubicumque existentium*] quæ demonstrant aperte iura, & actiones siue nomina debitorū in donatione sic concepta non includi, cum di-
77 ctio † ubicumque, denotet loci circumspectionem. c. fi. de priuil. lib. 5. & ibi per Arch. ubi uerbum ubicūque, exponitur idest in quolibet loco suæ diœcesis. sequitur Alberic. in uerbo ubicūque; sed nomina debitorum minimè loco ullo circumscribuntur, l. Caius. in princ. ff. de leg. 1. sicque declarat in terminis Bald. conf. Incip. super primo. quem sequitur Soc. in dicta Regula. fallentia. 2. Et idem Bal. conf. 232. in ultimis uerbis, uol. 2. Ias. in dicto conf. 5. & in dicta l. stipulatio, in fi. demumque Rolan. à Valle
78 conf. 65. col. 2. uol. 1.) † Idem quoque uidemus in libera facultate contrahendi matrimonium quæ licèt in totum tolli non possit, restringi tamen sic, l. quotiens, l. cum ita. ff. de condit. & demonstr. (& ibi or. in l. Ius ciuile. ff. de iust. & iu. nec id mirum uideri debet, licèt enim Castrensis, quem refert Connan. in Cōmentarijs Iu-
79 ris ciuil. lib. 1. c. 6. col. 7. † matrimonij uinculum, & ipsam certa cum uxore coniunctionem, Iuri gentium tribuerit, cætera tamen eius solemnia, iuri ciuili condonauit. Idcirco nō sunt hę leges contra naturam, quæ quorundam inter se matrimonia prohibēt, id enim pro cuiusque populi, & ciuitatis utilitate statui solet
80 & non repugnante natura, † uelut ea quæ inter agnatos, & affines, inducta est matrimonij non contrahendi religio primum, ut uidetur, Hebręorum legibus instituta, deinde pariter ab omnibus ferè populis comprobata, multo

Donatio omnium bonorum quando ualeat.

to item ea iustissima fuit, & ad publicum Reipu
81 blicę statum ualde pertinens,† ne liberi sine pa
rentum consensu se in matrimonium colloca-
rent, quæ utinam, ut inquit Connanus, non es-
set abrogata, multa enim in hoc genere peccari
uidemus, & adolescetum matrimonia malis ra-
tionibus conciliari, magno parentum dolore.
82 †Et hanc iustitiā presensit Iustin. supra de nup.
in prin. qui postquam dixit filios nubentes cō
sensum parentum habere debere, in quorum
sunt potestate, rationem subiungit[*nam hoc fieri debere, & ciuilis, & naturalis ratio suadet*] quod secū
dum Teophilus atribuit æquitati: æquum enim
est, ut qui ad illam usque ætatem eos educa-
runt, parentes, scilicet hoc honoris habeant, ut
83 matrimonio eorum consentiant.† Quinimmo
Coras. in miscellane. lib. 1. capit. 17. plus atten-
tauit, nec id de consensu parentum necessario
immutatum fuisse iure Pontificio, sed incorre-
ctum manere, quæ fuit etiam sententia Ioanuis
Rinij, quem refert Aldobrand. in dicto ptincipio
de nuptiis, nu. 19. sed quia talis disputatio
84 materię nostræ de donationib. nō cōfert,† me
lius est atque tutius tenere, q leges ciuiles in
hoc de iure cano. correctæ sint, quia secundum
canones filius familias absque patris consensu
matrimonium contrahere potest, ut no. per gl.
in c. fi. 32. q. 2. & in c. 1. de despon. impub. & ibi-
dem Abbas. gl. in l. Paulus. ff. de sta. homi. Abb.
consi. 65. uol. 2. Ancha. consi. 21. pro solutione
dubiorum, in secundo dubio. Ang. consi. 29. ex
themate, ī prin. Dec. ī l. nuptias. col. 2. ff. de reg.
iur. consi. 23. in prin. Paris, consi. 29. in prin. uol.
85 3. † Et ideo proditum est non ualere statutum
disponens filium siue filiam nō posse matrimo
nium contrahere sine consensu patris, uelut in-
timidans eos ad contrahendum matrimoniū,
quod debet esse liberum, prout decidit Ioan.
And. per illum textum in c. statutum. de hæret.
in 6. & post eum Dominic. col. 1. sequitur Abb.
in c. 1. de sponsal. consi. 12. uol. 1. & in c. Ecclesia
S. Mariæ. col. 9. num. 15. in fi. de consti. Anch. pul
chre in allegato consi. 21. Alex. in Rub. ff. solu.
matrimo. colum. fi. in l. Seius, & Angelus. col. j.
ff. ad l. Falc. ubi dicit se ita consuluisse, prout sic
consuluit consi. 1. col. 6. uol. 3. & consi. 97. uol. j.
86 † Et licèt tale statutum uideatur honestum, &
rationabile, prout de lege ciuili quoque dictū
fuit, & tradit Bal. in l. omnem. C. ad Tertul. in
Rub. de consti. colum. fi. & in c. clerici. colum.
2. de iud. & hinc forte dicebat Abb. in c. magnę.
87 notab. 3. de uoto. † Quòd licèt filia iure canonū
licite possit inconsulto patre matrimonium cō
trahere. c. sufficiat. 22. q. 2. nō tamen honeste po
test, & decenter. refert Aldobrand. loco memo
88 rato, † tamen non sufficit rationem sub esse, ex
quo potestas deficit, quia in quolibet actū uo-
luntas, & potestas requiritur. c. cum super de
offi. deleg. l. cum te. ubi Bal. de don. ante nup. &
ideo Baldus met communē secutus, de qua su
pra, eum tenuit, in l. nemini. C. de nup. & in cap.

pen. in fi. de consti. idemque Butri. consi. 35. Fed.
89 de Sen. consi. 36. † & latissime Cur. consi. 24. 1.
dub. qui concludit hanc esse magis communē.
sequitur Dec. pariter cōem testans, cōs. 231. col.
j. & in d. l. nuptias. col. 3. ibique Hieron. Cucal.
in addi. refert alios, qui testantur hanc esse com
90 mnem opinionem, & magis communem,† a
qua dicit recedendum non esse, eandemque sen
tentiam post Abb. Felynum, & alios tenet Dec.
in d. c. Ecclesia S. Mariæ. nu. 41. de consti. & post
91 eum Hieronymus Gigas in apostil. sicut & † ex
cellens, atque mihi propter ætatem ueneran-
dus pater, Marcus Mantua, nu. 31. demumque
Siluester Aldobrand. loco citato, ex quibus, re-
stringendo uela, postquam longius euolaui,)
pariter fieri potest donatio causa mortis appo-
sito pacto, quòd per conualescentiam nō reuo
92 cetur, sic enim restringitur eius natura:† (Ter-
tio limitatur conclusio formata superius nota
bili 3. quòd donatio causa mortis ob imminēs
periculū facta. eo cessante reuocatur ipso iure,
ut procedat quando donans tradidit rem, quia
si uerisimile non sit eum uoluisse, quòd bona te
manerēt apud donatarium, donatore a pericu-
93 lo liberato.† at secus est quando traditio nō in
teruenit, sed collata fuit donatio post mortem
donantis: tunc enim cessante periculo mortis
imminentis, non intelligitur ipso iure tacite re
uocata donatio, sicut nec legatum collatum
post mortem, licèt utrumque posset expresse
reuocari. Ita Cumanus uoluit, atque considera
uit, in l. Marcellus. §. Paulus. ff. de don. cau. mor
tis, quem sequitur tex. licèt concise referat in d.
94 l. non omnis, nu. 6. ff. si cer. peta. † & clarius ac
latius confirmat Crauet. in quodam suo respō
so, qđ impressum reperitur post Senatum Pede
montā. Decisione 122. vbi col. 2. rationem dictę
limitationis annectit: nam quando traditio nō
interuenit, licèt fiat donatio periculi formidi-
ne, tamen ob talem metum non uult interim
donator bona uenire ad donatarium, sed demū
post mortem, unde mors ipsa dicitur esse causa
finalis ipsius donationis. quare cum certissimū
sit mortis fatum tandem uenturum, dici non
potest interim dum pendet illud, cessare causā
donationis, licèt periculum mortis, quod im-
minebat cessauerit, & per consequens tacita re
95 uocatio induci non debet. † Sed ipsa donatio
durare debet, & subsistere, quādiu donandi cau
sa stat, & durat. l. sicut. §. fi. ff. ex quib. cau. maio.
l. 2. §. omnes. ff. de iud. l. qui nominibus. ff. de ad
mini. tuto. Quæ iura citat ad hoc Signoro. cōsi.
125. colum. 1. post prin. & ut idem Cra. subiun-
96 git, nume. 13. † in dubio iudicari debet, ut do-
natio nō censeatur reuocata, sed efficax existat,
ut notat Fed. de Sen. consi. 233. casus talis est. co
lum. fina. Castren. consi. 278. passus iste dubita-
bilis. colum. fina. uolu. 1. & est tex. in l. fi. inter ui
uum, ubi Soc. notab. 3. ff. de reb. dub. qui loqui-
97 tur in donatione reuocabili,† & ibi Soc. expres
se dicit, quòd in dubio iudicādum est donatio
nem

Matrimoniū nunquā sine cōsensu parentum contrahi possit

Statutū non posse contrahi matrimonium sine cōsēsu patris inualidū.

nem reuocatam non esse per pœnitentiam.unde singularis resultare uidetur hæc limitatio Cumani,& Crauettæ,qui eã locupletatus fuit:
98 †Nihilominus, ut uerum fatear,mihi non placet ullo modo: uerbalis enim mihi uidetur in primis eorũ diuersitas inter traditionem rei donatæ factam,uel non,quoniam tametsi realiter non interuenerit,lex eam facit,disponens in donatione causa mortis dominium transire absq; traditione,ut est Glossa celebris,& passim recepta in l. 2. ff. de public.in rem acti.per quam Cast. Dec.& D.meus Riminaldus in l.traditionibus. C. de pact. limitant illum textum, & ptopterea dici non põt uno casu magis quã in alio donationem oon reuocari cessante periculo. † Item repugnat illa ratio Bartoli in l.
99 3.ff.eo.supra relata,num. 43. quòd donans infirmus se astrinxisse uidetur ad hoc, ut si ex illa infirmitate moreretur, donatio ualeret, & effectum sortiretur, sin autem conualesceret, reuo caretur. quæ quidem ratio cum sic militet tradi tione non facta,sicut quando uerè facta fuerat, eadem iuris dispositio debet habere locũ. l.illud,ff.ad leg.Aquil.l.à Titio.ff.de uerb.obl.l.
100 fi.C.ad leg.ial. † nec obstat similitudo dona tionis cã mortis,& legati,considerata p Cumanũ,nã conuincitur ex eo,q legatũ non debetur nec peti potest in uita testatoris legantis,ut infra de legat.ibi [*ab hærede præstanda*] & in l.legatum.ff.de leg.1. [*delibatio hæreditatis*] at in dona tione mortis causa secus est constitutum cum donator eam tradere cogatur, si non eum pœniteat, ex l.si quis argentum.§.fi. C.eodem, ut
101 in Glo. prima,plenius infra dicemus. † Et hinc quoque cessat ratio Crauettę,quòd dona tor interim nolit rem ad donatarium peruenire, nam cum lex transferat ipso iure dominiũ rei donatæ causa mortis in donatarium, & ad exigendum realemq; traditionem consequẽdam,ei præstet actionem, ut supra demõstraui, præsumitur donator contraxisse,& se obligasse prout ius disponit, l.sed nisi,& ibi Glo.ff. de iu re dot. l.curatores,§. fi. ff. de admi.rer.ad ciuit. perti.Castr.cons.271.uiso tenore, col. 1.uol. 1. cons.371.uiso puncto suprascripto,col. 2.uol. 2.Craue.cõs.77.nu.9.& sic tantum abest, quòd donaror interim nolit, quòd immo præsumptione iuris uelit rem in donatarium transfer
102 ri. † Præterea demus, quòd donator reluctaretur, & diceret se nolle, quòd interim donatarius rem consequatur, non tamen eum donationis pęniteat, adhuc ista protestatio declaratoria uoluntatis suæ nihil operaretur, ueluti facta circa ea, quæ non dependent ex uoluntate sua, sed iuris, ut est doctrina Bartoli in l. non solum, §.morte.nu.31.ff.de oper.no.nun.dãtis
103 exemplum, † quòd quando quis expendit pro alio in casu, quo ad id tenebatur,licet pro testetur, quòd facit animo rehabendi, nil releuat, ut no. in l.alimenta. C. de neg. gest.quam regulam Bartoli Iason post eum,nu.26.dicit in

materia protestationum frequenter allegari, & pluribus exornat exemplis, ut per enm, quæ ad memoriam repetere non est præsentis inda
104 ginis. † Quod uero dicit Crauetta fatum mortis durare uelut omnino uenturum,& ob id donationem firmam remanere,licèt imminens periculum cessauerit, est ad scopum contra textũ in l.senatus.§.1.ff.de dona. cau. mor. ubi dicit, quod[*is,qui mortis causa donat,se cogitat,quod amore uitæ,recepisse potius, quam dedisse mauult*] deinde subdit,& infert tex.dicens, [*ergo qui mortis causa donat,*]qua parte se cogitat, negocium gerit,scilicet, ut cum conualuerit, reddatur sibi. ecce quonam pacto, cessante periculo mortis, quod imminebat, per conualescentiam uult reuocationi donationis esse locum, & tamen, licèt cõ ualuerit, durat factum mortis aliquando uẽtu-
105 ræ, † sed ideo fit reuocatio,quia donator infirmus ad mortem imminentem respexit, quam tunc euenturam putabat ad periculum, quod eam minabatur, non autem ad factum remotũ futurumq; aliquando post transactum periculum: tũc enim ad illud respicit donator, quan-
106 do sanus est tempore donationis, † & hæc distinctio bene pbatur in d.l. senatus.§. mortis. ubi dicitur, [*mortis causa donatio fit multis modis, alias extra suspicionem ullius periculi a sano,& in bona ualetudine posito, cui ex humana sorte mortis cogitatio est.*]ecce respectus donantis sani ad fatum quãdoque futurum,deinde subdit[*alias ex metu mortis,aut ex præsẽti uitæ periculo.*] ecce respectus donatoris infirmi ad mortem, tũc imminentem. merito ea postmodum cessante,donatio reuocatur,quia donando cogitauit hoc in secundo casu,se potius amore uitæ recepisse, quam dedisse uoluisse,prout superius in §. 1.dixit Pau-
107 lus. † Postremo,quòd inquit Craue.donationem in dubio nõ censeri reuocatam, sicque iudicandum esse cõcedo, sed nego.nos in dubio uersari,immò uerò in claro, & aperto nos esse, cum iura dicant,donationem reuocari sublato periculo mortis, ob quã quis donauit, ut hic. in d.l.Senatus.§.1.in l.si is seruus.ff.de don. int. uir.& in l.non omnis.ff. si cer.pet. superius in-
108 ductis in 3.nota. † Vnde si casus legum habemus, cessat omnis dubitatio.l. ancillæ, cum ibi not.C.de furt.l.illam. C.de collatio. cum uulg. & ex prædictis hæc ultima limitatio remanet optime confutata : unum uerò menti tenendũ puto circa reconualescentiam, qua solet reuo-
109 cari donatiõ cau. mortis. † Quòd donatore mortuo, si hæres eius dicat,eum prius cõualuisse,quam moreretur, & ob id uelit donationem reuocari,id probare debet,alias donatarius habet intentionem fundatam,quòd ex infirmitate,qua donator donauit,decesserit, ita pulchre
110 tradit Paris.cõs.115.col.2.uol.4. † (mouetur ea ratione,nam qui donat causa mortis, donare uidetur sub conditione negatiuè concepta,si non reconualuerit.l. 1.uersi. Item cum ipse, ff. eo.unde donatio satis est probare mortem secutam,

eutam, negatiua uerò si non reconualuerit satis
est probata, si ex aduerso contrarium non pro-
batur, uulgata l. actor. C. de prob. Igitur hæredi
donatoris instanti ad reuocationem donatio-
nis, eo quia non ualuerit propter conualescen
tiam donatoris, incumbit onus probãdi uelut
intentionis suæ fundamẽtum, l. ei qui. ff. de pb.
& cum hac opinione Parisij concordat Franci
scus Herculanus Perusinus in tract. Quis tenea
tur probare negatiuã. nu. 107. & uterque citat
doctrinam Imolæ in l. senatus. §. mortis causa,
siue finali. ff. de don. causa mor. sed hoc in meo
111 libro non dicit Imo. † Tu uerò considera, quod
Parisius, & Herculan. in facto male cõueniunt:
nam Paris. loquitur in hærede cuiusdam presbi
teri Ioannis, qui fundum donauerat causa mor
tis Ecclesiæ, hæresque petebat illum à possessore
qui causam habuerat ab Ecclesia eo prætextu,
quòd illa donatio non ualuisset, nec effectum
sortita fuisset, quia donans conualuisset ex in-
firmitate propter quam donauerat, licèt po-
stea decessisset. In tali casu decidit, & benè Pa-
ris. ad hæredem illum agentem pertinere pro-
bare conualescentiam donatoris uelut intẽtio
nis suæ fundamentum, non autem ad reum cõ
112 uẽtum, quod donator non reconualuerit. † alias
actore illo non probante reus debebat absol-
ui, licet ipse nihil præstitisset, hoc est probasset,
uulgata l. qui accusare. C. de edendo. c. fi. de iu-
reiur. Cephal. cons. 218. nu. 3. & cons. 268. nu. 2.
Herculan. uerò casum proponit in hærede do-
natoris conuento, qui donatario agenti oppo
nebat donatorem conualuisse, sicque donatio-
nem causa mortis esse reuocatam, meritóque
se non teneri rem tradere dicto donatario.
113 † Quarè si Parisius loquitur in hærede dona
toris agente, Herculanus uerò in hærede donã
tis conuento, iam patet eos in facto discrepa-
re. sed & in decisione sua male loquitur Hercu
lanus, nam si donatarius agebat ad donatio-
nem causa mortis sibi factam ueluti ualidam,
& morte donatoris cõfirmatam, necessario di
cebat illum non conualuisse ex infirmitate pro
pter quam donauerat, sicque suam intẽtionem
fundauit in negatiua, qualis est non cõualescẽ
114 tia: igitur illam probare tenebatur. † Quia ne
gatiua regulariter est ab eo probanda, qui in ea
se fundat, ut tradit Bar. quem cæteri sequũtur
in l. in illa. ff. de uerb. obl. & in l. penul. §. docere,
ff. ne quis eum, & hanc opi. & sicut communem
testatur Alex. priore loco, sic consulendo sequi
tur in pluribus locis, uidelicet cons. 23. col. 1.
uolu. 1. cons. 29. & cons. 34. uol. 2. cons. 114. in
princ. uol. 3. cons. 25. in prin. cons. 59. col. fi. cõs.
79. in prin. cons. 111. col. 1. cons. 127. col. 2. cõsi.
131. col. 2. uol. 4. cons. 28. cons. 109. col. 2. uol. 5.
cons. 19. cons. 219. col. 2. uol. 6. & præter Alexan
drum Corneus idem uoluit cons. 123. uolu. 1.
cons. 11. col. pen. cons. 44. col. 3. cons. 123. col. 2.
uolum. 2. cons. 84. colum. 4. uolu. 3. cons. 210.
uol. 4. Dec. cons. 70. in fi. cons. 483. col. 1. cons.
529. col. j. cons. 629. in princ. cons. 649. col. 3. Pa
ris. cons. 58. colum. 2. uol. 3. cons. 138. in princ.
115 uol. 1. † Dictaque conclusio præter supradicta
cõfirmatur ea rõne, quia unusquisque tenetur ea
probare, quæ sunt fundamẽtũ intentionis suæ. d. l.
qui accusare l. 2. l. ab ea parte l. in exceptionib. ff.
de prob. l. i exceptionibus. ubi Soc. ff. de excep.
c. 1. ut eccle. bñf. c. fi. 6. q. fi. l. actor. C. de pb. c. fi.
de iureiu. l. res, C. de rei uẽd. l. nec codicillos. C.
de codicil. c. si sacerdos. ff. de off. ord. Alex. cõs.
18. in princip. cons. 29. in fi. cons. 39. col. 1. cons.
66. col. 2. uol. 1. cons. 80. in prin. cons. 82. col. fi.
cons. 173. col. fin. uol. 2. cons. 80. col. 1. uol. 4. cõ
sil. 39. in prin. cõs. 42. col. 1. cons. 152. cons. 154.
col. 1. uolu. 5. cons. 32. cons. 76. cons. 109. cons.
115. cons. 159. col. 1. cons. 183. col. 2. cons. 184.
col. 1. uol. 6. Dec. cons. 424. col. 1. cons. 430. col.
2. cons. 615. consi. 632. col. 4. Paris. cons. 1. col. 2.
cons. 22. num. 66. cons. 104. in prin. cons. 115.
col. 2. cons. 131. col. 1. cons. 138. col. 3. cons. 164.
col. 2. uol. 4. Soc. iun. cons. 47. col. 2. cons. 88. col.
1. cons. 113. in prin. & col. 2. uol. 2. quare cũ fun
damentum donatarij petẽtis rem donatam sit,
quòd donator non conualuerit ex illa infirmi-
tate qua donauit, & sic in negatiua se fundet, de
bet eam probare. & ita in hac retenendum cen
116 seo de iure.) † Quarto notat Aret. quòd in do
natione causa mortis licet instet periculũ, pro
pter quod facta fuit, tamen est locus pœniten-
tiæ. probatur ibi. [*Quæ propter mortis fit suspicionẽ*]
quæ uerba denotant periculum mortis instan
tis tempore donationis, l. senatus, §. j. ff. eo. ubi
dicitur, quòd [*donatio causa mortis aliàs fit extra
suspicionem alicuius periculi à sano, cui ex humana sor-
te mortis cogitatio est*] aliud est ergo esse in cogi-
tatione mortis, aliud in eius suspitione. primũ
siquidem non denotat instans periculum, secũ
dum sic; & tamen textus hic subdit donationẽ
per pœnitentiam reuocari ibi [*donationis pœni-
117 tuisset.*] † Vltimo missis alijs notat Are. quod Poetas an allegare liceat.
licitum est allegare poetas. probatur ibi [*fit
apud Homerum*] concordat textus in §. Item pre
cium, infra de empt. & uend. ibi. [*poeta Homero*]
& ibi [*alijs Homericis uersibus*] & in l. 1. ff. de con-
trah. empt. ibi [*Homero teste*] & ibi [*idem poeta di
cit*] circa quem textum uidendus esset Alciat.
Parergon lib. 9. cap. 12. sed ut impertinens præ
118 tereo. † Et hæc conclusio de poetis uidetur
ex eo confirmari, quod tradit Plato in Ione,
Poeticam Deorum immortalium munere da
tam esse hominibus, ex quo Orpheus, Homé-
rus, & Hesiodus testati sunt, se a Diuina proui
dentia siue inspiratione, quæ litterarum monu
mentis prodiderunt, didicisse, ut ex eis expen-
dit Theophilus Antiochenus antiquissimus
Theologus lib. 3. Institutionum contra gẽtes
ad Autolycum, quem refert Tiraquell. in tract.
119 de nobilit. c. 31. nu. 483. († & ideo dici cõsue
uit, Poetæ nascuntur, oratores fiunt, sicut ẽt, quod
propter acumẽ ingenij Poetæ laurea corona
donari consueuerunt, ut inquit Ioannes Ba-
ptista

ptista Asinius in l.cum in diuersis. nu. 52. ff. de
120 relig.& sump.fune.)† tantoque magis prædi-
cta conclusio nidetur in Homero procedere,
de quo prædicta iura loquuutur (quem Diui-
num Theophilus hic appellat, cuius carmina
Græca trãscribit, & in Latinum sermonem uer
121 tit)† cum magna semper fuerit apud ueteres
autoritas Homeri non modo in Scholis, sed &
in foro, & controuersijs ciuilibus, adeo quòd
Solon dicatur aliquando in iudicio, uno uersu
Homerico euicisse Salaminem Insulam fuisse
Atheniensium, prout refert Balduin. in dicto
122 §.Item precium,† sed & latius hanc cõclusio-
nem firmauit Bar. cęterique secuti sunt, in l. 1.
nu.23.ff.si cer.pet. dicentes scripturis in studijs
approbatis, ut sũt dicta Aristotelis & Hippocra
tis, standum esse. (idemque tenet Antonius de
Prato ueteri, cons.136.nu.32.primo Tomo di
123 uersorum ultimarum uoluntatum,† dicens li
cere causas decidere per autoritates, quod &
de Grammaticis, quibus in dubio standum est,
modo lex non repugnet, tradit Berous consi.
78.nu.5.uol.2. & cum prædictis insuper tenet
Petrus Rebuffi. in trac. de priuil. schol. quæst.
95.num.121. ubi post Ioann. Fab. in §.Item pre
124 cium, infra de emp. & uendit. dicit† elegans
esse adducere autoritates Philosophorum, Poe
tarum, & Historiographorum, sicut & Hiero-
nymus Terguli in tract. de ornatu mulierum,
num.10. idem dicit de autoritate sanctorum,
oratorum, Psalterij, & Prophetarum, & de
autoritate maiorum Andreas Siculus in tract.
de præstan. Cardi. in prima quæst. Basilica pri-
mæ partis, sub num. 8. & communem testatur
Viuius in suis communibus opinionibus, in
125 uerbo Feudorum, monentur prædicti)† per l.
septimo.ff.de sta.ho.& l.si pater.ff.de solut. quę
iura dixerunt aliqui non probare, cum id sit ex
autoritate, & approbatione legis de dictis au-
toritatibus facta, prout Butrigar. Castrens. &
Decius lectu. prima. demumque Ripa dixerunt
in d.l.1. atque idem Dec. in c. ne innitaris. le-
ctu.1. de constit. & in cap.1. notab.7. de offi. de
126 leg.† Et licet idem Decius in dicta l.j. notab.
4.num.84. mutando calculum dicat de dictis
autoritatibus legem non esse factam, sed eas
dumtaxat allegari, tamen negari non potest
quin tacitè per Iur. consultum approbentur,
Parisque roboris esse solet approbatio tacita
sicut expressa, l.Paulus, & ibi notant Castr. &
127 alij. ff. rem rat. hab.† Melius igitur ratione
noua iustificari potest hęc conclusio Bartoli, cæ
terorumque. Sicut enim diuturni mores con-
sensu utentium comprobati legem imitantur.
§.ex non scripto, supra de iure nat. (quod eru-
dite multum Connanus explicat in commen-
tarijs Iur. ciuil. lib.1. cap.10. dicens, quòd res,
quæ priusquam uenissent in consuetudinem,
poterunt siue scelere, uel prætermitti, uel uio
lari, postquam longo omnium usu comproba
tæ sunt, parem legibus habent potestatẽ. Quin

Quid de cæteris autorib.

Vis consuetudinis.

sanctiora quodammodo uidentur esse ea, quæ
moribus afferuntur, quam quæ imperantur
128 legibus,† propterea quòd leges dantur, ut
plurimũ inuitis & recusantibus ab eo qui plus
potest, & idcirco eo ingratiores, quia coactæ,
unde ille, [*Per uim sunt leges, & plebiscita coacta.*]
At quod est consuetudinis, sua ui per se influit
in mores hominum, sic, ut uel à natura pute-
tur esse, aut ab antiquis bono publico institu-
tum, quare nihil aptius, neque uero potentius
quicquam est hominibus regendis, consuetu-
dine, præsertim quæ sua uetustate naturæ uim
129 obtineat,† ut merito Pindarus, morem
omnium regem appellet, quòd solus regnet, so
lus imperet, & vnus oĩbus mortalibus iubeat,
vetet, pręscribat, qđ uideatur. unde Darius, ut est
apud Herodotum, Græcos aliquando rogauit
quanta pecunia adduci possent, ut uescerẽtur
defunctorum parentum corporibus, quemad
modum Indi. at illi meliora eum ominari iusse
runt. Rursus Indos cum multis precibus & prę
mijs tentasset, ut mortuos Græcorum more
cremarent: responderunt, se prius extrema
passuros: tantum ualet in utramque partem
seu recta, seu praua opinio, & consuetudo, ut
uix, ac ne uix quidem semel confirmata, tolli
queat. unde bene Connanus idem, lib.6. cap.3.
col.pen. consuetudinem appellat omnium re-
rum dominam, tum maxime uerborum.)
130 † Sic interpretes diu soliti autoritates citare
uidentur quoddam fomentum eis dedisse, ut il
lis credẽdum sit, licet hoc in instanti temporis
facere non possent, cum uim legis condendæ
non habeant, (ex hac enim eorum obseruan-
tia secuta, fides præstita dicitur autoritatibus
prædictis, dato quod ante non probassent;
131 † ut de instrumento non solemni tradit Cyn.
inter consilia Bal. cons. 400. seu in allegationi
bus statim insertis post illud consilium, inci-
pientibus, super primo puncto, colum.1. uol.4.
dicens, quod ex obseruantia secuta, fides da-
tur ipsi instrumento non solemni. Idẽque uo-
luit Bald. cons.402. quęritur an per solam diffa
mationem, in fine. uol.5. ubi dicit, quòd instru
menta per sententiam, & obseruantiam partiũ
132 transeunt in perpetuam fidem.† facit idẽ Bal.
cõs.37. quidam Tabellio. uol.1. ubi, quòd cessat
falsi præsumptio contra instrumentum, quan-
do uirtute talis instrumẽti fuit emptor in pos
sessione rei longo tempore, & sic ex obseruan
tia secura fides comprobatur instrumenti, se-
133 quitur Crau. cons.158. col.j.† & hinc tollitur
una ratio Ripæ in dicta l.1. quia procedit in ap
probatione instantanea, nos autem de haben
te tractum temporis successiuũ, quæ differũt:
nam nec populus statim potest legẽ cõdere, cũ
a se potestatem abdicauerit. §. sed quod Prin
cipi. supra de iure nat. & tamen tractu tempo-
134 ris potest, dicto. §. ex non scripto.† Sed pul
chrum est disquirere, an hoc solum procedat
in casibus, ubi de dictis autoritatibus reperi-
tur

tur lex, uel approbatio studiorum facta, an uero et pter illos casus,& sunt q idem putant, ut Dec.i dicta l.1.lect.1.per textum in c.1.in fine, 20.distinct.& ibi no.Domi.& Prępoli.quos nō citat Decius,Idemque notat Abb. in cap. cum ab apostolica, col.2.no.3.de his quę fiunt à prælа.Curtius in dicta l.1.in addi.Castrens. Niger. nu.57.& Dec.in dicto c.ne innitaris.lect.2.ad finem, & ultra conformis est alius textus in c.2.
135 eadem distinct.20.& ibi notat Præposit.† dicens, quòd dicta Sanctorum debent allegari in decisionibus causarum in subsidium, quādo canones deficiūt (ergo sentit ea non indigere legis approbatione,sed satis esse, quod lex non repugnet) sicque simpliciter etiam tenet Fel. in c.qualiter, & quando.in princip. de ac-
136 cus. † contrariam uero partem tenet Dec.parum sibi constans in dicta l.1.lect.2.nu.16.in d. c.ne innitaris. lect. 1.& in dicto c.1.de offi.de leg.notab. 7. ponderans rationem Abbatis in dicto c.ne innitaris,quia Sanctis non fuit autoritas data condendi legem, ergo non possunt eorum dicta allegari ad decisionem causarum. Item per doctrinam Bartoli in l.Aurelius. §.idē quæsijt.ff.de lib.leg. cum alijs per eum, facit lex in agris.ff.de acqui.rer.domi.ubi limitata causa limitatum producit effectum, non sequitur ergo dicta Autorum citari possunt in decisionibus causarū,ubi approbata sunt,ergo passim illis est standum etiam ubi nō reperiuntur ap-
137 probata,quia † (hoc est arguere à secūdum quid ad simpliciter tale, quod non licet, sicut nec ècontra.l.1.ff.eo.l.hoc legatum.ff.de leg.3. notat Præposit.Alexandrinus in c.ad id.colu.2. de sponsal. Bald. in l.apud hostes,C.de suis & legit.& Moder.Patauini in l.frater à fratre,num. 355.ff.de cond.inde.quod & ego dixi in l.Imperium,nu.309.ff.de iur.omn.iud.& quia) talis approbatio restringitur ad limites illorum
138 casuum, † & in hanc partem descendit pariter Alberic. in dicta l.septimo, & in l.in tantū. §.fi.ff.de rerū diuis.dicens, q dicta Poetarū,& Philosophorū possunt in causis allegari probabiliter deficiētib. legibus.sed nō necessariò,ni
139 si tūc necessariā allegent, ut p eū.† Et licèt Dec.in dicta l.1.lect.3.dicat,quòd licèt approbatio de autoribus facta in aliquibus casibus inferat, quòd præter illos casus nō sunt approbati,non tamen infert,quòd sint reprobati,unde remanēt in dispositione iuris, & sic exclusio unius non est alterius inclusio, secundum Salycetum in l.de crimine in 2.oppo. C. qui accus.
140 † Tamen aduerti debet, quòd Salycetus ibi loquitur quando id, quod non includitur in aliqua dispositione, alia uia, & modo compræhenditur, puta per aliam dispositionem: tunc enim bene cessat regula legis,cum prætor.ff.de iudic.& ita Salycetum refert, & sequitur ipsemet Dec.cons.11.nu.18.& D.meus Rimi.cōs.
141 529.num.26.† Sed nos loquimur ubi præter aliquos casus non reperiuntur autoritates re-ceptæ,quo casu quarūdam particularis approbatio, uideatur cæterarum improbatio,dicta l.cum prætor, merito non uidetur quòd allega-
142 ri possint.&† hanc partē tenendo licet prima sit communis, ut Niger testatur in dicta l.1.nō obstat textus in d. c.1.& 3.20.distinc. quia potius probant contrarium.ibi enim dicta Sāctorum approbantur in genere post canones, qa de se non poterant fidem facere, ut in simili probat textus iuncta gl.in §.fi.supra de tut.unde quatenus allegantur, id non est ex eorum autoritate, sed canonis approbantis illa generaliter, sed non inde bene infertur, q ubi cessat approbatio particularis, aut generalis,pos
143 sint autorum dicta ad decisionē deduci. † Retenta tamen communi conclusione, quod autorum dicta passim citari possint, limitatur nō procedere quando lex est in contrarium, secūdum Castr.& Decium in dicta l.1. (nec id mirum uideri debet si lex autoritatibus præferri
144 debet:† oportet enim,ut Crisippus dicebat, legem omnium Ducē, & Principem esse, adeo quòd etiam Principi Princeps lex erit, inqnit Plutarchus, cum omnium Regina sit mortalium, & immortalium, ut Pindarus ait,& tra- Legum præstantia.
145 dit Coras. Miscelane libro 2. capit. 25.† sed eo luculentius, & doctius Connanus in Commentar. Iur.ciuil.lib.1.cap.8.col.2.ut enim refert, Demosthenes,inuentum, & donum quoddam Dei legem esse dicit, non, quòd quæque lex tam sancta sit, & iusta, & digna sit, quæ ad Deum referatur, sed quòd ipsum hoc, ut legibus uiuamus, tantam attulit utilitatem rebus humanis, ut ab aliquo Deo datum, inuen
145 tumque esse uideatur.† hoc enim unū est nostræ libertatis, & tranquillitatis, qua fruimur in Republica fundamentum. Hoc mentem, animum, consilium, sententiam continet ciuitatis,& ut corpora nostra sine mente,inquit Tullius, sic ciuitas sine lege, suis partibus, & neruis,ac sanguine, & membris uti non potest
146 † legum ministri, magistratus, legum interpretes, Iudices, legum denique cuncti serui sumus, ut liberi esse possimus: nam his aut oppressis aut neglectis, nihil erit, quod suum quisque possit dicere, nihil certum habere, nihil quod liberis suis relicturum sperare pos
147 sit.† igitur utilitas ipsa iusti prope mater, & æqui, ut scribit Horatius, nos obligat legibus ijs ut omnes parere debeamus, quod si ita est, nc Princeps quidem ipse legibus solutus est, quoniam ita præest populo, ut unus tamen
148 sit de populo, † quod Theod. & Val. comprobarunt in l.digna uox. C.de legib.dicentes [*Digna uox est maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri, adeo de autoritate iuris nostra pendet autoritas, & re uera maius imperio est submittere legibus Principatum, & oraculo præsentis edicti, quod nobis licere non patimur, alijs indicamus.*]
149 † Quod utinam oraculum sibi editum putēt omnes Principes omnium qui unius Imperio subsunt

subsunt populorum, & potentiam suam iure, lege, æquitate præponderari sinant. At.n. Plato rectè, rogatus à Cyrenensibus, ut scriberet ipsis leges, recusauit dicens, perquàm difficile esse leges dare Cyrenensibus tam beatis, & fortu
150 natis, † uix enim fit, æquitatem ut seruent, & leges reuereantur, qui secũda fortuna sint semper usi, quòd opinione fęlicitatis elati, se, fortunaque sua indignum putant, cum ui plurimum possint, ad ius legum descendere. Attamẽ
151 ut legibus pareat † is ipse, qui eas tulit, non modo ei gloriosum, sed etiam necessarium, quia nec sine illis regnare potest, nec hæ suam habere autoritatem, nisi eius qui præest exẽplo comprobentur. uerum est enim, quod poeta Claudianus dixit [*in commune iubes si quid, censes ue tenendum Primus iussa sibi, tunc obseruantior æqui Fit populus, nec ferre negat, cum uiderit ipsum Censorem parere sibi, componitur orbis Regis ad exemplum*]
152 † huiusque rei satis amplum, & omni memoria dignum testimonium dedit Zaleucus, non ille quidem Locrensium Rex, sed legislator, & qui apud eos Regis autoritate, & gratia ualeret, cum filius, quem habebat unicum, adulterij reus esset, eique ex lege effodiẽdi essent oculi, pęnę necessitatem remittenti populo contradixit, ut tamen salua lege posset aliquid indulgeri filio, sibi unum, alterum filio oculum
152 iussit erui.† sed & cum sanxisset, capite si quis armatus prodijsset in concionem, & sumptis armis ad propulsandum, quod imminebat ciuitati periculum, subito uocatus in concilium arma imprudens secum detulisset, accusatus, ꝙ contra legem fecisset, omnes tamen eius imprudentiæ condonandum censerent, recusauit, & quòd legibus nisi sua morte satisfacere non poterat, gladio quo erat accinctus, pectus sibi in conspectu totius populi transfixit. Igitur ad rem nostram redeundo legi contrariæ debent
153 autoritates locum dare) † exemplum in autoritate Pauli dicentis, Si filius, ergo hæres. quam consequentiam lex non admittit. l. 1. C. si min. se ab hæred. & in §. sed sui, infra, de hæred. qualit.
154 † Secundo probatur autoritate Aristotelis in Topicis dicentis, quòd mulier nubens marito, uidetur dare omnia bona sua in dotem, quam autoritatem lex non recipit, ut inquit Gl. in l. mulier bona. ff. de iure dot. quã sequitur Dec. cons. 521. nu. 11. Gozad. cons. 33. nu. 20. Dec. in autẽ. præterea, nõ. 3. C. unde uir & uxor, per illum tex. (demumque Viuius, in suis communibus opinionib. in uerbo, feudorum, ad fi. qui sic ad unguem loquitur, ut supra feci, quod nihil aliud existimari debet quàm me uisũ tacuerit iam diu prius impressum, sed referre noluerit contra morem meum, qui & ipsum, & alios libenter recolo, & ad hominum memoriã
155 deduco.) † Tertio confirmatur per tex. in l. in tantum. §. fi. cum l. sequenti. ff. de rerum diu. ubi secundum Gl. Baldum & alios, non attenditur autoritas Virgilij dicentis, Cęnotaphium esse locum religiosum, quia Diui Fratres contra rescripserunt: & ideo notat Bald. ibi, quòd leges autoritatibus Poetarum præferuntur.
156 † Non prætereo tamen quòd Alci. Parergon libro 10. cap. 12. & Catel. Cotta memorialium suorum libro, in uerbo [*Cenotaphium*] dixerunt Virgilium non loqui de simplici Cęnotaphio, idest inani tumulo, sed de eo, ad quem geminę aræ extructæ erant, & ad quem sacrificijs factis eliciti, uocatique erant manes Hectorei, quod planè indicant eius Carmina li. 3. [*Libabat cineri Andromache, manesque uocabat Hectoreum ad tumulum uiridi quem cespite inanem, Et geminas causam*
157 *lachrymis sacrauerat aras.*] † Et ad ea Carmina Martianus Iuris consultus allusit in dicta l. in tantum, in fi. uerbumque Sacrauerat, à Virgilio positum, indicat eum sensisse sacrum, seu religiosum locum esse. Sed meo iudicio hæc Virgilium, & Martianum, qui eum secutus est, nõ saluant aduersus rescriptum Diuorum fratrum quod Vlpianus probat in l. sequenti, & Florentinus ex Gręcorum sententia in l. monumentũ.
158 ff. de relig. & sumpt. fun. † (& alibi pariter Vlpianus in l. uel quæ. §. fin. ff. eo. ubi de Cænotaphio loquens, quod uendi potest, subdit [*nec enim hoc esse religiosum Diui fratres rescripserunt.*] Immò uerò clare loquitur Virgilius de inani tumulo in secundo eius Carmine, & sic de Cænotaphio, ut Iurisconsultus interpretatur.)
159 † & licèt inanem tumulum sacrum appellet Virgilius, sicque religiosum, ut perpendit Alciat. non tamen inde fit, ut talis censeri debeat cum demum per illationem mortui locus religiosus fiat. §. religiosum, supra de rerum diu.
160 † Iusque certis finibus adeo constitutum est ut mutari non possit. l. ornamentorum, & ibi Bartol. ff. de au. & arg. (unde Connanus in Commentar. lib. 1. c. 1. co l. 4. Ius ipsum per se nudũ & apertum esse dicit, sibi constans, & iam tum à principio sui generis æterna lege definitum.
161 † Nõ prætereo, quòd idem Connan. lib. 3. c. 1. col. 3. & 4. commemorat, Budęum notasse ex Suetonio in Claudio, quòd exercitus honorarium Druso tumulum excitauit, circa quem deinceps stato die miles decurreret, Galliarumꝗ; ciuitates supplicarent. unde cum antiquis magna semper fuerit etiam horum honorariorũ tumulorum ueneratio, uix aliter credi potest huiusmodi monumenta honoraria, quæ Cænotaphia Græci appellarunt, religiosa fuisse habita, ut Martia nus post Virgilium testatur, cuius Martiani responsum excerptum forte fuit, inquit Connanus, ex aliquo eius libro, quem edidisset ante rescriptum Diuorum fratrum fa
162 ctum. † sed nec ex ista consideratione Connani Martianus saluatur honor enim habitus his tumulis non infert eos religiosos dici potuisse: Quoniam, ut inquit Cicero libro 2. de legibus, quem refert Ioann. Baptista Asinius in dicta l. uel quæ. §. fi. col. 2. priusquam in eos iniecta gleba esset, locus ille ubi crematum erat corpus

pus, nihil habebat religionis, at iniecta gleba tumulis, humatus quis dicebatur, ac tum denique multa religiosa iura conplectebatur, unde patet Cænotaphium, quod humato corpore prorsus deficiebat, religiosum dici non potuisse.) Melior igitur est opinio Glossę, & Doctorum in dicta. l. in tantom, in fine, quòd Virgilius ibi reprobetur (sicque licita non sit eius autoritas eo casu ad decisionem causarum te
163 fragante legis autoritate. † sublimitari tamē potest hæc limitatio quando autoritas esset suffulta alia autoritate ueteris, uel noui testamēti, quia tūc in decisione causarum præferretur etiam constitutioni Papæ, ut per Glossam in c. 2. in uerbo, illotū. 20. dis. quam pro singulari refert Rom. Sing. 678. dicas. sequitur Dec. licèt corrupto numero, in dicta l. 1. confirmans
164 ratione, † quia Papa contra nouum, uel uetus testamentum disponere non potest. capit. sūt quidam. 25. q. 1. (quod sane uenit intelligendum quando sine causa disponeret, aliàs secus, ut per Abbatem in c. sin. col. 3. de consue. quam materiam latiùs aliàs tractaui legendo c. quæ in ecclesiarum, de consti. dum iuri ponti
165 ficio interpretādo præfectus essem.) † Postremo loco memorata conclusio, quòd autoritatibus sit standum, sane uenit declaranda, ut procedat in arte sua, ut si Poetæ sunt, illis credendum sit in arte Poetica, & litteris humanioribus: Si de medicina, uel philolophia loquerentur, in his enim Hippocrati, Galenoque Medicis, Platoni, & Aristoteli Philosophis potius credēdum esset. Ita tradit Io. Fabri in dicto §. Item ptecium, Niger, & Alc. in
166 d. l. 1. † Quorum sententia ea regula iuris cōfirmatur, qua cautum est unicuique in arte sua credendum esse. c. ut constitueretur. 50. distin. l. 1. in fi. ubi Bar. ff. de uen. inspi. Luc. de Pen. in l. 1. C. de curio. lib. 12. Alex. cons. 15. col. fi. uol. 1. cum similibus quæ congerit Deci. S. Neap. 253.
167 nu. 10. † quod enim dicitur in arte sua cuique credendum esse, sequitur inde secus, in aliena faciendum esse, (& ideo uetus illud adagium circumfertur, [*ne sutor ultra crepidam*] felices enim essent artes, si de illis soli artifices iudicarent, ut inquit Bennenutus Stracca, in ulti.
168 par. sui tracta. de mercatura. col. 2. † Postremo ultra Aret. aduerti debet, textum nostrum in uerbo [*Pirrho*] corruptum esse, cum pro Pirrho, Piræo scribi debeat, ut admonet Alc. in l. alienatum. §. donationis, in fine ff. de uerbor. signifi. & autore tacito Ferrarius hic. sicque in Institutionibus Lugdunensibus adnotatur & Theophilus legit in litteris Græcis eruditus & post eum Balduinus hic carmina Homeri transcribens, prout & Alciat. in dicto §. donationis, quibus Telemachum donatem Piræo canitur, quo fit Ferrarium decipi dum a-
169 pud Homerum hoc non uidisse refert. † Expeditis notabilibus, Aret. hic in primis post Fabrum tradit, ꝙ ad hoc, ut uera, propriaque do

Donatio propria quæ requirat.

natio dici possit, quinque requiruntur, ut hic per eum. ex cuius dictis prima colligitur cōclusio, quòd donatio propria debet fieri pure, & mera liberalitate, ita, ꝙ donans donatario nō sit astrictus ad aliquid dandum, uel faciēdum.
170 † Circa primum, quòd donatio purè facienda sit, sentit Areti. quòd donatio propria sub conditione fieri non possit, quod est contra textum in l. 2. §. si pecuniam. ff. eod. ubi donati pecunia potest, ut denium fiat accipientis, cū Titius erit consul, & tamē est donatio simplex, & propria, ut tradit Bartol. Castr. & Cuman.

Donatio sub conditione nūquid sit ꝑpria

171 ibi † (idque certè mirum uidetur: nam, ut declarat Conna. in Commentar. iur. ciuil. lib. 5. c. 10. cum ob causam donatio facta est, diligēter animaduertendum est, num conditionem ea causa habeat, quod quemadmodum nolci possit explicat Vlpianus in d. l. 2. §. Titio. dicens [*Titio decem donaui ea conditione, ut inde Stichum sibi emeret: Quæro, cum homo antequam emeretur mortuus sit, an aliqua actione decem recipiam? Respondi, facti magis quam iuris est quæstio, nam si Titio decem in hoc dedi, ut Stichum emeret, aliter non dona-*
172 *turus, mortuo Sticho con ditione repetam. Si uero aliàs quoque donaturus Titio decem, quia interim Stichum emere proposuerit, dixerim in hoc ei dare, ut Stichum emeret, causa magis donationis, quam conditio dandæ pecuniæ æstimari debebit, & mortuo Sticho pecunia apud Titium remanebit, & generaliter hoc in his donationibus diffiniendum est, multum interesse causa donandi fuerit, an conditio: si causa fuit, cessare repetitionem, si conditio repetitioni locum fore.*]
173 Quare concludendo subiungit Connan. † ꝙ notarij nostri publici solent in donationibus quæ ob causam fiunt, hanc semper clausulam adijcere, quòd alioqui donatum non fuisset, & generaliter, inquit ille, quæcumque conditiones adiectæ donationi ualent, & nisi seruentur, irrita fit donatio, ex condicitur, quod datum est. ex quibus arguit talem donationem sub conditione factam, propriam non esse, cum illa soleat esse irreuocabilis, §. 1. infra eod. & prout hanc impropriam Iur. cons. appellat in l. 1. post principi. ff. eod. ibi [dat aliquis, ut tunc demum accipientis fiat, cum aliquid secutum fuerit, hæc non propriè donatio appellatur, sed tota hæc donatio sub conditione est. Vt igitur hæc
174 difficultas resoluatur.) † in hac re dicendū est, quòd quædam est conditio dependens ex facto donatarij, & commodum donantis respiciens, puta si donatarius quid donanti dederit, uel fecerit, & ista non est uera donatio: censetur enim donans moueri non ex liberalitate, sed spe lucri futuri, sicque procedit textus in dicta l. t. uersiculo, dat aliquis, proximè citato, & in l. hoc iure §. primo, & A-
175 retin. hic. † Altera uerò est conditio non respiciens donantis commodum, sed futurum euentum, & ista non impedit quominus dicatur uera donatio, quia non censetur

 moueri

moueri donans ad donandum contemplatione illius casus, sed ex sua liberalitate, non tamē uult donare, nisi casus eueniat, (& ita procedit tex. in dicto §. si pecuniam. nam conditio consulatus Seij, de qua loquitur ibi, nō respicit cō
176 modum donantis, † eodemque modo procedit text. in §. Titio. subsequens, nam ea conditio, quod dec. donatis Titio ille Stichum sibi emeret, non respiciebat commodum donantis, sed potius donatarij, & quòd mortuo Sticho repetat donator, ut ibi dicitur, nō infert donationem impropriam fuisse, cum donatio sub modo, uel conditione fieri possit, & tamen esse uera donatio. l. quotiens. C. de donat. quæ sub modo, uel cond. ibi [*liberalitatis compendium.*] & hanc distinctionem siue doctrinam) tradit Castrensis in dicta l. prima, Bartol. in dicto. §. si pecuniam. Decius in l. diuus, ff. de regul. iur. & in l. 1. lect. 1. colum. fin. in princ. ff. si cer. pet. Crau. consil. 85. colum. 1. (Demumque
177 † Viuius in suis communibus opinionibus, in uerbo, donatio sub conditione, qui me tacito transcribit omnia, quæ supra retuli, præter Cōnanum, & §. Titio, in prima editione mea tunc
178 non relatos, sed nunc additos tantum. † & hęc conclusio) confirmatur ex eo, quod tradit Angel. in l. fi. C. de don. an. nup. uolens, quòd donatio sub conditione debeat insinuari. Statutumque de instrumento donationis insinuādo in donatione conditionali uerificetur, quæ nō procederent, si ea non esset uera donatio, ut in
179 ferius dicetur. † Et licèt Constantius Roger. in l. Modestinus, ff. eo. sub nu. 24. cum sequen. contrarium teneat, tamen restringi debet eius opinio ad donationem sub conditione, quæ respiciat commodum donantis, secus si casualis
180 sit, ut Angelus loquitur. † Circa uero secundum, quòd mera liberalitate debeat procedere donatio propria, id dubium non habet per dictam l. 1. & legem, num. §. dona. ff. de uer. si. & supra dixi latius in Rubrica. facit lex, rem alienam. ff. de adimen. leg. ibi [*cum in necessitatibus nemo liberalis existat*] iuncta Glossa ibi dicente non donari, quod ex necessitate datur, & bonus textus in l. hoc iure. §. j. ff. eod. ubi confidatur, quòd nullum commodum speret Donator, aliàs est extra causam donationis, quod
Lex Lucius ff. de don. declaratur. 181 tradit. † (At probabile cadit dubium, quid dicendum sit in casu legis, Lucius, ff. eod. ubi Lucius Titius epistolam misit dicens, [*hospitio illo quandiu uolueris utaris superioribus dictis, & his omnibus gratuito. idque te ex uoluntate mea facere hac epistola notum tibi facio.*] Quærit enim Sceuola, an [*heredes eius habitationem prohibere possint,*] & respondet [*secundum ea quæ proponerentur, hæredes eius posse mutare uoluntatem.*] † Accur
182 sius in primis, & cæteri præcarium esse dicunt, & non donationem, quia ex uoluntate sua Lucius permisit, ut alius habitaret: est enim precarium, quod tamdiu durat, quamdiu uult is qui concessit. l. 1. in prin. ff. de preca. & hunc intellectum probare uidetur Didacus Couuaru. Varia
183 rum ressolu. lib. 3. cap. 15. num. 5. † cōsiderans precarium nedum simpliciter, sed, & expressim ad uoluntatem concedentis constitui posse. d. l. 1. & 2. eo. tit. nec eius morte perire, nec extingui donec ab hæredibus reuocetur, unde illa uerba textus [*ex uoluntate mea facere*] speciali quadam ratione perpensa precarij propria natura Didacus interpretatur, id est donec reuocauero, & ideo cōcludit iur. cōsu. hæredes eius posse mutare uolūtatem, quia durabat ut
184 pote per concedentem nō reuocatum. † At Connanus in Commentar. Iur. ciuil. lib. 5. c. 9. col. 5. ab hoc intellectu recedit, nam quàm sit hoc falsum Sceuolam de precario tractare, ostendi potest ex eo, quòd illi, cui conceditur permittitur uti quandiu uolet, ut nō fuerit in potestate concedentis reuocare, quod dederat. Quare uera donatio fuit, dum uiuit is qui donauit, cur autem ex uita eius cui facta est, modum non accipiat, & hæredes donantis nō teneat, putat Connanus id esse propter illa uerba [*idque te ex uoluntate mea facere notum tibi facio*] quibus uerbis non perfectam usufructus seu habitationis donationem, sed permissionē quandam, habitādique licentiam fuisse colligitur, quam ipse numquam reuocaret, de qua sua uoluntate cū promiserit, uidetur liberum hæredibus suis reliquisse, ut eā uel pareretur, uel pcciderent, cū nihil sit ipse de eorū pollicitus uoluntate: nam qui de se tantum promisit, a-
185 liorum non uidetur fidem astrinxisse † Ego uerò, quod in primis negat Connanus precarium fuisse, quia Lucius scripserit [*hospitio illo quandiu uolueris utaris*] periculosum puto, cū nihilominus posuerit esse precarium uerbis illis non attētis, ueluti cōtra substantiam precarij prolatis quæ uitiantur, & non uitiant. l. cū precario. ff. de preca. sicque declarant unanimiter Romanus, & Imo. in d. l. Lucius. quos Conna-
186 nus nō uidit: † non tamen Accursio communique Doctorum Scholæ consentire possum, nam responsum illud Sceuolæ sub Rub. de Donationibus, positum de cōtractu, potius donationis intelligendum uidetur, ut elegāter docet Alciat. in l. 2. uerbo, commodatum. ff. si cer.
187 pet. idque præter eum cōfirmatur: † nam quādo lex habet uarios intellectus, ut est dicta lex Lucius, in dubio debet intelligi secundum illū sensum qui magis conuenit Rubro, secundum Ioan. Andr. in addi. Specul. in tit. de disputat. & alleg. §. fi. Gl. in c. cum monasterium, & ibi Ab. de elect. cum similibus, per Ripam in l. 1. num.
188 14. ff. si cer. petat. † Et licèt Didacus loco memorato conetur huic motiuo replicare, motus ea ratione, quòd donatio perfecta reuocari non potest, plenius insistens, ut per eum, attamen hoc nihil esse facile patet ex intellectu, quem post Imo. ueriorem cēseo: nam licèt ubi traditio perficitur ex actu momentaneo, donatio ex traditione pficiatur, & nō possit ex

penitentia reuocari,iux.l.Aristo.ff.eod. tamen ubi traditio non perficitur ex actu momentaneo, sed ex actu successiuo,ut uidere licet,quādo permittitur alicui habitatio ex causa do-
189 nationis, †nam tunc patientia loco traditio nis est,l.pen.ff. de serui.& quia dietim patientia præstatur,ideo dietim perficere uidetur donationem, meritò cum pro sequenti tempore non censeatur perfecta, potest reuocari per cōcedentem, uel hæredes suos, & hic est intellectus illius textus,qui fallit quando cōcessio habitationis esset facta ex causa remunerationis, ut est casus notabilis, & singularis, in l. Aquilius, eod.tit. ex quo conuincitur ratio Didaci de donatione perfecta non reuocabili,nam re spectu futuri temporis semper erat imperfecta & secundum, quòd concedens pateretur perficiebatur, unde si noluisset ulterius pati,potuis-
190 set reuocare. † Quod negat Connanus,nisi causa iusta mutandæ uoluntatis acciderit, quo casu putat eum qui dedit pęnitere posse,ueluti si ędes in quibus habitabat, corruerint,qd ob terręmotum pluribus euenit Ferrariæ patrię meæ, anno salutis nostræ 1570.mense Nouēbris,& successiue. aute uictæ fiut ab eo, ut iam non habeat ubi habitet,præterquàm in illis ędibus quas sic, ut dictum est,uteudas alij cōcesserat: simillimum enim ueri est non concessurum eum si nullas alias ædes habuisset, apud
191 quas moraretur. † Liberalitatem autem captiosam interpretatio prudentum fregit, ut dicit Papin. in l.cum Aquiliana. ff. de transa. & causa non subsequente reuocationi locus esse poterat ex intellectu prędicto per Imolam considerato.quare concludamus donationem quidem fuisse in casu dictę l.Lucius.uelut ex liberalitate factam. uerum quia non simplex, & absoluta fuit illa liberalitas, sed quousque uellet donator, ob quod imperfecta reddebatur in futurum donatio,quotiens nollet ulterius pati donator eum cui concesfit, habitare:merito reuocabilis est, ut supra declaraui, quod
192 menti teneas,ut pulchrum,& singulare.) † Secunda est Aretini conclusio, quod, ut sit uera donatio, requiritur, quòd non detur ob causam.citat textum in l.fi. C.eo.quæ non probat. (& legem 1.§.1.& ibi Bartolum, ff. eo.ubi de condictione ob causam tractat,sed exemplum proponit Connanus in Commentar. Iur. ciu. lib.7.c.15.col. 2. si dedero tibi centum si mea nauis ex Asia redierit: si uero non redierit,reddas,nam tali casu dedi,ut aliquid fiat,& cōtingat: & quamquam id in tua potestate non sit situm, tamen certè uerum est me dedisse, ut aliquid fiat,quin etiā,ut facias,id est restituas,
193 † Sed hic non uere dicitur contractus esse, cū ue tuo nihil des, neq; facias, sed tantum donatio à me facta rescinditur,& propterea condictio competit,quia ob causam datum est,quæ non obtigit, ucc ubicumq; repetitioni locus est,putandum est unum ex quatuor contracti

Donatio ob causam aliquid sit propriu.

bus innominatis interuenisse,sed aliquid his simile:nec enim gratuitus est omnino contractus, qui non pure fit,sed aliquam ob causam, & propterea similitudinem quandam gerit cū
194 illis,qui ob rem fiunt. † Sed & præter exemplum memorarum ratio) in promptu,quia talis donatio ob causam est quædam species permutationis, l.sed & si lege. §. consuluit, & ibi notat Bal.ff.de peti.hęred. quam permutationem nemo dixerit ad donationē accedere,ne-
195 dum esse ueram donationem. † hæc autē cōclusio uenit declaranda, procedere quando cā respicit commodum donantis, prout contingit in donatione causa remunerādi facta: talis enim causa expressa liberalitatem excludit, po
196 sito,quòd dictum fuerit † pure, mere,libere, & simpliciter donationē fieri,ut reċtè intuenti uoluit Oldra.cons.5. Titius dedit,sequitur Alexan.cons.39.3.dub.uol.4.Dec. in l. si donarione,nu.24. C.de collat.Idemque Soc. sensit cons.53.col.2.uol.1.in responsione ad l.Aquilius, ff.eo.& apertius cons.295.col.pen. uol.2.& cla
197 re ponit Crau.cons.301.col.1.† Secus autem quando causa est extrinseca, nec commodum donantis respicit: tunc enim ueram donationem non impedit.exemplum in donante cētū ex causa dotis, talis enim dicitur donatio ob causam.l.si donaturus. ff.de cond.ob cau.& tamen est mera liberalitas: in nullo enim habet utilitatem dotans mulierem.idemque in donāte alicui, ut domum sibi fabricet, uel emat caligas (hæc enim singula respiciunt, commodum donatarij non autem donantis, ut ad sensum patet, ideo tales causæ donandi ueram donationem non impediunt) ita tradit Ioann.de Pla.Aret.& Ias.in §.sunt pręterea. uers.idem est si quis.infra de acti.Ias. in l. inter eos. col. 2. ff. de re iud.Aret.cons. 17.colum. 5.Dec.in authen.ex testamento col.5. C.de collati.& in l.diuus,col.2.ff.de reg.iur.Craue.cōs. 85.nu.2.& cons.136.nu.1.Tiraquell.in l. si umquam. uerbo, donatione,nu.124.C.de reuoc.
198 dona. († & ex hac differentia causarū surgit utilitas non mediocris:nam nos habemus, q̄ donator habet priuilegium ne teneatur,& exigatur nisi quatenus facere potest, dicta l.inter eos,& l.ne liberalitate.ff.de re iud.ubi textus assignat rationem [*ne liberalitate sua donator inops factus periclitetur*] hęc.n. regula locum habet quando causa respicit commodum donatarij, ut in exemplo dotis. l.si extraneus, & l. pen.ff.de iure dot.nam ex parte dantis,uel promittentis est mera liberalitas, unde nimirum si habet istud priuilegium, ut non exigatur, últra quam facere possit,ut ibi dicitur, & decla-
199 rat Ias.in dicta l.inter eos.col.2. † sed quādo causa respicit commodum donantis, ut in remuneratione contingit & id genus, tunc quia non est mera liberalitas, merito cessat illud priuilegium, & donator in solidum tenetur, taliqúe casu debent intelligi, qui regulam

regulam prædictam limitarunt, ut Angel. in l. sed hoc ita.ff.de re iud.Alex.in l. sunt qui.col.2. eo.tit.& in l.non tantum,col.fi.Roma. conf.26. col.4. nbi Horatius Mandosius Romanus in ad ditionibus concordantes allegat,uidelicet Pla team hic, Andream Sicul. cõsi.28.col.2.consilio 41. colum. 5.uolum. 3.& in tract.de præstan.Card. par. 1.q.3.sub num. 17. Iasonem in l. ex hoc iure,colum.antepenul.uersi.septimus effectus .ibique Claud. Aquensis,col.pen.ff. de iust.& iu . Idemque Ias. in l.si non fortem .§.libertus.col.6.uers. 16. effectus,ff.de cond. ind.& in dicta l.inter eos . colum. 2. & cum prædictis etiam concordat Viuius in suis communibus opinionibus,in uerbo,Donator habet priuile-
200 gium.† & per hoc infert, quòd si donator diceret se non habere nisi prædium,ex quo percipit alimenta, & non ultra, & ob id à præstanda donatione se excusaret, donatario asserenti cõtrarium incumberet onus id probandi, iux.doctrinam Glo. notabilis in l. cum de lege.ff.de prob.quam plerique sequuntur, ut Bald. cons. 60.uol.4.Roman.cons.222.& cons. 276.in fine ibique Mandosius Romanus alios cumulat cõcludens, quòd est omnium communis opinio sicut etiam testatur Cur.iun.cons. 150. col. 5.

Intellectus Gl. l. cũ de lege. ff. de probat.

201 †dicunt enim Doctores post illam Gl.q si hęres ostendit inuentarium de bonis defuncti dicens tot esse bona in hæreditate, & non plura, si creditores, uel legatarij uolunt dicere plura esse bona,id probare dẽnt,quare sic in proposito nostro Viuius argumentatur donantem subleuari,si dicat hoc tantum habeo uix meo uictui sufficiens, & non plus,quòd si donatarius longe plura donatorem habere, onus id pro-
202 bandi ad donatarium spectare. †Diligentius tamẽ aduerti debet super hac illatione Viuij: nam Gl.in dicta l.cum de lege, non ita passim procedit, sed quando præsumptio concurrit pro negante, dicenteque plura non esse bona prout contingit in exemplo memorato facti inuentarij solemniter, ex quo surgit præsumptio pro hærede, quòd plura bona nõ sint in hęreditate:aliàs sequeretur,quòd hęres sub traxisset bona hæreditaria, quòd delictum nequaquã præsumi debet.l.merito. ff.pro soc.sicque concludunt Imo.& Moder. in l. si constante.in prin.ff. sol.mat. & Ias.in l.fin.§. licentia. col. 2.C. de iure delib.,sentiẽs esse secus cessan
203 te præsumptione pro negante † Et hanc opi. latius confirmat Didac. Couuar.Variarum resoluti. lib.2. cap.6.sub.nu.4. Demumque Gabrielius Romanus in suis communibus conclusionibus libro 1.de probati.conclus. 7. ubi post infinitos cumulatos secutos Glossam prędictam,restringit eam ad illum casum quando pro negante staret aliqua præsumptio, uel in
204 uentarij confecti, † uel alia secundum Fel.in c.ad aures,col.4.de rescrip. Claud.Aquen.in l. si cõstãte,col.5.ff.sol.mat.& in l.decẽ.ff.de uer. obl.Sigis.Lofred.cons.32.col.7.Soc. Iun.consi.

26.col.2.uol.2.Alciat.in tract.de psũ.3.regula. præsum. 20. quę cum ita sint, dubia uidetur in tẽtio Viuij remanere circa casum nostrum de donante, dicente plura bona nõ habere præter talem fundum,cum pro eo non concur-
205 rat aliqua præsumptio sic esse suadens. † Bene uerum est, quòd Curt.cons.27.nu. 22. uers. sed contra.simpliciter illam glossam probauit, dixerint alij quicquid uoluerint, & sic siue pro negante subsit præsumptio siue nõ,& idem uoluit Herculanus in tract. quis teneatur probare negatiuam.nu.256.sed tamen à priore sententia Imolæ,Iasonis, & sequacium non rece-
206 do:licet enim dictus Herculanus † pro se citet Ripã in c.cũ ecclesia Sutrina, nu.83. de cau. poss.& pro. tamen Ripa tenet oppositum adducens, & Alexandrum in Rub.ff.de oper.no. nun. & credens id esse uerum,aliàs redderetur elusoria quasi regula qua cauetur, quòd fundans se in negatina tenetur eã probare.l.hoc
207 iure. l.in illa.ff.de uerbor. obli. † & ad dictũ Curtij respondet Curt.quòd est magnum uerbum apud iudices ignorantes, quasi dixerit prudentes,& peritos illud curare non debere. Altero tamen ex duobus modis arbitror intẽtionem Viuij defendi posse,si dicamus & pri
208 mo, † quòd ubi uersaremur in dubio, numquid donans aliud haberet quam quod allegat, & negat ultra quicquam habere, quia diuitiæ non insunt à natura. Quis enim nascitur nudus, ntique sic negans dicetetur habere præsumptionem naturę pro se,merito uideretur esse subleuandus, & aduersarius onerandus in probando plura extare bona. sicq; declarat & in hoc bene satis Herculanus, loco memorato, limitans nisi quandoque bona habuisset, quia adhuc præsumeretur habere, sed nos in dubio loquimur, & alio non appa-
209 rente. † Secundus modus est, quod ubi negans sustinet partes Rei, tunc ei sufficit dicere quòd bona non sufficiunt, nec aliud tenetur docere: licet secus esset, si esset actor ita declarando Glossam in dicta l.cũ de lege, ponit Cas. in l.Meuia. §. finali, ff. solu. mat. Imola in Rubri. ff.de oper. no. nunc.Soc.iun.consi.26.col. 3.uolum. 2. & Gabrielius Romanus loco citato,num.14.sed in casu nostro donator, est reus,quoniam ad rem donatam conuenitur, & ille quo se defendat,nec teneatur ultra quã facere possit, allegat tantum habere, & non ultra, quod uix ei sufficiat, igitur ei credendum si aliud non probetur.† Non prætereo
210 tamen, quòd Alexan.in Rubr. ff. de oper. no. nunc. colum. 12. & in dicto §. licentia; sicut& Ias. consi.34.colum.5. uolum.1.confutant hãc differentiam inter actorem et reum, quia quilibet probare debet negatiuam, quando est fundamentum suæ intentionis, sine sit Reus,
211 siue sit actor, ut per eos. † Sed tamen adhuc sustineri potest præcedens opinio Castrensis, & sequacium per ea quæ ponit subtiliter,

ter, & egregiè Ruinus in d. Rub. de oper. no. nu. 51. ubi dicit, quòd aliquando rem non extare est causa defensionis alicuius, aliquando uero est causa actionis consequendæ. primo casu si non constat, quod apud eum fuerit, tūc eo ipso quòd quis dicit rem non esse apud eum, est pro
212 bata, & fundata intentio sua. † ita loquitur Glosa in dicta l. cum de lege. nam hæres ibi allegabat ad sui defensionem res tantas nō extare ad hoc, quòd falcidia salua penes eum remaneret, quo casu creditur sibi. Et ita declarat illam Glosam Bartolus in l. si quis ex argentarijs. §. penult. ff. de edend. quem citat Ruin. dicens hoc esse menti tenendum, quia numquam audiuisti, si aliàs ab eo non audiuisti, sicque dicit saluari posse, quod dicunt Castrens. & Imola de Reo negante. negeat enim ad suam defensionem, non aūt ad finem actionis consequendæ. sic enim & in casu nostro dici potest ad unguem, quòd donans conuentus ad tradendū, quod donauit negans plus se habere, quā, quod allegat, id ad sui defensionem dicit ne teneatur ultra quam facere potest, non ut actionem sibi comparet. ergo dicitur probata intentio sua, si
213 non probat ex aduerso contrarium. † Ad illud uero, quòd reus probare debet negatiuam quando fundamentum est intentionis suę, dico id esse uerum si actor probauit intentionē suā puta creditum mutui, uel uenditionis: debet enim reus probare solutionem, uel pactum de non petendo sibi factum quibus medijs negat se debitorem, si uult absolui: sed si actor nō probauit, ut in casu nostro, donatarius petens donationē, ex quibus deducto ne egeat satisfacere possit. utique licèt donans non probet negati. nam quam alleg t, plura non extare bona quæ præstare possit deducto ne fame pereat; debet absolui per regulam legis, qui accusare. C. de eden. ubi dicitur, quòd actore non probāte reus absolui debet, licèt ipse nihil pręstiterit, & ita
214 in hac re concludo funditus declarata) † Tertia succedit ex Aretino conclusio, quòd ut uera sit, & propria donatio, requiritur, quòd sit libera, hoc est, quòd donans non sit obligatus ad donādū aliquo uinculo inducente actionē, uel impediēte repetitionē, quæ posteriora uerba uerificari possūt in debito naturali ex pacto nudo: id enim dicitur naturale, ut tradit Bartol. in l. 1. ff. de condic. inde. num. 15. & in l. cum quis. num. 16. C. de iur. & fac. ignor.

Debitū naturale ex pacto an īpediat donationem.

215 † Quòd autem repetitionem impediat, probatur in l. Iurisgentium. §. igitur nuda, & sequenti. ff. de pact. in l. si id, quod. ff. de condic. inde. ibi [*repetere non poterit, quia naturale agnouit debitum,*] & in l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiuss. ibi [*cum pecunia soluta repeti non pōt*] similiter prædicta uerba uerificari possunt in pluribus casibus, in quibus dicitur debitum naturale, ut in legato minus solemni, in eo, quod per legem Falcidiam defalcatur, in absoluto per sententiam, ut tradit Glo. in dicta l. j. & in dicta l. cum quis. atque utrobique passim
216 Doctores † dicentes, quòd debitum naturale impedit soluti repetitionem, nisi errore facti probabilis solutio processerit, ut tenet Glossa Bar. Ang. Salyc. Alexand. & Ias. num. 23. in dicta l. prima. In hoc ergo debito naturali uult Aretin. hic non cadere ueram donationem:
217 († nec immeritò quidem. quoniam naturæ uis potens est, & ad aliquid semper suadet, & impellit, ut non libere quis agere dicatur, quod dictante natura faciat, unus de multis esse testis potest Orestes, de qua meminit Connanus in Commentar. Iur. ciuil. libro 1. capitulo 1. colum. 5. quem maternæ cędis conscientia tamquam tædis ardentibus ad furorē
218 usque perduxit. † Testis Bessus quidam, ut est apud Plutarchum, qui cum patrem suum clam necasset, uixissetque multos annos postea sine ullius criminis suspicione, quadam forte die proficiscens ad cęnam, quo fuerat ab amicis inuitatus, nidum hirundinum qui pendebat in uia, baculo diruit, pullosque qui inde exciderant pedibus conterens, ad unum omnes occidit: de quo reprehensus ab ijs qui tum adstabant uicinis, quòd crudele, & inhumanum uideretur in innoxias animantes nulla de causa sæuire, nimium diu inquit, falso me accusant paterni parricidij. quo audito illi eum detulerunt ad Regem, qui re diligenter quæsita, & probata, meritis
219 Bessum supplicijs affecit. † At non erant illæ hirundinum uoces, sed naturæ, quæ instabat quæ urgebat, quæ hæc illi duo uerba suggerebat assidue, Quid egisti, ut ne punctum quidem temporis respiraret a metu, quare bene consonat, ut pręmente debito naturali non dicatur uera donatio, quæ ob illud præstatur.)
220 † Decius tamen in l. donari ff. de regulis iuris, tenet oppositum per illum textum ibi [*nullo iure cogente*] quæ uerba si propriè sumantur, ut sonant, uidetur, quòd etiam naturalis obligatio tantum non impediat donationem, quia talis obligatio non parit actionem, dicto. §. igitur nuda, & per consequens taliter obligatus, soluendo non dicitur inuitus soluere, cum ad id cogi non posset, quo fit, ut uere dicatur donare ex intentione illius textus, & hæc est uera interpretatio illius regulæ, prout ibi subdit Cagnoli si in sole; ut aiunt, nolumus caligare: nam illa uerba, nullo iure cogente, respiciunt, & determinant actum concessionis, & solutionis, non autem retentionis, & sic modò non cogatur, & necessitetur quis soluere, prout contingit in obligato naturaliter, inducitur
221 uera donatio. † Secundo præter istos adduco textum in l. si legatus, in fine ff. ad Treb. ubi loquitur de quarta Trebellianica, quæ est debita naturaliter fideicommissario, ut tradit Bar. in dicta l. prima, & in dicta l. cum quis, & Iason utrobique, Imo. in ç. fi. nu. 2. de solutio. & tamē

dicit,quòd [*plerumque donata est*] à Principibus integre fideicommissum soluentibus. quæ uer-
222 ba in dubio uidentur propriè sumenda,† sententia tamen Aretini certior est & magis recepta,quam tenet Glo.Alberi.& Guil.Mayner. in dicta l. donari. Ioaun.Andr.Card.Abb. Et Imo. in Rub.extra eo.tit.(unde Berous cons.56.nu
223 me.1.uol.1.† considerando donationem dixit eam esse quando datur aut soluitur omni iure indebitum) fundatur primo secundum omnes , & Aretinum hic,in l.hoc iure.§.si quis ser
224 uo.ff. eo.† seruus enim qui naturaliter dumtaxat obligatur,l.naturaliter.l.si id quod. ff. de cond.inde.l.nec seruus,& ibi not. ff.de pecul. si pecuniam sibi creditam liber factus soluerit,nō erit donatio,sed debiti solutio,dicit textus, ergo patet,quòd debitum naturale impedit ueram donationem, & ita ad hoc notāt illum tex
225 tum Roman.Castr. & Cumanus ibi.†Non obstat solutio Decij ad illum textum,quia constituere differentiam inter debitum naturale serui causatum ex recepta pecunia, & causatū ex pacto tantum , ut ipse facit, est differentia uerbalis & diuersificare factum (nec reddere rationem diuersitatis , quod non sufficit, ut per gl. in l.sed & si lege.§.item si rc.in uerbo,habeant. ff.de peti.hæred.Crott. cons.124.nu. 15.) cum nōn magis primo casu quā secūdo seruus obligetur.sicut ergo primo casu soluendo non do-
226 nat,ut ibi. pariter nec in secundo. † Secundo pro hac sententia deduco textum à contrario sensu in l.cuius per errorem,ff.de reg.iur.qui talis est, cuius per errorem dati non est repetitio eius consulto dati non est donatio,sed naturale debitum,si per errorem datur,non repetitur ut per Gl.Bart.& omnes in d.l.1.ergo eius con
227 sulto dati non est donatio,† Tertio pondero textum in l.fideiussor.§.fideiussor.ff.de fideius. ubi qui pecuniam recipiunt à naturalibus debitoribus , intelligi possunt debitum sibi recepisse, quasi dicat non donum , ut ibi ponderat Castr.Quartò accedit textus in l.munus. §. dona.ff.de uer.si.ibi [*dona propriè sunt quæ nulla necessitate iuris, sed sponte præstantur*] quæ uerba includunt etiam necessitatem uerecundiæ , ut pote
228 generalia,& negatiue prolata.†Talis enim necessitas uerecundiæ à iure consideratur,l. pecuniæ,in fi.ff.de ali.& cib.leg.ubi Bar. dicit, quòd non solum nos astringit obligatio ciuilis & naturalis,sed etiam uerecundia, ita ꝙ à pari procedunt.sequitur Alex.cons.83. col. 3. uol.5. lo-
229 quens in mercatoribus † Quibus est uerecundia fidem nō seruare (unde Bal.in c.si pro debilitate,de off. deleg.scribit bonam fidem in his ualdè requiri , qui plurimum negociantur,& Gl.in l.à procuratore.C.manda.dicens nil melius bona fide pro bonis mercatoribus.à Baldo notatur,& cōtra falsos mercatores, qui fugam cum pecunijs alienis arripiunt,& ideo Benuenutus Stracca in tract. de mercatura, secunda
230 parte.num.10.† dicit eleganter. Quæ placue

Verecūdia consiberabilis i iur.

rūt, seruēt mercatores,& à cauillationibus sint alieni, ne ue Traces imitentur, qui pactis cum hostibus aliquot diebus inducijs , nihilosecius noctu populabantur agros hostium, cumque quererentur aduersarij tamquam inducias illi uiolassent, responderunt nihil præter pacta fecisse: dies enim pepigisse, noctu uerò tantum
231 incursasse.† unde netus illud Adagium [*Tracium cōmentum*] aduersus eos , qui pactiones eludunt callido commēto,hæc pactio induciarum per aliquot dies,& ad noctes proculdubio referebatur,c.j.in uerbo,post occasum solis.ubi & hoc not. Butri. de treu. & pa. sequitur plenius Tiraqnell. de utro.retra.titulo de retra. li-
232 gnag.§.1.num.9.† Et generalius de alijs loquens)idem tradit Bar.in l.Quintus, ff. mand. ubi quòd aliqua uerecundia subest in nō seruādo,quod nudo pacto promissum est.idem Cor. cons.81.col.3.uol.1.Ias.in l. si pœnam.ff.not.3. de uer. obli. Alex.in addi.Bar.in d.l. Quintus , & Iulius Ferrettus in trac.de fide seruanda,nu.
233 13. † hinc si fideiussor soluit, quod pacto nudo promissū fuit à principali, repetere potest ab eo tantundem , & excusatur, licèt exceptionem pacti nudi non opposuerit,ex quo erat uerecūdia,& pudor eam opponere:ita Salyc.in l. placuit.C.de iudi.Iason in l.iurisgētium.§.sed cū nulla,limit.3.ff.de pact.& in l. fideicommissum.ff.de cond.ind. Abb. cons. 60.col.1.uol.1.
234 Craue.cons.6.nu.82. † (pariq; modo uidemus uerecundiam operari ne fiāt fenestræ quibus Moniales intra clausuras monasterijs uideri possint.cap.1.& ibi Gemini. de sta. regul.li. 6. sequitur Bero. consi. 135.num. 10.uol. 3 .
235 †) hinc quoque uidemus magis in terminis nostris, ꝙ si mos sit in ciuitate , quòd mariti prinsquam ducāt uxores in domum propriā , mittant iocalia , & uestes, & non mittēti sint uerecundia,tunc si maritus mittat,non dicitur donare, sed necessario facere , ex quo facit ob pudorem.Ita Anch.cons.181.Decis. Neapolit. 314.nu.9.(& Ioann.Lupus in Rubr.de dona.inter uir.& uxor.§.6.nu.8.& 9.citans insuper Iasonem in l.rogasti.§.si tibi.col.3.uer.item dum
236 Gl.ff.si cer.per.† & quia non mittendo dicta iocalia uiolaret maritus cōsuetudinem, & per consequens esset redarguendus apud bonos,& graues uiros, morem enim sequēdum dicitur in c.quæ contra morem,8.distin.& qui facit ob pudorem uerecūdię, dicitur facere necessario.
237 dicta l.pecuniæ.† nec fieri posse creditur id , quod læderet uerecundiam, uel offenderet bonos mores.l.filius.ff.de cond. insti. Si ergo ista missio iocalium uel ornamentorum fit ex quadam necessitate morum, non est præsumēda donatio, quia in necessitatibus nemo libera-
238 lis existit,l.rem legatam, ff.de adi. lega.)†nec mirum si tales effectus pariat pudor, & uerecundia,cū & aliū paria, nempe,quòd loco penę subrogatur, & extingit culpam. c. cum dilecti. de accus. ibi [*pudore punitus*] & in specie notat

notat ibi Ioann. de Ana. Parisque de Puteo in
tract.Syndicatus,in materia officialium,in uer
239 bo,remissio. † Sicut & alium producit effe-
ctum, uidelicet pudicitiam:pudor enim & ne-
recundia comes est semper,& custos pudicitiæ,
ut primum affirmat Diuus Ambrosius,officio-
rum lib.1.secundum Glo.in l.ita nobis,in prin.
240 C.de adulter.atque ob id †Ouidius pudorem
castum nocat,libro 1. de arte amandi, felici-
ter & facunde dicens [*ille locus casti damna pudoris habet*] quæ,& plura id genus tradit Tiraquellus
in libro suo de legibus connubialibus, octauo
lib.nu.118.ex quibus concludēdo sequitur sol-
uentem debitum naturaliter nō propriè dona-
re,cum ad id eum pudor impelleret,& uerecun
241 dia traheret. † Quinto adduco textum in l. 1.
C.ad leg.fal. ibi [*non uidetur plus debito soluisse*] si
ergo soluit debitum,& non plus, nō dicitur do
nasse.Nec uis fieri debet in uerbo,uidetur,quod fi-
ctionem denotat, ut ad illum textum conside-
rat Imo.in l.si patronus.ff.eodem. Fulg.in l. cū
242 quis.C. de iur.& fac.igno.†Quia quando uer-
bum,uidetur, profertur à lege, denotat ueri-
tatem, nisi subiecta materia aliud dictet. Bart.
in l.si is qui pro emptore.ff. de usuc.probat tex.
& ibi not. Ang.in l.3.§. ex contrario,ff. de acq.
poss.& ita respondet Iason Imolę & Fulgosio in
dicta l.cum quis.nu.6.Sexto ad idem cito textū
in l.si sponsus. §. fin. ff.de don. int. uir. & uxor.
243 † Vbi si fideicōmissum sine detractione quar-
tæ soluatur, quæ similiter est debita fideicōmis
sario naturaliter(secundum Glossam,Bar.& Do
ctores communiter in l.1.ff.de cond.ind. & in
l.cum quis.C.de iur.& fac.ignor.Rui.cōs.159.
nu.22.uol.3.) dicitur [*magis pleniore officio præstandæ fidei functum soluentem maritum quam donasse*
244 *uideri*] & rectam rationem †huic sentētiæ Cel-
sus adiecit, [*quòd plerique magis fidem exsoluunt in hoc casu quam donationem*] (nec id mirum: nam
Connanus eleganter in Comment. Iur. ciuil.
lib.1.cap.1. cap.6.col. 3.duplicem naturam in
iure naturali constituit æquitatis unam, utilita
tis alteram,quarum priorem sequēdo, quæ rei
245 nostræ famulatur, † illa spectat hoc unum,
ut sãctè,ut piè,ut iustè uiuamus, item ius illius
dicitur ius naturale uerè,& propriè, quòd illud
ratio naturalis cuique præscribit,estque ęternū
& sibi perpetuo constans, ex quo ceu Fōre ma-
nant ea præcepta quæ nos inuitant ad iustitiā,
in quibus sunt illa,quę Vlpianus refert in l.iusti
tia.ff.de iust.& iu.honeste uiuere, neminem lę-
dere,suum cuique tribuere, quæ omnia dirri-
guntur ad eam quæ delapsa de cęlo est regulā,
Alteri ne feceris, quod tibi fieri non uis.hac e-
nim regula, & iudicio ab eo constituto, iusti
ab iniusto distinctio traditur, qua sublata tolli
tur omnis ratio uitę degendæ & ea seruata, ab
æquitate non possumus aberrare. quare cum
pie uiuere, suumque cuique pręstare tendāt ad
fidem placitorum seruandam) patet, quòd so-
lutio debiti naturalis non inducit donationē,
merito Bal.in d.l.si sponsus.§.fi.infert,quòd nō
246 eget insinuatione. † Septimò pondero tex-
tum in l.cum amplius.§. is natura.ff.de reg.iur.
cuius hæc uerba sunt, [*is natura debet, quem iure gentium dare opportet*] pondero uerbum oppor-
tet,quod necessitatem importat.Bar.& alij,in l.
1.ff.de iust.& iure. (Ias.in l.si quando,nu.25.C.
unde ui. & ut regulare ponit Aldobrā. sup. in
proœ.num. 25.) si enim in tali debito cadit ne
cessitas iuris gentium, ergo non est uera dona
tio,quæ nulla necessitate iuris præstatur. dicto
247 §.dona. † cuius iuris appellatione, ius quoq;
gentium uenit.l.pen.in princ.ff.de iust. & iure,
& ideo Ferrarius ibi forsan hoc considerans di
cit, quòd qui natura debet arctissimo uinculo
est abstrictus. Octauo adduco textum in l.1.C.
de impo.lucra.descrip.lib.10.ubi in his quæ re
linquuntur descendentibus [*sub liberalitatis appellatione debitum naturale persoluitur*] dicit tex. &
[*debiti potius solutio, quam muneris ablatio comprobatur*] ibi ergo est tex.quòd solutio eius, quod na
248 turaliter debetur,non est donatio:†hæreditas
enim parētum,de qua loquitur ibi,naturaliter
filijs debetur.l.scripto, in fi. ff. un.lib.l. cum ra-
tio,in prin.ff.de bo.damna. (quod etiam confir
mat Connanus in Comment.Iuris ciuil.lib. 10.
cap.6.col.6.qui filios suos hæredes ideo appel-
lari dicit post Iustinianum in §.sed sui,infra de
hęr. qual.& diffe.quia domestici hæredes sunt,
& uiuo quoque patre quodāmodo domini exi-
stimantur, hocque sui nomen ductum est à pa-
tria potestate,cuius ratione pater, & filius eadē
persona censentur esse, ut quicquid quærat fi-
lius,patri quærat, & quæcumque sunt patris,
debeantur lege naturæ filio,sic ut & uiuo patre
dominus censeatur, nec morte patris ad eum
transferri dicatur bonorum dominium, sed cū
eo continuari. l.in suis. ff.de liber. & posthu.)
249 † Et ideo Speculator in tit.de dona.uer.quid
si pater.& Bal.in l.illud,col. 3.uer, 3.quęritur.C.
de sacrosan. eccl. (paulo tamen strictius loquē
tes dixerunt,) quòd donatio facta filio in prę-
mium emancipationis usque ad legitimam,nō
indiget insinuatione,quia est potius solutio de
biti naturalis quam donatio.Licèt idem Bald.
in l.data.C.eo.contra dixerit & malè per textū
250 in d.l.1. † & ex hoc declaratur opinio Docto-
rum cōmunis in l.ut liberis.C.de coll.ubi Cyn.
Bar.Castr.D.meus Riminald.Alex.& alij. Bald.
in aut. ex testamento. col.3.eo.titulo, & in l. si
mortis.C.ad l.fal.Bar.in l.cum opportet. §.cum
autem.C.de bon.quæ lib.Crau.cons.85.num.2.
Tiraquellus in l. si unquam.uerbo donatione,
nu.125.C.de reno.dona.qui dixerunt talem do
nationem esse simplicem, licèt dicatur in præ-
mium emancipationis, cum pater potius dēat
251 præmiari quam filius,† nam talis opinio Do-
ctorum debet intelligi quatenus illa donatio
transcendit legitimam:secus usque ad eam secū
dum Speculatoré, et Baldum, de quibus supra.
(non omitto tamē,quod Are.cons.17.nu.7.Arius

Donatio filio emancipato usque ad legitimam an idigeat insinuatione.

Pinel-

Pinellus in l. 1. sub num. 62. uersic. infertur 29. C. de bon. mat. in 3. parte, quem sequitur Emanuel Suarez. in thesauro recepta. sententiarum, uerbo donatio, quæ a parentibus, num. 207. ab opinione prædicta recedunt existimantes uerã esse donationem prædictam parẽtum in filios, & insinuationem requirere, per l. data. C. eod.
252 †Et ad l. 1. C. de impo. luc. descrip. respondere conatur particulariter ipse Pinellus, quòd illa uerba scribantur ibi ad euitãdum odiosam exactionem impositam acquisitioni ex causa lucratiua, a quo onere eximuntur succedentes ascẽdentibus, uel ab eis donationem accipientes. Itaque ad alios terminos id trahi non debet.
253 †Sed ex hoc illum textum non resolui, liquido constat, si rationem suam cõsideremus, quã ponit Imperator dicens, [*in tam enim necessariis sibi coniunctisque personis sub liberalitatis appellatione, debitum naturale persoluitur, & debiti potius solutio quam muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis ipsa propinquitatis serie deferuntur*] Si textus ergo negat illam impositionem descriptionis lucratiuis, non habere locum in relictis illis, uel donatione factis descẽdentibus, quia debitum naturale potius soluitur, quam sit muneris oblatio, patet cum negare illam esse ueram donationem, quæ a debito naturali dependet, nec in ea debet habere locum solemnitas insinuationis, quæ pro uera donatione in-
254 uenta est, †& l. data. C. eo. declaranda uenit, ut procedat extra legitimam, ut iura iuribus concordentur. l. 1. C. de inoffi. doti.) Et tenendo hanc partem non obstat textus in dicta l. donari, inductus ut per Dec. & Cagno. non enim ponitur ibi uera donatio, ut dixi in Rubrica.
255 †Præterea dico, quòd si illa uerba [*nullo iure cogente*,] propriè sumenda sunt, magis propriè sumentur, si comprehendant non tantum ius cogens mediante utroque uinculo ciuili, & naturali, uerum etiam altero tantum, ut naturali, argumento eorum, quæ contra Iasonem tradit Cur. Iun. & Sapia, in rub. ff. de iur. om. iud. in ea quæstione, numquid appellatione iurisdictionis intelligatur etiam de delegata, cum potissimè, in debito naturali ius gentium, & uerecun-
256 dia cogant, ut supra ostendi.† Ad textum in dicta l. si legatus in fine, responde, ut ibi per Alexan. & Lancellotum Decium in dicta l. eum qs, quòd id uerbum donata, ratione subiectæ materiæ debet intelligi de impropria donatione habito respectu, quòd erat indebitum ciuiliter sicut etiam impropriè capitur donatio in l. si
257 uno. ff. loca.† Quarta succedit Aretini cõclusio, quòd donatio antidoralis seu remuneratoria est propria donatio, circa quam ne procedamus in æquiuoco. sciendum est donationem remuneratoriam esse illam quę fit ob beneficia recepta. l. Aquilius, & ibi notant omnes. ff. eo. cum enim omnis creatura moueatur ad beneuaciendum ei, qui sibi benefecit, & talis obligatio ex instinctu naturæ procedat, ut inquit gl. notab.

Donatio remuneratoria an sit propria donatio.

in l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hære.
258 †sentiẽs & brutis animalibus hoc conuenire quatenus loquitur de omni creatura, quod clare tradit Nicolaus de Neapo. infra de obliga. §. 1. Castren. Ias. & Claud. Aquens. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure, & ex pluribus Autorum exemplis confirmat Tiraquel. in l. si umquam. uerbo donatione, numero 56. C. de reuocan. donatio. sequitur eum, qui mouetur ad benefaciendum benefactori suo, quicquam sibi donãdo, donationem remuneratoriam exercere, (& ultra glossam in dicto §. consuluit, con formis est alia, licet paulo concisior, in l. donari. ff. de regu. iur. ubi pariter Alber. Dec. & Ca-
259 gnol.) Secundo considerandum est, quòd ad hoc,) ut inducatur hæc donatio, meritorum mentio fieri debet saltem generalis, a donante, si non est de personis prohibitis donare. ita tradit Bart. in l. si forte. in fi. de castr. pec. quem sic intelligit Dec. consi. 20. consi. 366. col. pen. & in l. si donatione, num. 19. C. de colla. Paris. consil. 88. colum. fi. uol. 3. Cur. Iun. consi. 142. nume. 4. licet Socy. consi. 295. uol. 2. contra senserit, cuius rationibus Dec. respondet in dicto consilio
260 20. †Si uero sumus inter personas prohibitas donare, ut inter patrem, & filium in potestate, ut inducatur donatio remuneratoria, de meritis omnino constare debet, quæ siquidem appareant, in causa sunt, ut donatio facta, remuneratoria præsumatur, quantuncunque simpliciter facta fuerit absque ulla meritorum expressione, ut est casus, & ibi not. Bar. & cæteri, in l. si uero non remunerandi. §. in de Papinianus. ff. man. Idemque tradit Bar. in l. si tibi, §. si pactus. ff. de pact. in l. 1. §. nec castrense, colum. fi. ff. de colla. & in d. l. si donatione, ubi Dec. post alios. colum. 3. dicit esse communem. Idemque ponit Ang. in dicto §. consuluit. in fi. Grat. resp. 94.
261 nu. 17. uol. 1.) Sed si de meritis aliter non cõstaret, ex eorum assertione non inducitur, quia confessio inter personas prohibitas non ualet nisi ueritas probetur. l. qui testamentum, ff. de
262 proba. †Et quia quotiescunque assertio fit a persona prohibita, quæ nõ potest libere talem actum facere, nisi concurrente eo, quod asseritur, suspecta redditur, & in fraudẽ legis emanata dicitur talis assertio, ita quòd ei non creditur, dicta l. si forte. quam ad hoc ibi not. Bar. ff. de castre. pe. Idemque tradit gl. Bar. Alex. Ias. D. meus Riminal. & abunde Dec. in dicta l. si donatione. num. 18. ubi cumulat infinita consilia,
263 quibus addo Guid. Papæ deci. 95. †Bertrandus late qui dicit esse communem, consi. 135. col. 2. & consi. 206. colum. 4. uol. 1. Soc. Iun. consi. 77. nume. 57. uolum. 1. Craue. in tracta. de antiq.
264 temp. in 1. parte, nume. 63. † (Iacob. Henricmanus, consi. 7. nume. 25. Alex. consi. 43. col. 2. uol. 4. Dec. consi. 20. col. 2. consi. 366. col. pen. & consi. 526. col. 1. Ias. consi. 554. uol. 2. Rip. resp. 9. col. 4. in 3. par. Rolan. à Valle, consil. 98. num. 53. uol. 1. hinc eleganter Ioan. And. in add. Spec.

Assertioni merito rũ quando stet.

sub

sub Rubr.de reb.eccl. non alie. ponit quæstio-
nem de prælato, qui non potest donare res ec
clesiæ, potest tamen remunerare iuxta seruitij
meritum.c.ad hæc.c.relatum, de testa. & deci
dit non credi prælato asserenti subesse merita
265 propter quæ donauit. † ut enim subdit Ioa.
Andreæ quotiens aliquid ex causa permittitur
non est occasio sumenda pro causa. c.solitę,de
maio.& ob.l.famosi.§.1.ff.ad l.Iul.mai. sed ue-
ra sufficiensque causa præcedere debet. Sequi-
tur Alc.cons.101.uisis instrumentis.col.3. uer
sic.præterea dato. uol. 1.ubi citat alios cócor
266 dantes. † sed præter eum potest adduci Bart.
in aut.si quis in aliquo,circa fi.C. de eden. ubi
dicit, quòd si pręlatus in alienatione rei eccle
siasticæ dicat se uendere præcedentibus legiti-
mis tractatibus,& habita licentia Episcopi, il-
la uerba non faciunt fidem, quòd præcesserint
tractatus,& habita fuerit licentia.sequitur Nat
267 ta cons.352.nu. 5. † & generalius quã in præ
lato prohibitus alienare, uel se obligare, non
potest confitendo alienationi, uel obligationi
causam præbere.Bal.in c.fi.col.2. uer.in contra
rium, de confess.per l. cum hi.§.sed eum lis.ff.
de trans.Idemque Bal.cons.496. tenore litera-
rum.col.fi.uol.1.per.l.cum quis decedens.ff.de
leg. 3. sequitur Tiraquellus de legib. connu.
268 in uer. contracter. Glo.3.num. 108. † Et cũ
prædictis etiam concordat Senatus Pedemon
tanus decis. 172.num.7.ubi post Nattã,de quo
supra, dicit non esse credendum alienáti, licèt
sit pater,rem regulariter alienari prohibitam
& certis casibus permissam,quòd ob ęs alienũ,
uel in casum permissum alienauerit, additque
pariter eundem Nattam in repet.aut.quod si-
ne.quæst.10.C.de testa. per textum optimum
in d.l.qui testamentum,ff.de prob.Rodericum
Suar. in l.1.titulo de las gananses,nu.29. Crot
tum cons.129.nu.2. & Bellonum consi. 16. nu.
2.uers.& in prohibitis.quare sic & in proposi-
to nostro dici debet assertioni meritorum nõ
esse deferendum inter personas quæ libere do
269 nare non possunt) † Adeoque hoc procedit,
quòd etiam si talis assertio meritorum fuerit
specialis,nihilo magis ei statur,ut uoluit Gui.
de Cun. Cy.& Alber.in l.fin.ff. de exer. ac.Bal.
in l.si tibi,col,fi. ff.si cer.pet.Alex.& Dec. in d.l.
si donat one, latè Tiraquell. in d.l. si unquã.
uerbo, donatione,nu.77.Licèt Bal.in dicta l.fi
na.& in l.illud.4.q.C.de sacrosan.eccl.contra-
rium uelit. de quo plura Capitius, nil tamẽ fir
270 mans, Decis.23.col.3.& 4. † Idque etiam pro
cedit si talis assertio fuerit iurata, nõ enim per
hoc inducitur probatio meritorum, nec dona
tio remuneratoria, prout contra Bal.latè tra-
dunt Alex. & Dec. in dicta l. si donatione,nu.
25. latissimè uerò Tiraquell.loco citato,num.
79. Ioannes de Amicis, cons. 31.nu. 8.quam
uis Baldum sequatur Grammati.& male,Deci.
271 73.num.10.† nisi forte talis assertio uerisi-
milis sit,uel aliam pręsumptionem iuris pro se
habeat: tunc enim ei statur absque probatio-
ne meritorum, (ut probatur ex eo, quod uo-
luit Salyc.in l.si mater.C.de contrah. emptio.
dicens, q licèt confessio mariti, quòd emerit
fundũ de pecunijs uxoris suspecta sit propter
donationem quæ prohibetur inter uirum, &
uxorem,tamen si sit uerisimilis, ut quia uxor
272 aliunde bona habuisset,attenditur. † Sic etiã
de confessione patris dici potest, quòd habue
rit pecunias à filio in potestate: licèt enim sit
multum suspecta Glo. in dicta l. qui testamen-
tum. si tamen uerisimilis sit, ut quia filius e-
rat in aliquo exercitio ex quo lucrabatur, illa
confessio iustificatur,) ut tradit Aug. cõs.341.
pater emit fundum.col.1.Alex.cons.18.uol. 3.
Dec. cons.96.col.2.uers.nec obstat.(Soc. cõs.
65.col.4.uol.1.Crau.cons.40.nu.5.& in tract.
de antiqui.temp.prima par. num.64. Capitius
273 Decis.204.nu.13.) † uel nisi pater filium rele
uauerit ab onere probandi merita, ut tradit
Mãsuerius in practica sua,titulo de donati. nu.
6.cui non assentio.sic enim pater de filio non
bene merito motus, sciens illum merita pro-
bare non posse, facilè uiam donandi propter
274 merita sibi pararet † fraúsque legi hoc prohi
benti committeretur, quod esse non dẽt (quia
malitijs hominum non est indulgendum sed
obuiandum,c.ut circa,de elect.in 6.l. in fundo
& ibi Bar.& Alber. ff.de rei uend.Clem.1. & ibi
Card.de usur.c.quanto. de diuor. cum simili-
bus per Soc.Iun.cons.115.nu.22.uol. 1. Mars.
in l.1.§.cum quis latrones.nu.4. ff. de quæst.&
sing.177.Emilia.cons.72. nu. 2. Senatus Pede-
275 monta.Decis.88.nu. 34. † frausque legi fieri
dicitur in contractu quando fit ille cõtractus,
sed eo animo, ut lex euitetur, l. si libertus mi-
norem.ff.de iure pat. Corn.cons. 29.uol.3.Tira
quell.de retrac.lignagier.in pręfatione,nu.74.
Cæphal.cons.579.in prin. & appositè declarat
Connanus in Commentar.Iuris ciuil.lib.5.ca.
5.col.ij.ubi dicit inter se differre fraudem legi
facere, & contra legem facere,nam contra le-
gem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in
fraudem uero legis facit, qui saluis uerbis le-
gis sententiã eius circumuenit.l.contra legem.
276 ff.de legib. † ut fraudem legi facere nihil a-
liud sit, quam quasi damnum legi afferre, eam
que sua authoritate priuare, idque malo consi-
lio, quod casu memorato conuenit de donan
te uere simpliciter, & pure, quod non potest
sub commẽto meritorum receptorum quę ue
re non interuenerunt. his ita præmissis) Are-
tinus hic, ut dixi, & Faber ante eum tenet par
tem affirmatiuam. Idemque Glossa,Dec. & Ca
gn.in l. donari.ff.de reg.iu.Gl.in l.sed & si lege.
§.consuluit.ff.de pet.hęred.Alb.in l. donari.ff.
eo.Io.And.But.& Imo.in Rub.eo.tit. Cõradus
Methodo Iur.ciu. in tit.de donatione.colu. 1.
277 † fundatur primo ratione, quia qui tenetur
ad antidora, non tenetur aliquo uinculo indu
cente actionem, uel impediente repetitionẽ,
ergo

ergo tradendo uere donat, cuius primum dictum uidetur suadere textus in d.l. donari. Secundum uero textus in l. cuius per errorem.ff.
278 de reg.iu.† Talis enim naturalis obligatio nō est potens ad agēdum, nec retinendum, ut no. Bar.& alij, in l.ex hoc iure. ff. de iust.& iu. in l.si non sortem.§.libertus.ff.de cond.inde. Secundo stringit, nam sequeretur, quòd nulla donatio esset uera donatio, cum quælibet ob merita contingat. l. nec adiecit.ff. pro soc. (vbi de donationibus loquens Vlpi. dicit, [*quia non sine causa obueniunt, sed ob meritum aliquod accidūt,*)] &
279 † hoc ad aliud propositum dicit Cumanus in l.Aquilius.col.2. ff.eo. dum opponit ad glossā, ibi tenentem, quod donatio remuneratoria non eget insinuatione, nam hoc stante sequeretur, quòd nulla donatio eā requireret, cum quælibet donatio fiat meritis, & seruitiis præcedentibus, atque idem Cumanus in l.1.ff.eo. postquam dixit inter alia requisita donationis ueræ, illud esse, quòd fiat ex mera liberalitate, subiungit hoc raro hodie contingere, quia potius ex beneficio recepto fit donatio. dicta l. nec adiecit, quam citat sentiens ex hoc hanc remuneratoriam esse ueram donationem,
280 († Sicque per illum textum firmat Arius Pinellus, in l. 1.3.par.sub num.60. C.de bon.mater. ubi dicit hoc argumentum sibi efficacissimum ab adolescentia cogitasse, neque citat, qui illud nouissime ex Cumano retulerim hoc loco. Sed & addit Pinellus huius opinionis ra
281 tionem, † quia cum notissimum sit, & longe frequentius homines non donare nisi ob merita, idque compertissimum erat iuris conditoribus, & ab eis expressum in dicta l. nec adiecit, impossibile fuisset uiros prudentissimos regulam constituere, & integros tractatus tradere de donatione, eam liberalem, & gratuitam appellantes, si sola merita beneuolentiæ contrarium euincere possent, nec fuisset aliquid obsurdius, uel ineptius, quàm pro regula late patente, tradere, quòd rarissime uerificari posset contra sapientum præcepta. l.3. 4.& 5.ff.de le-
282 gib.† Et ultra Pinellum Connanus in Commentar. iuris ciuil.lib.7.c.14.col. 19. interpretando textum in l.si uero non remunerandi, in prin.ff.mand. dicit, quod Vlpianus remunerationem uocat non solum, quòd aliquo beneficio prouocatus quis alicui donat, sed ēt qđ eius gratia donat, non alia de causa, quàm quòd ei
283 beneuult.† Vnde Pinellus, & Conna. satis ampliant materiam remunerationis, uolentes eā dici non solum, quando quis adductus beneficijs receptis donat benefactori suo: sed etiam si nihil ab eo recepit, sed ex beneuolentia, quas eum prosequitur, mouetur ad illi donandum; plusque dicit Pinellus ita manifeste colligi ex Iasone cæterisque per me hoc loco cumulatis)
284 † Tertiò facit textus in l. si remunerandi. in princ.ff. mand. ubi remuneratio non impedit actionem mādati, quod esse debet gratuitum. l.1.ff.manda.§. fi.infra, eo. ergo est uera donatio. Quartò confirmatur per l.pe. §.1.ff.eo. ubi donatio remuneratoria est irreuocabilis, ergo propria. l.1.ff.eod. ibi, [*nec illo casu ad se reuerti.*]
285 † Quinto adduco textum in l.1.C.de reuoc. don. ibi, [*nam qui obsequiis suis*] ubi donatio libertatis facta libertis a patrono propter obsequia, & sic in remunerationem, liberalitas appellatur ibi [*cum magis in eos liberalitas collata*] ergo propria donatio est, dicta l.j.ff.eo. in uerbo liberalitatem. l.hoc iure.§. non potest.eo.titu. Sexto facit tex.in l.fi.in uerbo liberalitas. C.de eman.lib. ubi donatio in prœmium emancipationis dicitur liberalitas. ergo pari modo do-
286 natio remuneratoria. († Septimò confirmat hāc partem Pinellus loco memorato, nam uidemus, eum cui res aliqua donata fuit, nō posse eam libere redonare primo donatori etiam parenti, sed tunc eandem solemnitatem requiri, quæ exigitur in uera donatione. citat textum in l.2.C.si aduer.don.& in l.si ad resoluendam.C. de præd.min. quę iura dicit nō parum confirmare hac opinionem contra Iasonem,
287 & sequaces, qui tenent communem.† Octauò mouetur idem Pinellus: nam in cōfesso est, nec ullo modo negari potest, homines ex instinctu naturæ moueri ad donandum, & benefaciendum liberis consanguineisque suis, idque naturale uotum, & commune appellant iura. l.scripto.§.fi. ff.unde lib.l. nihil.ff. de bon. lib.& tamen si parens filio donat, non ideo minus appellatur uera liberalisque donatio, ut p totum.ff. & Cod. de dona. & in l. donationes. C.de don.inter.iur. Igitur ille motus donandi ex instinctu naturæ non tollit nomen, & natu-
288 ram ueræ simplicisque donationis. † Nonò mouetur, nam uidemus patronum priuari suo iure patronatus, ob ingratitudinem cōmissam in libertum. l. qui cum maior.ff.de bon.libe.l. eum patronum.cum seq.ff.de iure patr. sed negari non potest, inquit Pinel. quin illud ius patronatus competeret ob maximum beneficiū, scilicet libertatis liberto collatum. l. 1.ff.si q̃s a paren. sicque patet, quòd illa remuneratio patronatus ob merita libertatis datæ non desinit regulari, quemadmodum simplex donatio, quę per ingratitudinem reuocari solet. §. 1. infra, eodem. quare hinc patet donationem remune
289 ratoriam esse ueram donationem.† Decimò considerat textum in l.si uero non remunerandi.§.inde Papi.ff.manda. ubi si patronus aliqd donauit liberto, & is postea patrono illud dederit, appellatur donatio uera ac simplex illa remunerationis causa facta, sicut si nulla merita præcessissent, unde patet pluribus argumentis, & quidem coloratis, atque solidissimis hāc
290 opi. contra communem suffultam esse.)† Negatiuam tamē partem tenuit Bar. in prœ. ff.orum, col.fi. Castren. in l.1. nume, 3. ff.eo. Cardi. Abb.& And.Sicul. in rub.ex. eod.& ibidem Sapia in apostil, ad Abb. Bar. Alex. Ias.& cæteri, in

l.iuris.

l. in ris gentium. §. quinimmo. ff. de pact. Barto. & Roman. in d. l. Aquilius. Soc. in dicto. §. libertus, ad finem. Alex. cõs. 216. in prin. uol. 2. Cur. conf. 66. col. 1. Grat. Respon. 7. nu. 31. uolum. 2.
291 † Tiraquel. in dicta l. si umquam. uerbo, donatione, nu. 2. qui dicit esse communem. Bertr. cons. 135. num. 2. uol. 1. Ripa lib. 3. respon. cap. 13. Ioannes de Ana. in ca. cum sit Romana. ad fi. de Simonia. Ias. cons. 73. col. 3. uol. 3. Franci-
292 scus Balduinus hic, † qui eam potius quoddã genus permutationis appellat, prout & Moderni Galli in consuetu. Parisij. §. 30. quest. 25. ubi & eam compensationem quandã denominat. (idemque prius eis uoluit Auc. cons. 247. & post eos Roland. à Valle, cons. 76. nu. 17. uol.
293 2. & cons. 98. nu. 48. uol. 1. † ubi dicit, quòd est cuiusdam debiti naturalis restitutio, & ut scribit Ioa. Lupus in Rubr. de don. inter uit. & uxo. §. 50. num. 9. & de hac remuneratione loquens, dare ei cui aliquid debetur, non est donare, sed debitum soluere. l. penult. ff. de ritu nup. necessitas enim nõ habet meritum, sed uoluntas. l. si seruo fideicommissaria. ff. de hæred. inst. l. unum ex familia. §. 1. ff. de leg. 2. Et cũ præ
294 dictis etiam tenet Cur. iun. cons. 67. † ubi talem donationem, recompensationem seruitiorum appellat, & eam multo maioris esse potentiæ simplici donatione. demumque Fernand. Vasquius, de succes. resolutione. lib. 1. §. 5. num. 5. ad finem, dicens, quòd qui taliter donat nõ prodigisse, sed lucrum fecisse dicitur. l. si pignori, in prin. ff. de furt. unde Poeta. [*Quas dederis so*
295 *las semper habebis opes*]) † Fundatur in primis hæc opinio per textũ uulgatum, quem ad hoc ibi notat Rom. & Cuma. in l. Aquilius. ff. eo. ibi [*non meram esse donationem*] & ibi [*quadam mercede remuneratum Regulum*] quæ uerba innuũt hãc nõ
296 esse ueram donationẽ († Et ille textus in meo libro legitur [*Ad Nicostratum prætorem*] in alijs [*præceptorem*] sed in Pandectis Florentinis [*Rhe torem*] idemque monet Alciat. libro secundo Parergon, cap. 49. quam litteram ueriorem putat Pinell. in d. l. j. C. de bon. ma. 3. par. num. 61. dum tamẽ intelligatur scriptum à Regulo ad Nicostratum Rhetorem, qui scribentis præceptor fuerat, quod & in Pandectis Duareni tepe ritur adnotatum, in quibus uerbum Rhetorẽ, pariter reperitur, & apostilla supplet præceptorem, & quòd ita legisse uidentur auctores Ba-
297 silici. † Sed hæc utcumque sint,) modicum facit ille textus: loquitur enim de salario debito præceptori, quod peti poterat, ut ibi tradit Glo. per legem 1. §. ludi. ff. de nat. & ext. cogni. sequitur Dec. in dicta l. donari, Cõstantiusque Rogerius in l. j. nu. 2. & in l. Modestinus. nu. 37.
298 ff. eo. † ubi concordando opiniones dicit, quant donans ad remunerandũ poterat cogi saltem per officium iudicis, licèt nõ aliqua actione, & tunc non est mera donatio. dicta l. Aquilius. aut nullo modo compelli poterat ad remunerãdum etiam per officium iudicis, & tũc

Donationis remuneratoriæ nomina.

Legis Aqlius sensus.

est mera donatio (quamquam hoc secundo casu ei nõ assentio, ut infra patebit.) nil ergo mirum si in casu dictæ l. Aquilius, non est propria
299 donatio, † & ideo idem Constantius ibi nu. 12. dicit, quòd illa lex male per plures allegatur: nos enim non loquimur in hac quæstione de obligatione naturali redacta in præceptis iuris ciuilis, sed de illa, quæ mere stat in cordibus Laicorum declarando, ut per Bartol. & alios, in l. ex hoc iure. col. pen. ff. de iust. & iu. & tradit Guil. Maynet. in l. cum amplius. § is natura debet. ff. de reg. iur. (dantes exemplum in obligatione antidorali, sicque remuneratoria, ut si mihi semel inseruias, & ego tibi postea possum repetere: si tamen per errorem feci, prout addit Maynet. secus si scienter, quia
300 in dubio censeretur donatio,) † & si dicatur uerbo [*mercede*] adiectum fuisse uerbum [*quadam*,] quod est impropriętatis nota, clem. fi. de fo. comp. tradit Ias. in l. 1. ff. si ex nox. ca. exponendo textum in l. quod seruus. ff. de stipu. ser. in uer. [*quædam donatio*] Iaco. Nigri in Rubr. ff. de leg. 1. declarando textum infra de lega. in prin. in uer. [*donatio quædam*] ergo sensus illius textus nõ fuit dicere, illam fuisse mercedem da
301 tam Præceptori, nisi impropriè, & fictè, † Respondetur non inde sequi eam fuisse ueram donationem. Immo supra dicit oppositum ibi [*nõ meram donationem*] dicitur autem merces impropriè habito respectu ad scientiam, & eloquentiam, quam ab illo præceptore Regulus acceperat, quæ pretio nummario æstimari non potest. l. prima, §. proinde. ff. de uar. & extr. cogn.
302 † (nec immerito, nam Scientiam plerique speciem nobilitatis existimarunt, ut Aulus Gell. lib. 19. cap. 10. sedentibus inquit, doctrina nobilibus uiris. & Cassiodorus lib. 9. epistolarum Epistola. 7. cum dicit, Doctrina facile exornat generosum, quæ etiam ex obscuro nobilẽ facit. unde Iuuenalis, quem refert Veronens. in l. qđ si nolit. §. qui mancipia num. 10. ff. de ædil. edi. dicit Nobilitas sola est atque unica uirtus, & textus in l. prouidendum, C. de postul. dicit
303 [*quos scientia nobilissimos facit*] † ibique præ cęteris Salycet. subdit nobilitatem esse filiam scientię. Parique modo Cyn. loquens de nobilitate scientiæ dixit eam potiorem esse nobilitate generis, quam quis non ex se, sed à parẽtibus desumpsit. idemque uoluit Roma. Sing. 646. nobilitas. Alex. cons. 94. uol. 1. cons. 213. col. fi. uol. 6. Card. Alex. in proœ. Decreti, col. fi. Fel. in c. super eo. secundo. de testi. & Tiraquell. alia ponens, quæ missa facio, in tract. de nobili. c. 5. col.
304 1. & ij. † Non omitto tamẽ, quòd Arius Pinellus in d. l. j. C. de bon. ma. in 3. par. nu. 62. putat solutionem prædictam non omnino litteræ cõuenire: quia præsupponit mercedem suo tẽpore solutam non fuisse, atque ideo tẽpore donationis debitam extitisse, quod diuinatori ũ est. quin etiam uidetur repugnare littera, dũ tãdẽ Iur. cõsultus ibi donationẽ uocat, & Nicostra tum

Scientia nobilitas.

tum benignitate quadam tuetur q nasi non ex
305 obligatione efficaci.† Sed hæc dicta Pinelli, mihi nusquam placere possunt, nam cum Papinianus reddat causam remunerationis, & dicat quadam mercede remuneratum officium magistri, datur intelligi, quòd eo tempore solutio seu satisfactio sui laboris sibi facta non fuerat per Aquilium Regulum, quare cessat diuinatio quam Pinellus in primis proposuit.
306 † Quòd uero Papinianus donationem uocat in Nicostratum collatam ibi, [*non uideri donationem sequentis temporis irritam esse,*] debuit quoq; cõsiderare Pinellus eundem Papi. paulo supra dixisse, [*& cum de ea re mecum contulisset,*] scilicet Nicostratus [*dici posse defendi non meram donationem esse, uerum officium magistri quadam mercede re-*
307 *muneratum Regulum,*]† cum enim non meram donationem fuisse dicat, ergo non simplicem, neque puram, qualis est propria, quam quis propter nullam aliam causam facit, quam ut liberalitatem, & munificentiam exerceat. l. 1. ff. eo.
308 † dictum enim sumitur, ut Festus ait, pro puro, hoc est nullius alterius rei mixturam continens, ut merum aurum, in quo nihil sit alterius metalli, teste Plinio lib. 33. c. 1. Sic meras nugas in quibus nihil serij sit appellat Cicero ad Atticum lib. 6. & merum uinum dicitur cui aqua
Merum imperiũ quale. 309 nõ est commixta: †merumque imperiũ quia purum est sine cuiusquam rei mixtura, & ad differentiam mixti, prout declarant Bart. Dec. & alij in l. imperium. ff. de iur. om. iud. quo loco plures concordantes adduxi. num. 295. potissime Vaconium a Vacuna, lib. 6. declarationum. cap. 221. Gillotum in tract. de iurisd. & imper. lib. 1. cap. 6. Petrum Loriotũ in tract. eiusdem nominis, Axiomate. 4. & Fernandum Vasquiũ. lib. 1. controuersiarum illustrium, cap. 4. num.
310 11. † hinc oblatum mera liberalitate dicitur, quod exactum, uel petitum directe, uel indirecte non fuerit. c. statutum. §. insuper, iunc. glo. de rescr. in 6. quare si meram donationem puram hoc est simplicẽ, & propriam dicimus, cõsequens est, ut remuneratoriam, quam nõ meram Papin. appellat in dicta l. Aquilius, impro-
311 priam dicamus, † & ex illis uerbis præcedentibus, uerbum donationem, inferius per se positum declaretur, & de donatione non mera ueniat intelligendum, cum præcedentia declarẽt sequẽtia. l. si seruus plurium. in fi. ff. de legat. j. Demum, quòd inquit Pinellus Nicostratum benignitate quadam defendi, quasi nõ ex obligatione efficaci, nõ arguit illam fuisse propriã
312 donationem. † Nam Castrẽ. Romanus, & Imola fatentur ibi competere officium iudicis expulso Nicostrato, ut sibi restituatur ablata detentatio cœnaculi, cum illius usum haberet, ut etiã declarat Bart. in l. de usu. ff. de uar. & extraord. cogni. sequitur Marsi sing. 406. at donatio propria neminem fit nulla necessitate iuris imminente, sed & officio, & quòd sponte præstetur. Labeonus. §. don. ff. de uer. si. merito dici nõ potuit illã fuisse propriã donationẽ. & ita reiectis Pinelli dictis solutio superius data defenditur, per quã patet dictam l. Aquilius. communem nõ probare, & alia quæ subdit ad illum tex. non inferunt, ut eam probet, & ob id ea de industria missa faciam, ne omnia uolatilia cœli dicar au-
313 cupari. († melius igitur pro hac sentẽtia stringit text. in l. 1. ff. eo. ubi donationem propriam appellat quam donans, [*propter nullam aliam causam facit,*] quam ut liberalitatem, & munificentiã exerceat, sed obligatus ad antidora, nõ donat solum, ut liberalitatem exerceat, sed etiam ut remuneret, & soluat debitum naturæ: ergo non proprie donat. Ita considerat Abb. in rub. de dona. Stringo fortius, præter eum: illa enim uerba excludunt a uera donatione omnẽ aliã causam præter munificentiam, sed in hac negari non potest quoquo modo subesse aliam causam, uidelicet remunerandi, ergo non est uera
314 donatio. † Secundo urget textus in l. si pater. §. 1. ff. eod. ubi donatio remuneratoria, [*merces eximij laboris appellanda est*] dicit text. ergo non propria donatio. (Nec mihi placet, quòd inquit Pinellus loco memorato, id esse speciale ob maximum discrimen uitæ, cui redimens captiuum se supposuit, ad alia merita non trahẽdum non sic eximia, quod ab Imola, & Constantio Rogerio desumpsit, qui notant, quòd mercesi laboris, & periculi maximi est inæstimabilis. Huiusque rei rationem Iacobus Cuiacius ad illum textum afferre conatur dicens, quòd ei, qui me a latrunculis, uel hostibus eripuerit in infinitum donare possum, quia conseruandæ salutis mercedem præstare uideor, quæ res
315 certo modo taxanda nõ est, † quia cum propria donatio sit ea, quando quis ob nullam aliam causam facit, quam ut liberalitatem, & munificentiam exerceat. l. 1. ff. eo. sequitur, ut illa dispositio generalis cesset, ubicunque cessat dicta liberalitas, & munificentia, quia militet aliqua causa magna, uel mediocris eius impeditiua, & sic causa dicti. §. primi, non infert quin idem dici debeat, hoc est donationem irreuocabilem esse, quotiens in remuneratione facta fuit, licet causa remunerandi non ita præ-
316 meret, ut premebat ibi.) † Tertio accedit textus in l. hoc iure. §. 1. ff. eo. ubi si promiseris mihi decem si prius pro te fideiussero, uel gratia aut opera mea usus fueris, & sic remunerandi causa promiseris, dicit textus, id [*esse extra causam donationis,*] & mercedem appellat. ergo non est uera donatio. & quòd de remuneratione loquatur ille textus, sentit Cumanus ibi dum notat ex illo, quòd quis potest recipere mercedẽ, & præmium pro fideiussione: si enim præmium
317 recipit, ergo remuneratur. † Quarto citatur textus in l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæred. ubi donatarius obligatur ad remunerandum ibi, [*quamuis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligauerint,*] ergo dum remunerant, nõ est uera donatio, quæ a sola liberalitate, nec aliunde

318 aliunde procedit. † Secundo pondero, dum
hanc donationem appellat permutationẽ ibi,
[*& uel ut genus quod iam hoc esse permutationis*] quę
à Philosopho uocatur compensatio ipso dicẽ-
te de eo, qui liberalitatem recipit, eum compẽ
sare opportet, ut refert Ioann. Monac. in Rub.
de pe . i. & remiss. in 6. & ita pariter eam appel
lant Moderni Galli, in consuetu. Parisij. §. 30.
nu. 99. supraque latius dixi, nu. 92. cum sequẽ
tibus. unde si permutatio dicitur seu compen
satio, manifeste patet non esse ueram donatio
319 nem. († Nõ omitto tamen, quòd Arius Pinel
lus loco citato putat contra scribentes, & com
munem, potius illius textus uerba retorqueri
posse, cum Iurisconsultus ibi locupletiorẽ di-
cat eum cui causa remunerationis donatur, &
ita se habet decisio textus, dum constringit eo
casu possessorem hęreditatis quasi locupletio-
rem. idque ex decisione deductum magis attẽ
di debet cęteris uerbis ornatus causa obiter
prolatis, argumento Glo. in l. unica, C. quan.
nõ. pet. par. quare si locupletior factus dicitur
ex remuneratione recepta donator, apparet il
320 lam esse ueram donationem † Sed allucina-
tur, & inquit Pinellus aduersus illum textum
dicentem [*quamuis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligauerint*] si enim cadit in remune
ratione obligatio, ergo non liberalitas, quæ
propria est ac peculiaris ueræ donationis, d.
321 l. j. ff. eo. † Locupletior tamẽ appellatur donãs
ex remuneratione recepta, nam donatarius le
ge naturę tenebatur, quę multa reliquit pudo-
ri, uerecundiæ multa, quibus eius lege obliga
mur. Iure gentium nullo modo. unde quando
Vlpianus dixit naturaliter esse nos obligatos
ijs qui de nobis bene meriti sunt, de prima illa
naturæ lege intellexit, nimirum quæ ad hone-
statem pertinet, non de ea quæ necessitatẽ ha-
322 bet iure gẽtiũ.† Nã q̃ beneficijs quib. auctus:
nõ respondet, certè est ingratus est, at huius in
gratitudinis actio iure gẽtium nulla cõstituta,
& licèt apud Persas, & Macedones uim, atque
authoritatem habuerit, tamen apud cæteros
populos prorsus nulla, & ab illis introducta,
& quasi proposita, recepta non est à reliquis,
ut declarat ad illius textus propositum Con-
nanus in Commentar. Iuris ciuil. lib. j. capi.
6. colum. penult. & fi. & lib. 2. capi. 7. colu. fi.)
323 † Quinto pondero textum in l. j. C. de reuoc.
don. ibi, [*cum magis liberalitas in eos collata ad obse quium inclinare deberet*] sic enim liberalitas ali-
cui collata eũ inclinat ad obsequium, ergo dũ
obsequendo remunerat, non propriè donat,
ex quo id ab inclinatione beneficij recepti pro
324 cedit, non autem à mera liberalitate. † Sexto
accedit tex. in l. munus. §. dona. ff. de uerb. si. cu
ius uerba denotant hanc non esse ueram dona
tionem, ut dixi super ius in Rub. nu. 73. cum se
quẽtibus, & nũc cõfirmo, uerbum, officio, de
quo ibi [*nulla necessitate iuris officioue præstantur*]
non modo cõpręhendit officiũ iudicis de quo
per omnes in Rubr. ff. de off. eius, in l. quod si
minor. §. fi. ff. de minor. in l. cum filius fami. ff. si
cer. pet. Dec. in Rub. de iudic. Alciat. Parad. lib.
325 2. cap. 10. † Sed etiam officium in genere, qđ
homo homini debet, de quo per Gl. & Cast. in
l. officio, C. de neg. gest. per Bar. & Salyc. in l. j.
ff. mand. & Guihel. Mayner. in l. qui iussu iudi-
cis. nu. 10. ff. de reg. iur. latissimè namque sui na
tura patet id uerbũ, ut tradit Archid. & Gemi.
326 in c. j. de consuetu. in 6. † (ut enim declarat
Connanus in Commentar. Iuris ciuilis. lib. j. c.
j. cum ius naturale prius proprium esset homi-
nis solitarij uitam agentis in agro cum uxore,
& liberis, deinde ad hominum societates, & cę
tus suapte natura ferretur, paulatimque fo-
ras exijsset coguationibus primum, tum affini
tatibus, deinde amicitijs, postea uicinitati-
bus & tãdem cõmerciorum usu totum genus
327 humanum societate complexũ fuisset. † Quo
niam non omnis fert omnia tellus, ut dicitur,
nec quilibet potest, quod quisquam, mutuatio
nibus officiorũ, & rerum cõmercijs homines
utilitates sibi quæsiuerunt ad uitam cõmodius
degendam, in quo necesse fuit iustitiã colere,
fidem seruare contractuum, neminem dicto fa
cto ue lędere, cum extraneis, & sibi ignotis ho
minibus eadẽ probitate agere qua soliti erant
cum uxore, & liberis. atq; ad eam æquitatem cõ
stituendam, aut ostendendam nihil fuit opus
legibus, sed ad eam sua sponte ferebantur. ni-
hil, ut esset tam coniunctum, quàm omnes in-
ter se, nemo tàm simi is sibi, quàm omnes om
nium, quare iam patet quàm homines inuicẽ
essent officiosi, quæ res à propria donatione re
328 mouetur) tãtoq; magis in d. §. dona. † ob uer
bum, nulla, quod in totũ negat. l. si is qui 200.
§. utrum, & ibi Bar. Soc. & alij. ff. de reb. dub. Igi
tur inde patet donationẽ remuneratoriã non
esse uerã donationẽ, cũ dona propriè sint, quæ
nullo officio præstantur: at hic cadit officium,
329 quod homo homini debet. † Septimo cõfir-
matur hęc conclusio per tex. in l. rem legatam,
in fi. ff. de adi. leg. ibi, [*in necessitatibus nemo liberalis existit.*] Sed hic cadit aliqua necessitas, ne. s.
repręhendatur, si nõ remunerat, ut tradit Imo.
in c. fi. no. 5. eo. tit. & quia in remuneratione ca
dit cõpulsio. 8. q. 2. c. 2. in uerbo cõpellitur. ergo
330 patet, ꝙ nõ est uera donatio: † Octauo dedu
co textũ, & ibi no. Aret. in l. si uerò nõ remune
rãdi, in prin. ff. mãd. ibi [*si uero nõ remunerãdi, sed principaliter donandi*] ubi patet scđm Aret. ꝙ do
natio remuneratoria nõ est principaliter de ꝓ
se donatio sed scđm q d, ergo in propria. l. hoc
331 legatũ. ff. de leg. 3. († Idẽ tñ Pinellus loco cita
to considerat i primis distinctionẽ illius prin
cipij cũ fi. legis ꝓcedẽtis. uult. n. Iur. cons. ꝙ si fi
deiussor nõ soluit pro debitore, sed creditor ei
remisit debitum, an id fecerit creditor, quia fi-
deiussorẽ remunerare uoluit, & illo casu habe
re eũ mãdati actionẽ cõtra debitorem, & ab eo
petere posse sicuti si soluisset creditori. Si ue-
G rò non

rò nõ remnnerãdi cã, sed principaliter donãdi fideiussori remisit actionẽ mãdati cũ nõ actu-rũ, & sic à debitore petere nõ posse. hæc. n. distinctio Iuris consc ribẽtes decepit, inquit Pinel. nõ aduertẽtes eã decisionẽ tantũ respicere materiã, quæ ibi tractatur pẽdere cõtra mentẽ creditoris debitũ remittẽtis, nõ. n. negat Iutecons. uerã esse donationẽ, quam creditor tunc facit fideiussori, sed ex ea remuneratione præstat fideiussori actionem cõtra debitorẽ, quia alias eluderetur mens creditoris, qui remunerando fideiussorem, uoluit, ut ei daretur actio in debitorem ac si ei à fideiussore solutũ esset. aliter enim sine effectu maneret remuneratio creditoris, & uoluntas in re sua frustraretur. quare concludendo dicit Pinel. ꝙ satis ostẽdit textus, ueram esse donationem quo ad accipiẽ-
332 tem, licèt causa remunerationis factam. † At hæc dicta Pinelli non tollunt inductionem Aretini, quem nec uidit. per quam probatur ibi communis opi. quod uero magis uno casu detur actio fideiussori cõtra debitorem quam in alio, rationem diuersitatis habet probabilem quam Glossa, Alberi. Odofred. & Salyc. adducunt, nam quando creditor fideiussori remisit actionem remunerandi gratia, quia fideiussor antea sibi seruierat in aliqua re, propter quod tenebatur illi ad antidora: tunc agere potest fideiussor contra principalem propter liberationem contingentem creditori, qui fideiussori tenebatur ad antidora, & sic quia abest fideiussori illa talis qualis obligatio. Sed quãdo creditor remisit actionẽ fideiussori animo principaliter ei donandi: quia desiderabat eius amicitiam medijsq; numeribus illũ in suã beneuolentiam trahere. tunc fideiussor non potest agere contra principalem, quia fideiussori nihil abest, & creditori nihil adest, sed ꝙ remunerando dicatur uera donatio non probatur ibi, sed contrarium, secundum considerationem Aretini per Pinellum non animad-
333 uersam.) † Nono pondero textum in l. cum opporter. §. cum autem C. de bon. quę lib. ibi [*quasi remunerationis gratia a filio accipere, uel retinere.*] Vbi patet, ꝙ pater emancipando filiũ poterat accipere, uel retinere tertiam partem bonorum filij quasi remunerationis gratia. Pondero illa uerba accipere, uel retinere. quorum primum debet intelligi uolente filio. Secundũ
334 etiam inuito † propter alternatiuã, uel, quę ponitur inter diuersa. l. generali. ubi Bar. C. de sacrosanc. eccl. l. filiæ, ubi Bald. C. de collat.
335 † & quia uerbum retinere, uerificatur in eo, quod prius habemus, ut tradit Glo. in l. post emancipationem, §. fin. ff. de leg. 3. Zas. lib. 2. singularium responsorum, cap. 2. num. 4. unde si penes patrem id erat, filii uoluntas non erat necessaria. Si ergo inuito quoque filio hoc patri licebat, utique non erat propria donatio filii collata in patrem, ad quam nec ignorãs, nec inuitus astringitur. l. nec ignorans, C.

336 eo. († Et dictio quasi, uerbo remunerationis adiecta, dicitur expressiua ueritatis eo loco, sicut in Euangelio [*quasi unigeniti à patre*] ut probatur in §. hoc quoq; infra per quas per so. ius nob. acqui. ibi [*quasi pro precio quodammo do emancipationis,*] nam præter ea quę dicemus ibi not. 3. demonstrando, quòd pater emancipando filiũ, potius ab eo pręmiari debet, quã
337 præmiare. † nunc addo, quòd filius ex emancipatione consequitur honorem, prout probatur ibi, [*& quod honoris et ex emancipatione additũ est, quis sui iuris effectus est*] unde Connanus in Commentar. Iuris ciuil. libro 2. cap. 14. colum. 3. de dominica, paternaque potestate uerba faciens dicit, quòd patrum uidetur maior, certiorque, & ęquior esse dominatio, quòd eam natura stabiliuit: at seruitutis authoritas à Fortuna est, nec tam iure quàm uiolentia tenetur, itaque seruus cum liberatur propriè dicitur manumitti, hoc est extra manum, & uim domini mitti, nullum, ut à domino beneficium maius accepisse uideantur, quàm qui à latronibus salui remittuntur, cum occidi possent: nihil enim illi beneficij dederunt, sed iniuriam, cum liceret, non intulerunt, ita quod serui manumissi nõ tam nouo iure aucti à dominis, quàm suo restituti iudicantur. At filios parentum imperio, & tamquam dominio subiecit natura, quo si quando liberantur, aptè, & commodè dicuntur emãcipati, quòd
338 iam sui iuris, & mancipij esse incipiũt.) † Decimò moueor ratione: nam compensatio dicitur impropriè donatio. l. si quis pro uxore, in fine, ff. de donat. int. uir. ibi [*quasi donatum, quod compensatum est*] nam dictio, quasi, regulariter denotat improprietatem, ut nòt. in l. in suis, ff. de liber. & posthum. Sed hæc donatio dicitur compensatio, ut post Philosophum tradit Ioã. Monach. & Moderni Galli, de quibus
339 supra, ergo est impropriè donatio. † Vndecimò accedit alia ratio, nam si debitum naturaliter ex pacto non est donatio, ut supra uidimus quanto fortius istud debitum ex equitate naturali, quod non potest omitti salua honestate, l. nepos Proculo. ff. de uerb. sig. ita arguit Cumã.
340 in d. l. Aquilius, ff. eod. † Duodecimo facit alia ratio, nam ad donationem uerã introducendam requiritur, quòd donans, & donatarius in eandem causam consentiant, aliàs impeditur, l. si ego, & ibi not. Castren. Alexand. Iaf. & alij, ff. si certum petat. Bart. Castrens. Romanus, & Imo. in l. 1. ff. eod. sed licet in remunerante principalis animus sit exercere liberalitatem, in recipiente tamen est secus, quia ut debitũ naturale capir igitur ob dissensum non potest esse donatio nisi impropria, & abusiua. Vltimò pondero textum in l. penult. §. illo. C. de necess. ser. her. instir. ibi [*debita remuneratione*] ergo non est propria donatio [*quę tota in liberalitate sola consistit,*] (circa quem textum interim non omittendum puto, quod inquit

Patrum potestas an maior dominorũ.

inquit Connan.Commentat.Iur.ciuil.li.10.c.
341 5.col.6.† mirum namque uidetur, cur quum Iustinianus uoluerit seruum hæredem nuncupatum sine mentione libertatis, liberum tamen esse, non id ipsum statuerit in legato ipsi relicto. quando quidem nō legati capax est magis sine libertate seruus, quàm hæreditatis, nā quod aiunt nonnulli fauore id inductum testamentorum, ut seruus hæres adeunda hereditate possit confirmare testamentum, falsum est, cum loquatur Iustinianus in seruo, qui cohæredem habet, qui cohæres solus potest ro-
342 bur addere aditione sua testamento. † Quare subdit Connanus quòd fundata est Iustiniani constitutio in uoluntate defuncti, quem uerisimile est uoluisse liberum, eum esse quem sibi hæredem delegisset, qui alioqui nullo modo esse potest hæreditatis particeps: at in legato uidetur contentus fuisse, ut seruus id haberet in peculio suo, non enim omnino sunt expertes legatorum, & aliorum donorum serui, si permittat Dominus. itaque non iubet, sed adhortatur hæredes Iustinianus, ut huiusmodi seruis relicta licèt, inquit, adhuc seruis constitutis donent. quam donationem mox supra debitam remunerationem appellauit, signum donationis impropriè remanet igitur hæc opinio communis pluribus medijs opti-
343 me comprobata.) † Et tenendo hanc partem non obstant contraria, atque in primis ratio Fabri, & Aretini, quoniam immo hic aliquod ius cogit. 8.q.2.ca.2.uerbo, Compellitur, & saltem uerecundia cogit ad remunerandū, ne dicatur ingratus, qui beneficium recepit, &
344 non remunerat. † ut enim tradit Aristotel. 9.Ethic. beneficia reddenda sunt potius, quam amicis dandum. hinc Hesiodus dicebat. fac mutua munera reddas. & aptius ad rem nostram Seneca dicens, quòd non reddens beneficiū, nec beneficij gratiam, apud omnes habetur ingratus, de quibus meminit Garzias Hispanus in l.ius naturale.nu.40.ff.de iust.& iu. (quibus addo textum singularem in l.in commodato. §.sicut.ff.commod. quem citat Ias. cons. 9. nu.
345 27.primo tomo diuersorum Germaniæ. † ubi dicitur, quòd beneficijs adiuuari potius quam decipi oportet. & præter alios Connanus in Commentar.Iuris ciuil.lib.1.c.6.col.9.in fine dicens, quòd natura multa reliquit pudori, uerecundiæ multa, quibus eius lege obligamur, iure gētium nullo modo, dat exemplum in terminis dicti. §. consuluit, qui de remuneratione loquitur. Igitur ex prædictis apparet, & falsum est, quòd remunerans nullo iure cogen-
346 te concedat. † Secundo non obstat dicta l. nec adiecit, ff. pro socio: quia non loquitur de simplici, & uera donatione. probatur quia dicit donationes non sine causa, sed ob meritum obuenire, quod falsum est in donatione uera, quæ sine causa, & ob nullum meritum cōtingit ex sola liberalitate.l.j.ff.eo. ergo dum ille textus loquitur de donationibus non mortis causa, dexet exemplificari, uel in donatione propter nuptias, quæ non sine causa obuenit, sed propter dotem datam.l. fin. in uerbo [*Antipherna*] C.de don. ante nupt. uel in donatione ob causam, uel remuneratoria, ita, ut simplicem nō comprehendat, cui uerba textus
347 uidentur repugnare. † Secundo, & subtilius, si uolumus & illa pariter ibi comprehendi, tunc illa uerba [*ob meritum*] non debent intelligi de beneficijs ante receptis, sed quòd donationes ob meritum obueniunt, id est fiūt uiris eas merentibus ob uirtutem, uel aliam singularem gratiam, non autem immerentibus. probatur hæc expositio in l.affectionis.ff.eo. ubi donationes erga benemerentes amicos fiūt, hoc est gratos, uirtuosos, & non ingratos, ad idem textus in l.uiuus.ff.si quid in frau.patro. ubi libertus uiuus potest donare benemerentibus amicis. Stant enim simul, quòd donatarius mereatur sibi donari propter mores, & eius uirtutes, ob quæ affectione quadam donans mouetur, & tamen non sit de illo benemeritus, nec quicquam receperit, quo casu est uera, & simplex donatio, ut declarat Castr. in d.l.affectionis, quod nota pro uero intellectu dictę le-
318 gis, nec adiecit, quę Cumanū decepit † (hincque detegitur error aut æquiuocatio Pinelli loco præallegato dicentis, homines nō donare nisi ob merita, unde remunerationem esse ueram donationem: nā primum procedit in meritis beneuolentiæ, quæ uetam donationē non impediunt: at secundum uersatur in meritis in donantem collatis quæ bene uere donatio-
319 ni repugnant. † Nec textus in l.si uero non remunerandi, in princip. ff. mand. remunerationem appellat factam gratia beneuolentiæ, ut putat Connanus supracitatus, sed ob seruitium receptum, ut Odofred. in specie declarat ibidem. Postremo ualde decipitur Pinellus loco prædicto, intelligens Doctores in hac quæ-
350 stione † loqui quando merita talia sunt, quæ solam gratiam beneuolentiæ conciliant, & euincunt, & ob id aduersus eos adducit dictā l. nec adiecit, & ibi Cumanum, cui dicit, quòd ego debuissem acquiescere: nō enim facit ad rē textus ille, nec Doctores tali casu loquuntur, sed quando donans recepit aliquod beneficiū ab alio, cui ob id mouetur ad donandum, non autem quando sola beneuolentia dotibusque seu morū suauia, quę suadēt illū amari: moue-
351 tur, qui casus longe differunt.) † Tertio nō obstat textus in d.l.si remunerandi, quia debet intelligi quando procurator erat aliàs expediturus mandatum omnino, etiam sine remuneratione, puta quia erat magnus amicus constituētis, ut ibi tradit Bal. post Glos. quam sequitur Aret. in §.si.infra mand. & idem Bal. ponit in l.j.5.oppo.post Glo.C.eo.& in l.salarium, ubi est consimilis Glo.ff.eo. merito dato, quòd remuneratoria sit impropria donatio,

non impedit actionem mandati in casu prædi
352 cto. †Secundo respondetur, quòd ille textus loquitur quando quis ab initio mādatum gratis suscepit, postea remunerādi causa sibi fuit promissum salarium, hoc enim mādati actionem non impedit. (quod secus esset si in constitutione mandati quid promissum fuisset: tūc enim competeret actio locati, non autem mādati, quod debet esse gratuitum) ita declarat Odofred. ibi. Bar. in l. 1. ad finem. ff. de proc. (& Dec. in l. 1. col. fi. C. de edendo,) & hic secūdus intellectus applaudet litteræ in uerbo, Remune
353 randi. † nam remuneratio præsupponit, quid prius actum per eum qui remuneratur, dicto §. consuluit. ibi, [*nec si donauerint, quamuis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligauerunt*,] & sic illa donatio præcedit remunerationem.
354 † Quarto non obstat textus in l. si pater, §. 1. ff. eo. quia donatio remuneratoria dicitur irreuocabilis ibi, non quia sit propria donatio, imo merces eximij laboris appellatur ibi, sed respectu ingratitudinis secundum Glo. Castr. Imolam, & cæteros ibi. sequitur Abbas in c. fi. col. fi. eo. tit. Ias. in l. ex hoc iure. nu. 54. ff. de iust. & iu. Felin. in c. nouit. col. 12. uers. tertio limita. de iudi. Barbat. in Rubr. eo. in princ. Tiraquell. abūde more solito in l. si umquam. in uerbo, donatione, nu. 12. C. de reuo. do. Alex. con. 216. col. j. uo. 2. Cur. iur. conf. 142. nu. 6. Marcus Mātua, conf. 51. uol. 1. Ioa. Lup. in Rubr. de donat. inter uir. & uxo. §. 50. nu. 6. Moder. Galli, in
355 consuetu. Paris. §. 30. nu. 99. † Balduinus hic. & in §. 1. infra eo. dicens, quod remunerationes, quæ meræ donationes non sunt, magis liberant gratitudinis obligatione dantem quam accipientem obligant, ideo prorsus irreuocabiles sunt, (& prædictis annecti potest Rom. conf. 26. nu. 8. corruptus tamen impressoris uitio propter negatiuam male sitam, ut animaduertit Horatius Mandosius in additionibus suis, sicque clare tenet idem Roman. conf. 298. nu. 4. ubi plures concordantes addit ille Mandosius, quos breuitatis causa nō recēseo, sed addo Curtium conf. 66. num. 2. Boer. Decis. 27. & Fortunium in l. 1. §. ius naturale. nu. 62. ff. de iust. & iure. quos refert Pinellus in d. l. 1. tertia parte. sub nu. 62. C. de bon. mat. quibus annecti potest Crott. conf. 129. colum. 2. & latius Roland. à Valle, conf. 76. nu. 15. uol. 2. demūque Emanuel. Suarez in Thesau. recepta. senten. uerbo, donatio ob merita, nu. 239.) at
356 que alibi sępe Doctores † inferentes ad feudum ob merita concessum, puta quia recipiēs liberauit concedentem à morte, ab hostibus, uel à latrunculis, quòd ex causa ingratitudinis reuocari nō potest, quod in primis uoluit Iacob. Ardizon. in summa tituli, quibus modis feu. ami. Bal. in c. 1. col. 2. in tit. si uasal. feu. pri. & in c. 1. §. fi. an mut. uel surdus. quem sequitur ibi Marti. de Laude, de cuius opinionis ueritate latius differunt illi Mod. Galli, loco citato, (& infinitos cumulat Fernand. Vasquius de Successi. Resolutione. §. 5. nu. 5. lib. 1.) sed non insistam su per hoc, ut pote à proposito nostro
357 satis extraneo († sicut etiam numquid donatio remuneratoria Principis, per eum reuocari possit ex causa, de quo Bal. in l. si mihi. ff. de dolo. Alex. conf. 216. nec arguendi. uol. 2. Ias. in l. ex hoc iure. nu. 54. ff. de iust. & iu. Tiraquell. in dicto Verbo, Donatione. nu. 13. Lup. in dicto §. 50. Capic. Decis. 161. nu. 3. Grāmati. Decis. 65. num. 24. Felin. in c. nouit. col. 5. de iud. Afflic. in c. 1. nu. 24. de nat. feu. demumque Pinellus in l. 1. 3. parte, sub num. 62. C. de bon. mat.)
358 † Quinto ad textum in l. 1. C. de reuo. don. in Verbo, liberalitas. respōdeo id uerbum latè patere, ut etiam liberalis ille dicatur in eo, ad qđ tenetur ex præcepto, dumtamen non specifice, ut in Clerico dante superflua pauperibus,
359 ut tradunt Card. & Imo. in c. 1. eo. tit. † dicentes, quod clericus est liberalis in dando cui, & sic magis huic, quā illi, licèt. §. in dādo absolute secus. merito nimirū si potest etiā complecti donationem remuneratoriam. Secus forte in uerbo munificentia, quo l magis strictū uidetur, & ob id textus in l. 1. ff. eod. ultra uerbum [*Liberalitatem*] addidit, [*& munificentiam*,]
360 quod non sine misterio factum puto. († Licèt enim dubitari posit an latior sit muneris quam doni significatio, quod pendet ex Connani dictis in Commentar. suis Iur. ciuilis libro 5. c. 9. col. 3. tamen liberalitatis latior esse uidetur quam munificentiæ, cum liberalitate quis uti possit extra donationem, ueluti splendide uiuendo, uestiendo, uel equitando, at munificē
361 tia propriè donationis actū respicere.) † Vel & secundo dico, quòd ille tex. loquitur de reb. ut in principio patet ibi [*libertus ea quæ sibi donata sunt pleno iure possederit*] quarum rerum donatio reuocatur ex sola negligentia obsequij, ut ibi dicitur ea ratione [*nam qui obsequijs suis libertatem patronorum prouocauerunt*] hoc est, ut fierent liberi [*nō sunt digni quo ea retineant, cum cœperint obsequia negligere*] Sic enim melius [*ea*] relatione facta superius ibi [*quæ sibi donata sūt*] legēdum puto, quam [*eam*] relatione facta ad uer-
362 bum [*libertatem*] † cum libertas ex sola negligentia obsequij non reuocetur. l. solo. C. de li. cau. & sic ibi Glossa declarat, & in aliquibus Codicibus antiquis [*ea*] non [*eam*] scriptum uidi. Quo stante dum subdit textus [*cum magis in eos collata liberalitas ad obsequium inclinare deberet quàm ad insolentiam erigere*] intelligendus est de liberalitate non libertatis datæ, sed rerum donatarum, in quibus bene patronus, & propriè fuit liberalis, cum satis obsequijs serui satisfecerit, dando libertatem, quæ est res inęstimabilis, l. libertas. ff. de regulis iuris, & supra quibus ex caus. manumi. in fine. Vnde quatenus etiam donauit, ex sola liberalitate fecit, & propriè dicitur donasse, non autem in remunerationem;

& hunc

hunc intellectum nota, uel uti ualde singulare.
363 † Sexto non obstat textus in l. fi. C. de emanc.
lib. quia aliud est in donatione facta emancipa
to quā in remuneratoria: illa enim est simplex,
& pura donatio, quia pater emancipādo per-
dit, & filius acquirit. §. hoc quoque. infra p quas
perso. (sibi non patri deinceps acquirēdo, iu-
reque prætorio cognitus etiam contra testamē
tum. §. emancipatos. infra de exhe. li. quam ab
intestato §. emancipati. infra de hær. quæ ab in
test.) & illa uerba [in præmium emācipationis] nō
ponunt in dicta l. fi. sed à notarijs impropriè,
& eorum iniuria, ut declarat Bar. in l. cum op
portet. §. cum autem. C. de bon. quæ li. Bar. in l.
1. §. nec castrense. ff. de coll. bo. & in l. ut libe-
364 ris. ubi cæteri post eum. C. de colla. † Idem
que tradit Coras. in l. filium quem habebat.
nu. 114. C. fam. erc. (Crauet. cons. 85. num. 2.
D. meus Riminaldus cons. 209. nu. 8. & ibi di-
xi in apostill. Cephal. cons. 183. num. 31. Natta
cons. 609. nu. 37. & abūde Tiraquell. in l. si um
quam. uerbo donatione. nu. 125. C. de reuoca.
don. ubi citat inter alios Fabianum de Gioec.
in aut. nouissima. q. 7. prin. C. de inoff. tes. de fi
lijs emancipatis ita dicentem, cum se se intelli
gant plus debere à quibus se meminerint uin
culis sacris exutos, & Angelum in l. iubemus.
365 C. de emanc. lib. qui dicit, † quòd pater emā-
cipādo facit filium sui iuris, tribuit ei potesta-
tem testandi, faciendique cæteros actus simi
les, facitque, ut illi acquirantur non solum ad
uentitia, sed etiam profectitia, unde subdit
Angel. quia ergo pater liberalitatem exercet,
non ei expedit donare filio in emācipationis
præmium, sed moris est addere liberalitatem li
366 beralitati.) † Aut si sequi uelimus opinionem
Corasij loco citato dicentem) hanc appellari
posse donationem pietatis, & misericordiæ
gratia factam, ex quo enim filius extra potesta
tem ponitur deinceps extraneus censetur, in
bonis hereditate uo patris sui nihil iuris ha-
bens. §. emancipati. infra de hær. quæ ab intes.
unde ne desertus omnino uideatur à patre, ne
ue mendicare, & uitæ alimenta ostiatim po-
stulare cogatur, pater misericors non nihil fi-
lio in emancipatione donat, inde fit, ut pu-
367 ra simplexq; donatio censeri debeat: † nā pie
tatis cā uelut extrinseca fauoremq; patris mi
nimè respiciēs īpedimento nō est quominus
propria donatio dici posit, ut tradit Cast. in
d. l. ut liberis Dec. in l. diuus. nu. 4. ff. de reg. iur.
368 Crau. cons. 85. nu. 2. & supradixi.) († Ad septi
mum, quod adducit Pinellus, dico non ideo
eandem solemnitatem requiri in ea donatio-
ne quæ fit in recompensationem prioris factæ
filio, qui a sit propria donatio. sed quia cōtinet
alienationē dominij sibi quæsiti, quod minor
facere nō potest sine decreto per senatus cōsul
tum, ut dicitur utrobique, & Cast. Sal. & alij uo
tāt. Octauum quoque uelut fallax facile sterni
tur: instinctus enim naturæ quo pater filijs do

nat, nō habet, ut plurimum cōmixtum benefi
cium receptum à filijs, ut habet remuneratio,
quare primo casu nō impedit ueram donatio
369 nem, secūdo secus. † Circa uero nonum Pi-
nellus allucinatur putās ius patronatus esse re
munerationem quam patronus consequitur
ob libertatem seruo datā: id enim ius à liber-
to nō cōsequitur, sed à lege 12. tabularum pri
mo, mox à prætore, demumque à cōstitutioni
bus Imperatorijs, ut infra de success. libert. un
370 de nō facit ad rem. † Priuatur autem patro-
nus illo iure libertū capitis accusando, ut in
dictis iuribus ratione ualde subtili, quam po-
nit Connanus in Commentar. Iuris ciuilis, li.
2. c. 7. col. pen. quia inter patronum, & libertū
debebant esse obseruantiæ fidelitatisque offi-
cia constituta, sicut inter feudi Dominos, &
Vasallos. unde patronus accusando libertum,
fidelitatis, & obseruantiæ officio deficiēs, iure
patronatus uelut indignus eo priuabatur. Po
stremo fundamento Pinelli dico non disputa-
ri eo loco nūquid illa sit propriè donatio, sed
an repetitioni precij sit locus, ideo nō facit ad
371 rem.) † Ampliatur nūc ista communis cōclu
sio, ut procedat nō solum quando donatio fa
cta sit ob merita præcedentia, & præterita, sed
etiam si ob futura, quæ donātem respicere de
beant, ueluti si donem tibi decē, ut scribas mi-
hi librum, uel des fundū. Ita post Bar. qui hoc
tenet, exemplificat Imo. in d. l. Aquilius, sequū
372 turq; Cumanus, & Romanus ibidem. † Ro-
manus inquam, dans exemplum de officiali, q
remunerari potest ante habitum officium, &
sic intuitu beneficij ab eo gerendi, & admini-
strandi: supponit enim Romanus posse in eūre
munerationem fieri. Idem quoque tenet Aret.
cons. 17. col. 5. Anton. Cannar. in trac. infinita
ti. q. 45. Ias. cons. 154. col. pen. uol. 2. Licèt idem
Ias. in l. ex hoc iure. nu. 53. teneat oppositum ci
tans Imolam in d. l. Aquilius, qui in ueritate te
373 net, & exemplificat, ut supra dixi. † Et in ean-
dem sententiam descendit Tiraquell. in l. si um
quam. uerbo donatione, nu. 93. C. de reuo. do-
nat. (motus ea ratione, nam & si hec forsan im-
propriè dicatur remuneratoria donatio, quia
uerbū remunerādi, habet uim, & significatio-
nem retro munerandi, ut de uerbo reddendi
scribitur in l. uerbum reddendi ff. de uerb. sig.
negari tamen nō potest, quin huiusmodi dona
tio sit onerosa, uel ob causam: mouetur enim
donans hoc casu) intuitu futuri beneficij, nō
autem ex mera liberalitate, merito uera dona
tio dici nō potest.) (Et hæc opinio cōfirmatur
ex l. fi. C. de don. ant. nup. ubi uidemus dona-
tionem propter nuptias contractas, uel cōtra
hendas, & sic etiam contemplatione datis futu
ræ celebratam, antifernam appellari, id est con
tra dotem præstationem, secundum Gl. quare
similiter & donatio remmeratoria debet ap-
pellari posse uedum si propter merita recepta
iam, sed & propter recipiēda fiat, & procedat.)

Patronus, & libertus inuicem quales.

Remunerari quē posse et ob futurum.

 374 † Vnum

374 † unum tamen in hoc aduertendum censeo,
quod alij non considerant, quòd cum hęc do-
natio fiat sub spe futuri beneficij, si quidem
non sequatur beneficium, resolui debet dicta
donatio uelut causa non secuta, ob quam fa-
cta fuit. moueor ex dicta l. fin. C. de don. an.
nup. & l. fina. C. de iure dot. ex quibus Bar. in d.
l. Aquilius, tenet, ꝙ donatio remuneratoria
fieri possit ob futura seruitia, exemplo dona-
tionis propter nuptias, quæ ob futuras nu-
375 ptias fieri potest. † illa enim demum ualet si
nuptiæ sequantur, aliàs secus. §. est & aliud, &
ibi Gl. 2. infra eod. Idemq; in donatione sponsi
sponsæ facta intuitu futuri matrimonij, quę il
lo non secuto soluitur. l. j. in fi. ff. eo. idem ergo

De excessu meritorũ.

376 & in hac donatione dicendum est. † Limita-
tur uero ista conclusio, & communis opinio,
ut non procedat, quatenus donatio remunera
toria excederet beneficia recepta: eatenus ē-
nim diceretur uera donatio. Ita Guil. de Cu-
neo, Bal. & Saly. in l. illud. C. de sacrosan. eccles.
Ang. Imo. Roman. & Cuma. in d. l. Aquilius. Ia
son in dicta l. ex hoc iure, nu. 53. Alex. cons. 21.
uol. 3. Soc. cons. 91. col. 5. uol. 1. cons. 295. col.
pen. uol. 2. cons. 22. nu. 6. uol. 4. Dec. in l. diuus.
ff. de regul. iur. nu. 4. in l. si donatione, nu. 6. C.
de colla. & consi. 20. in prin. Alcia. in l. alienatũ.
377 §. donationis. ff. de uerbor. signifi. († Ripa in
dicta l. si unquam. q. 14. & post eum Tiraquel.
in uerbo, donatione, quos allegat Rolād. à Val
le, cons. 76. nu. 16. uol. 1. Et pulchre post allega
tos per eum ponit Natta cons. 188. nu. 2. dicēs
quòd merita nō debent esse perfunctoria, sed
ęquiualentia rebus donatis, & illo munere di
gna, & plenius idem tradit cons. 600. num. 35.
378 † ubi per hoc infert donationem inter patrē
& filium ualere quatenus merita sunt ęquiuo-
lentia, non ab inde supra, ut notat Bar. in l. fra-
ter à fratre. col. fi. ff. de cond. inde. & in l. si quis
pro eo. §. 1. in fi. ff. de fideiuss. & in aut. unde si
parens, & ibi pariter Bal. C. de inoffi. test. & alij
plures relati per Alex. in d. l. si donatione, Rul.
cons. 60. nu. 16. uol. 3. Cassane. cons. 7. nu. 2. &
Menochi. lib. 2. de arbitra. iud. casu 132. col. 1.
379 subditque Natta † ad recipientem spectare
onus probandi, quòd merita sint æquipollen
tia, cum se fundet in uerbis, & sit fundamentũ
intentionis suæ. l. ei qui dicit. ff. de prob. l. uete
380 oribus, ff. de pact.) † Consideranda tamen est
ultra Doctores qualitas remunerantis, num di
ues sit, & nobilis: cum enim eorum natura sit
multo maiorem referre gratiam. c. 1. eod. titu.
tametsi donatio facta excedat merita, modo
id non excedat, quod in ea re solebat & debe-
bat facere donans ex more diuitum, & nobi-
lium, non dicetur excedere merita, sed in totũ
remuneratoria censeri debebit. Ita Corn. sub
dubius tamen, cons. 144. col. 2. uol. 2. clarius ve
rò in dicta l. si donatione, colum. 2. uersic. ex
quo uidetur, sequitur Tiraquell. in dicta l. si um
quam. uerbo, donatione. nu. 73. (& pręter eos
idem sequutus Menochius lib. 2. de arbit. iud.
381 casu 132. ad fi.) † pro quibus facit illud, qđ
uulgo dici solet, [*Qui sua dat largo non dat, sed fœ-
nerat illud: Semina pauca iacit, cōmoda multa metet*]
de quo meminit Philipp. Probus in apostill. ad
Ioannem Monac. in dicta Rub. de pęnit. & re-
miss. in 6. ex eo namque colligitur naturā nobi
lium in plenius longè remunerādo uersari. Id
que Christi seruatoris nostri testimonio con-
382 firmatur † in Euangelio dicentis [*Gaudete, &
exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis*]
ipse enim omnium nobilissimus bene operāti
bus mercedem pollicetur, & sic remuneratio-
nem copiosam tamen, & sic longè opera exce-
dentem, & tamen in totum mercedē appellat
quasi non ueram donationem. (nec sanè mi-
383 ra hæc uideri debent: † Quia proprium nobi
litatis est largiri, & ideo Nobiles parua ac mo-
dica se concedere putant, etiā si multa, magna
que largiantur, ut de Comitissa Matylda legi
tur, quæ cum ecclesiæ 30. terræ milliaria dona-
ret, his uerbis usa fuit, Ecclesiæ aliquantulũ ter
ræ concedo, refert Tiraquellus in trac. de nobi
lit. cap. 37. num. 44. unde in nobili remunera
te excessus non facit, ut donatio mutet quali-
384 tatem.) † Quin etiam si remunerans sit igno
bilis, & pauper, & aliquanto plus remuneret
quàm acceperit, tamen excessus sit modicus:
donationem penitus remuneratoriam cense-
ri puto. ut enim testatur Hesiodus, quæ accepe
ris beneficia, ea reddenda sunt eadem mēsura,
385 & melius si possis: † utq; Tullius refert, agros
fertiles imitari debemus, qui multo plus afferē-
runt quàm acceperunt. Et quod magis facit
Bartolus in l. fin. col. 2. uers. quis erit modus. ff.
de his quib. ut indi. legatum pro alimentis fi-
lio spurio ualere tradit, licèt ea superet, nisi ta
men excedat in magna quātitate. sequitur Ca
stren. cons. 285. ad primum respondeo, in fi.
uol. 2. Tiraquell. loco citato, tametsi Baldus cō
tra teneat in l. eam quā. col. 10. uersi. pone dicit
386 Decretum, C. de fideicom. † (Simile uidemus
in statuto nostro Ferr. Quòd filia sit contenta
de eo, quod pater dederit, uel dare promiserit
aut reliquerit in dotem, nec præter illud occa
sione legitimæ fratres, uel alios descendentes
mortuo patre molestare possit. non enim di-
cere potest se incōgruè dotatam aut supplemē
tum aliquod petere, ut tradit Alex. cons. 150.
uol. 2. cons. 121. uol. 6. Ias. cons. 221. col. fi. uol.
2. Dec. cons. 505. colum. 2. Soc. iun. consi. 25.
colum. pen. uol. 1. Rui. cons. 66. colum. 2. uol.
387 3. † id enim statutum signanter procedit,
quando pater in dotando filiam parum exces-
sit congruam summam filioque competētem
pro modo facultatum suarum, iuxta l. cum pa-
ter, §. gener. ff. de iure dot. at secus ubi ex ma-
gno excessu redargueretur pater de indiscreta
dotatione: tunc enim cessat statutum memo
ratum, filiaque à supplemēto legitimæ non ex
cluditur. ita Castren. cōs. 108. super primo quę

Nobilitatis propriũ largiri.

sito

sito, quod refert, & sequitur Alex. cons. 32. ad fi
nem, uol. 4. Iason, cons. 133. nu. 4. & 17. uolu. 4.
Ruin. in d. cons. 56. nu. 15. & in terminis dicti
statuti Ferrariæ, Cur. cons. 27. num. 38. & D.
meus Riminal. cons. 332. num. 10.) ex quibus
pariter patet hāc donationem sustineri posse,
ut remuneratoriam in excessu modico. unde li
mitatio de qua supra, temperanda est in dini-
te, & nobili, quando excessus esset ualde ma-
388 gnus † (à quo solent etiam Reges abstinere
erga immerentes, ut egregium responsum re
fert Glo. in c. & si quæstiones. de Simo. Antigo
ni Macedonum Regis, qui à Trasyllo Cynico
rogatus, ut drachmam ei donaret, respondit
Rex, non est Regium munus. Cynico subijcie-
te, talentum igitur da, at non est, inquit, Cy
nicum tale munus accipere, uelut indignum
tanto munere.) in alijs uero personis conside
randus esset excessus, quādo esset magnus, ita
389 quòd non modicus. † Quod totum iudican
tis arbitrio relinquendum esse Corneus, Castr.
& Tiraquellus concludunt, (& præter eos Soc.
cons. 295. col. 3. uers. circa secundam, uol. 2.
Ias. cons. 154. nu. 5. uol. 2. Cur. iun. cōs. 126. nū.
2. uers. sed circa hoc, & Purpur. in l. cum quid,
nu. 13. ff. si cer. pet. Demumque Menochi. lib. 2.
de arbitra. iudi. casu 132. col. 2. ubi latius id p-
390 sequitur, ut per eum.) † Secundo remperan-
da est limitatio de qua supra, ut procedat quā
do beneficia recepta æstimationem recipiunt,
secus ubi pretio nummario æstimari non pos-
sunt: tunc enim quantacumque sit donatio, ro
ta remuneratoria iudicari debet. Ita tradit I-
mo. in d. l. Aquilius. exemplum in l. si pater. §. 1.
ff. eo. ubi si quis captum ab hostibus, uel latrun
culis eripuit & à capto quid pro eo accipiat,
talis donatio [*merces eximij laboris appellanda est*]
quasi dicat, non est commensurabilis cum be-
neficio recepto. redditque rationem, [*quod cō
templatione salutis certo modo æstimari non placuit*]
sentiens libertatem capto securam ex illa ere-
ptione inæstimabilem fore, iuxta l. libertas,
391 ff. de reg. iur. († Accedit etiam, quòd illud
beneficium redemptionis collatum fuit in ho
minem, cuius dignitas immensa est, l. iustissi-
me, in princ. ff. de ædil. ed. ibi [*propter dignitatem
hominum*.] Est enim homo, ut inquit ibidem
Glossa, pretiosissima creaturarum. Unde Oui
dius. [*Pronaque cum spectent animalia cætera terrā.
Os homini sublime dedit, cælumque uidere.*] Hinc &
Virgilius de illo loquens dixit. [*Cælestisque illi
origo est.*] Et Gratianus in c. hæc imago. 33. q. 5.
392 † recitat, quòd fecit Deus hominem ad ima-
ginem suam.) & propterea sequitur donatio-
nem factam illi beneficio æqualem fieri nō pos
se. nil mirum ergo si quantacūque sit, dici dēt
remuneratoria, quoniam non porest commē
393 surari cum beneficio recepto. († Tertio pro-
cedit limitatio prædicta, quādo merita seu ser
uitia non sunt obsequialia, ut ea sunt ad quæ
tenetur filius; quia non exiguut remuneratio-

Hominis dignitas.

nem. Bal. & alij in l. filiæ cuius. C. fami. erc. Cas
sane. in consu. Burgū. §. 5. Rub. 7. titulo de testa-
394 teur, nu. 50.) † Secundo limitatur prædicta
communis opinio præter Doctores, ut nō pro
cedat quando remunerās fuisset aliàs donatu-
rus, etiam si bene merita non præcessissent, ar
gumento textus in dicta. l. si remunerandi, iux
ta intellectum supra datum, nu. 351. cum sequē
ti. Qua enim ratione remuneratio, quam pro-
curator recipit, aliàs sine ea executurus man-
datum, non impedit actionem mādati: sic re-
munerante aliàs donaturo impediri non dēt
395 uera donatio. † Et in hac re Principis exem-
plum dari potest benemerito quicquam donā
tis, quòd & aliàs esset donaturus, cum pro-
prium Principis sit donatio, ut de Alexandro
legitur, qui cum Perillo amico pro maritādis
filiabus dari iussisset talenta quinquaginta, isq;
respondisset, decem satis esse: Tibi quidem, in
quit, satis est tantum accipere, mihi non satis
396 est tantum dare. † utque aliàs de semetipso
dicebat, mihi ulx Darij opes in amicos suffice
ret. Quinimmò M. Antonius existimabat am
plitudinem imperij non per ea, quæ reciperet,
sed per ea quæ daret, illustrari. Regalius enim
est ex Artaxerxis Persarum Regis testimonio
397 addere, quam adimere. † Atque Tullius in
oratione pro Rege Deiotaro inter laudes Re
gias, illas reponit, largum esse, beneficum, libe
ralem. Idemque scribit, nihil Principem magis
decere, quàm diuitias, & opes ad benignita-
398 tem, liberalitatemq; exercendam. † hinc Sue
tonius Cronographus, Eusebius, & Eutropius
prodiderūt, Titum Imperatorem recordatum
super cœnam, quòd nihil cuipiam toto illo die
præstitisset, memorabilem illam mentique re-
condendam uocem edidisse, Amici hunc diē
perdidi. ex hoc insinuans proprium Regū esse
donare, quod Tiberio perperam tamen asscri
399 bit Oldrad. cons. 94. in fi. † Sed & Romæ nu-
per in monte Quirinali, & foro Traiani inuen-
ta sunt multa marmoris frusta uarijs signis cę-
lata, in quorū uno est hic Titulus, Potentissi-
ma dos in Principe liberalitas, & clementia.
quod ex autore quodam refert Tiraquellus in
trac. de nobili. c. 37. nu. 40. Ex quibus exemplis
colligitur, cum Princeps benemerito donat
moueri potius cum suapte natura donationi
procliui, quàm propter merita, merito dona-
tionem illam licet remuneratoriam propriā
400 censeri. † Tertio limitatur hæc communis o-
pinio, ut non procedat in casu, quo donata-
rius non obligatur ad antidora, exemplum da
ri potest in remunerantem personam nobi-
lem: cum enim hæc obligatio naturalis ad an-
tidora non habeat locum in nobilibus, ut tra-
dit Ioannes Lupus in Rub. de don. inter uir. &
uxo. §. 9. num. 7. sentiens, quod si nobilis donet
alicui, donatarius ille non obligatur ad antido
401 ra. † Quia nobilis reputat se quodammodo
debitorem, & obligatum ad liberalitatem, c. j.
eo.

De remunerā te alias donaturo.

Nobilis non remunerās necessario

eo tit. ibi [*hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponit,*] ut mentem Lupi sic aperit, & declarat
Philipp. Probus in addi. Ioãnis Monachi, in ru
402 bri. de penit. & remissi. in 6. † Idque compro-
batur, quoniam donatio, quæ fit a nobili debet
esse sine ulla spe cuiuspiam remunerationis
pecuniariæ, ut tradit Iacob. de Beluis. in §. fi. ti-
tulo qui feu. dare poss. sequitur Tiraquel. in tra
cta. de nobili. cap. 37. num. 42. unde sequitur il
lum remunerantem nobilem proprie, & uere
403 donare. † Aliudque exemplum adferri potest
in eo cui res aliena donata sit, cuius donatio
nondum confirmata sit usucapione, uel consũ
ptione: cum enim teneatur interim rem dona
tam uero domino restituere, atque ob id donã
ti non obligetur, ut eleganter declarat Fulg. in
dicto §. consuluit, sequitur, quòd si donantem
404 remunerat proprie dicitur donare. † (Vnum
postremo non omittendum censeo considera-
ri posse donationem remuneratoriam, quam
quis faciat, licet beneficium aliquod non fue-
rit cõsequutus, exemplum si uir ignobilis uxo
ri suæ antea nobili dotem animo donandi con
stituat constante matrimonio: talis enim do-
natio facta dicitur in remunerationem nobili
tatis, quam ipsa ex eo matrimonio perdidit: &
ualet, quod secus esset, si simplex esset, & pura
donatio. Ita Bar. Imola. Cuman. Alex. & Iason.
in l. diuortio. ff. de uerb. ob. Iacob. Butri. Iacob.
de Raue. Ricard. Malumb. Cynus, Bar. & Bal. in
l. si uoluntate. C. de dotis pro. Bal. & Ang. in l.
1. C. de don. an. nup. Ang. in l. 1. ff. sol. ma. consil.
5. Andreas Ioannes. & consi. 396. Doctor insi-
gnis. col. fi. Anch. consi. 219. mirum. Cuma. con
silio 40. col. fi. Fulg. consi. 109. col. 3. Abb. consi.
73. col. 3. uol. 2. Roma. consil. 445. col. 3. & alij
quamplures, quos congerit Tiraquel. in tract.
405 de nobilita. cap. 18. num. 19. † Et tamen clarũ
est, quòd maritus nubendo uxori nobili, non
inde consequitur nobilitatis beneficium. Sed
si erat ignobilis, nihil nobilitatis adipiscitur. l.
fi. C. de nup. l. mulieres. C. de dign. libro 12. &
ibi Ioan. Plat. Bar. & Ias. in l. fi. C. de uerb. signifi.
Cur. Iun. consi. 6. col. 2. Ioan. Ray. in tract. nobi
li. 6. q. quintæ. q. prin. Bal. Nouel. in trac. de do
te. par. 10. col. 4. uersi. præterea uir nihil nobili-
tatis. Dec. in l. 1. col. 3. C. de edẽ. Ias. in l. si diuor
tio. col. 3. ff. de uer. ob. & Tiraquel. in dicto cap.
18. nume. 15. unde certe mirabilis uidetur su-
406 pradicta Doctorũ decisio. † Augeturque dif-
ficultas, ut animaduertit Ioan. Lupus in rub. de
donat. inter uir. & uxo. §. 31. col. pen. Quoniam
maritus accipiendo uxorem nobilem, nihil ab
ea recipit consistens in commodo bursali, & sic
non debet esse in consideratione, si quid ab ea
consequeretur. l. quod adipiscendæ. ff. de don.
inter uir. & uxo. l. plane, secunda, in fi. ff. de leg.
407 1. † Nõ enim dici potest fieri locupletior uir
ex eo, quòd habeat uxorem nobilem. Immo ue
ro ex donatione, quam facit uir uxori fit ea lo
cupletior, & uir donans pauperior, cum dona

De ignobili uxorem nobilem recipiente an dãdo ei dicatur uere donare.

re sit perdere. l. filiusfami. ff. eodem. ergo do-
natio talis in eam collata, ualere non deberet.
capitulo finali, de donatio. inter uir. & uxo.
408 † Quin & aliud amittit maritus nobilem uxo
rem recipiens: mulier enim nobilis non tene-
tur ad illa obsequia seruilia, & uilia, ad quæ re-
gulariter tenentur uxores, ut puta lauare ca-
put, uel pedes mariti, uel parare cibos, & simi-
lia, ita dicit Abb. in c. literas. col. fi. de resti. spo.
409 † Vnde apud Romanos inoleuit consuetudo,
ne clarissimæ fœminæ in rebus uilissimis uersa
rentur: nobiles enim mulieres inito cum Sabi-
nis fœdere a molari, & opera coquinaria, ser-
uilibusque ministerijs immunes factæ sunt.
410 † Nisi tamen mariti ualetudo, uel honorã-
dorum hospitum causa secus suaderet: tunc. n.
non modo quicquam prætermitti non debe-
ret, sed omissum detestandum esset, sicut de An
dromache narrat Homerus, quæ tanto sui He-
ctoris amore & charitate tenebatur, ut in sub
ministrando equis pabulo, quibus mariti de-
cus, & uita credebatur, diligẽs, & accurata fue-
411 rit. † & de generosis, & fortissimis hominibus
Achille, & Patroclo idem poeta meminit, ad
quos cum Vlixes, & Aiax reconciliandi gratia
uenissent, reiecta lira rẽ coquinariam magno
studio tractarunt, quæ nisi beneuolentiæ, uel
hospitalitatis causa decora fuisset, uix medio-
cribus seruis digna fuisset reputãda. & ista reas
sumit Franciscus Barbarus in suo libello de re
uxoria, lib. 2. c. 7. quem refert Ioan. Lup. loco ci
tato. regulariter ergo maritus plus perdit, quã
consequatur uxorem nobilem recipiẽdo, qua
re donatio in eam per eum collata nullius ualo
ris uti simplex, & pura, uidetur esse reputanda.
412 † Sed tamen a communi Doctorum senten-
tia supra relata non est temere recedendum,
quam tenet insuper Ioan. Lup. in dicta rub. de
don. inter uir. §. 32. quamuis enim maritus ple
beius contrahens matrimonium cum uxore
nobili, non efficiatur nobilis, ut supra dictum
413 fuit. † Satis tamen participat de nobilitate
uxoris, ex quo propter eam assecutus est eius
parentelam, & affinitatem omnibus suis con-
414 sanguineis. † Imo uero nobilitas, & dignitas
uxoris communicatur uiro, qui coruscat ra-
diis uxoris: si quidem lateris eius comitatus
eum illustrat. l. 1. C. de prepos. lab. lib. 12. Qui
textus licet de Imperatore loquatur, qui suo la
tere consules illustrat, satis tamen uiro, & uxo-
415 ri conuenire potest. † Nulla enim maior est la
teritas, quam uiri, & uxoris, qui diuino consor
tio efficiũtur una caro, sicque Bal. argumenta-
tur in c. significauit, nume. 3. de rescrip. utque
declarat Tiraquel. in dicto cap. 18. numero 41.
416 † uiri nobilitas, ex uxoris nobilitate quodam
modo illustratur, ignobilitas autem minus ob
scura remanet ob uxoris nobilitatem, cuius sẽ
tentiæ fuit Menedemus Philosophus, qui reli-
cta priore uxore aliam duxit nobiliorem, quòd
417 Reipublicæ præesset, ut tradit Laertius. † Ad-
de,

de, quòd filij quos ex muliere nobili maritus abiectus generat, digniores efficiuntur, licèt enim de rigore iuris nobilitas nõ imprimatur à genere materno. l. liberos. ff. de senat. & pulchre declarat Connanus in Commentat. Iuris ciuil. lib. 2. cap. 11. col. pe. dicens libertatem, quæ naturalis est, à loco naturæ eoque certo descendere: at cæterorum omnium quæ ius ciuile inuexit, honorum, dignitatum, gentilitatum, agnationum, & similium rerum initia ducuntur à patre, qui nomina ista omnia in domum suam affert, cuius ipse est principiũ & caput, ut rectè prisci Romani, rectè nos itẽ, qui nobilitatem autori generis nostri, hoc est patri referimus acceptã, cũ ea nõ naturę sit, sed
418 iuris ciuilis: † nihilominus dubitandum nõ est quin filiorum nobilitas, quam à patre accepunt sit splendidior, illustrior, luculentior, clarior. Ignobilitas autem minus obscura, minusque abiecta propter nobilitatem matris, ut sentit Bal. in l. fina. in fi. C. de ser. fug. cum dicit, quòd non dicitur quis nobilis respectu generis materni, sed paterni, loquendo simpli
419 citer, & præcise, uerum loquendo † secundum quid, nõ est dubium, quòd omne compositum participat de forma, & materia, sentiens ex hoc, ꝙ qui ex nobilibus matribus nati sũt de earum nobilitate aliquid retinent, ut post eum clare dicit Lupus in dicto. §. 32. Anton. Corset. in repe. c. grandi. colum. 13. de supp. negli. prę. libro. 6. Bonus Curtilius in tracta. nobilita. 4. par. col. 6. & Tiraquell. in memora-
420 to sepius c. 18. † Inferens ex hoc nõ omnino reprehẽdẽdos esse, qui à matribus suis, ꝙ forte sint nobiliores patribus, sibi nomen assumũt non ab ipsis patribus, quod fecit Raynutius ille de Clera in c. Raynutius, de testa. ubi notant Hosti. Ioann. Andr. Petrus Anc. Abbas, & Imo. sicut & apud Campanos uicinos suos in usũ fuisse testatur Connanus loco citato, causam
421 referens ab eis deductam. † Præterea quandoque legimus filios ex matrum nobilitate nõ nihil retinuisse, quod uoluisse Lycinorum legislatores animaduertimus, apud quos si qua generosa mulier ignobili nupserit, ex ea tamẽ
422 generosi liberi nascebantur. † testes quoque nobis Poetę sũt, quibus autoribus Dea matre nati diuinitate donati sũt, ut Achilles, Aeneas, & Orpheus: hac potissimum ratione Dij putati sunt ad matres potius quam ad patres id referentes. Unde Virgilius Aeneidos libro secundo. [*Genus huic materna superbum Nobilitas dabat*] & Ouidius lib. 13. Metamor. Vlyssem introducens ita loquentem [*Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis Altera nobilitas*] Et li. j. Fastorũ [*Hinc fuit Euãder, qui quamquã clarus utroque Nobilior sacræ sanguine matris erat*] pluraque id genus
423 cumulat Tiraquellus in d. c. 18. nu. 38. † Quibus & illud exemplum accedit, quòd semina in suos redeunt ortus: mitificas enim fruges esse perspicimus, quas optimæ segetes

Filios à matre quidoque nobilitari.

pariũt. unde cum natura hæc producat, & ars naturam imitari debeat in quantum potest, ut Philosophus inquit, & habetur in §. minorem supra de adopti. non uideo quare filii ex generosis, & illustribus mulieribus nati, clari nõ habeantur. si igitur ex matrimonio cõtracto cum muliere nobili, tantus honor, & tanta commoditas resultat marito, in compensationem honoris, & commodi ualere debet dona
424 tio in eã collata. † Tãtoq; magis si ponamus, quòd illa mulier de consuetudine, uel de neglig ẽtia præscripta non cõferebat in tributis, sed bona sua ueluti franca tenebat, quæ dedit in dotem uiro ignobili: is enim non tenebit ea franca, sed eorum ratione tenebitur ad tributa conferre, prout uoluit Petrus Antibolus in tract. suo de muneribus, quem refert Ioa. Lup. loco citato, inferens ex hoc, quòd cum mulier uideatur fieri quodãmodo pauperior, iustum est hoc respectu, ꝙ donatio prædicta ualere
425 debeat. Et ita tenendo nõ obstant cõtraria: nam quod primo dicebatur maritum non fieri nobilem: uerum est absolute loquẽdo, secus secundum quid, ut in filijs decidit Bal. in d. l. fi. C. de ser. fug. & in marito Lupus, loco citato. Ad aliud uero, quòd maritus non recipit aliquid existens in commodo bursali respondet
426 ipse Ioannes Lup. † id non esse bene dictum, cũ re uera maius sit honoris commodũ quam rerum, sicut econtra maius est honoris damnũ quàm bonorũ. l. isti quidẽ. ff. quod met. causa. confirmatur ex notatis per Abbatem Ioa. de Ana. & Marianum in c. cum in ecclesiæ corpo
427 re, de Simo. † ubi dicunt, quod si præter affectum coniugalem maximum beneficium collatum est uxori, uel econtra, ita quòd alter alteri sit obligatus ad antidora, donationem inter eos ualere ueluti remuneratoriam seruitii iam recepti, dant exemplum Salyceti, quod habuit in contingentia facti, si cum uir esset condemnatus ad mortem propter delictum, & carceratus, uxor forte sagax eum à carceribus liberauit dando sibi uestimenta muliebria, uel habitũ alicuius monachi: licèt enim hoc seruitium non contineat interesse pecuniarium, tamen ualet donatio remuneratoria mariti in
428 eius uxorem largita. † Quod uerò dicebatur maritum perdere, quoniam uxor nobilis regulariter nõ tenetur ei lauare caput, aut pedes, siue cibaria coquere, me parum mouet, cum huiusmodi merita obsequialia non sufficiant ad remunerationem inducendam, prout supra dictum fuit: & propterea dato, quòd uxor illis seruitiis astringeretur, eaque præstitisset, non ob id remunerari mereretur. remanet igitur ex prædictis communis doctrina, de qua supra
429 defensata. † Vtilitas autem huius quæstionis multiplex (ne futilis fuisse uideatur eius disputatio) in primis propter statuta facientia mentionẽ simplicem de donatione, in casibus enim, quibus supra dixi donationẽ remunerato-

Donatio remuneratoria quando sub statuto cõprehendatur.

neratoriam esse ueram donationem, sub eis cō
430 prehēdetur, alias secus, † cum in statutis uer
ba proprie sumenda sint. l. 3. §. hæc uerba. ff. de
neg. gest. de qua utilitate perpendit Bart. Ro-
man. Cuman. & Imola, in l. j. ff. eod. Bar. in l. fi-
liusfam. post Iacob. de Are. in secun. oppo. eo.
tit. & ita firmat Alberic. in l. si pater. §. j. ff. eo. &
in prima parte Statutorum, quæst. 122. Bertrā.
consi. 306. nume. 3. uol. 3. Mod. Galli in consue
tud. Parisij, in materia feudali. §. 30. nume. 99.
431 † Et hæc opinio procedit secundùm Imol. in
dicta l. j. & Alexandrum ibidem in addi. Barto-
li, quando statutum esset exorbitans a iure cō-
muni. Quod licet non declarent, est quando
non corrigitur in totum ius commune, sed in
aliquo ei derogatur, ut tradit Corn. consi. 174.
col. 2. uol. 4. Cror. in l. omnes populi. num. 121.
ff. de iust. & iure Craue. in tract. de antiqui. tem
432 po. in 4. par. num. 37. † alias, ut ipsi dicūt, quā
do statutum iuri communi conueniret, posset
ex identitate rationis etiam uerificari in dona
tione impropria, & sic remuneratoria, si eadē
subesset ratio, argumēto legis, illud. ff. ad leg.
433 Aquil. † Quinimo plus dico contra Imolam,
& Alexandrum, idem esse in statuto exorbitan
te de donatione simpliciter loquente, quod ex
identitate rationis extendi deberet, & uerifica
ri in hac donatione, licet impropria. Quoniā
in exorbitantibus fit extēsio ad casum, qui sub
larga significatione uocabuli comprehendi po
test. l. filium habeo. ff. ad Maced. l. Senatuscon-
sulto. ff. de ritu nup. iuncta l. liberorum. in prin.
ff. de uer. sig. & not. ibi per Bar. tradit Alex. in l.
si prius. numero 27. ff. de no. oper. nunc. Cor.
consi. 234. nume. 8. uol. 2. Cur. consi. 60. nume.
20. Rui. consi. 53. num. 2. uol. 3. late Dec. in l. qui
se patris. col. pe. in fi. C. unde lib. Cra. consi. 155.
num. 8. Gozad. consi. 90. col. 4. Pet. And. Gam-
mar. in tract. de permu. benefi. in priu. num. 69.
Tiraquellus abunde in dicta l. si umquam, uer-
bo, [*donatione*,] nume. 146. & de legib. connubi.
in uer. contractes. glo. 3. num. 56. (Natta consi.
532. num. 30. Neuiz. consi. 69. num. 9. Alex. de
Neuo, consi. 78. num. 9. Senat. Pedemon. decis.
434 31. nu. 10.) † Sed large sumpto uocabulo do-
nationis, omnis donatio comprehenditur. l.
alienatum. §. donationis. ff. de uer. sig. & sic ēt
remuneratoria. ergo sub tali statuto contine-
435 ri debet rationis identitate suadente. † Am-
plius addo idem dici posse, quando statutum
esset iuris communis correctorium habens ta
men rationem expressam, & finalem, quæ huic
donationi conueniret, nam ad eam deberet ex
436 tendi: in correctorijs enim † licita est extensio
quando ratio scripta est in lege, uel statuto cor
rigente, ut tradit Bal. in authē. quas actiones,
col. 2. C. de sacrosan. eccl. ubi Ias. num. 22. latius
confirmat. & in l. Marcellus. in prin. ff. ad Treb.
& in §. sequens. col. 3. infra de acti. Cur. Iuni.
consi. 54. num. 9. Cra. consi. 113. num. 3. Dec. in
c. translato. in princi. de consti. Paris. consi. 69.
num. 178. uol. 3. (Natta con. 442. num. 4. Alex.
de Neuo, consi. 4. num. 5. consi. 28. nu. 8. con-
silio 59. num. 17. cum similibus a me cumulatis
437 in dicta l. qui se patris. num. 433.) † Idque etiā
si casus ad quem facienda est extensio, ex lata si
gnificatione uocabuli non comprehendere-
tur sub expresso, secundum latam significatio-
nem uocabuli, ut tradit Ias. in l. si ita stipulatus.
438 §. Grisogonus. col. 12. ff. de uerb. ob. † ubi di-
cit esse communem (contra Alexandrum in l.
peregre. §. j. ff. de acq. poss. qui requirit casum,
ad quem fieri debet extensio, sub expresso com
prehendi saltem secūdum largam significatio-
nem uocabuli, nam sufficit rationem esse scri-
ptam, ut extensio fiat ad alium casum, licet de-
lata significatione uocabuli sub expresso non
comprehendatur. Idemque uoluit Ias. in l. Mar
cellus. in prin. col. 11. uersi. quid tenendum. ff.
ad Treb. in l. j. col. 2. ff. de in ius uoc. in l. quam-
uis, col. 2. C. de fideic. & alibi quoque, prout de
ducit Crau. in trac. de antiq. temp. in 4. par. nu
mero 44. quod & ego posui in dicta l. qui se pa-
439 tris.) † Fortius etiam subiungo, quòd si ratio
nō esset scripta in tali statuto correctorio, uni
ca tamen reddi posset, adhuc ex ea licita foret
extēsio, ut tenet Cast. & Imo. Cumanus quàm.
in l. si uero. §. de uiro. ff. sol. matrim. Alex. in l. si
constante. col. 3. in fi. eo. tit. ubi Cror. nu. 70. se-
cunda lectura. Ripa. num. 65. sequitur Ias. in di
cta aut. quas actiones, num. 22. Alex. consi. 49.
col. 5. uol. 2. Dec. consi. 372. col. 3. Soc. Iun. con
440 silio 167. num. 21. uol. 2. († Sicut etiam tole-
ratur extēsio, licet in correctorijs simus quan
do duo prius reperiuntur æquiparata, ut tra-
dit Ias. in d. auth. quas actiones, num. 17. cum
sequen. quem referr, & sequitur eximius iuris
cōsultus, & elegans, Dominus Desiderius Gui
donus Asculanus, consi. 170. num. 122. primo
Tomo diuersorum ultimarum uolūtatum. Idē
441 que tenet Rub. consi. 151. † Vel quando redu
cimur ad ius antiquum, secundum glo. in c. sta
tutum. uerbo, numerandum, de præbend. in 6.
Butri. in c. olim tibi, per illum tex. de uer. signi.
Ripa, in dicta l. si constante, num. 61. post Alex.
& Ias. quos refert Fel. in c. cum accessissent, co-
lumna 2. de consti. Senat. Pedemont. deci. 147.
num. 20. Ias. in l. si unus. §. pactus ne peteret. nu
me. 6. ff. de pact. & consi. 137. num. 13. uol. 4. Go
zad. consil. 101. num. 24. Grat. respon. 163. nu.
34. uol. 2. Gramma. pulcre confirmans decisi.
92. num. 15.) unde concludo, quod tale statutū
de donatione simpliciter loquēs, in hac remu-
neratoria locū non haberet, quando ratio scri
pta, uel non scripta, quæ tamen reddi posset, ei
non conueniret, (uel æquiparatio facta non es
set, uel ad ius antiquum non rediremus) alias
442 secus per supradicta, quæ menti teneas. † Se-
cunda est utilitas propter insinuationem, quæ
in donatione propria præter quinquaginta au
reos requiritur. l. pe. in fi. C. eo. secus in impro
pria, ut tradit Cast. & Cuman. in l. j. ff. eo. Imo.

in rub.ex.eo.tit.quatenus enim hæc remunera
tio est uera donatio, ut in excessu, & alijs casi-
bus supra positis requiretur insinuatio.ut tra-
dit Guil.de Cun. Bal.& Saly. in l.illud.C.de sa-
crosan.eccl.Imo.in dicta l. Aquilius, Ioan.An-
dre.in addi.Specu.in rub.de reb.eccl. non alie.
Oldra.consi. 339. Soc.consi.48.uol.j.Rip.in d.
l.si umquam.q.14. Rui.consi.60.num.16.uol.
443 3.†alias uero non requiretur insinuatio,cū
sit impropria donatio,ut determinat glo.in d.
l.Aquilius. quod alibi non meminisse tradit
Alberic.ibi,& singularem appellat Ang. in d.§.
consuluit,eamque sequuntur Bar.Castren.Ro
man.& Imola.Bart.Ang.Imola, cæterique in l.
peu.§.j.ff.eo.Rom.consi.26.num.3.Alex.con-
sil. 12.col.2.uol.j.consi.216.in prin.uol.2.Cur.
Iu.consi.142.num.5.Ioan. Lup.in rub.de don.
inter uir.& uxo.§.50.num.8.Bertrā. cons.205.
col.2.uol.2.Tiraquel. abunde in dicta l. si um-
quam.uerbo,donatione,num.44.(Bar.& Imo.
in l.Aquilius.ff.e. Bal. in l.2.in fi.C.ne lic.pot.
in l.si cū mihi.ff.de dolo,in l.3.C.qui bon. ced.
poss.in l.si donatione,col.j.C.de colla.& in l.il
lud.col.pe.C.de sacrosan.eccl.Ias.in l.ex hoc iu
re,col.9.ff.de iust.& iu. Ang.consi.139.uer.ue-
nio ad tertium,Rom.cons.26.secundo dubio,
Cur.consi.68.Alex.consi.21.col.j.uol. 3.Capel.
Tolosa.381.in apostil.Ferrat.caut.33.Mantua
consi.51.& consi.132.uol.2.Rui.consi.2.col.2.
uol.j. Gabrielius Romanus in suis conclusio-
nibus,lib. 3.tit.de dona. conclu.prima,nu.59.
Viuius, in suis communibus opi.in uerbo,do-
natio,inter uiuos, loquens de donatione reci
proca,& uicissitudinaria, qualis est remunera-
444 toria.) †& licet in cōtrariū uideatur textus
in l.donatio.C.eo.& ibi not.Bar.(dicens,quòd
omnis donatio requirit insinuationem secun
dum,quod leges expostulant scilicet, si quanti
tatem taxatam excedit,) tamen ad illum respō
det Constan.Rogerius in l.Modestinus, num.
25.ff.eo.(quòd illa l. donatio, non probat id
quod notat Bart.† quia si diceremus, quòd in
445 omnibus donationibus; ibi expressis requi-
reretur insinuatio,certe cum ille textus multū
generaliter loquatur in principio de donatio-
nibus, quibuscunque conditionibus, & causa
mortis celebratis, quę non propriæ dicuntur
donationes, destrueretur doctrina plurium Do
446 ctorum in plerisque partibus, ideo † subdit
Rogerius eleganter,& docte,) quòd ille textus
quatenus in fine loquitur de insinuatione,non
uult,quòd illa requiratur in omnibus casibus
ibi expressis.Quinimo clausulam insinuationis
restringit ad casus in quibus leges expostulāt.
insinuationem, quæ uerba uti generalia nedū
referri debent ad quantitatem donatam prout
glo.declarat,& se restrinxit Barto.sed etiam ad
alias qualitates donationum, ut quando sunt
propriæ, non autem impropriæ,qualis est re-
447 muneratoria,de qua tractamus.†Et licet nō
dicat Constantius, hæc fuit ante ipsum consi-
deratio Fulgosij, in dicta l. donatio,& Alexan-
dri,consi.21.col.3.uol.3. (quæ præterea confir
matur, nam textus ille non plus in hoc dispo-
448 nit, quàm leges aliæ per eum relatæ. † Quia
relatio censetur facta cum omnibus qualitati
bus suis.l.asse toto,& ibi Bal. & Ang.ff. de hær.
insti.Dec.consi.47.nu.j.consi.128.nu.j.Berous,
consi.20.num.9.consi.93.num.51.uol.3.at aliæ
leges insinuationem non requirunt in dona-
tione remuneratoria, ergo nec illa l. dona-
449 tio.) †Tertia est utilitas propter superuenien
tiam liberorum, qua reuocatur uera donatio.
l.si unquā.C.de reuo.don. quatenus enim hæc
remuneratoria donatio est uera, reuocabitur,
ut tradit Barba.in c.fi.col.fi.eo.tit.Soc.consilio
295.col.pen.uol.2.Rui.consi.60.num.16. uol.

Quę donatio reuocetur ob superuenientiā liberorum.

450 3.†alias secus,cum sit impropria donatio, ut
firmat Ang.ibi, Roma.consi.26.in fi.Alex.con-
sillo 39.in 3.dubio. uol.4.Ias.in l.ex hoc iure.
num.66.ff.de iusti. & iure, ubi quoque Claud.
Aquens.nu.75.Ias.in l.si nō fortem.§.libertus.
col.6.ff.de cond.inde.Curt.consi.66.col.j.Soci.
in allegato consi. 295.col. pen.Deci.consil.20.
451 in prin. †consi.396.num.10.ubi dicit esse cō-
munem.Ripa lib.3.respon.Cap.13.& in dicta
l.si umquam,quæst.14.ac post eum, Tiraquel.la
tissime, uerbo,donatione, num.11.qui dicit es
se communem. (Dec.consi.675.Bertran.consi
lio 20.col.j.uol.j.consi.175.colum.pen.consil.
230.uolum.2.consi.291. colum.5.uol.3.Paris.
consi.75.col.2.uol.j. Soc. Iun.consi. 102.col.4.
uol.2.Rui .consi.98.col.2.& consi.224.col.fi.uo
lumi. j. Matthæus iuriscons.in suis communib.
opinionibus,uerbo,donatio,num.4.post Dec.
consi.366.col.antep.uer.uenio ad tertiū,q pari
ter cōem testatur.& Gabrielius Romanus plu-
res allegans in suis Conclusionibus, lib. 3.titu.
452 de donationibus,conclu.secun.num.46.†qd
etiam per easdē cōclusiones ponit Portius Imo
lensis, conclusione 35. limita.5.lib.j.sic,ut ueri
ficetur id opus non fuisse suum, sed prædicti
Gabrielij, prout eius filius in epistola dedica-
453 toria multis ostēdit.)†Quarta est utilitas, q
in donatione uera, quæ cœpit a traditione, do
nator non tenetur de euictione.l.Aristo.§.fin.
ubi gl.Bar.Cast.& alij.ff.eo.(glo.in l.ad res do-
natas.§.ibi Veronen.ff.de ædil.edi.Cor.cons.
141.uo.2.Ias.consi.34.col.fi.& consil.73.co. fi.
uol.j.Rui.consi.184.uol.j.Boeri.consi.67. Cur.
Iun.consi.178.num.27. qui communem testa-
tur, sicut & Viuius in suis communibus opi.in
uerbo,donatio ubicumque, amplians etiam si
ficta tantū traditio interuenerit mediante con
stituto,) & infra dicemus,i §.j.quatenus enim
hæc remuneratoria est uera donatio,non tene
454 bitur,† alias secus,cū sit impropria. Ita Iacō.
de Arena,Ray.Bar.Alex.Aret.& Besuti.tenent
in l.Iulianus.§.j. ut ibi refert Iason, num.12.ff
de uer.do. Ias.in dicta l. ex hoc iure, nume.68
& in dicto §.libertus,col.7. Alex.cons.47.col.fi
uol.3.Corn.cons.194.uol.3.Rub.consi.95.col.
fina·

Donator quā do de euictione teneat.

fina.Cra.conf.64.num.3.Tiraquel.in dicto uer
bo, donatione, num.51.(Viuius in suis com-
munibus opi. in uerbo, donatio ubicumque,
me tacito citans easdem decisiones, & addens
455 tantum Boerium dec.67.col.j.) † Quinta est
utilitas, nam l. fœminæ, & l. generaliter. C.
de secun.nup. quibus donatio uxori facta per
maritum, uel è contra illa, uel illo transeunte
ad secunda uota reseruatur filijs prioris matri
monij, locum non habent in ista remunerato-
ria uelut impropria, nisi quatenus propria re-
putatur, ut in excessu meritorum, uel alijs casi-
bus, de quibus supra. ita firmat Ripa in dicta l.
fœminæ.nume.31. & libro 3.responso. cap.13.
456 †quod ultimum præ cæteris nota, cum sæpius
Doctores plures differentias inter ueram do-
nationem, & hanc cumularint, ut Ias.& Claud.
Aquens.in dicta l. ex hoc iure.Ias.in dicto §.li-
bertus, & consi.73.col. 3.uol.3.Bertran.consil.
205.uol.2.Barba.in rub. ex.eo. & in tract.de p-
stan.Card.q.3.j.par.num.17.Tiraquel. in dicto
uerbo, donatione, ubi 34.differentias ponit, &
tamen nemo ex his, aut alius quē uiderim hāc
457 ponit, (tempore prioris editionis: †nunc ue
rò reperio, quod Gabrielius Romanus in suis
conclusionibus, lib.3.titulo de secund. nup.cō
clusione j.num.39.adducit Bertrandum, consi.
175.colum.2. uol.2.priorum, qui hoc nō dicit,
sed aliud, nempe quòd dicta l. fœminæ, proce-
dit, quādo mulier secundo nubit inuitis filiis:
secus si de illorum consensu. citat insuper præ-
ter Ripam Gabrielius quendam Ioannem Ni
colai, responso 3.nume.3.& seq.& Boerium de
cisio.185. de donatione reciproca loquentem
458 qualis est remuneratoria.)† Non me latet in
super Cumanum, in l.j.ff.eod. aliam utilitatem
cōsiderasse: habemus enim, ut inquit, quòd ex
solo pacto donationis oritur actio.l.si quis ar-
gentum.§.fi.C.eo.uel ut melius tradit Bart.in
l.legitima.ff.de pactis, & cæteri communiter,
ut ibi Ias.refert, num.8. oritur condictio ex le-
ge propter pactum, unde uideretur non habe-
re locum dictæ legis dispositio in donatione
impropria, & sic in remuneratoria, prout alibi
sic exemplificant Guil.de Cun.Raynerius, Bar.
& Alber. in l. iurisgentium.§. quinimmo, ff.de
pac.Saly.in l.legē.q.6. C.eo.quos sequitur Ias.
& dicit esse communem opinionem, numero
459 19.†Sed, ut Cuma.subdit, glossa, & Doctores
contra sentiunt in l. cum pater. §. Meuio. ff.de
leg. 2. quatenus tenent illam legem locum ha-
bere in donatione, causa mortis, quæ tamē est
impropria donatio, l.j.ff. eo.in 3.responso.quo
rum sententia magis communiter est recepta,
460 ut infra dicam.†unde sequitur, quòd & in do
natione remuneratoria procedere debeat, &
ita tenet Fulg. & Martinus de Laude in dicta l.
iurisgentium.§. sed cum nulla. Roma. & Imo.
in l.in ædibus.§.j.ff.eo.Aret.noster, in §.in per-
sonam.colum.9.infra de acti.Alex.in hanc par-
tem inclinans in dicto §. quinimo, & post eum
late Garzia Hispanus, col.29.cum seq.Ruf.con
silio 54.col.3. uolum.j. Aret.in d.l. 2.colum.3.
uolum.j.Ita quòd hæc opinio uidetur esse ma-
gis communis, merito in hac differētia, nel uti
litate nō insisto, quia satis periculosa redditur
461 in puncto iuris, ut ex prædictis patet.† Quin
ta succedit ex Aretino conclusio, quòd obliga
tus ciuiliter tantum, ut contingit in chirogra
pho ante biennium, soluēs proprie donat, quā
tenet etiam glo. Dec. & Cag. in l.donari.ff.de
reg.iur.Bart.in l.j. ff.eo.Ioan. And.Cardi.Abb.
Anchar.& Imo.in rub. ex. eo. inferentes ob id
in tali donatione, insinuationem requiri præ-
ter quinquaginta aureos, (& cum prædictis ēt
tacite consentit Connan. in Commentar. iu
462 ris ciuil.lib.j.cap.6.col.7.†dicēs, quòd huius
literarum obligationis nulla mentio est apud
Iurisconsultos, & re uera nulla est omnino obli
gatio, sed putat esse, neque ius induxit, ut scri-
ptura syngraphæ satis habeat momenti ad fidē
astringendam, cum causa propter quam facta
fuit, secuta nō sit, hoc uerò solum uoluit, ut eā
post biennium ne liceat testibus oppugnare,
463 quòd creditorum bono introductum est.†Si
militer duorum testimonium, aut iudicis au-
thoritas non obligat, si aut illi falsò deposue-
runt, aut hic inique iudicauit. Sed in re obscu-
ra, atque incerta nihil aliud constitui potuit,
quàm ut scripturæ crederetur, uel testibus, uel
iudicum decretis, nō quòd rerum ueritas mu-
tetur, sitque aut naturaliter aut ciuiliter obli-
gatus, qui nihil debeat, sed quòd in tanta rerū
humanarū incertitudine constituendum fuit
aliquod extremum, in quo possemus conquie-
scere. hæc eleganter Connanus, qui plane sen-
tit hunc ante biennium soluentem uere ac p-
prie donare, si talem scripturam nullū momen
tum habere ad fidem obstringendam, & nullā
omnino illius obligationem appellat, & in hāc
464 partem) † mouetur Aret. ratione, quia tale
uinculum ciuile, nec actionem parit, nec repe
titionem uetat, ergo est uera donatio. primū
probat glossa infra de obliga.in prin.Secundū
glo.Bar.& alij, in l.j.ff.de condict. inde.in l.cum
quis.C.de iur.& fac.ignor.& in c.fi.de solu.Ter
tium uero glo. in dicta l.donari, & tex.in l. cu-
465 ius per errorem.ff. de reg.iur.†Secundo præ
ter Aret.facit, quia recipiens chirographum
dicitur obligatus ad mutuādum.l.4.C.de dot.
pro.ergo qui scripsit nondum est obligatus ad
soluendum, quia duæ contrariæ obligationes
simul esse nō possunt. si ergo soluat dicitur p-
466 prie donare.†(Tertio confirmatur, nam scri
bens chirographum, in quo fatetur se recepis
se pecuniam mutuam, consensum dicitur adhi
bere limitatum certo modo, certaque condi-
tione, uidelicet si sibi numerabitur pecunia.l.
j.C.de non num.pecu.declarat Bar. in l.si quis
pro eo.numero 15.ff.de fideiuss.sequitur Ias.in
l.si conuenerit.ff.de iur.om.iud.in l. is qui.nu.
35.ff.de acq.hær.& in l, si pecuniam.col.fi.ff.de
cond,

Lex, fœminæ. C. de se cū.nup.i qua donatione procedat.

Obligatus ex chirographo ante biennium soluens, an dicatur uere donare.

467 cond.ob eausam † at tacita con litio, pro nt prædicta fuit in chirographo non expressa, ita suspendit obligationem sicur expressa, ut est Glo.notab.quam Bar.Castr. Alex. & Ias. sequuntur in l.item quia.ff.de pact. Dec. cons.2. colum. 3. igitur interim soluens uere donat.)
468 † Quarto accedit, cum enim exceptione non numeratæ pecuniæ se tueri posiit, & tutus fieri.l.pen.C.de non num. pec. uerbo [*auxilio*] si ea prætermissa soluat id facere uidetur, ut libe ralitatem ac munificētiam exerceat, unde pro prial donatio uidetur esse quam facit.l. 1. ff.
469 eo. † contrariam tamen partem tenet Imo. ibidē motus, quia aliquo uinculo stimulatur ad soluendum ergo non uere donat, d.l.dona ri.à contrario sensu. Secundo per textum in l. hoc iure.§.si quis seruo.ff.eo.ibi[*nō erit donatio sed debiti solutio.*] hic enim est debiti solutio saltem ciuilis, ergo non donatio.probatur assum
470 ptum in d.l.pen.uerbo [*debita.*] † Tertio per textum in l.si quis delegauerit.ff.de nouati. ubi debitor tutus exceptione si scienter patiatur delegari [*similis est donanti*] dicit text. ergo non propriè donans, quia nullum simile est idē, l.quod Nerua.ff. depo. & licèt loquatur in debitore tuto exceptione doli mali, idem tam n est in alijs exceptionibus secundum Glo. ibi per textū in l.doli.§.1.ff.eo. merito procedit in casu nostro ubi datur exceptio non nu
471 meratæ pecuniæ.ut infra de litt.oblig.† Quarto præter Imo. facit Glossa infra quibus mod. toll.obli.in princip. dicens, quòd debitor ciuiliter tātum, si scienter soluat liberatur, quia fidei implendæ causa id agit. si liberatur, igitur erat obligatus, quia priuatio præsupponit habitum, l.decem, & ibi no.Doctores ff. de uer bor.oblig.l.manumissiones, & ibi not.Cast. ff. de iust.& iu. (ca. ad dissoluendam, de desponsimpub.Mantua cons. 18.num.28.uol.j. Ceph. con. 93.nu.9.Curt.Iun.cons.60.nu.13. Natta cons.373.num.25. cum sim.libus.) si erat obligatus, ergo soluendo non uere donat, cum id à
472 mera liberalitate fluat.d.l. 1. † Rursus si fidei implendæ causa soluit, ergo propriè nō donat l.si sponsus.§.fin.ff.de don.inter uir.ubi sit hęc consequentia ibi [*quia plerique magis fidem exol uunt quàm donationem.*] & paulo supra ibi [*magis pleniore officio præstandæ fidei funētium quam donasse*]
473 († Adde quod inquit Connan.in Commentar.iur.ciuil.lib.1.cap.6.col.9. inde dictam fidem, quòd fiat, quod dictum est, quæ ipsa est fundamentum iustitiæ, ut scribit Tullius lib. 1.offi.scribens enim dixit se debitorem, recepisseque, seque redditurum, ergo soluendo fa
474 cit, quod dixit, & ita non donat.) † Quinto accedit, quòd ubique appellatur debitum ciuile.l. 3.§.j.ff. de cons. pe.l.4.& l. penul. C. de non numerata pecunia ergo eius solutio dici non potest uera donatio, quæ liberalitas & mu nificentia dicitur, l.1.l.hoc iure.§.non potest, ff. eod. (& cuius solutio omni iure indebita appellatur, & sic sine naturali siue ciuili, ut per Bartol.in dicta l.1.Bero.cons.50.num.1.uol.j.)
475 † Sexto moueor per textum in l. quæ statuli beri, ff.eod.in ratione sui ibi, [*res enim pro his intercessit.*] in casu namque nostro res pro hac solutione intercessit, nempe confessio in chirographo, ergo soluens non donat, sicut nec statuliber ibi. Et tenendo hanc partem contra communem, non obstant contraria, & primo ratio Aretini, quia consequentia sua non est uera, cum aliquis stimulus concurrat. Item li beratio, & fidei implendæ ratio, ut supra dixi, quæ ueræ donationi repugnant. Nec l. cuius per errorem, ponit ueram donationem, ut su-
476 pra in Rubrica deduxi.† Ad secundum fateor quòd scriptor chirographi non est obligatus ad soluendum utroque iure: si enim esset, procederet argumentum, & absurdum de duabus contrarijs obligationibus, sed bene dico, quod est obligatus ciuiliter tantum, ut Glos. Bart. Angel.Salycet. Alexand. Ias.& omnes tradunt in l.1.ff.de condict.indeb. & in l.cū quis. C.de iur.& fac.ign.& istud bene toleratur, quia nō sunt contrariæ, sed potius diuersæ obligatio-
477 nes. † Simile uidemus, nā dominium penes duos insolidum esse non potest l.si ut certo.§. duobus uehiculum, ff.commoda. & tamen toleratur, quòd unus sit dominus uniuersalis, ut Imperator; alter uero singularis, ut quilibet priuatus secundum Bartol.in l.1.ff.de rei uend.quem sequitur Angel.in l.si hæredis seruus, ff.de legat. 1.Castrens. in l.deprecatio.ff. ad leg.Rod.de iac. Ias.in l.1.num. 2.lectura 1. ff. ad Trebel. (idemque Bartol. in extrau.ad re pri. uerbo Reges. Alberic. in proœm. ffórum. numero 9. Angel. in dicta l. deprecatio. Bald. in l. bene à Zenone, colum. 1.C. de quadri. præscr.& in capit.1.in princip. de pace, iuram. firman.Glo. in cap.conuenior. 33.q.8.Luc. de Pen. in l.fin. num. 82. C.de loca.præd.ciuil.li. 11.Ias.in l.cunctos populos, nu.6.& ibi Caccia lup.col.2.C.de summa trinit. Felin. in ca.quæ in ecclesiarum, col.9.de summa trinit.Cur.iun. cons. 157.colum. 5. Mars. in l. 1.num.95.C. de rap. uir. Ruin. cons. 26. colum.4.uolum. 1. quos omnes adducit Gabrielius Romanus in suis conclusioni. libro 5.titulo de acquirendo rerum dominio. Conclusione 3. numero 8. & repetit Portius Imolensis, libro 5. conclu-
478 sione 14.† & licèt plerique non desint, qui nec in uniuerso consentiant Imperatorem esse dominum, prout latè disputat Dominicus Sotus, libro 4. de iustit. & iure, quæstione 4. articulo secundo, sed longe diffusius atque Luculentius Fernandus Vasquius. Controuersiarum Illustrium libro primo, capitulo 20. per totum, tamen cum principalis non sit hæc cōclusio quā tractamus, sed incidenter nobis per manus uenit, satis erit receptissimam opinionem esse supra relatam, ut testatur Alfonsus Guerrerius in suo speculo prin

De Imperatore dño uniuersali bonorum.

479 cipum, capit. 56.) † Parique modo toleratur, quòd penes unum sit dominium directum pen es alium utile, l. j. §. fi. ff. si ager uec. §. adeo. infra locati. (& in dubio mentione dominij
480 facta, † propriè & simpliciter loquendo, de directo intelligere debemus. Glo. Bart. & alij in dicta l. j. Bar. in l. j. col. fi. C. de usufr. Senatus Pedemontanus Decis. 29. nume. 4. compro-
481 batur hoc) † idem in possessione, quæ diuerso iure penes plures esse potest, ut notatur in dicto §. si duobus uehiculum, & est text. in l. 3. §. ex contrario, & ibi not. omnes, ff. de acquir. poss. (Ad tertium respondetur, consensum per sectum, & efficacem scribentis chirographum limitatum quidem esse per eam conditione si sibi numerabitur pecunia: intendit enim illo casu efficaciter obligari, tamen interim subest qualis qualis consensus, & consensus dici po-
482 test licèt limitatus, † sicut etiam uoluntas coacta non dicitur absolutè uoluntas, tamen uoluntas aliquo modo dicitur, l. si mulier §. si metu, secundo. & ibi Bar. Cast. Alex. & alij. ff. quod met. causa. Bal. in l. 2. §. sed & si quis. C. communia de leg.) Ad ultimum respondetur, quòd, & si spreta exceptione soluat, non tamen conueniunt illi uerba dictæ legis primæ, cum ob stimulum implẽdæ fidei, & quo magis liberetur
483 id agat, ut supra dixi. † Et hæc conclusio cõtra communem opinionem sic firmata tanto magis procedit in casibus, in quibus uinculũ ciuile habet effectum exigendi, exemplum in eo, qui renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ cum iuramento de non contraueniendo, & obseruando, qui conuentus ea se tueri non potest, ut tradit Bar. Bald. Angel. & Castr. in l. fin. C. de nou num. pecun. Bald. Ias. & Dec. in l. qui pecuniam, ff. si cert. pet. Guid. Papæ cons. 205. nu. 9. cum sequen. Alex. cons. 88. uiso puncto, col. pen. uol. 2. Soc. cons. 6 t. col. 2. cõsil. 80. col. pen. uolum. j. Bertran. cons. 35. in fi. uol. 3. priorum. Corn. cons. 186. nu. 14 uolum. 2. Mars. Singul. 327. (de qua re sub diuerso tamen exemplo, latius tractat Emanuel Costa Lusitanus in l. si ex cautione, limitatione 9. C. de
484 non num. pecu.) † Et ratio est in promptu, quia iuramentum operatur, quòd actus postea factus, dicitur fieri coacte metuque periurij incurrendi, ut tradunt Bar. Bal. & alij in l. 2. C. quod met. causa. ubi dicunt, quòd ille, qui iurauit seruare contractum metu factum, si postea soluat, & adimpleat, non uidetur per hoc approbare contractum metu factum, quia uidetur potius soluere metu periurij, sequitur
485 Aretin. cons. 14. in 4. dubio. † bine Soc. cons. 253. colum. 2. uol. 2. dicit, quòd argumentum ualet de iuramento ad torturã, quia iuramentum est quædam tortura spiritualis. sequitur Craucet. cons. 6. nu. 84. nil ergo mirum si iste, qui renũciauit cum iuramento dictæ exceptioni, soluens non dicitur donare, cum metu periu. soluat, & ita firmat Imo. in capi. debitores, colum. 3. de iureiur an. Corn. cons. 293. co-
486 lum. j. in fi. uolum. 4. († & certè negari non potest quin iuramenti sit immensa uis: ut enim dicit Matesil. notab. 51. si uendam tibi fundum pro mille, & obligauero me tibi de euictione ad duplum, tuque soluisti mihi nouem centum, & reliqua centum promisisti soluere ad terminum. puta ad Calendas Augusti, & iurasti obseruare contenta in contractu, & non contrauenire, postea non soluis centum in termino, secundum quòd conuenisti, ego uenditor liberor à periculo euictionis, tuque non potes repetere nouem centum soluta, & quod plus est cogeris ad soluendum centum restantia secundum dispositionẽ legis, si quis maior, C. de trans. ubi sequitur Ias. colum. 3. uelut notabile, & Curt. sen. colum. j. dicens ad Matesilanum semper esse recurrendum,
487 † & ideo subdit, quòd cauti esse debemus, ut in omni contractu apponatur iuramentum, quia operatur infinitos, & mirabiles effectus, subiungens insuper se habere pro uoto, & firmo proposito non contrahere cum aliquo nisi iuret in instrumento superinde celebrato. idemque tenet Brun. cons. 48. colum. fin.
488 † Magna enim est ius Iuramenti. ut inquit Cagnol. in dicta l. si quis maior, num. 59. ubi dicit post Caccialup. in tractat. de transactio. & Modernos Brixienses Caut. 20. quòd qui ex causa transactionis iuratę promisit soluere ducatos septuaginta in septem terminis, si in uno termino defecit, statim ad solutionem totius residui compelli poterit non expectatis
489 alijs dilationibus. † facit etiam, quod dixit Parpal. in dicta l. si quis maior. numero 37. quòd debitor, qui non soluit suo tempore, quod iure iurando promiserat, non excusatur à periurio eo prætextu, quòd creditor ei uicissim aliquid daturus erat, quod non dedit, sequitur prædicta Rolandus à Valle consil. 31. colum. 2. uolum. 2. ex quibus bene concludi potest, & iuramentum renunciationi non numeratæ pecuniæ subiectum operari quominus illius exceptio possit opponi.)
490 † Idem quoque dicendum puto in eo qui confessus fuerit recepisse pecuniam coram iudice ad instantiam partis interrogantis, & sic per modum iurisdictionis contentiosæ, cui non datur exceptio non nũmeratæ pecuniæ, ut est Glossa notab. & post eam Salycet. in l. j. col. 3. C. de confess. sequitur Ias. in dicta l. qui pecuniam, colum. 2. & in l. pacta nouissima, colum. 3. C. de pact. (idemque tenuerunt Cyn. Bald. & Salyce. in l. in contractibus. C. de non numerata pecunia Bald. consi. 447.
491 contrahentes. num. 2. uolum. 3. † licèt Ias. in dicta l. qui pecuniam, contra sentiat. & Castrens. in dicta l. in contractibus, quas refellit Emanuel Costa, priorem partem secutus, in d. l. si ex cautione, limitat. 11. Vbi pariter citat Baldum, infra delit. ob. iu ptinc. col. penu. Fel.

Exceptio nõ nu. pec. quando cesset.

in

in c.si cautio,num. 46. de fi. instrument. Affli-
ctum in constit. Neapol. li. j. Rubric. 40. nu. 10.
& 14. Rodericum Suarez in repe. leg. post rem
iud. ff. de re iud. & Cassaneum, conf. 12. nu. 10.
similesque citat præter Emanuelem Costam
Senatus Pedemontanus, Deci. 134. colum. fi.
492 † nec sanè mira uidetur esse decisio casus prę
dicti propter calorem iudicij: nam & uide-
mus, quòd quamuis regulariter præsens, & ta
cens non præsumatur consentire his quæ ten-
dunt in eius præiudicium. l. filius familiàs, §. in
uitus. ff. de procur. Bar. Castr. & omnes in l. quę
dotis, ff. solu. matr. tamen fallit dicta regula,
quando quis est præsens, & tacens in iudicio,
quia tunc etiam ad incommodum suum consē
tire præsumitur, ut uoluit Guid. de Suzar. in l.
licèt. C. de procur. Bald. in l. 1. ff. de neg. gest.
Alexand. in l. sępe, numero. 93. uersicu. septi-
mo saluari potest, ff. de re iud. Ruin. in l. j. col.
j. ff. de uerborum obligat. & Crauet. conf. j. ad
493 fi. † Sed & insuper prędicti casus) ratio est in
promptu duplex: prima quia talis confessio fa
cta in iudicio inducit notorium, ut tradit Bal.
in l. properandum, in fi. princ. C. de iudic. not.
in l. ictus fustium. ff. de his qui not. infa. tradit
Alex. conf. 152. colum. 3. uol. 5. Decis. Neapol.
176. Gramma. Decis. 31. nu. 8. Decis. 36. nu. 38.
unde solutio quæ habet hanc causam cōfessio-
494 nis notoriæ, non potest dici donatio. † Quæ
non præsumitur, quando capi potest alia con-
iectura, l. cum de indebito. ff. de prob. l. si cum
aurū. ff. de soluti. & ponit Ale. in l. si is qui. 400.
§. dos legata. nu. 4. ff. ad leg. falc. Gozad. cōs. 94.
num. 28. Corn. conf. 64. nu. 2. uol. 2. (D. meus
Rīminald. conf. 216. num. 4. & ibi in apost. am-
495 pliani. Ias. conf. 193. uol. 2. † uolens id proce
dere, licèt præsumptio sit leuis. Imò uerò po-
tius præsumitur error, ut per Dec. cōs. 571. nu.
5. Neniza. conf. 8. num. 39. cum similibus latius
496 cumulatis à Natta conf. 77. col. fi.) † Secun-
da est ratio, quia talis confessio processit ex ne
cessitate causatiua, uidelicet ob declinandum
iudicium. iudicium namque redditur in inui-
tum causatiue, si reus nolit soluere, uel confi-
teri, ut declarar Angel. Imo. & Alex. in l. inter
497 stipulantem. ff. de uerbo obl. † Si ergo confi-
tearur, talis confessio non dicitur uoluntaria,
sed potius necessaria necessitate causatiua,
ut litem effugiat, sicut in simili dicit Glossa in
§. posthumorum, uerbo [*necesse*] infra, de exhę
red. lib. unde cum solutio ueniat ad executio
nem datæ confessionis, debet intelligi eodem
modo, quo & ipsa confessio, uidelicet ob neces
sitatem causatiuam facta, ne litibus uexetur.
498 † Actus enim sequens ueniens ad executio-
nem precedētis intelligitur eo modo quo prę-
cedens, l. si pecuniam, §. fi. ff. de condict. ob
caus. quem textum ad hoc propositum citat
Castrens. conf. 64. licèt plura, colum. fin. uolu.
2. sequitur Crauet. consi. 135. num. 13. me-
rito sequitur, quòd talis solutio non potest di-
409 ci uera donatio ullo modo. † (talis enim solu
tio sequens confessionem præcedentem neces
sariam, ut supra declaraui, censetur facta secun
dum causam præcedentem, & sic ex necessita-
te. l. quædam mulier. ff. de rei uend. l. 2. C. de acq.
poss. Craue. conf. 91. num. 9. conf. 158. ad fi. Ce-
phal. conf. 156. num. 14. & conf. 272. num. 114.
500 † & ulterius confirmatur: nam in dubio præ
sumitur actus ob causam necessariam, non au
tem ob uoluntariam, l. fin. C. de ali. pup. præst.
ubi Bartol. & in l. cum seruus, ff. de uerbor. obli.
Abb. conf. 116. ad fin. uol. 2. Roman. conf. 247.
col. 2. uers. est igitur uidendum. Castrens. consi.
133. colum. 2. consi. 410. colu. 1. uol. 2. Corn.
conf. 316. col. 5. uol. 2. Craue. conf. 106. nu. 8. &
501 conf. 149. num. 12.) † Idem quoque, & tertio
An confessio geminata de pecunia recepta excludat exceptionem non nu. pec.
dici potest, quando confessio de recepta pecu
nia esset geminata, quo casu exceptio non nu-
meratæ pecuniæ opponi non potest, ut uoluit
Glossa in l. in contractibus, §. illis, C. de non nu
me. pec. Bal. & Ang. in eadem lege §. sed quo-
niam. Roman. in l. si uero, §. de uiro 31. limita.
ff. solu. matrim. Ias. in dicta l. qui pecuniam, nu
me. 4. Barbat. conf. 17. uol. 2. Dec. conf. 181. col.
2. in fi. Crauet. conf. 54. nu. 7. conf. 114. num.
8. Grat. Respon. 118. nu. 13. uol. 2. Ioann. Lup. in
repet. Rub. de donat. inter uir. & uxo. §. 17. nu.
10. Hieronym. Butigel. in Rubr. ff. de uerb. ob.
nume. 26. si enim sic geminate confessus sol-
502 uat, non dicetur uerè donare. † (non omitto
tamen, quod Felin. in c. si cautio, de fi. instru.
nu. 56. dicit se non curare de hac fallentia nisi
inquantum ualet autoritas Abbatis ibi, qui eā
secutus est, quia eadem auiditate, & propter
eandem numerationis spem, quis moueretur
503 ad sæpe confitendum. † Quin plus addo, quòd
Faber, infra de litter. obligat. in princip. num.
12. Petrus, Cyn. & Salycet. in dicto §. sed quo-
niam. Collecta. in capit. fin. num. 6. de soluti.
Petrus, Cyn. Alberi. & Angel. in l. cum fidem,
C. de non numer. pecu. Roman. conf. 446. con
sultatio præsens, num. 8. & Decis. Neap. 110.
in fi. renuerunt, quòd geminata confessio
non excludit dictæ exceptionis beneficium,
cum quibus etiam concordat Dec. in l. j. num.
30. C. de pact. ubi relatione solius Abbatis con
tentus in dicto cap. si cautio. scribit eius di-
ctū uideri dubitabile, quia qua facilitate indu
citur in prima confessione, eadem facilitate se
cunda confessio fieri uidetur, & ob id conclu-
dit non ualere renuntiationem exceptionis
non numeratæ pecuniæ. sicque Decius ad un-
guem mouetur ratione Felini supra relata.
504 † Sed ab opinione Glossæ, cęterorumque
sequacium superius adductorum temere rece-
dendum non puto, quam confirmat eleganter
Emanuel Costa in dicta l. si ex cautione, limi-
tatio. 14. per textum in dicta l. in contracti-
bus, §. sed quoniam. cuius hæc uerba sunt.
[*Illis etiam securitatibus, quæ post confectionem dota
lium instrumentorum de soluta dote, uel ex par-*

te, uel in solidum exponuntur, nullam non numeratæ pecuniæ exceptionem penitus opponi.] Sic enim textus uidetur probare, quòd licet maritus, qui confessus sit dotem, se recepisse, habeat intra legitima tempora exceptionem non numeratæ dotis cum prærogatiua transferendi onus probationis in aduersarium, ubi tamen præcesserat confectio dotalis instrumenti, quo semel confessus fuit se dotem recepisse, si hodie rursus confiteatur, non habebit huiusmodi exceptionem, quasi geminata confessio hoc opere
505 tur ex interuallo facta.† Et ita dicit Emanuel illum textum glossator. in uer. penitus. Odof. Oldrad. Alberic. Bar. & Bal. intellexerunt eodē loco, quo exemplo uidetur idem receptum in geminata confessione ex causa mutui, ut similiter, qui ex interuallo post primam cautionem confessus fuerit se recepisse eandem mutuam pecuniam non habeat emolumentum excep-
506 tionis prædictæ.† Sicque per eum. §. cum glo. tenuerunt Alex. in l. si duo. §. Marcellus. nume. 3. ff. de iureiur. Aret. in l. si stipulatus. §. Chrisogonus, col. 7. ff. de uerb. obli. & ibidem Claud. Aquens. num. 14. Ias. in l. error. nu. 18. C. de iur. & fac. igno. in l. 2. §. eruditum, num. 19. ff. si cer. pet. & in l. qui pecuniam, col. 3. eod. tit. Thom. Parpal. in dicto §. creditum, num. 18. Marf. in l. j. §. quæstioni. num. 3. ff. de quæst. Cephal. consi.
507 192. num. 21. † & licet nónulli dixerint aliud Imperatorem sensisse in dicto §. sed quoniam. uidelicet, quòd si ante mariti confessionem de dote recepta, præcesserat instrumentum dotale, quo dos ipsi marito fuerat ꝓmissa, cessat exceptio nō numeratæ dotis, quo sensu illū textū receperunt Petrus, Cynus, Fulg. Castren. & Salyce. inibi. Alberr. Papiens. in l. j. C. de do. cau. non nume. relatus per Ioan. And. in addi. Speculat. tit. de don. int. uir. in prin. Bart. in Aut. de tempor. non solu. pec. in prin. num. 6. Rom. in allegato consi. 445. & in l. si uero. §. de uiro. sal. 31. ff. sol. ma. Bal. nouel. in l. j. num. 137. eo.
508 tit. ibique. Soc. num. 95. † resoluens ab hac opi. in consulendo & iudicando non esse recedendum. Nihilominus Emanuel Costa loco citato, Accursij interpretationē magis probat, nam non uidet, qua ratione moueri potuerit Iustinianus ad excludendū beneficium ordinarium exceptionis nō numeratæ dotis propter
509 dotis promissionem præcedentem.† Quinimo plus addo, quòd intellectus Petri, Cyni ac sequacium non conuenit ad illum tex. nam illa uerba, [*post confectionem dotalium instrumentorum de soluta dote,*] debent intelligi de instrumentis cōfessionis solutæ dotis confectis, prout in principio quoque Iustinianus sic loquitur, & per glossam interpretatur dicit: enim tex. [*in contractibus in quibus pecuniæ, uel aliæ res numeratæ, uel datæ esse conscribuntur,*] & glos. dicit numeratæ, uel datæ, idest confessio de numeratione, uel datio ne conscripta est. unde sic ēt in dicto. §. sed quo
510 niam, debet intelligi, † cum potissime talis sensus conueniat rtrulo tractanti de non numerata pecunia, cui textus, sub eo situatus debet inseruire. l. Imperatores. ff. de in diem adiect. & sic in dubio fieri docet post alios, quos allegat Ripa in l. j. nume. 14. ff. si certum petatur. tantoque minus ille sensus recipiendus est, quod de promissione dotis nullum uerbū po-
511 nit Imperator.† Igitur limitationem præmissam siue tertium casum libentius sequor, quē confirmo: nā iteratio actuum magis operatur, quàm unius actus tantum confessio. l. si mulier. C. ad Velle. D. meus Rimina. consi. 344. numero 22. Dionysius de Barigianis, consilio 42. numero 24. primo Tomo diuersorum ultimarum uoluntarum. Roland. à Valle, consi. 71. nume. 50. & consi. sequen. unlumi. 2. Soc. Iun.
512 consi. 31. numero 5. uolumi. j. † hinc Bar. Bal. & Alex. in addit. in l. j. C. de superexact. lib. 10. dixerunt, quòd propter actum geminatum accusatus de crimine, pro quo semel facto ueniret imponenda pecuniaria pœna, poterit capitaliter puniri sequitur Grammati. decis. 16. nume. 5. & aliquando sic practicatum fuisse testatur in sacro cōsilio Neapolitano ipse idem Gramma. consi. 17. numero 16. & uoto 17. dicens fuisse ad mortem condemnatum quendam qui eo dem tempore quinque uxores habebat, sicque pariter practicatum fuisse per parlamentum Parisiense refert Papo. lib. 24. ritu. 10. arresto. 9. cumque prædictis etiam concordat Guil. Benedic. in quæst. sua, incipiente, an liceat oecide: De delicto geminato.
513 re peccatores, numero 32. † Et latius ego dixi in l. j. numero 210. ff. quod quis. iur. attingendo quot uices requirantur, & de duabus cōclu dēs, & idē pariter sum prosecutus in l. si unus, §. pactus ne peteret. numero 335. ff. de pact. allegando Baldum in l. 3. C. de epi. audi. dicētem, quòd geminans delictum non debet sperare de uenia. & nunc addo Baldassarem Quintium consi. 177. num. 10. primo Tomo diuersorum ultimarum uoluntatum, & plures alios quos allegat ad hoc Bero. consi. 76. num. 15. uol. j. dicens, quòd ex reiteratione delictum augetur,
514 & consequēter pęna, † nisi tamen, ut ille subdit, numero 98. post Romanum, consilio 336. de priore delicto, uel pluribus fuerit absolutus reus, uel aliter id, uel illa delicta fuerint
515 abolita, & extincta, † uel nisi delictum sequens fuerit diuersi generis a præcedenti. nam crimen commissum bene aggrauat aliud crimen eiusdem generis, puta furtum aggrauat aliud furtum, rapina rapinam, homicidium aliud homicidium ad effectum augendi, & aggrauandi pœnam delicti commissi, non autem unum crimen aggrauat crimē alterius generis quo ad augendam pœnam criminis, ut declarat idem Bero. consilio centesimonona gesimoquinto, numero decimosexto, uolumine tertio, post glos. Bald. & alios, in auth. sed nouo iure, C. de ser. fug. q sic ꝓprie loquūtur, ut ille dicit. & ultra Bero. determinat hoc idē Cepha.

516 Cephal.consi.214.col.fi.†Et licet idem Grāmat.in allegata decis.16.num.7.dicat, q quicquid sit in puncto iuris, hoc in practica numquam receptum fuit in Sacro Consilio, nec in magna curia Vic. quòd propter consuetudinē delinquendi pœna ordinaria augeatur,& hanc opinionem dicit etiam mitiorem eamque Senatum sequi solere Iulius Clarus, lib.5.sententiarum, siue practica criminali.§.fi.quæst.84.
517 ad fi.†Attamen ipse Gramma.eam admittit, & sequitur in dicto consi.17.col.2.& late Carrerius,in pract. crimi.§.circa.num.107.Corsetus,in tracta. de uera gemina. Iacob.Nouel.in pract.Crim.in prin.num.47.Blancus,in l.fi.nu.
518 196.C.de quæst.Cephal.consil.204.nu.3.† & idem Blanc.in tracta.de Indic.num.196.citans inter alios Corsetum,de quo supra.q.53.dicentem, quòd cōstitutiones disponentes aliquod peccatum in foro conscientiæ debere reputari ueniale, non extenduntur ad casum quando illud reiteratur, quoniam ex tali reiteratione ef
519 ficitur grauissimum,& mortale,†unde de tali practica, uel usu fori Neapolis,de quo testantur Gramm.& Clarus, parum curare debemus cum potissime cōsuetudinem localem allegēt, quæ non extenditur extra locum,ut inquit Andre.de Isern.in c.j.§.similiter.de cap.Cor.in c. j.col.j.de feudi cogni.& in alijs locis per Marinum Frecciam Neapolitanum, in tract.de præsentatione instrumentorum,9.par.quęst.7.nu.
520 25.†Et præter eum confirmant alij iure consulti notiores:nam Saly.in l.j.C.de summa Tri. uersi.postquam uidimus de statutis,ponit quęstionem de Ciue Lucano decedenre in Anglia, ubi habebat domicilium,& concludit,q in bonis existentibus Lucę in loco originis,seruētur statuta Lucana,& in bonis Anglicanis, consuetudo Anglicana,& sic illa non extenditur extra locum.sequitur,& comprobat Soc.consil.292. col.j.Corn.licet de Salyceto mentionem nō faciat,consi.117.col.j.uol.2.& Craue,consi.30.
521 sub nu.j.†Sed ulterius ad confirmandum magis,q exceptio non num.pec.locū non habeat in confessione geminata super illius receptione manata placet aliud pulchrum adferre:nam uidemus,quòd licet in testamento prohibitus alienare,non uideatur prohibitus illum hæredem habere,qui ab in testato succedit,l.cū pa-
522 ter.§.cum inter. ff.de leg.2.† fallit tamen, & ita secus constituitur,ubi posita sit uniuersalis dictio geminata, puta quòd alienare non possit quomodocunque, & qualitercumque.ut.n. Geminatio quid plus operetur,prout debet,secundū Fely.in c.j.uersi.priuilegium.col.2.de rescr. Ias.in l.j. in prin. col.8.de offi. eius.Paris. consi.71.nu.19.col. 3. omnis alienatio passim prohibita censetur,& sic etiam intestati succes
523 sio.†Ita tradit Aret.in l.ueutre.col.16.uersic. dicamus ergo. & in l.Pantonius.§.j.ff.de acqu. hær.Rui.consi.208. col.pen.uol.j.consi.98,nu. 1.uolum. 2.& in l.filiusfam. §.diui.col. 28.& ibidem Ripa,num.99.ff.de leg.j. Rube.consi.j. num.15.Dec.consi.23.consi.38.consi.381.numero 7.& consil. 635. pleniusque confirmans Cephal.consi.152.numero 79.& sequen.Quare redeuntes ad casum nostrum,unde paulo digressi sumus, lectores, pluriumque cupidos oblectandi gratia, dicere quoque debemus in tali confessione geminata de recepra pecunia cessare exceptionem non numeratæ pecuniæ,
524 quæ in simplici competeret.† Nec obstat illa ratio Felini ac Decij de quibus supra, eandem esse facilitatem in secunda,& in prima confessione.nam respondet Emanuel Costa loco memorato id procedere, si secunda confessio facta fuerit in cōtinenti post primam,secus si ex interuallo.tunc enim geminatio operatur quādo actus ex interuallo fuerunt repetiti, ut per Alex.consi.110.colum.pen.uolumi.j. Ias.in l.j. numero 30.ff.de offi.eius.& in l.pen.in fi. C.de pact. Paris. consil.71.numero 21. uolumine 3.
525 † Quoniam maiorem uim habet talis geminatio,ut inquit Alciat.lib.4. de uerb.si.colum. 8.& communem testatur, eumque refert Emanuel Suarez in thesau.recepta.senten.uerbo geminatio. Idemque dici posset declarando Co
526 stā, † quando geminatio confessionis facta fuisset incontinenti,non tamen uiua uoce, sed in scripturam redacta:tunc enim effectum geminationis producerent, cum uideretur serio se replicata, per quam replicationem magis ostenderetur enixa uolūtas replicantis,ut per Fely. in capitu. si cautio. num.31.uers.sed unū nouissime nota.de fide instrumen. quem sequitur Paris. consilio 58. numero 10.uolum.3. remanet ergo uera conclusio particulariter in dictis tribus casibus, quòd soluens non dicatur uere donare,ratioque communis dictis ca
527 sibus adferri potest.)† Quia cum conuentus teneatur soluere reiecta exceptione non numeratæ pecuniæ, soluendo dicitur ex necessitate facere, nam faciens actum ad quem poterat compelli,uidetur illum ex necessitate fecisse,ut no.Bal.per illum textum in l.nouissime.ff.quod cum falso tut.not. Ioan. And.in c. præterea,de iure patr.& in regula,bona fides,de reg.iur.in 6.sequitur Dec.consi. 178. col.fi.(D.meus Riminal.)& late Cagnol.in l.si quis maior,numero 67.C.de trans.unde si fecisse dicitur hanc solutionem ex necessitate,iam patet non esse donationem.l.rem legatam.in fine, ff.de adimen.
528 leg. Et hæc menti teneas:†(Sed & quartus casus annecti potest in confessione receptæ pecuniæ mutuo in testamento, uel codicillis descripta, non enim potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, quoniam testator, uel codicillans non creditur cogitasse de futura numeratione, sed de futura morte, & plerumque imminenti.ita Pet.Cyn. & Salyc.in dicta l. in cōtrac.ib.in fi. Albe.in l.generaliter.in fi.eo. tit.& est Gl.ordinaria in l.1.uerbo, errore.C.de fal.causa adiec. leg. quā Doctores ibi communiter

niter sequũtur, Imo.in l.si ex pluribus,in prin. ff.de solut.Ioa. Plat. in §. Idem iuris,in fi.infra de except.Ias.in l.qui pecuniam,col.1.ff.si cert. pet.& in rep.l.admonendi, num. 158.ff.de iure iur.Mars.in l. 1.§.præterea,colu. 4. ff.de quæst.
529 † ita, quòd contradictorem non habet hæc opinio,prout testatur Fely.in d.c.si cautio.nu. 54.sequitur Emanu.Costa, ĩ d,l.si ex cautione,
530 limitat. 12. † Demum quoque non omitto quintum casum,quando quis confiteretur centum, uel aliam summã in depositum recepisse, quo casu non admittitur exceptio non numeratę pecuniæ, ut uoluit Bald.in l.in contractibus, §.sed quoniam. 2.q.C.de non nume.pec. & ibidem Salyc. nu.4.Castrens.col.2.Fel. in d.c. si cautio.nu.54.uers. & in tantum.Ias.in l.2.colum.1.ff.si cer.pet.Purpur.in l. singularia,num. 47.eo. tit. quam sententiam magis communẽ testatur, & confirmat Costa loco memorato,fallentia 2.nu.4.Et idem tenet Natta consi. 438. num.4. nam & in dictis casibus, quis soluendo non dicitur uere donare,cum cogi possit,nec exceptione munitus sit.) Expeditis his quæstionibus Aretini transitum facio ad Glo.
531 Igitur † in Gl. [*acquisitionis*] in ordine prima ibi: [*nam per stipulationem*] cum sequentib. colligitur conclusio, quòd olim donatio per stipulationem tantum fiebat: hodie uerò etiam nudo pacto, cum qua transeunt hic Doctores, idemque tenet Gl.conformis in l.cum pater.§. Meuio, & ibi sequitur Bartol. & Cumanus, ff.
532 de leg.2.†.quæ, & ab omnibus approbatur, ut tradit Cor.cons.237. colum.1.uol.2.Roma. cons.486.in prin.Andr. ab Exea,lib.pactorum nu.94.Idéq; tenet alia Gl.in l.2. C.de iure dot. in l.fi.ff.hoc eodem tit.& ibi not.Castr.Bar.in l. 1.ff.de dona. causa mor. (Viuius in suis communibus opinionibus, in uerbo, donatio censetur, in fi.& Emanuel Suarez in Thesauro receptarum sententiarum.nu. 284.) & alibi sæpè
533 Doctores.†Fundatur ista conclusio primi capitis, ut Bart.putat in l.mortis causa donatio fit.ff. eodem ibi, [*ut quis stipuletur*] ad idem textus in l.senatus.§.fi.eo.tit.ibi [*stipulatus est*] Secundo addduco textum in §. pen. eiusdem legis. ubi creditor donaturus acceptum tulit u-
534 ni ex duobus debitoribus. †Sed acceptilatio fit per stipulationem.§. Item per acceptilationem,infra quibus mod.toll.obli. ergo patet illam donationem per stipulationem ibi processisse. Tertio probatur secundum caput in l. si quis argentum. §.fi.C.eo.ubi secundum Glo. nostram hodie inducitur, quòd nudo pacto
535 donatio fieri posit,ergo non ante.† Sed hęc opinio licèt communis,mihi nõ placet,primo per textum in l.etiam.ff.eo.ubi etiam per interpositam personam ueluti nuntium, ut tradit Gl.donatio potest fieri, si per nuntium, ergo si ne stipulatione,quia per nuntiũ stipulatio confici non potest, ut declarat Bald.in l.1.col. pe. C.per quas perso.nob.acqui.no. in additio. Ia

Donatio an olim stipulatione tãtũ fieret, uel etiã pacto nudo.

sonis in l.1.in prin.col.2.ff.de uer.obl. Signor. de Homodeis in l. ea quę ciuiliter.nu.3.ff.de ac
536 quir.rer.do.Grat.Respo.120.nu.5.uol.3.† Et licet Bartolus ibi intelligat illum textum de donatione quæ incipit a traditione, secus si à promissione, id tamen textus restringit,qui loquitur indistinctè, merito indistinctè debet
537 intelligi,l.de precio.ff.de pub.in rem act.†Secundo adduco textum in,l.nec ambigi.C.eod. ubi dicit textus [*nec ambigi oportet donationẽ inter absentes ualidam esse*] si inter absentes, ergo si ne stipulatione, quæ inter absentes non ualet. l. 1.ff.de uerb.ob.§.item uerborũ.infra de inut.
538 stip. † nisi in pia causa, cui quilibet licèt absenti stipulari potest,ut tradit Bal.in l.illud,colum.1.in fi.C. de sacrosanc. eccle. D. meus Riminald.egregie,cons. 118. & tamen ille textus loquitur de iure antiquo ante Iustinianum auctorem dictę l.si quis argentum, cum sit Diocle
539 tiani. †Nec procedit intellectus ibi traditus per Glo.Bar.& Angelum, quòd textus loquatur de donatione quæ incępit à traditione, nõ etiam à promissione, quoniam uerba repugnãt ibi [*maxime si ex uoluntate donantium possessio*
540 *nem donatarius nanciscatur.*] † Nam de natura dictionis maximè, est exprimere casum minus dubium, & includere magis dubium, ut not. Fulg.Alexand.Ias.Dec.D.meus Riminal.& alij in l.qui se patris.C. unde lib. (& latiùs ibidem dixi nu.121.) sensus est ergo ibi donationem ualere inter absentes. non solum adepta possessione, & sic re tradita donatario, qui casus expressus est minus dubius, sed etiam nõdum adepta possessione,& sic re non tradita, qui ca
541 sus inclusus est magis dubius.† Tertio accedit tex. optimus in l.quod de bonis,in princip. ff. ad leg. fal. ubi creditor debitori suo mortis causa pacto debitum remisit, hæres falcidi im uolebat detrahere de tali donatione cã mortis,iuxta.l.si mortis causa, & l. penulti. C.ad legem falci.debitor autem excipiebat de pacto, concludit textus replicari posse contra debitorem, quòd pactum prædictum nõ ualeat in ea
542 parte,quæ defalcari debet.† Ecce quòd ibi loquitur de donatione, quæ pacto processit, quod est intelligendum de nudo, primo quia uerbum,Pactum,in dubio intelligitur de nudo, l. legem,& ibi not.Salyc.D.meus Riminal.& Decius,C.de pact.& in Rub.eo.tit.(quo loco Ioãnes Sicardus idem confirmat, Doctores in l. lecta.uerbo,conuenit.ff.si cer.pet. Castr.consi. 43.niso puncto,col.2.dixi.in l.si unus.§.pactus
543 ne peteret.ff. de pact. num. 74.) † Secundò quia pro tali pacto dabatur exceptio debitori, ergo erat nudum,l.iurisgentium, §.igitur nuda.ff. de pact. Tertio,quia hæredi contra illud dabatur replicatio,quæ oritur ex pacto nudo, dicto §. pactus ne peteret, & ibi Ias.notab. 3.
544 † Quarto probatur hæc opi. in l.in ædibus, post princ.ff.eo. ibi, [*potest enim & citra corporis donationem ualere donatio, ueluti si donationis causa*

sa

ſi cum debitore meo paciſcar] ſupponit enim pacto nudo ualere donationem,id enim uerbum paciſcar, idẽ ſignificat quod pactũ ſeu pactio. dicta l. Iuriſgentium. §.ſi paciſcar,cum ſequen ti,ubi paciſci appellat pactum, uel pactionem, quæ omnia ſonant in pactum nudũ,l.1.in prin. l.paciſci.ff.de pact.l.filius paciſcendo.C.eo.tit.
545 († aut ſi quod eſt diſcrimẽ inter ea, reſpectu dumtaxat ordinis eſſe uidetur, ut colligitur ex adductis per Connanum in Commentar.iuris ciuilis,lib.5.cap.1.col.6.pactio namque dicit ille, nomen eſt uerbale, quod propriẽ dici tur cum fit:pactum autem poſtea quam eſt factum,& quia res priores ſunt ſuis appellationibus,& nominibus,ideò Vlpian.in dicta l.j.pa ctum à pactione deducit, rerum ordinem ſe-
546 cutus,non Grammaticorum rationem,† nã à pace pactum,& à pacto pactio deriuatur:omnium autem iſtorum origo eſt à paco uerbo, quod etiam nunc eſt in uſu, ut teſtatur Feſtus Pompeius,qui idem ſcribit pacionẽ antiquos dixiſſe,quam modo uocamus pactionem unde & paciſci,& paco.quibus,utcumque ſint, appa ret paciſci non ad ſtipulationem, ſed ad pactũ nudum referri, & ob id in allegata l. in ædibus, probari donationem pacto nudo olim quoq;
547 fieri potuiſſe.) † Quintò conſidero textum in l.Aquilius,ff.eo.ubi dicit textus,quòd [*Aquilius Regulus ad Nicoſtratum Prætorem ita ſcripſit,do no tibi,*] &c. cum enim loquatur de donatione facta per litteras,iam patet illam ſtipulatione
548 remota proceſſiſſe,† nam per litteras etiam inter præſentes ſtipulatio confici non poteſt, ut tradunt Bald.Aretin.Crott.Ruin. Iaſ.& Alciat.qui dicit eſſe communem,in l. 1. in princ. ff.de uerb. obl.ſicut autem non interuenit ibi ſtipulatio ratione prædicta,ita nec traditio,cũ partes eſſent abſentes,ergo fateri opportet pa cto nudo initam fuiſſe donationem illam de
549 iure forum.† Quod & confirmatur, quoniã quando abſenti per nuncium,uel epiſtolam fit ſponſio, inducitur pactum nudum, ut tradit Bald. quem refert Caccialup.in trac.de pact.in 5.q.princip.Bal.nouell.in Rubr.ff.de uerb. ob. nu. 14.uerſ.ſimiliter.Alc.poſt eum,num.5. late Pariſ.conſ.89.nu. 30.uol.3. (& Ripa ind.Rub. num. 26. demumque Camillus Plaurius,Doctor Egregius in materia pacti.cap.5.num.6.)
550 † Sexto ego retorqueo textum in d.l. mortis cauſa donatio, ponderando implicatiuam, Etiã,quæ ſolet implicare caſum minus dubiũ, ut notat Gl.in clem.2.in uerbo, eccleſiæ,de hæ ret.Iaſ.in l.ſi cui legetur. §. ſi Titio. nu. 2.ff.de leg.1.Iaſ.D.meus Rimiual.Dec. & alij in l.qui ſe patris,C.unde lib. (& ibi dixi nu.125.) Dec. in l.cognitionum.2.ff.de off.eius. Grat.Reſp. 29.nu.68.uol.2. (pulchre Bero.conſ.57.num. 50.uol.3.poſt Archid.in c.cum in illis.de præ-
551 ben.in 6.quem deducit, ut per eum.) † dicit enim textus ibi, quòd [*mortis cauſa donatio fit etiam conſtitui poteſt,ut quis ſtipuletur.*] ergo idem includit fieri poſſe ſiue ſtipulatione, qui caſus eſt minus dubius, nam ſtipulatione interpoſita uidebatur magis ſtipulatio quam donatio,
552 † cum ſtipulatio ſit,ubi quis daturum factu rum ue ſe id de quo interrogatus eſt reſpõdet, l.5.§.ſtipulatio, ff.de uerb.obl.cuius tamẽ con trarium decidit ibi ob mẽtionem donationis ſactam, quo caſu.§. ſtipulatio nõ procedit,
553 † Septimo adduco textum in dicto §.Meuio. ubi donatio non fuit facta per traditionem cum donans mandaret debitori ſuo, ut Titio, cui donabat, pecuniam ſolueret:non enim poterat tradere, quod erat apud alium,& ita pon derat Cuman. ibi. Sed nec interuenit ſtipulatio, licet Cuman.& cæteri cõtra teneant, quia ſicuti mandans ibi reus ſtipulandi appellatur, ita ſi Titio donatio facta, fuiſſet facta per ſtipu lationem, ille reus ſtipulandi appellaretur ad denotandum, quòd non pacto nudo fuiſſet facta donatio.Sed textus hoc non dicit,ergo nec nos dicere debemus, l.ſi uero.§.de uiro. ff.ſol. mat.unde fit, quòd ſi nec per traditionem nec per ſtipulationem proceſſit illa donatio, ꝙ pa
554 cto nudo fuerit facta, († ſumpto argumento à ſufficiẽti partium enumeratione,quod ua let,l. 1. cum ibi notatis ff. de his qui ſunt ſui. l. patre furioſo,& ibi Bar.Bal.& Ang.eo.tit.Glo. & ibi Aret. infra de obliga. ex qua. male. cum ſimilibus per Euerardum in centuria ſua.c.51.)
555 † Et hanc partem tenendo non obſtant contraria.primoque text. in dicta l. mortis cauſa: probat enim contrariũ, ut ſupra oſtendi.Ad.l.
556 uerò,ſi quis argentum,in fine, dico † quòd non induxit de nouo, quòd donatio nudo pacto fieret,ſi bene conſideretur, ſed tantum, ꝙ detur in ea condictio ex lege, quod prius non fuerat inductum, & ob id appellat eam perfectiſſimẽ conſtitutam reſpectu condictionis ex illa lege,quæ prius non competebat. Cõfirma tur hic intellectus,quia ſicuti cum dicit [*ſiquidem ſtipulatio interta ſit*] de nouo non inducit,donationem per ſtipulationem fieri, ita quoque, dũ ſubdit [*ſin uero & hoc prætermiſſum ſit*] de nouo non inducit, quòd pacto nudo fieri poſſit, de his enim meminit,non ut de nouo illa indu cat,ſed circa ea ſtatuat, quòd ibi ſubdit de neceſſaria traditione,(prout & alibi fecit Imperator in l.quidam cum,C.de neceſſ.ſeruis hær. inſ. prout ipſe refert, & Glo. notat infra, de
557 her.inſt.in prin.) † Tertio non obſtat dicta lex Senatus,§. pen. licèt enim loquatur de donatione facta per ſtipulationem, nõ tamen negar quin fieri poſſit etiam pacto nudo, maximè cum cõtrarium pateat in iuribus ſupra dectis,& ita in hac concluſione cõtra commu.
558 concludo.† Secundo loco in eadem Gloſſa ibi [*Quæ ſtipulatio*] ſurgit aperta concluſio,ꝙ ſtipulatio eſt de iure ciuili.conformis eſt Gl. in l.ex hoc iure,in fi.ff.de iuſt.& iu.in §.ius autem gentium ſupra de iure nat.& notant omnes cõ muniter in Rubr.ff.de uerb.ob.Et Zaſ.in l.j.in prin.

Stipulatio quo iure inuenta fit.

prin.eo.tit. dicens ad unguem ſtipulationem
eſſe de iure ciuili inuentam, & de iure gentiũ
incognitam fuiſſe:(nec me mouet, quod in-
quit Cuiaccius in l.Iuriſgentium, ff. de pact.
559 † quòd ſi ſolum conſenſum, & ſolam conuen
tionem ſpectas, quæ ſtipulationi ineſt, iuriſgẽ
tium eſt: omnis enim conuentio iuſta, iuriſgẽ
tium eſt, & ideo qualibet lingua ſtipulatio fie-
ri poteſt. l.1.§.fi.ff.de uerb.ob. ſi uero nomẽ ſpe
ctas, Iuris ciuilis eſt. unde uidetur ex duplici
fonte, iuriſgentium ſcilicet & iuris ciuilis, ema
naſſe ſtipulatio, quoniam ſubdit idem Cuiac
560 cius, † hoc de conſenſu ad ſtipulationẽ neceſ-
ſario, ut probatur in l.1.§.adeo.ff. de pact. eſſe
commune cum omnibus contractibus. Sed in
ſtipulatione hoc amplius eſt, quòd ſi uerba ſo
lemnia, & præſentiam reorum quæ in ea deſi-
deratur, & rationem concipiẽdæ eius ſpectas,
561 mera eſt iuris ciuilis cautio † idemque pau-
lo diuerſis uerbis explicat Connan. in Comm.
Iur.ciuil.lib.6.c.1.col.3.dicens, quòd reliqua-
rum obligationum, quæ ſolo conſenſu, uel rei
traditione perficiuntur contrahendarum ſur-
dus, uel mutus habet poteſtatem, quòd ipſo
nutu, & præſtatione rei non obſcuram dare
poteſt ſuæ uoluntatis ſignificationem, ſed &
abſens per epiſtolam aut nuncium conſentire
poteſt. at hæc obligatio ſtipulationis præter
aſſenſum mutuum uerba etiam utriuſque exi
git, quoniam à uerbis ipſis uim omnem ſuam
nanciſcitur, neque plus poteſt, quàm ſermo-
ne ipſo dictum eſt, & declaratum, quæ tota ſo
lennitas cum iure ciuili fuerit inuenta, atque
introducta, ſtipulationem iuris ciuilis eſſe con
uenit, ut cęteris aſſentiens inquit idem Con-
nanus in dictis Commentarijs, lib.1.cap.6.col.
562 pen. † & nomen ſiue deriuationem aſſume-
re debuit potius à iure ciuili, uelut ex propria
uirtute quæſitum, quam originale ſiue com-
mune Iuriſgentium mediante conſenſu, ſine
proprio ſudore habitum, iuxta notata per Cy-
num in Rubr.prolę.ffǒrum, ubi quoque Ripa,
nu.100.dicentes, laudabilius eſſe nomen ex ꝓ
pria uirtute quæſitum, quàm originale, & ſine
563 proprio ſudore habitum. † Ideo maior eſt
honor filio Baronis, uel Comitis, quòd uoce
tur Doctor, quã Dominus) fundatur hęc opin.
communis ſecundùm Gloſſam hic, & omnes,
in §. de conſtituta, infra de acti. ibi [*ſi ſtipulanti
promiſerit, iure ciuili tenetur*] qui textus bene pro
bat, ut inquit hic Ioann. Fab. (Imò uerò Va-
conius à Vacuna, declarationum ſuarum lib.
5.cap.178. per illum textum dicit, ſtipulationẽ
ſine dubio iure ciuili introductam fuiſſe)
564 † Idẽ tamen Ioannes Fabri poſt Iac. de Aret.
in dicto §. ius autem gentium, colum. penult.
dixit illum textum non probare: nil enim aliud
dicit, niſi quòd ciuiliter obligatur, quod ne
ceſſario non infert ſtipulationem eſſe de iure
ciuili, cum pari modo quis ciuiliter teneatur
etiam in contractibus iuriſgentium, ut eſt Gl.

De intellectu §. de cõſtituta. infra de acti.

in l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg.
iur. & eſt aptisſimus textus in §.j. infra de obli.
ubi ciuiles obligationes appellat non modo
quæ à legibus conſtitutæ ſunt, uerum quoque
eas, quæ certo iure ciuili cõprobatæ ſunt, qua-
les ſunt inuentę de iure gentium, prout ibi gl.
declarat. ſtant ergo ſimul, quòd quis ciuiliter
teneatur in aliquo contractu, & tamen, ꝙ ille
contractus non ſit de iure ciuili inuentus, un-
565 de. §. de conſtitua, non probat. † Reperio,
quòd Tolẽtinas in dicto §. ius autem gẽtium,
nu.34. conatur defendere, quòd imò probet:
dum enim dicit [*iure ciuili tenetur*] non habet re
lationem principaliter ad obligationem, ſed
ad modum obligandi, & ſic ad contractum, nã
in conſtituto quis ciuiliter tenetur, & natura-
liter ſimul, unde illa uerba non intelliguntur
de obligatione, ſed de contractu, & ſic ꝙ iure
ciuili tenetur, hoc eſt per ſtipulationem, quæ
566 eſt de iure ciuili, † ſed iſte decipitur in duo-
bus. primo quidem dum firmat in conſtituto
ultra naturalẽ obligationem, ciuilem dari, ita
metſi Alciat. in Rub.ff. de uerb.ob.nu.45. idem
ſcripſerit, dicens, ꝙ ſecunda obligatio quæ ex
ſecunda promisſione naſcitur in conſtituto
ciuilis eſt, ex quo fomentatur à Prętore: falſa
enim eſt, & contra communem ſententiam ta-
567 lis concluſio, † namque imò in conſtituto ſo
la naturalis obligatio verſatur: ut enim dicunt
Doctores, conſtitutum nudo pacto producit
actionem propter geminatam promisſionẽ,
quæ licèt nudo pacto facta parit actionem, l.j.
§. debitum. ff. de conſti. pec. d. §. de conſtituta.
Ita tradit Caſtr. in dicta l.j. Rom. in l. ſi uero. §.
de uiro. 34. fall. ff. ſol. ma. Albe. in l. iuriſgentiũ.
§. quin imò. ff. de pact. Alexan. in §. ſed cũ nul-
la, eadem lege, in l. legem. C. de pact. & ibi latè
Dec. Mateſi. notab. 37. Cuman. Alexa. Bulgari.
568 Crottus, Zaſius, & Butigella, † qui dicunt hãc
eſſe communem opinionem in Rubr. ff. de uer
borum obligat. idemq; tenet Iuuenalis à Co-
ſtà in Rubr. infra de obligat. nu. 18. Et reſpon
dent Doctores obiectis Iaſonis contrarium te
569 nentis ibi, † dum potisſime dicit, quòd natu
ralis obligatio ſe habet tãquam mater ad pro-
ductionem actionis, unde ipſa licèt geminata
non poteſt actionem parere, quoniam im-
posſibile eſt per naturam, quòd duæ fœminę
generent ſine maſculo, ergo nec per artem id
570 fieri poteſt, §. minorem, ſupra de adop. † Re-
ſpondet enim Butigella, nu. 26. quòd prima na
turalis accedente alia naturali parit actionem
in uirtute geminationis, & quia fomentatur à
lege ita, quod hoc procedit caſualiter. quod ue
571 ro dicit Iaſ. regulariter † confirmatur iſta re
ſponſio ex doctrina Bartoli in l. cum quis, nu.
21. C. de iur. & fac. igno. & in l. j. ff. de cond. ind.
num. 22. quem ſequitur Aretin. noſter infra, de
obligat. in princip. ſicut enim Deus produxit
filium hominem in terris ſine patre ex ma-
572 tre ſola, ut Ieſum ex Virgine ſacrata, † ita im

In conſtituto qualis obligatio.

pera-

perator actionum conditor, uel lex diuinitus promulgata.c.fi.16.q.3.l.fi.C.de præf.lõ.tẽp. cum ibi not.& per Dec.in Rub.de consti. col.3. potest ex sola naturali,tantoq; magis ex geminata actionem producere.Ex his igitur cõcludendo paret in constituto nudum pactum uer sari,solamque naturalem obligationem, non
573 etiam ciuilem, ut putat Tolentinas. † Quod etiam confirmatur ex l.1.in princip. ff. de con sti.pec.dum dicit, quòd prætor constituta custodiens, fauet æquitati naturali,nec addit, & ciuili.ergo patet in eo solam naturalem uersari. acceditque textus in l.qui autem.§.fi.eo.tit. ubi dicitur, ꝙ possumus constituere per nuntium,per cuius sponsionem absenti factã clarũ est pactum nudum dumtaxat induci, ut tradit Bal.quem sequitur Caccialup.in tract. de pact. in 5.q.princi.cum alijs de quibus supra.ex hoc enim patet, quòd si in constituto quis etiam ciuiliter teneretur, id eo modo fieri non pos set, per quem dumtaxat naturaliter obligatur.
574 † (Demum non omitto uerba Zasij Doctoris egregij in, Rubr. ff. de uerb. ob. qui de constituto loquens inquit, quòd est nuda conuentio non uestita robore ciuili, ut ex qua tantum ornatur obligatio naturalis, unde si alius pro alio cõstituat, nõ est fideiussor inquit ille, quia fideiussor citra stipulationem non tenetur, sed est constitutor.l.3.§.fi.ff.de cõst.pec.) unde quo ad hoc primum grauiter errauit Tolentinas.
575 † Quo uerò ad secundum, quod respicit intelligentiam textus in dicto §. de constituta, nõ mediocriter etiam deceptus est, quatenus dixit, ꝙ ille textus principaliter habet relationem ad contractum, & ideo dum dicit [*iure ciuili tenetur*] uoluit intelligere de stipulatione. Sicut enim in primo responso text. ille relatio nem habet ad actionem, ibi, [*De pecunia autem constituta cum omnibus agitur*] idest actione, quæ sic uocatur, ut ibi Glo. subiungit a nemine re probata. Ita quoque dum in secundo responso subiungit [*nam alioquin si stipulanti promiserit iure ciuili tenetur*] dicendum est, quòd habeat relationem ad actionem, prout etiam firmat Gl. in uerbo [*iure ciuili*] subdens, uel actione ex stipulatu ubi incertum est, uel certi condictione, ubi certum est in stipulationẽ deductum.
576 † hicq; intellectus consonat cum naturæ tituli deseruiat, qui de actionibus tractat iuxta l.imperator.ff.de in diem adiect. (cum potissimè constitutum sit, quòd lex habens uarios in tellectus in dubio debeat intelligi secũdum illum sensum qui magis conuenit Rubro, ut no. Ioann.Andr.in additio.Specul.in tit. de dispu. & allega.§.fi.Glo.in c.monasterium, & ibi not. Abb.de electi.cum similibus per Ripam in l. 1.
577 nu.14.ff.si cert.pet.) † Vnde cum ad actionem respiciat, falsum est ad contractum respi cere, prout Tolentinas affirmat. si quidem tria sunt, quorum nullum est alterum, contractus, obligatio, & actio : primum enim est uerborũ conceptio, uel consensus. Secundum, quod in de nascitur. Tertium, quod postea ex obligatione surgit, ut tradit Gl.notab.infra de oblig. in fi.quam sequitur Aret.ibi. & ex hoc intellectu planè uerissimo infero ego aduersus Glossam hic, & omnes, quod textus in dicto §. de constituta, non probat hanc conclusionem, quòd stipulatio sit de iure ciuili, cum de actione loquatur quatenus dicit [*iure ciuili tenetur*] non autem de contractu, & sic de stipula
578 tione. † Vnde posset stare, quod stipulatio esset de iure gentium inuenta, & tamen, quòd actio inde competens sit de iure ciuili, cum omnes actiones etiam pro contractibus iurisgentium inuentæ sint de iure ciuili, ut norat Glo. Oldra. Bart. Alberic. & citramontani communiter in l.ex hoc iure, ff.de iustit. & iu.
579 † Ita quòd est communis opinio, ut ibi refert Ias.nu.48.& fatetur Claud.Aquensf.nu. 56. Idẽ que Ias.latè tenet infra de actio.in prin. (& ibi quoque Benincasius, nu.240. plures cumulãs idem restatur post Alexand. & Misingerium quos allegat, & idem confirmat) Petrus Loriotus in tracta. suo de pact. axiomatẽ 4. (Et licèt Connanus in Commentar.iur.ciuilis li. *Actiones quo iure inuentæ.*
580 3.cap.6.ad finem, † dixerit actionum originẽ nostris dubiam esse, quòd de ijs nihil certi sit à iurisconsultis traditum, & illorum silẽtij nõ aliam fuisse causam existimet, quàm quòd satis notum omnibus esse putauerunt, eodem eas, quo obligationes, iure prouenire: quorsum enim attinuisset obligationes constituere, nisi data simul fuisset earum potestas persequendarum? At hæc potestas actio nominatur, sine qua nullus esse põt exitus obligationum: ab inuitis enim non putauerunt alia uia obtineri, at aduersus uolentes nõ fuerat obligationis opus, formulę uero actionũ, mosq; iudiciorum totus est à iure ciuili proditus. At tamen in oppositum crebrior sententia uersa-
581 tur, ut dixi. † Nec uerum est uanas, sineque exitu obligationes fuisse priusquam actiones inducerentur, cum ad obseruantiam naturalis obligationis homines manu Regia compellerentur, ut declarat Innocent.in c. quæ in ecclesiarum de constit. & probatur in l. 2. in princip.ff.de orig.iur. sicq; tenent Socin.Ripa, Crot. & omnes in Rubri. ff.de uerb.oblig.cuius Regię manus immemor Connanus lapsus est loco memorato, non tamen nescius, cum se quenti c.7.col.2. luculenter, & doctè loquẽs di
582 cat, † non aliam sanè fuisse creandorum Regum occasionem quàm necessitatem quãdam repellendæ iniuriæ, ut scribit Tacitus lib.3. Vetustissimi mortalium, inquit, nulla adhuc mala libidine, sine probro, & scelere, eoque sine pęna & coërcitionibus agebãt, nec pręmijs opus erat, cum honesta suapte ingenio peterẽtur, & ubi nihil cõtra morem cuperent, nihil per metum uetabatur: at postquam exuit æqualitas, & pro modestia, & pudore ambitio, & uis in-

cide-

cidebat, prouenere dominationes multosque
583 apud populos mansere. † & hoc est, inquit Cõnanus, quod dicitur, priscis illis seculis omnia fuisse gubernata manu Regia, nulla lege, nullo certo iure: erat enim Regibus sola naturę ratio, & iuris, & iniuriæ regula, ex qua notant, nemini uim, & iniuriam inferendam, contractuum fidem seruandam, uirtuti præmia, ui-
584 tijs, & sceleribus pęnas deberi. † itaque non quilibet creabatur Rex, sed inter ipsos esset ad res gerendas maximè idoneus, & qui uirtute, consilio, prudentia, ac animi magnitudine, & robore maximè præstaret, qui hostes propulsare, labores suscipere, pericula adire, & cum in discrimen ueniretur rem expedire, cõsiliumq; ex tempore capere posset, tum uerò qui pro communi suorum omnium salute plurimum posset, & uellet, qui non amore, aut odio, non cupiditate, aut iracundia duceretur ad iudicandum, sed quod ius, quod ęquitas, & ueritas postularet, id omnibus in rebus constitueret, id sequeretur, & tueretur. Postquàm igitur, ut ad rem reuertar, §. de constituta, non probat communem sententiam, melius illa iustificatur)
585 † in l. j. ff. loca. ibi [*cum locatio sit iurisgentium, non uerbis, sed consensu contrahitur.*] sentit enim, contractus qui uerbis fit, est de iure ciuili, cum locatio sit iurisgentium, quia non uerbis fit. Sed stipulatio fit uerbis, l. j. ff. de uerb. oblig. & infra eo. tit. in princ. igiur est de iure ciuili, & iste textus fuit Bartoli in dicta l. ex hoc iure, colum. penult. (& à Petro de Bella Pertica ponderatus ad hoc, in dicto §. ius autem gentium. prout referunt Moderni, Bononienses in Rubr. ff. de uerbor. oblig. nu. 396. licèt Galliaula sibi vẽ
586 dicet eodem loco, tacito autore.) † Secundo adduco textum formalem in Lea quæ ciuiliter. ff. de acquir. rer. do. ibi [*ea quæ ciuiliter acquiruntur ueluti per stipulationem,*] & ibi Alberi. post Iacob. de Are. exponit, ciuiliter, id est per modũ seu actum inuentum de iure ciuili. ergo dũ textus exemplificat in stipulatione, patet eam esse
587 inuentam de iure ciuili. † Tertio allego textũ in l. actus legitimi. ff. de reg. iuris. ibi [*actus legitimi, ueluti acceptilatio,*] sed acceptilatio stipulatione tantum contrahitur. §. item per acceptilationem, infra quibus mod. toll. ob. l. an inutilis, §. acceptum fieri ff. de accepti. ergo & ipsa stipulatio est actus legitimus, & sic de iure ciuili. Quarto considero textum supra de usu, & habi. in §. fin. ubi dicit [*exposuimus summatim quibus modis iuregentium res nobis acquiruntur, modo uideamus quibus modis legitimo, & ciuili iure acquirũtur.*] deinde inferius ponit de stipulatione, uidelicet infra de uer. obl. in prin. ergo patet eã esse
588 de iure ciuili. † Quinto pondero illud principium ibi, [*Stipulatio hoc nomine inde utitur, quòd stipulum apud ueteres firmum appellabat*] pondero illud uerbum, ueteres, quod ius ciuile priscum, uel illius autores denotat. l. ueteribus placet. ff. de pact. §. est autem aliud, infra eo. ibi [*ueteribus prudentibus.*] l. discretis, C. qui test. fac. poss. ibi [*à ueteribus autoribus uariatũ est.*] & l. sancimus. §. si autem per diuersa, C. eod. ibi [*cum enim à ueteribus uariatũ est.*] Si ergo stipulatio sortita est hoc nomen, quia ueteres autores iuris ciuilis stipulum firmum appellabant, sequitur stipulationem quoque fuisse de iure ciuili, cum non ante sic dicta fuerit quàm stipulum firmum dici experit. & profectò si de iure gentium fuisset inuenta, dixisset textus ideo sic dictam, quia stipulum de iure gentium firmum dicebatur, De lectura text. infra de uer. obl. in prin.
589 † (& postquam in illum textum incidimus qui postquam dixit [*quòd stipulum apud ueteres firmum appellabatur*] subiungit, [*forte à stipite descendens*] non prætereo, quòd Alciatus Parergon lib. j. c. 39. locum corruptũ existimat. quid enim inquit, commune habet stipes seu trun-
590 cus cum contractu? quasi dixerit, nihil. † Vnde Catelianus Cotta, libro memorialium, uerbo, stipulum, cum Philippo Beroaldo sentiẽs, & Coras. miscellane. lib. j. c. fi. col. fina. dicunt à stipe potius esse stipulationem deducẽdam, hoc est à pecunia, cum substantia stipulationis maxime circa stipem, idest pecuniã consi-
591 stat, † & ueteres pecuniam quam intærariũ reponebant, uel Dijs offerebant, uel mendicis porrigebant ad sustentationem infelicis uitę, stipem dixerunt, & hæc ultra prædictos lecturaquoque M. Varronis li. primo de lingua La-
592 tina. † Ego uero communem lectionem libentius sequor, quam Theophilus, Balduinus, & Eguinarius inibi probant, & pręcæteris elegantius longe defendit Connanus in Cõmẽtar. iuris ciuilis, lib. 6. c. j. nam considerat, quod Tribonianus tradit pro uero, & certo non affirmat, sed fortasse à stipite dictum esse stipulum, quod apud ueteres firmum significabat, unde stipulationis nomẽ emanauit. Stipitem enim antiqui uocabant fustem terræ defixum, ut autor est Festus, quo boues, & cętera animalia alligarentur, ut retinerentur certo loco, & arbusculis ne nocerent, qua similitudine stipulationem existimauit dictam esse, de qua uerisimile est hunc in primis factum esse uersiculũ: [*Verba ligant homines taurorum cornua funes.*] at ij funes, ut plurimum stipitibus obligantur.
593 † & cum stipulatio non pecuniæ modo, sed rerum omnium, esse possit quæ ueniunt in hominum comercium, Tribonianus eam à stipite maluit deducere, quàm à stipe. Quicquid. n. ita dicitur, ut uerbis ipsum per se suis satis firmitudinis habeat ad obligandum, appellatur stipulatio, quòd in eo similitudinem quandam
594 gerat stipitis.) † Sexto prosequendo principalem articulum confirmatur hęc opinio per textum in §. item inutilis, infra de inut. stip. ubi stipulatio nõ cadit inter patrem, & filium: hinc enim datur intelligi, iuris ciuilis sit, alioquin si esset de iure gẽtium, bene caderet inter eos, sicut & naturalis obligatio. l. frater à fratre. §. quæsitum, & ibi not. ff. de cond. indeb. quæ iuris-

gentium

gentium est.l.cum amplius.§.is natura debet,
595 ff.de reg.iu.† Septimo moueor alia ratione,
nam quando actus est origine de iure gentiū,
eius autem forma de iure ciuili,forma non ser
uata nihilominus oritur naturalis obligatio:
596 † exemplum in testamento, quod est origi-
ne de iure gentium,licèt eius forma sit de iure
ciuili, ut tradunt Bartol.Alexan. & Iason post
alios,qui dicit esse communem opinionem,in
l.interdum,ff.de cond.inde. Castrens.in l.testā
di. C.de testa. Fulg. & Ias. in l.si testamentum,
C.eod.Dec.cons.357. nu.5.cons.403.num.14.
Coras.in l.si testamento, nu. 6. C.de impube .
597 † ubi dicit , quòd toto [*ut aiunt*] cœlo ab
errant,qui contrarium tenent . (Senatus Pe-
demontanus Decis. 100. nu. 38. abunde Fer-
nan. Vasquius de succes sionum creatione.lib.
j.§.j. uer. tertia fuit.ubi post infinitos dicit, ꝙ
hæc opin. indubitanter cōmunis est, & egre-
gie Connan. in Commentar. Iuris ciuil.lib. 9.
c. j.col.2.& 3.vt plurimum namq; dicit, & pro-
priè solennia dicuntur cuiusque rei, quę præ-
ter eius naturam adiuncta sunt extrinsecus, ut
testium numerus, & subscriptio, & multa alia
quę ius ciuile adinuenit,quo testatoris esset uo
luntas munitior aduersus fraudulentorum ho
minum insidias, quæ omnia, quòd à iure ciui
li constituta, & excogitata sint,quosdam in eū
errorem induxerunt, ut putarent originem te
stamentorum manasse ab institutis Romano-
rum,quod falsum est:sunt enim iurisgentium,
quum ubique gentium sit aliquis eorum usus.
598 † confirmatque Connanus,nam ex animorū
affectione testamenta, commendationesque
morientium natæ sunt:at hęc affectio cuique
homini iam tum ab initio naturæ statim insita
fuit, quare & testamenti desiderium faciendi
Theophilus Iustiniani Gręcus interpres,inter
exempla eorum, quæ iurisgentium censentur
esse connumerat,atque hunc testandi morem
omnibus populis fuisse, antiquę historiæ mo-
numenta satis confirmant : in quibus, & Græ-
corum , & aliarum gentium testamēta passim
599 leguntur.† Huiusq; rei pariter argumentum *Testamenti origo unde.*
sumi potest à testamento nuncupatiuo , quod
& primum, & antiquissimum esse etiam tum
quidem,quum nondum repertę essent litterę ,
uerosimillimum est: initio enim homines si-
gnis, & incerto uocis sono , postea sermone ,
& uerbis distinctis, significantibusque animi
sui sensa explicare didicerunt, ita cogente hu
manę societatis usu, deinde litteras quoque
inuenerunt,neque id statim,sed longo post ho
mines natos interuallo,unde testamētum ori-
gine quidem iuris est gentium, modus autem
600 id faciendi apud Romanos ciuilis est.) † si e-
nim fiat minus solenne, tamen legata debētur
ex eo naturaliter , licèt in forma peccet , ut
notant Glossa, Barto. & alij in l.1.ff. de cond.
indeb.& in l. cum quis.C.de iur. & fac. ignor.
601 † sed modo uidemus quòd si partes stipulen
tur , constetque eas uelle stipulationē contra
here , atque in forma deficiant,nec qui lem na
turalis oritur obligatio , & sic illa conuentio
non sustinetur in uim pacti nudi , ut est textus
in l.j.§.si quis ita . ff. de uerb. oblig. quem sic
passim notant , & intelligunt Doctores ibi,
ut Alexand. Arctin. Crot. Galliau. cęterique
scribentes post Bar. in l.iurisgentium. §.igitur
nuda . ff. de pact. igitur hinc colligitur stipula-
tionem esse originaliter de iure ciuili inuentā,
non autem de iure gentium. (possem & aliam
rationem philosophicam subijcere,qua con-
firmat hanc opinionem Vāconius à Vacu-
na,declarationum suarum lib.5.cap.178.sed)
ex his satis confirmata remanet hæc cōclusio,
602 † aduersus tamen eam Iason,& Claud.Aque.
in dicta l. ex hoc iure, in fine (sicut & Galliau.
in Rubr.ff.de uerb. obl.) perpendunt urgere
textum in l.an inutilis, ff.de acceptil. in fi. ibi
[*quia hoc iure utimur, ut acceptilatio sit iurisgentiū,*]
& tamen acceptilatio stipulatione tantum cō
trahitur, ut supradixi, ergo sequitur stipula-
603 tionem quoque iurisgentium fore . † Secun
do accedit : nam uerba stipulationis erant co-
gnita de iure gentium, & ex his tamquam ex
pacto nudo oriebatur naturalis obligatio, ut
expresse dicunt Imo. & Ale. in l.j.§. si quis ita
ff.de uer.obl.(Ruin. & Galliau.in d.Rubr.eod.
tit.) unde uarij erant modi paciscendi de iu-
re gentium,inter quos erat iste, qui induceba
tur sub forma, sub qua hodie celebratur stipu-
latio , ex quibus omnibus iste solus fuit à iure
ciuili approbatus, ergo non obstante dicta ap
probatione debet dici de iure gentium atten-
604 ta origine,† (si quidem origo rerum in om-
nibus rebus est consideranda , l.tutor. ff. de fi-
deiuss.& exemplum patet in Regno, quod ob
sui præeminētiam solet ad primogenitum ma
sculum , & ad suos descendentes masculos pri-
mogenitos transire,ut per Innoc.Ioann.Andr.
605 & alios in c.licèt,de uoto.†nam quando Re-
gnum habuisset originem à fœmina, tunc po-
test etiam ad descendentes ex fęmina transire
attenta origine.decisio notabilis est Anchara
ni,cons.341.quam plerique legum uertices se
quuntur, ut Ias.in l.sed si hac, §.liberos, ff. de
in ius uoc. Aret.& Soc.in l.Gallus,§.nunc de le
ge,ff.de lib.& post.Soc.in l.cum auus.ff.de con
dit.& demon.col.46.uer.tertius casus. Gra.Re
spon.110.nu.26.uol.j.Cur.iun.in tract. feudo.
3. par. regula pti. & cons.181. col. 2. Cephal.
cons.185.nu.26.uol.2.Bero. cons. 120. nu. 12.
uol. 2. Gozad.cons.79. in fi. & Roland. à Valle
606 cons.76.nu.10.uol.3. †sic etiam uidemus in)
alijs contractibus à iure ciuili approbatis.d. l.
ex hoc iure.& sicut contingit in certis casibus
in quibus ius ciuile nudum pactum approba-
uit, nam nihilominus adhuc illi contractus,
illudque pactū in dictis casibus dicitur de iure
gentium,secundum Bar. in l.iurisgētiū.§.quin
607 imò.ff.de pact.col.pē. † (Tertio præter alios
confirma-

confirmatur hæc opinio contra communem ex l. 5. ff. manda. ubi mea tantum gratia dicitur fieri mandatum si tibi mandem, ut pro me fideiubeas, aliena uerò, si tibi mandem, ut pro alio fideiubeas: nam cum mandatum fuerit de iure gentium. §. ius autẽ gentium, supra de iure natur. fideiussio uero fieri non possit sine stipulatione l. blanditus, C. de fideiuss. uidetur necessario dicendum, quòd stipulatio fuerit inuenta de iure gentium, aliàs illud mandatum fideiubendi pro alio tunc fieri non potuisset, non cognita eo tempore stipulatione. Sed tamen ex istis non est à communi sententia temere recedendum tot argumẽtis solidissimis roborata. Quare uis tantum remanet in tollen-

[De intellectu l. an inutilis in §. ff. de accepti.]

608 dis memoratis obiectis.) Pro dissolutione primi contrarij remittunt se Iason & Claud. ad Glossam ibi in secunda solutione, quę dixit acceptilationem iurisgentium esse propter pactum, quod in se continet, & hanc esse satis bonam solutionem dicit Bart. ibi, & post eum sequitur Imo. (sicut & Galliau. in Rub. ff. de uerborum obligat. sub num. 59.) mihi uero
609 † non placet uelut diuinatiua: nam quamuis licitum sit diuinare, ut iura inter se concordentur, & propter difficultatem contrarij quãdoq; ad id impellamur, ut tradit Barto. in l. ita stipulatus. la grande, nu. 27. uer. & si opponis, ff. de uerb. ob. Ias. in l. 2. §. prius, col. penul. ff. de uul. & pupill. & in l. huiusmodi. §. si cui. in fi. ff. de leg. 1. Butigella, in Rubr. ff. de uerb. oblig. nu. 36. Gomes. in c. 1. de rescrip. in 6. nu. 17. id tamen procedit, quando alio modo congrue contrarietas tolli, sedari ue non potest, aliàs secus ut ipsimet sentiunt. unde cum aptior solutio ad hunc textum dari possit, ut mox dicã
610 hæc nullo modo tenẽda est. † (Præterea nullo modo subsistere potest, quia secũdum eam acceptilatio dicitur de iure gentium secũdum quid, nõ autem simpliciter, nec absolute: quod enim est secundum quid, non dicitur absolute tale, l. hoc legatum ff. de leg. 3. at ille textus dicit, [*ut iurisgentium sit acceptilatio,*] & sic simpliciter, non autem respectiue, merito corruit
611 solutio prædicta.) † Secunda fuit solutio Iacobi de Arena, quem Bar. & Alber. sequuntur, quòd acceptilatio sit iurisgentium per quandam fictionem, & interpretationem: nam cum solutio sit iurisgẽtium, & acceptilatio sit similis solutioni, sequitur, quòd acceptilatio per quandam interpretationem est iurisgentium,
612 propriè tamen est de iure ciuili. † sed nec ista solutio satisfacit: si enim sic arctẽta fictione uoluisset Iurisconsultus ibidem loqui, non apposuisset illud uerbum, sit, quod est ueritatis ac proprietatis expressiuum, ut not. in l. mercis, ff. de uerbor. significat. sed uerbum, uidetur, quod fictionem solet denotare l. j. §. deiecisse, & ibi not. Bar. ff. de ui & ui arma. sicque aptius dixisset, [*ut iurisgentium uideatur acceptilatio*] (sicque, licet breuius, cõcludit Galliau. loco cita-
613 to.) † Præterea hæc solutio non aliò tendit quàm æquiparare acceptilationẽ solutioni, sed si hoc erat in mẽte Iurcconsulti, nonne aptius clariusq; dixisset. Quia hoc iure utimur, ut solutioni similis sit acceptilatio quàm dicendo, ut iurisgẽtium sit? Certe id nemo nõ negabit.
614 † Memoria repeto olim Dominum meũ Clarissimum Lodouicum Catum sui temporis Cathedrãtium facile principem, me cum pluribus audiente solitum dicere, quòd acceptilatio sit indubitanter iuris ciuilis, d. l. actus legitimi, iuncto ibi. [*uelut acceptilatio*] quod & tradit Bar. in l. legitima, nu. 3. ff. de pact. & om-
615 nes consentiunt in d. l. an inutilis. † duplex est tamen, ut ille dicebat, acceptilatio. altera per quam tollitur obligatio uerbis contracta tantum, de qua ibi, & in §. Item per acceptilationem, infra quibus mod. toll. obl. Altera uero, per quam omnium rerum tollitur obligatio, etiam iurisgentium, dummodo nouata sit per Aquilianam stipulationem, de qua in §. est autẽ prodita, infra quibus mod. toll. obl. & de hac dicebat ipse Dominus meus loqui textum in d. l. an inutilis, in fi. ibi [*& tolluntur etiam honorariæ obligationes.*] quasi dixerit, p acceptilationem tolluntur non solum iurisgẽtium, & ciuiles obligationes, uerumetiam prætorię, [*quia hoc iure utimur, ut iurisgentium sit acceptilatio.*] hoc est, ut tollat obligationes iurisgẽtium nouatas, licẽt ipsa sit de iure ciuili, & hũc dicebat esse uerissimum sensum ad illum tex-

[De acceptilatione termini nõ uulgaris.]

616 tum, nec ab aliquo consideratum. † Ego uero ab eo longe dissentio (namque in primis erroneũ puto duas esse acceptilationes, siquidem secunda per eum considerata ita tollit obligationem uerbis contractam, quemadmodum prima, probatur: nam per nouationẽ noua nascitur obligatio, & prima tollitur translata in posteriorem. §. præterea nouatione, infra quibus mod. toll. ob. & est tex. in l. j. ff. de noua. ubi clare dicitur, quòd nouatio est prioris debiti in aliam obligationem transfusio, atq; translatio, hoc est cum ita noua constituatur,
617 ut prior perimatur, † idque fit per Aquilianam stipulationem à Gallo Aquilio introductam. ut testatur Iustinianus, in §. est autem prodita, infra quibus mod. toll. ob. quem mirum in modum laudat Connanus in Commẽtar. Iuris ciuilis, lib. 10. c. 4. col. 2. dicens, φ C. Aquilius omnium, hoc consultissimus fuit, & cuius prudẽtiam populus Romanus in cauendo, non in decipiendo perspexit, ut ait Tullius, & eo autore lex Aquilia scita est, ut uolunt, Aquiliana item stipulatio
618 † per quam contingit stipulationem, ut omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur: stipulatio enim Aquiliana nouat omnes obligationes. dicto §. est autem, & breuibus explicat idem Conn. in Commen. Iur. ciuil. li. 5. cap. 6. col. 6. dicens, quòd Aquiliana stipulatio om-

ni

ni modo omnes præcedentes obligationes nouat,& perimit,ipsæque perimitur per acceptilationem,quare dici non potest, quòd acceptilatio sit iurisgentium,quia tollat obligationes iurisgentium nouatas per Aquilianam stipulationem:cum enim illæ iam sublatæ sint per eã non possunt amplius tolli, semel enim annullatum amplius annullari non potest, l. nam& si sub conditione. §. post defectum,ff.de iniu. test. sed per acceptilationem tolluntur obligationes inductæ per Aquilianam stipulationẽ quæ iuris ciuilis sũt,sicut & illa iuris ciuilis est iuxta l. nihil tam naturale, ff. de regulis iuris.

619 † Quare sequitur, quòd una tantum sit acceptilatio, quę tollit obligationem verbis tantum cõtractam, siue ab initio, siue postea per Aquilianam stipulationem,quæ perimendo iurisgentium obligationem, perimitur per acceptilationem, unde Connanus in Comment. suis, libro 4. capi. 3.colum.7.& lib.7.capit.9.

620 colum.2.† dicit, quòd acceptilatio est uerborum solennis quædam conceptio, qua solẽne stipulationis retexitur, eo quo contextum fuerat modo ad rescindendas stipulationes tã necessaria, quàm ad ceteros iurisgẽtium contractus qui solo consensu connexi sunt, inutilis, & superuacanea,l.cum emptor.ff.de resc. uendit. ubi si emptor uenditori, uel uenditor emptori acceptum ferat,acceptilatio in hac cã non sua natura, sed potestate cõuentionis ualet, hoc est, ut exponit Connanus, tãtumdem efficeret conuentio,quantum acceptilatio, id circo non opportet existimare eam adiectam tanquam necessariam ,sed tanquam aliam quãlibet pactionem, quæ quoquo modo sit facta dum ostendat uoluntatem eam contrahẽtium esse, ut ab emptione discedatur, quæ satis habet uirium ad abolendum quicquid gestum

621 est negocij inter illos.† hinc enim sentit Cõnanus, q̃ si acceptilatio ibi ualet in uim pacti illud esse, quia prodita fuit ad tollendas tantũ obligationes uerbis contractas,non autem iurisgentium, qualis erat illa emptionis siue uẽditionis præcedens , & hoc significaré uoluit Iulianus ibidem dicens [*acceptilatio in hac causa non sua natura ualet*.] & insuper Salyc.occasione Glossæ dicentis,quòd acceptilatio ualet,ut pactum, notans , quòd quando tractatur de obligatione dissoluenda si non ualet quod ago,ut ago, ualet ut ualere potest, quia acceptilatio interposita super obligatione iurisgentium quæ non ualet, ut acceptilatio interponi solita super obligatione uerbis tantum contracta quæ iuris ciuilis est, ualet ut ualere potest in uim pacti.& ita meo iudicio defecit in hoc Dominus meus duas acceptilationes sibi contingens,cum dumtaxat sit una prout ex prędictis

622 apparet. † Sed esto, quòd essent duę, tamen adhuc intellectus suus defendi nõ posset. Quoniam textus in dicta l.an inutilis,in fi.) loquitur de prima acceptilatione, non autem de

De intellectu l. an inutilis, in fi. ff.de acceptil.

secunda si principalis eius intentio considere tur , idque Bart.ibi consentit, dum dicit,quòd liberato seruo,qui tenetur uerbis,liberatur &

623 dominus.† Sed præter eum probatur in primis,quoniam ille §.finalis sequitur immediate , §.acceptum, qui clare loquitur de acceptilatione, quæ uerborum dumtaxat obligationem tollit ibi, [*Acceptum fieri non potest, nisi quæ uerbis obligatum est*.] ergo dum §. sequens loquitur de filio, & seruo promittentibus, qui accepto rogando liberari possunt , pari modo debet intelligi de promissione, & obligatio-

624 ne eorum per stipulationem cõtracta,† quia præcedentia declarant subsequentia , l. si seruus plurium.§.fi ff. de leg.1.& ibi notant omnes.Bald. post Cynum in l.Legatorum petitio. §.fi.in fi.ff.de leg.2.Bal.Imo.& Moderni,in l.cohæredi.§.si quis discretas ff. de uulg. & pupil. Corn.cons.2.uu.12.uol.3.Soc.iun.cons.15.nu. 17.uol.3.Bertran.cons.131.nu.3.uol.3.Imo.cõs. 13.num.3. (Roland.à Valle cons.41.num. 18. uolum.3.Abb.cons.36.circa fi.uolum.3. Curt. iun.cons.52.colum.5.Guid.Pap.quæst. 445. & cons.87.Dec.cons.15.colum.penul. cons.445. colum.5.cons.480.col.3.cons. 495. col. 2.cons. 568.colum.3.Ias.cons.148.colum.7,in 8.fundamento, & colum.fi.uolum.3.cons.69.colum.fi. uolum.3.cons.137.col.8.uol.4.Rube. cõs.150. circa finem.Paris cons.18.colum.3.uolum. 2.

625 Cephal.cons. 197. num. 12.)† Imò magis præcedentia influunt in sequentibus quam econtra,Bartol. in l. quisquis , ff.de leg.3.in l. filium.ff.quan. dies leg.ced.Roma. consil. 503. colum.3.Dec.cons.92.num.3. Gozad. cons. 30. num.19.cons.82.num. 13. D. meus Riminald. cons.118.num.25.& cons.582.num.13.(Mar. fil.notabili.158.Cur.iun.cons.54.num.7.& Senatus Pedemontanus Decis.147.num.16.)

626 cum similibus, † Tantoque magis suadetur hæc interpretatio,cum uerbum [*promittendo*] ibi positum , etiam ad stipulationem referri posfit, l. sciendum , §. dictum,ff.de ædil.edic. & not.Doctores in l.sciendum,in princip.ff.de uerborum obligatio. Secundo idem confirmo, quia de nouatione, quæ in secunda acceptilatione requiritur, ne uerbum quidem facit Iureconsultus ibi,quæ tamen solet exprimi signanter in secunda acceptilatione, uersiculo , sed & id. iuncto §. est autem, infra quibus mod. toll. ob. ibi , [*stipulatio enim Aquiliana nouat omnes obligationes*.] igitur hinc colligitur, quòd de prima acceptilatione loquitur.

627 † Tertiò accedit, quia textus ille in fine subdit , [*& ideo puto, & Græce acceptum fieri posse, dummodo sic fiat, ut Latinis uerbis solet*] quæ satis ad unguem repetit Imperator in dicto §. item per acceptilationem, postquam de prima acceptilatione locutus fuit , ergo hinc colligitur pari modo Iure consultum ibi de il-

628 la locutum fuisse. † Non obstat dum loquitur de honorarijs obligationibus aduersus do

 minium

minum, quæ tolluntur per acceptilationem, & tamen illę non sunt uerbis contractæ, ut de peculio, de in rem uerso, quod iussu, & id genus, ut Imola subiungit, ibi quæ aduersus dominum competunt, non quòd ipse contraxerit, aut uerbis sese obligauerit, sed propter contractum serui, ut infra, quod cum eo. id enim dixit incidenter iure consultus, ut ostenderet, quòd dominus accepto rogans nihil agit, cum non sit ipse obligatus, sed seruus, ut de patre supra dixerat. Dominus tamen alio modo poterit liberari, si seruus ac-
629 cepto rogat: † (nam quandoque quis per alium consequitur quod ex persona sua minime consequeretur, l. Aristo. §. fi. ff. quæ res pigno. oblig. poss. l. si communem, ff. quem ad. serui. amir. Ias. abunde, in l. si emancipati, C. de collati. Felyn. in capit. primo, de rescript. & Crot. in l. j. lectura j. num. 13. ad fi. ff. de uerborum obligat.) unde subdit textus [*nam & seruus accepto liberari potest, & tolluntur etiam honora-*
630 *riæ obligationes.*] sentiens hoc fieri per † quandam consequentiam, nam liberato seruo, cuius obligatio erat principalis, in consequentiam liberatur dominus, cuius obligatio erat accessoria, prout ita declarant Bartol. & Alberic. ibi. unde hoc non contingit ex natura primæ acceptilationis, cum obligationem tãtum uerborum tollat, sed ex illa regula, quòd sublato principali tollitur accessorium, §. liberis. infra de pupill. subst. Quibus ita stantibus, impertinentia satis essent illa uerba, quæ sequuntur ibi, [*quia hoc iure utimur ut iurisgentium sit acceptilatio.*] si sequamur interpretationem Domini mei, quòd iurisgentium sit, ex eo, quia tollit obligationes iurisgẽtium nouatas, quia nec de nouatione uerbum quidem facit, nec de secunda acceptilatione loquitur, ut ipse putat, sed de prima tantum, licet unam tantũ esse crediderim, ut superius ostendi, unde alia solutione opus est ad illum textũ, si nostrã
631 conclusionem tueri uelimus. † Pro uero igitur sensu illius textus aduerte, & præmitte, quòd iusgentium primæuum nihil aliud est, nisi, quod ratio naturalis dictat inter omnes gentes seruari, casus est in §. quod uero, supra de iure nat. tradit Bartol. quem sequuntur omnes, in l. si id, quod, ff. de condi. indebi. & in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iu. ubi dicit iusgentiũ primæuum esse, quod fuit eo ipso, quòd gentes humanæ esse cępetunt, ratione naturali inductum, (quod longe latius confirmat Fernãdus Vasquius, lib. j. §. j. nu. 2. de successio. creatione, dicens ex eo iure præceptum, illud descendisse, ut patriæ, parentibusque pareamus, & erga Deum optimum maximum religio. l. ueluti. ff. de iust. & iure. eaque pariter exempla pluribus autoritatibus exornat, Ouidij, Horatij, Tibulli, Virgilij, Ciceronisque, quas hic repetendas esse non existimo, sed ex prædi-
632 ctis) infero, † quòd ubicumque ratio naturalis dictat, quid in aliquo casu fieri, talis casus dicitur esse iurisgentium primæui, licèt ab initio iurisgentium primæui non fuerit in-
633 uentus, sed dudum postea. † Quia iusgentium primæuum semper durat, nec uariatur tempore, sed immutabile semper permanet capit. primo, 5. distinct. Secundo, quia tale iusgentium quotidiè nascitur, ut tradit Bald. in
634 capit. j. §. j. de noua forma fid. † Tertio, quia se extendit ad talem casum, argumento eorum quæ tradit Bartol. in l. omnes populi, num. 60. ff. de iustit. & iu. quem cæteri sequuntur ibi, Gozadin. consi. 19. num. 7. D. meus Riminaldus consi. 125. num. 12. & cons. 528. numero 23. ubi dicit, quod si statutum confirmat aliquod testamentum inualidum, omnes leges testamentariæ in eo locum habent. l. j. §. lex falcidia, ff. ad l. falcid. non, quia tempore illarum legum fuerit tale testamentum confirmatum, sed quia illæ leges se por-
635 rigunt ad illud. † Quarto, quia tale iusgentium cum semper duret, & quotidie nascatur, ut dixi, reperitur etiam tempore, quo actus inducitur. prout de lege tradit Riminaldus meus, & sibi tacito autore Iason scribit in l. j. colum. 3. C. de eden. dum enim textus inquit, quòd ex causa reus tenetur edere actori, & Bartolus exemplificat in Vsurario per textum in clementina j. §. cæterum, de usur.
636 † Licèt Raphael impugnet, quia non potuit Imperator diuinare de dispositione dictæ Clementinę primæ, lõge post factæ per annos mille, saluat eum Patruus meus magnus egregie dicens, quòd cum lex semper loquatur, & sit in uiridi obseruantia, l. Ariani, C. de heret. merito dicta lex prima longe ante facta, reperitur etiam facta tempore dictę Clementinæ primę, eoque tempore dicitur loqui, propterea uerificari potest iuxta dictam Clement. primam, unde pari modo iusgentium primæuum licèt longe ante inductũ, uerificari potest in actu postea emanato, in quo ratio naturalis dictet qd
637 fieri. † Quinto, & postremo, quia, ut idem Riminaldus est autor ibidem, duplex est cogitatio, altera in specie, altera in genere, unde licèt in specie ego non possim scire nisi id, quod est mihi notum in specie (tamen in genere possum habere scientiam de eo, quod non est mihi notum in specie,) l. qui iure militari, & ibi not. ff. de mil. testam. unde iusgentium primæuum potuit in genere cogitare de aliquo casu postea contingẽte, in quo ratio naturalis dictaret aliquid, quo fit, ut ille casus postea contingens appellari possit iurisgentium, attenta tali cogitatione generali u
638 † idque testimonio Ciceronis colligitur officiorum libro primo, cap. quinto, dum dicit, quòd [*homo qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque præsentibus adiungit, atque annectit futuras, facileque to-*

De iure gentium primæuo notabilis declaratio.

tius

tius uitæ cursum uidet.] satis enim demonstrat, quod ratio naturalis cogitat in genere
639 super futuris. † (& hanc opinionem meam in terminis iurisgentium pulcherrime sic tradit, ut nihil melius, Connanus in Commentarijs iuris ciuil. lib. 1. cap. 5. dicens illud in quo gentes omnes naturali iudicio consentiūt iusgentium appellari, tametsi posterioribus seculis fuerit cognitum, ut nummo reperto nemo fuit qui non eo postea usus sit, quòd eum uideret rebus contrahendis necessarium, ex quo emptio fluxit, hodieque si quid noui excogitetur, quo agnito sponte sua, & libenter omnes utantur, dicetur esse iusgentium, cum ratio naturalis, id apud cunctas nationes cōstituat, & in hanc sentētiam Cōnani, quam longè prius quàm ederentur Commentaria sua, mecū pcogitauerā, ut in prima huius operis mei impressione patet, pedibus iuit Arius quoque Pinellus in Rubr. C. de rescind. uendit. nu. 7. primæ
640 partis, confirmans ut per eum.) † his sic præmissis declaro nouiter multa iura, demumque textum in dicta l. an inutilis: de quo agitur, primo quidem textum in c. ius naturale, prima distinct. quod de iure gentium primæuo uerba facit, ut ibi tradit Præpositus, colum. 3. ubi inter alia, quæ sunt iuris naturalis, dicit [*Depositæ rei, uel commodatæ pecuniæ restitutio.*] id enim non est, quia depositum aut commodatum fuerint
641 de illo iure gentium primæuo, † imo fuerunt postea de iure gentium secundario inuēta, dicta l. ex hoc iure, dicto §. ius autem gētiū, in uerbo, Depositum, & notant omnes utrobique. Sed quia ratio naturalis his contractibus inuentis dictare cœpit eorum restitutionem æquissimam fore, tamquam semper durans quotidie nascens, ad eos se extendens, eorumque tempore uigens, ac postremo de ipsis in
642 genere perpendens. † Secundo declaro textū in l. 1. ff. de furt. ubi dicitur, quòd [*furtum prohibitum est admittere lege naturali*] idemque repetit Imperator infra de oblig. quæ ex deli. nasc. in prin. quæ uerba Doctores intelligunt de iure gentium secundario, cum furtum sit contrectatio rei alienæ inuito domino, ut ibi. Dominia uero non fuerunt inuēta particulariter ante, sed eo iure tantum, ut in dicta l. ex hoc iure. in uerbo [*dominia distincta,*] & ibi notant om-
643 nes. † Ego enim uerius intelligo de iure gentium primæuo, & sic de iure naturali, idest ratione naturali, quæ dictat furtum non fieri, nec alteri facere, quod tibi non uis fieri, l. probrum, ff. de uer. sig. & ita Faber, & Aret. exponūt in d. Fulgosi. in l. j. §. huius studij, in Glo. ius naturale, ff. de iust. & iu. Claud. Aquen. in d. l. ex hoc iure, num. 36. quia inuento furto, iusgentium primæuum, quod est ratio naturalis semper durans, & quotidie nascens, cœpit ad illud se
644 extendere, idque prohibere. † Tertio declaro textum in l. rerum amotarum, in fine, ff. de actio. rerum amotarum, ibi [*iure gentium condici puto posse res ab iniustis possessoribus,*] & textus in l. indebiti, in princip. ff. de condictio. indeb. ibi [*indebiti soluti condictio naturalis est*] quæ iura satis impertiuenter exponunt Bar. Alberic. & alij plerique, ut effugiant obiectum, quod sentire uidentur, nempe, quòd actiones sint de iure gētium, cum communis Doctorum sētentia sit in oppositum in dicta l. ex hoc iure,
645 & alibi, ut supra dixi, num. 578. † Planus est enim earum legum sensus, inuentis enim illis actionibus ratio naturalis dictare cœpit, ut per eas res auocari possint ab iniustis possessoribus, quibusque indebite solutum esset, sicque ad talem actum auocationis, actionesque prædictas se extendere, quo fit, ut iurisgentium dicantur (hocque bene iustificatur ex his quæ scribit Conuan. in Commentar. suis, libro 1. cap. 7. colum. 4. dicens, iusgentium & ciuile nō distingui temporum ordine, sed naturæ ratione, quod fieri potest, ut multa sint animaduersa à posterioribus seculis, quæ referri debeāt ad ius naturæ: nam quicquid est eius generis, ut cognitum omnes approbent, & amplexentur tamquam sibi fructuosum, & utile, iuri naturæ, uel gentium tribuendum est, quod de primæuo uenit intelligendum, cum de naturæ ra-
646 tione Connanus loquatur.) † Quarto declaro textum in l. ueluti, ff. de iust. & iu. ubi iurisgentium primæui dicitur esse, [*ut patriæ pareamus.*] hoc enim non est, quia ab initio illius iuris patriæ fuerint, sed postea de iure gentium secundario, l. sequenti, in uerbo [*regna condita,*] sed quia patrijs inuentis ratio naturalis dictare cœpit ita fieri debere uelut quotidie nascens
647 & semper durans. † (patriæ namque nos nostraque debemus obligatione quadam naturali, imò uerò hanc sine nefario scelere deserere non possumus, ut bona nostra sola ad eius salutem profundere, sed uitam etiam pro ipsa ponere teneamur, & lege naturæ obligati simus, ut declarat Connanus in Commentar. iur. ciuil. libro 5. capit. 8. colum. 2. unde sic ait Horatius oda secunda, libro secundo, [*Dulce, & decorum est pro patria mori,*] & Iuuenalis Satyra. 8. de Cicerone canit. [*Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.*] pluraq; id genus tradit Ferdinandus Vasquius in dicto §. j. capit. j. colum. 3. de success. crea. igitur ille actus parendi patriæ dici potest eo respectu de iure gentium primæ
648 uo.) † Quinto declaro textum in l. 2. C. de in ius uoc. ubi dicitur, quòd ratione naturali honor debetur patronis, exponuntque Odofredus, & Castrens. ratione naturali, idest de iure gentium secundario, non autem primæuo, quia eo iure non fuit manumissio, cum seruitus esset incognita, & per consequens nec ista reuerentia, nam melior est intelligentia, quòd ratione naturali idest iure gentium primæuo debetur hic honor patronis, quia inuenta seruitute, & postea manumissione, ratio naturalis cœpit dicta-

re hunc honorem pręstari, & sic iurisgentiũ
cępit se extendere ad hunc actum, & in eo lo-
cum habere, quo fit, ut iurisgentium dici pos
649 sit. † Sexto declaro textum in l. nam hoc natu
ra, & in l. iure naturę, ff. de condic. indeb. &
de reg. iur. ubi dicitur, quod [*natura æquum est
neminem fieri locupletiorem cum alterius iactura*] qđ
sanè non est quia meum, & tuum fuerit de iure
naturali, sed dudum postea de iure gentium se
cundario, dicta l. ex hoc iure, & ibi omnes, sed
quia ratio naturalis inducto meo, & tuo cępit
se extendere ad illud tanquam semper durans
& quotidie nascens, & dictare sic fieri, & serua
650 ri. † Septimo declaro doctrinam Bartoli in
l. j. nu. 10. ff. de cond. ind. ubi tradit iure natura-
li æquum fore, quòd hæres impleat uoluntatẽ
testatoris, licèt minus solennem, & ideo tene-
tur hæres de iure naturali: id enim nõ est, quia
testamentum, & hæreditas fuerint de iure gẽ
tium primæuo, sed postea de secundario secun
dum Bartol. & omnes in l. interdum, ff. de con
dic. indeb. & supra dixi. sed quia his inuentis
ratio naturalis se extendens cępit dictare eo
651 modo. † similiter tandem declaro textum de
quo agitur, inuentis enim stipulatione, & ac-
ceptilatione per ius ciuile ratio naturalis tunc
quoque uigens, & quotidie nascens cępit dicta
re, ut obligatus uerbis accepto rogando pos-
set liberari, quia nihil tam naturale erat quam
ut uerbis obligatus contrarijs uerbis dissolue-
retur, l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur. me-
rito subdit Vlpianus [*quia hoc iure utimur, ut iu-
risgentium sit acceptilatio*] hoc est ius gẽtium pri-
mæuum dictat, ut per acceptilationem libe-
retur uerbis obligatus, ut de filio, & seruo su-
652 pra dedit exemplum. † & quòd de iure gen-
tium primæuo senserit ille textus, aperte tenet
ibidem Ioannes ab Imo. alio respectu ponde-
rans illam rationem, non tamen funditus, ut
per me supra, cum in eo deficiat quomodo ac-
653 ceptilatio sit de iure gentium, † &, ut uerum
fatear, hic itellectus, ut supra deductus, fuit de
mente Glossæ eo loco dicentis acceptilationẽ
iurisgẽtium fore per approbationem, (quia gẽ
tes approbarunt, & receperunt illum modum
liberãdi introductum de iure ciuili, ut conclu-
dit ẽt Galliaula, in Rub. ff. de uer. ob. latiusq;
clarissimus Dominus Paulus Leonius Pataui-
nus, consiliarius iustitię, secretusque Eminen-
tissimi Ducis Ferrarię, num. 138. & 141. cuius
scripta uenerũt in lucem post horum meorum
654 primam editionem. † & licèt hęc intelligen-
tia) Bartolo non placeat, quia non potuit ap-
probare iurisgentium, quod non cognouit, at
tamen allucinatur ex prædictis pace sua dixe-
rim, namque si semper durat, & quotidie na-
scitur, fuit quoque tempore dictę acceptilatio
nis inductę, & dictando, ꝙ per eam tolleretur
obligatio uerborum, patet illã approbasse, me
rito nihil impedit quominus procedat exposi-
655 tio Glossę. † Prętetea cum, ut supra dixi post
D. meum Riminaldum quis cogitando in ge-
nere possit habere scientiam de eo, quod non
est sibi notum in specie, nihil impedit ius gen
tium primæuum potuisse scire in nube, quòd
si contingeret postea quandocumque prouide
ri, quod obligatus uerbis per alia uerba libe-
rari posset equum fore talem prouisionem ser-
uari, licèt in specie de acceptilatione nõ cogi-
tauerit, uel scientiam habuerit, quod si est pa
riter dici potest talem actum in genere appro-
basse, merito talis acceptilatio postea inducta
de iure ciuili, iurisgentium esse dici potest, at-
tenta tali cogitatione, ac approbatione gene-
rali. ita in hac re concludo, sicq; patet textum
in d. l. an inutilis, huic communi cõclusioni nõ
656 obstare. † Ad secundum uero contrarium su
pra deductum, quod facit Ruiu. in Rubr. ff. de
uerborum obligat. ipse respondet, (& præter
eum Galliaula,) quòd iste modus non fuit ap-
probatus sub eadem qualitate, sub qua erat
olim, id est tanquam simplex pactum, sed
præter approbationem addidit ius ciuile no
men scilicet stipulatio. & formam reducen-
do dictum ordinem paciscendi prius uolunta-
rium ad necessitatem, propter quod nomen,
& formam, de iure ciuili dicitur secundũ Bar.
in d. §. quinimo, & in l. legitima, ff. de pact. (ubi
657 col. j. tractat † quando lex agit roborãdo pa-
ctum, ut pro lucat actionem, uel non agit il-
lud roborando, sed propter illud producit a-
ctionem ad instar Regis, qui potest unum par-
uum Comitem facere potentem sic, ut per se
possit facere bellum, uel eo dimisso in pauper-
tate sua propter ipsum inducere bellum, dein-
de quęstione pen. subdit in primo casu quãdo
lex roborat pactum, ut illud producat actionẽ,
quòd si lex illud confirmat dando sibi nomen,
& formam, tunc efficitur contractus nomina-
tus de iure ciuili, prout est stipulatio. idemque
breuius dicit in dicto §. quinimò, nume. 16.
658 † dicens, quòd de iure ciuili pacta uestiuntur
nomine, & forma, ut in contractibus inductis
de iure ciuili. Ad tertium uero respondetur,
quod Caius ibi loquitur de mandato, quod in
ter nos contrahitur eo modo, quasi sentiat fuis
se secus de iure gentium propter incognitam
tunc stipulationem, & fideiussoriam obligatio
nem: licèt enim inuentum esset mandatum
de iure gentium, ut negari non potest, non
tamen erat inuentus ille modus mandati per
uiam fideiussionis, sed aliter puta mandando,
quòd emeres, ires Romam, & id genus, quæ
citra stipulationem fiunt, sed inuenta stipula-
tione, & fideiussione, cępit inter nos eo quoq;
modo contrahi mandatum, quòd tibi manda
rem, ut pro me, uel pro alio fideiuberes, & hic
est pulcherrimus ad illum textum sensus, qui
alias esset indubitabilis, sicque remanet hic
articulus explicatus, & conclusio Castren-
sis uerissima stipulationem inuentam fuisse de
659 iure ciuili. † Ex qua conclusione singula-
ris

De Dominio q̃sito de iure ciuili per principē tollēdo.

ris utilitas percipi potest, quòd cum dominium quæsitum per stipulationem, dicatur acquiri de iure ciuili, ex quo stipulatio iuris ciuilis est, sequitur quòd etiam sine causa poterit illud Princeps auferre prout in quęsito mediante præscriptione, vel sententia tradit Bald. in l. fin. C. sent. resci. non posse, colum. 2. ver. sed immediate opponitur. Angel. in l. Lucius, ff. de euict. Castren. in l. cum hæredes, in princip. ff. de acquir. possess. Alexand. cons. 2. col. 9. uolum. j. cum similibus per Felin. & Dec. in c. quæ in ecclesiarum, de const. latè Ias. cons. j. colum. 7. uolum. 1. cons. 127. col. 3. uolum. 4. & in l. Gallus, §. & quid si tantum, lect. j. col. 23. uers. intellige istam conclusionem, & in secunda lectura. col. 15. uers. secunda conclusio,
660 ff. de lib. & post. † ubi pariter Ale. colum. 11. communem testatur, & confirmat Aret. col. 13. uersic. circa tertium articulum. Crot. co lum. 54. uersic. secundo limitatur, & Claud. Aquen. colum. 6. uersic. secunda est. Brun. cons. 10. colum. 6. ad fin. uersic. tertia conclusio. in 2. opi. per eum relata. Curt. iun. cons. 1. colum. 6. in fi. c onsilio. 138. columna 1. consil. 157. colum. 4. in fi. & consilio 174. colum. 3. in fi. ubi dicit esse communem & ut finem cumulandi faciam, plerique alij quos adducit Gabrielius Romanus in suis conclusionibus, lib. 3. titulo de iure quærendo non tollendo, conclusione j. num. 17. & per easdem decisiones Portius Imolensis conclusione 15. tertia limitatione, libro 5. Senatusque Pedemontanus Deci. 69. nu. 15.
661 † Bene uerum est, quòd Felinus loco citato in contrarium inclinat, motus quia dominiū in dictis casibus quæsitum, dicitur esse de iure gentium, licèt modus acquirendi sit de iure ciuili, ut notat Bart. in l. ex hoc iure, columna 2. uers. ulterius opponit, ff. de iustit. & iu. merito non uidetur, ꝙ tolli possit à Principe, sine causa, sicque dicit in terminis Bald. in l. 1. in fi. C. de iure aur. an ul. Castren. in dicto §. & quid si tantum col. fi. cons. 34. col. pen. uol. 2. & Aret. in l. 3. col. fi. ff. de testa. Bertran. cons. 15. uolum. j. Ias. in l. fi. col. 2. uersic. 7. limita. C. si cont. ius. Alexand. cons. 87. colum. 7. uolum. 2. Dec. con
662 sil. 343. colum. 2. uers. & quia. † Crau. consil. 125. colum. 5. & 10. qui dicit esse probabilem. communem uerò Paris. cons. 1. colum. 17. uol. 2. & magis communem cons. 111. colu. 10. eo. uolum. Soc. in dicto §. & quid si tantum, colum na antepen. uers. circa tertium, Galliau. num. 95. & Garzias Hispanus num. 193. qui commu nem quoque testantur, & alij per Gabrielium
663 & Portium locis citatis cumulati. † Sed tamen motiuo Felini, & sequacium respondet Dec. in dicto c. quæ in ecclesiarum, num. 36. ꝙ siue dominium dicatur de iure ciuili secundū naturam causæ, unde quæritur quæ est de iure ciuili, l. in rem, ff. de rei uend. ibi [*aut iure ciuili dominium atquisiuit*] aut quòd sit de iure gētium, tamen causa acquisitionis debet considerari quæ est de iure ciuili, quia tunc dominium nenit in consequentiam, ut not. Bal. in dicta l. fi. & causa acquisitionis quæ principalis attendi debet, argumento l. si quis nec causam, ff. si cer.
664 pet. † sicuti uidemus, quòd ratione uoti in quo Papa habet potestatem dispensandi, ius quæsitum tollitur in consequentiam, ut nō. Innoc. & Butr. per illum textum in c. 2. de uoto, uel, & postremo, si potius opinionem Felini se qui uelimus, secūdum quam Crauetta in trac. de anti. temp. in prima parte, nu. 17. dicit se latè tenuisse con. 7. col. 3. con. 103. colum. j. & alibi: tamen, ut ille subdit, inter dominium quæsitū per modum iurisgentium, puta emptionem, & iuris ciuilis puta sententiam, uel, ut in casu nostro stipulationem, debet esse differentia re spectu causę, propter quam mouetur Princeps
665 ad illud auferendum: † nam primo casu requiritur, quòd causa sit talis quæ respiciat uti litatem publicā principaliter, ut declarat Bar. in l. quæcumque, in fine, C. de fi. instrum. libro 10. Oldra. cons. 224. istę sunt allegationes. Castrens. cons. 178. cons. 229. colum. 2. consil. 287. colum. j. uolum. j. Dec. cons. 361. colum. penul. consi. 588. colum. 3. Ias. consi. 233. columna 7. uolum. 2. secundo uerò casu sufficit causa pertinens ad utilitatem priuatam, ueluti quòd ad
666 uersarius locupletetur cū aliena iactura: † Prīceps enim se poterit interponere, & quem ad audientiam restituere nō obstante sententia, ut per Abba. consi. 84. colum. 5. uolum. j. consi. 77. col. 2. uol. 2. & ut plenius per Craue. loco citato, quem duobus uerbis supra secutus fui in princ. Rubricæ huius tituli nostri: quare sic & in dominio quæsito per stipulationē dici po-
667 test. † aut si tibi magis placeret contrarias opiniones conciliare, dici posset, quòd aut dominium quæsitum de iure ciuili habet annexam æquitatem, & tunc à Principe tolli non possit sine causa, sicque procedit pars negatiua si uerò non habet annexam æquitatem, & tūc tolli possit sine causa, sicque procedit pars affirmatiua, quæ distinctio colligitur ex notatis per Bal. in l. causas, in fi. C. de transf. in l. rescripta, col. fin. C. de prec. imper. offe. & fuit de mente Abbatis in c. per tuas, col. xj. uer. nec ob stat. de arbi. sequitur Fel. in c. ad audientiam, secundo, col. 5. uer. nihilominus attende, de resc. Anto. Burgos. in repet. Rubr. de empr. & uend. col. penul. Mar. in l. j. §. si quis ultro, col. xiij. uersic. etiam faciunt, ff. de quæst. Ruin. cons. 46. colum. 5. uol. j. Graue. consil. 135. col. 10. Gabrie lus, & Portius locis citatis supra, quæ omnia mēti tenebis studiose lector ueluti ualde quo-
668 tidiana.) † in eadem Glo. ibi [*sed hodie sit nudo pacto,*] ut C. e. l. si quis argentum §. fi. tertia colligitur conclusio referendo Gl. ad textū, quòd non modo donatio inter uiuos, uerum etiam cā mort. nudo pacto fieri pōt. & sic ꝙ d. l. in §. fi. hēt locū ēt in donatione cā mortis. idem tenet Gl. quam Bar. & Cuman. notant in l. cū pater,

Lex si quis argentum §. fin. C. de don. an hēat locū in don. cā mor.

§.Meuio.ff.de leg.2.& sequitur Imo.in l.in ædi
bus.§.1.ff.eo.ubi citat & aliam Glossam in l.2.
C.de iure dot.& idem tenet Aret. noster, in §.
in personam,infra de acti.ubi Ias.post eum,nu.
51.multos allegans,in hanc partem declinat.
Idemq; tenet Alex.in l.licèt, col.2. C. de pact.
Dec.& Cagno. in l.semper qui ff.de regul.iur.
Alex.in l.cum ex causa.ff.de re iud.Are.in trac.
de testa.Glossa 100.nu.5.Caccialup.in trac.de
pact.6.q.prin.nu.48.Ruin.cons. 54.col.2.uol.
1.Andr.Sicul.in Rubr.ext.eo. col.penul. Tira-
quell.in l.si unquam C.de reuo. don.uerbo,do
natio, ubi num.200.alios cõgerit in libro suo
de legibus cõnubial.in uerbo,Contracter.Gl.
669 3.nu.75.† Et hęc est communis opi. ut Are.
hic, & plerique ex citatis supra testatur, quod
& Alexand.Aretin.Soci.Ias.Ripa, & Guil.Pon
tanus testantur atque confirmant in l.2. ff.de
leg.1. Garzias Hispanus in l.iurisgẽtiũ §.quin
imò,in ultima carta.ff.de pact.Bertrand.cons.
156.num.2.uolum.j. (quibus nouiter accedit
Viuius in suis cõmunibus opinionibus,uer.
donatio censetur facta, in fi. & Emanuel Sua-
rez in thesauro receptarum sententiarum uer
bo,donatio.num.284.post Gomez.& Clarum
quos allegat.demumq́ue Senatus Pedemonta
670 nus, Decis. 120.nu.5.& in fi.) † Adducitur
inter alia pro hac parte ratio per Aret. in d.§.
in personam,namque de iure antiqno hęc do-
natio, & inter uiuos,in hoc fuerunt ęqui para
tæ, ut per Glossam in l.2.C.de iure dot.& in d.
§.Meuio.ergo dicta lex de nouo disponens in
donatione inter uiuos, in alia debet habere
locum, iuxta notata in l.si quis seruo.C.de fur.
(Gl.in l.2.C.de cur.fur.Bar. in authẽ. sed cum
testator.C.ad leg.falc.Crot.cons.47.nu.8.Be-
671 rous cons.93.nu.3.uol.2.) †Secũdo nã dona
tio causa mortis fauorabilior est donatione
inter uiuos, cum in multis participet de ulti-
ma uoluntate,ut hic ibi [*per omnia fere.*]ergo la
tior in ea debet interpretatio fieri,argumẽto
l.in testamentis.ff.de reg.iur.merito tanto ma
gis nudo pacto fieri posse debet,sicut donatio
672 inter uiuos potest:† (fauores enim cõuenir
ampliari,odia uero restringi.c.odia, de regul.
iur. in 6.) Tertio,quia si dicta l. siquis argen-
rum,in fine,uult nudo pacto fieri posse dona-
tionem inter uiuos, quæ statim secum trahit
obligationem irreuocabilem.§.1.infra eo.ibi
[*reuocari non possunt.*] tãto magis idem iuris esse
debet in donatione causa mortis sui natura re
uocabili per pęnitentiam, & hoc est quod uni
co uerbo uoluit ibidem dicere Salycet. tenẽs
hanc partem,quia in donatione causa mortis
subest maior ratio, ut nudo pacto fieti posit
quam in inter uiuos,cum illa sit irreuocabilis,
673 hæc secus, † & hoc argumentum surgit ex
idẽtitate rationis sumptæ ex regula, cui licet,
de regul.iur. in 6.& in l.non debet,ff.eod.pro-
pter quam licita est extensio etiam in corre-
ctorijs, ut tradit Bart.in l.nec in ea.ff. de adult.
Alexand.in l.in suis, ff.de liber. & posth.Ripa
674 in l.si constante.nu.74. ff. solu. matrim. † lo-
quẽtes de statuto permittẽte bannitum occi
di, ut à fortiori permittat uulnerari, quod est
minus (idemq́ue tradit Dec. in d. l.non debet,
in c.quia in tantum,nu.6.de præbend.& cons.
76.col.fi.Ioann.Lup.in Rub.de don. inter uir.
§.77.col.3.& Zoannet. in l.ut uim.ff. de iustit.
& iure.ubi latius comprobaui,num.163.164.
675 † sic & iurisconsultus argumentatur in d.
l.in suis, in fi.dicens filios exhęredari licere,
quos & occidere licebat:sentiens, quòd si ne-
cari poterant, quod est maius, multo magis
exhæredari, quod est minus,) & in his dua-
bus rationibus Soc. iun.insistit in d. lege 2. ff.
676 de leg. j. † Quarto, ut idem refert ibidẽ,col.
8.& Rui.21.Baldus nouel. in l.1.§.si stipulanti.
ff.de uerb. obl. adducit textum in l. discretis,
C.qui test.fac. poss.ubi mutus ex accidenti po-
test donare causa mortis,si manu sua illam cõ-
scribat, & tamen nec per scripturã, nec à mu-
to contrahi potest stipulatio,prout utrumque
notatur in d.l.1.in princ. ergo sequitur illam
donationem causa mortis fieri nudo pacto.
677 † Quinto,præter alios ego moueor,quia Im
perator in hac materia donationis profitetur
se tradere plenissimo fini sanctiones.§. est au-
tem aliud,infra eo.ergo dicendum est dictam
l.si quis argentum,etiam in donatione causa
mortis locum habere, aliàs non esset plenissi-
678 mo fini hoc traditum. † Sexto moueor,nam
que ille textus loqtur de donatione facta pijs
actibus ibi [*tantoque magis hæc firma esse si pijs acti
bus donatio deputata sit*] (sic enim dixit, tãto ma
gis,pro constanti supponens ante constitutũ
fuisse, quòd illa donatio ad pias causas nudo
pacto facta ualeret, quod tenet Bal.ibi per.l. si
rem, in prin.ff.eo.Tiraqu.uero in tract.de pri-
uil.piæ causæ.priuilegio 127.per l. si tibi dede
rim,C.eo. tit. a quibus allegationibus cauen-
dum est,cum prior lex non adsit,secunda uero
679 non probet. † Eorum tamen autoritas suffi
cere debet, cum potissimè ratione comproba
ri posit:nam omne relictum, uel cõcessum ad
pias causas,dicitur esse pro anima,ut tradit Ca
strens.in l.1.ad fi.C.de sacro sanc.eccle. & con-
firmat Roland.à Valle,cons.69.nu.29.uolum.
1.ubi dicit,quòd in pia causa uersatur fauor a-
nimæ, quæ cunctis rebus est præferenda. l. san
680 cimus.C.de sacrosan.eccl.† at anima respicit
Deum,cum Deus sit uita animæ, nec nisi Deo
præsẽte anima uiuere posit,c.resuscitatus,de
pęnitent. distinc. 1. & tradit Bonus à Curtili,
in tract.de nobili.2.parte.num.33. Quibus ita
681 stantibus inferri potest,† quòd sicut Deus in
ter simplicem loquelã, & iuramentũ differen
tiam nõ constituit, cap. iuramenti.22.q.5. Gl.
& Canonistæ in c. 1.de pac.ita nec inter nudũ
pactum,& stipulationem, merito donatio ad
pias causas pacto nudo sẽper debuit fieri pos-
682 se.† talis autem donatio ad pias causas cele-
brata

brata in dubio reputatur cau. mor. si fiat ab in firmo ex illa infirmitate moriente.c.de his. iũ cta Gl.de sepul.Roma.consi.229.primo dubio. Alc.consi.81.uol.j.ergo patet ex hoc, illum tex tum etiam in donatione causa mortis procedere. Septimo expendo uerba illius textus ibi [*resque donatas non solum eos, dum superſunt, ſed etiã eorum successores reddere compelli.*] Quæ uerba cõ ferunt etiam donationi causa mortis, ad quã tradendam nedum donans teneri debet, uerũ quoque successores sui, quando ipse non tradi dit, l.Seia.§.fi.ff.eo.ibi, [*& morte inſecuta quodam*

683 *modo à bonis auferrentur*. † Octauo confirmatur hæc opinio nam uidemus, quòd d.l.si quis argentum, in fi.locum habet in donatione pp nuptias, ut notat Gl. in uerbo, auxerit, in l. 1. C.de don.ante nup.& ibi not.Bal. idemque te net Cyn.& Bal.in aut.eo decursum.C.eo. ti.Ia

684 son in d.§.in personam, nu.62. †Item in donatione ob causam, ut tenet Ioann.Fab. in §. j.infra eo.Iaſ.post Fulgo. in l. si cum debitore,

685 in fi.ff. de iureiuran. † Item in resolutione donationis, ut per Glossam communiter approbatam, secundum Iasonem in l. ab emptione, nu.15.ff.de pactis, sequitur Dec.in l.nihil tã naturale, num.4. ff. de regul. iur. Tiraquellus de legibus connubi. uerbo contracter. Glos.

686 3.nu.14.†Item in donatione, quæ morte cõ firmatur, ut inter patrem & filium, maritum & uxorem, ut not.Caccialup.in tract.de pact. 6.q. prin. num.48.post Bal.ibi.& Glo.in l.2.C. de cond.ob cauſ. quamuis idem Bal. in aut. ex testamento, eolum.2.C.de colla.contra senserit, quem sequitur simpliciter Alexand. in d. l.

687 2.ff.de leg.j. † sed priorem opin.tenet Socin. iun.ibi, nu.46.& mihi magis placet: nam sicut olim poterat fieri donatio per traditionem, uel stipulationem sub condi ione, quæ per illius euentum cõfirmabatur, l. 2. §. si pecuniã, ff.eod. & dixi supra: ita hodie traditione, uel pacto nudo fieri posse debet, quæ per mortem donantis confirmetur: ante enim donatarius agere non poterat, nec hodie potest, li cèt quo ad donantem esset, hodieque fit perfecta, & ita tollitur ratio Bal.in d. aut. ex testa-

688 mento.† & sicut dicta lex locum habet in prædictis casibus, ita similiter debet habere locũ in donatione causa mortis, (cũ potissimè sit exorbitans tãtum, ueluti nõ passim disponẽs quòd pactum nudum sit efficax, sed in donatione tantum merito debet extendi pariter ad donationem causa mortis, quæ saltem largo sẽpto uocabulo, donationis appellatione cõ

689 tinetur, † iuxta tex.in l.filiũ hẽo.ff. ad Maced. Bart.in l.liberorum.ff.de uerb.signi.cum similibus supra cumulatis in hoc prin. num,433.) & tanto magis inspecto ultimo exemplo de quo supra, si enim illa donatio debilis, & infirma, propter iuris prohibitionem, l. donationes, C.de don.int.uir.nudo pacto fieri potest, fortius & hæc sui natura ualida & permissa,

690 († hoc est enim argumẽtum à multo magis, desumptũ constructiue, siue affirmatiue hoc modo. Si id de quo minus inesse uidetur & in est. ergo & id de quo magis, c.cum in cunctis, iuncta Glo.de elect.& post eam Io. And. Abb. & Imo. bonus tex.in aut.multo magis.C.de sacrosan. eccl.& in l.1.in fi.& ibi Glo.Cast.& alij, C.de neg.gest.cum sim. per Euerar. in Centu-

691 ria sua, loco 37.) † Contrariam tamen opinionem tenet Imo.quem refert Aret.hic in d. l. cum ex causa, sibi contrarius, cum in d. l. in ædibus, §.1.teneat communem: mouetur per uerba dictæ legis, si quis argentum. ibi [*necessitatem imponi donatori tradere quod donare æstimauerit*] item ibi [*& necessitatem habeat donator,*] quę uerba non conueniunt donationi causa mortis: donator enim non cogitur tradere, cum possit reuocare pęnitendo, ut hic & l.nõ omnis, ff.si cer.pet.ergo in tali donatione iura antiqua remanẽt incorrecta, l. pręcipimus, in fi. C.de appell.& hoc argumento Romanus utitur autore tacito, in l. j. ff. de don. cã mor. Contraria opi.

692 col.fi.uers.quarto noua ratione. † Secundò mouetur Imo.ex uerbis dictæ legis ibi [*monumentorum obseruatione,*] nam in donatione causa mortis, monumenta, & sic insinuatio non requiritur, l.j. C.eo.ergo dicta l.in fi. de illa nõ loqtur. quo argumento prius usus fuit Signorol.de Homodeis, cõs.172.in fi.confirmaturq; ex discursu totius textus. primo namque ponit quædam exempla donationis subiungẽs, in his omnibus ultra summam insinuationem requiri. ex quo colligitur ipsum de donatione duntaxat inter uiuos loqui: demum subdit ꝙ in [*omnibus supradictis casibus*] aut stipulatio inserta est, aut non. & utroque casu uult donan

693 tem teneri tradere. † Pondero id uerbum, Su pradictis, quod refert præcedentia cum qualitatibus suis, secũdum Bar.in l. si quis seruum. §.fi.ff.de leg.2.l l.j.§.fi.ff.si fam.fur.fec.dicatur Rui.consi.18.nu.xij.uol.2. ergo de eadem donatione loquitur, de qua supra dixerat, & sic inter uiuos. Tertiò mouetur Roman. in d.l.

694 prima: † nam d.l.si quis argentum, loquitur tantum simpliciter de donatione, ergo in dubio debet intelligi de mera, & inter uiuos. l.filius familias.§. fi.ff.eo.ubi si filio donare conce datur, donatio causa mortis non comprehen-

695 ditur. † cõprobat hoc etiam Rom.tum quia dicta lex, situata est sub titulo de donationib. inter uiuos, ergo illi dẽt seruire. l. Imperator. ff.de in diem addic. (cuius intentio cõfirmari potest, nam cum in hanc & in illam partem deducatur dicta lex, in §. fi. sicque uarios habeat intellectus, ille uidetur in dubio capiendus, ꝗ magis conuenit Rubricæ, secundum Ioan. Andream in addi.Specul.in titulo de disput. & allega.§. fi.glo.& Abb. in c. cum monasterium. de electio.cum similibus per Rip. in l.j.nume. 14.ff. si cert.pet.) tũ ut euitetur legum correctio. l.j.C.de inoffi.dot.& hoc argumento quo

que

Donationis appellatione quando donatio causa mor. contineatur, uel non.

que utitur Cuma.in d.l.cum pater.§.Meuio.ff.
696 de leg.2. † Et si contra Romanum diceretur
quòd immo uerbum donationis, simpliciter
prolatum comprehendit etiam donationem
causa mortis.dicta l. filiusfam.§. pari ratione,
& est casus ad literam in l.alienatum.§. dona-
tionis.ff.de uerbo.signi.ergo licet dicta l.si qs
argẽtum, loquatur de donatione simpliciter,
bene potest complecti donationem quoque
697 causa mortis.† Responderi potest quoad di-
ctum.§.pari ratione.quòd si quidem in lege
fit mentio de donatione prohibitiue, & tunc
donatio quoque causa mortis comprehendi-
tur,& ita loquitur ille textus.quamquam Con
stantius Rogerius,ibi num.28.dicat id eo loco
non posse colligi,quia non simpliciter ibi fue-
rat prohibita donatio,sed expresse fuerat pro
hibita donatio inter uiuos, & causa mortis.
698 †Cui non assentio, quoniam imo de neutro
fuerat expresse dictum, sed de libera tantum
peculij administratione filio concessa. in qua
Vlpianus interpretatur nõ comprehendi uim
donandi, sed filium donare prohibitum cense
ri,parique ratione subdit de donatione causa
mortis intelligendum, quòd ab ea censeatur
prohibitus. quo fit, ut bene colligatur ibi,qđ
699 supra dixi.† Vnde statutum prohibens mu-
lieres donare,comprehendit etiam donatio-
nem cā mor. quia a quo remouetur genus, &
quælibet eius species remota esse intelligitur,
(ut habetur in c. deliberatione.§.phibemus,
& ibi glo.Ancha.Peru.& alij,de offi.leg.lib.6.
Nicol. Boeri.in tracta. de potest.lega.nu.71.)
700 †Si uero lex loquitur de donatione permis-
siue, & tunc donatio causa mortis non com-
prehenditur,dicta l. filius,in fi.ita tradit elegā
ter Bald.in c.Imperialem.de prohi.feu.alien.p
Fed.colum. 4.uersi. quæro si uasallo, quem se-
quitur Card.Alex.ibi.Aret.in l.qui in potesta-
te.in prin.ff.de testa.& Bertach.in tract. de Ga
bel.3.parte octauæ partis princ. quæst.12. Ti-
raquellus, in dicta l. si umquam. uerbo dona-
701 tione,nu.191.†inferens ex hoc quòd cum il
la lex tendat ad ipsius donationis non permis
sionem, sed potius destructionem,utique de-
bet habere locum etiam in donatione causa
mortis,licet de donatione simpliciter loqua-
tur,quod bene notandum est si uerum est,quo
niam in hoc contrarium puto uerius, ut infe-
702 rius dicam. † Nec enim dicta l. si unquam,
prohibet donationem ab initio,sed ex post an
nullat liberis natis. Sed in casu nostro, (ut ad
illum reuertar) dicta l. si quis argentum, lo-
quitur de donatione permissiue:cõcedit enim
nudo pacto illam fieri posse, merito nõ debet
703 comprehendi donatio causa mor.† Quo ue-
ro ad dictum.§.donationis,ultra notata per
gloss.Imolam, & alios relatos per Constantiũ
Rogerium in dicta l. filiusfamilias, nume. 35.
Responderi potest id procedere, ubi in dona-
tione spes resolutionis nulla subesse amplius
704 potest, puta donatore mortuo:† tunc enim,
& ipsa donatio causa mortis,donatio proprie
fuisse censetur (ueluti purificata conditione
mortis in quam fuerat collata sicut quælibet
dispositio conditionalis purificata conditio-
ne,pura reputatur.l.fi.§.fi.& ibi Are.ff.de uer.
obli.Parisi.consi.46.nume.45.uolumi.4.Soc.
Iun.consi.140.nume.73.uolum.2.Cephal.con
silio 272.num.61.) Secus interim uiuente do-
natore quo casu spes est resolutionis donatio
nis ex pœnitentia donantis,uel donatarij præ-
decedentia,unde primo casu comprehenditur
secundo secus. Ita tradit eleganter Alci. in di-
cto.§.donationis, & nos in secundo casu uer-
samur, nam dicta l. si quis argentum, loqui-
tur uiuente donatore.ergo uerbum donatio-
nis, non potest intelligi de donatione causa
mortis,& ita fundamentum Romani defensa-
705 tur.† Quarto mouetur idem Roma. quia ex
donatione causa mortis transit dominium ip
so iure sine traditione. l. 2. iuncta glossa, & ibi
Doctores. ff. de publici. in rem act. sequitur
Bal.in l.2.C.si quis alteri,uel sibi.Ias.in l.tradi-
tionibus.col.pen.C. de pact.Soc.post alios,in
l.2.col.fi.ff.de leg.j. Gramma.consi.135.num.
706 7.in ciuilibus.†& ideo sicut legatum confir-
matur morte testatoris absque traditione, ita
& donatio causa mortis, ut tradit Bald. in l.si
mortis,C.ad leg.falc.Roma. in l.si donatione,
colum.3.C.de colla.Ioan. Lup.in rub.de don.
inter uir.§.76.post prin. Sed dicta l. si quis ar-
gentum, in donatione de qua loquitur, uult
quòd competat condictio ex illa lege ibi,[*nibi*
707 *dominus ex lege nostra.*]† Condictio uero com-
petit ad dandum.§.appellamus,infra de actio.
ergo non potest habere locum in donatione
causa mortis, quia cum sit in ea translatum do
minium, amplius dari no potest. §. sic itaque,
708 infra de acti.† Quinto mouetur Soc.in dicta
l. considerando uerba dictæ legis in fine ibi,
[*reddere compelli non tantum his, in quos donatio fa-
cta est, sed etiam eorum hæredibus,*] hoc enim repu-
gnat donationi causa mortis, quæ per præde-
cedentiam donatarij reuocatur, ut in textu no
stro,merito de illa nõ loquitur Imperator ibi,
& hoc argumentum fuit Aretini in dicto §. in
709 personam, licet sibi Soc.usurpet.† Sexto Rui
nus ibidem perpendit illa uerba dictæ legis,
[*sed liberalitatem plenam,*] quæ duntaxat dona-
tioni inter uiuos conueniunt,non etiam cau-
sa mortis,l.1.ff.eo.3.respon.& dato quòd etiā
donatio causa mortis posset dici liberalitas,
non tamen plena iure dici potest,quia non est
perfecta ante mortem donantis. l. non uide-
710 tur.ff.eo. † (Simile uidemus ultra Ruinum,si
dicatur,res pleno iure ad talem pertineat, nā
intelligitur de dominio ac proprietate cui cõ
iunctus sit,& in ea comprehensus usufructus
causalis, & sic de perfecta, ut per Castren. in l.
mater.C.ad Tertu.Alex.in apostil.ad Barto.in
l.quidam.ff.eo.Bero.consi.110.num.22.uol.2.

† Et

711 †& quod perfectum dicatur illud, cui nihil oĩ no deest ad perfectionem, textus est quem Bal. expendit in c. licèt de uitanda, in prin. de elec. Cuma. conſ. 187. Dominus bonſignorus. Tiraquellus plures allegans, in l. ſi unquam, in fi. num. 10. C. de reuoc. donat. & in tract. le mort.
712 Saiſ. in pri. decla. 5. partis. nu. 6. ad finem.) ¶ Septimo conſiderat idem Ruin. quòd d. lex hoc inducit ne donatio ſit inutilis ibi, [*ut nõ ex hoc inutilis ſit donatio,*] ſed quãuis ex donatione cauſa mortis facta pacto nudo, non oriatur actio, non tamen eſt inutilis, quia ualet in uim legati iuxta not. per Bar. in l. j. ff. eo. ergo de ipſa di-
713 cta lex non loquitur. † Octauo mouetur, quia dicta lex non habet locum in donatione continente factum, ut tradit Guil. & Bartol. in l. iuriſ gentium, §. ſed cum nulla, ff. de pact. Albericus in eadem l. §. quinimo. Bartol. in l. ſi unus, §. pactus, eod. tit. Ang. in repetit. l. ſi certis annis, co lum. 2. C. eo. tit. Butri. & Imo. in c. qualiter, eod.
714 tit. idque ea ratione, † quia in facto non cadit præciſa compulſio. l. ſtipulationes non diuidũtur. ff. de uerb. ob. (ſed liberatur qs pſtãdo interesse. l. ſi quis ab alio, §. ſi. ff. de re iu. & ibi no. omnes, at præciſa compulſio) bene cadit in donatione, de qua dicta lex loquitur, merito tanto minus debet habere locum in donatione cauſa mortis, in qua donator nec pręciſe, nec cauſatiue poteſt compelli, cum poſſit pęnitere, ut
715 hic. † Nono præter alios moueor & ego, quia ſi dicta lex locum haberet in donatione cauſa mortis, ſequerentur duo ſpecialia contra l. j. C. de dot. pro. alterum, quòd appellatione donationis ſimpliciter prolatę, donatio cauſa mortis ueniret contra dictam l. filius, in fi. declarando, ut ſupra alterum, quòd ex nudo pacto eſſet efficax contra dictam l. iuriſgentium, §. igitur nuda. ut igitur hæc ceſſent, non debet ha-
716 bere locum dicta lex in tali donatione. † ſimili ratione plerique dicunt dictam l. non habere locũ in donatione præſumpta, prout eſt quando quis præſenti, & loquenti daret non expreſſa cauſa donationis, uel etiam expreſſa præſenti, & tacenti, ita Rayner. Bald. Ang. Caſtre. Alex. & Iaſ. in dicto §. ſed cum nulla, Guil. de Cuu. Bartol. Alexand. & Iaſ. in dicto §. quin imò. Bar. Ang. & Caſtr. in l. ſi tibi. 10. in prin. ff. de pact. Salyc. in l. legem. C. eod. q. 6. Roman. & Imo. in dicta l. in ędibus, §. j. Dec. in l. ſẽper qui. ff. de regul. iur. in Rubr. C. de pact. conſ. 245. colum. pen. Tiraquellus abunde hos, & alios referens in dicta l. ſi unquam. uerbo donatione, nume. 128. & in lib. ſuo de legibus Connubi. uerbo contracter. in Gl. 3. nu. 52. Ruin. conſ. 66. nume. 22. uol. 3. Grat. Reſpon. 25. num. 23. uolum.
717 j. † primum enim eſſet ſpeciale, quãdo non ex expreſſa cauſa donationis, quòd præſumeretur donatio contra l. cum de indebito, ff. de prob. (Cephal. conſ. 280. nu. 47. Ioann. de Amicis, conſ. 62. num. 15. D. meus Riminald. conſ. 216. num. 4.) uel illa expreſſa pactum prẽſumptum non autem uerum, per quod induceretur donatio, cum pręſens, & tacẽs uere ac expreſſe nõ dicatur conſentire, ſed præſumptiue tãtum, ex quo de ſui commodo agitur, l. qui patitur, ff. mand. ſecũdum uero ſpeciale eſſet, quòd ex dicto pacto, uel propter illud daretur actio, unde ne ſequantur illa duo ſpecialia concludunt Doctores memorati dictam legem non habere locum in donatione præſumpta, quo fit, ut pariter in quæſtione noſtra debeamus concludere dictam legem non habere locum in donatione cauſa mortis, ne iſta duo ſpecialia de qui
718 bus ſupra concurrant. † Decimo moueor, quia uerba capi debent in potentiori ſignificato, l. j. in fi. & ibi not. ff. ſi ag. uecti. (l. filiusfamil. §. fin. ff. eod. Dec. conſ. 279. num. 9. Cepha. conſ. 12. num. 20. Roland. à Valle conſ. 110. nu 31. uol. j. conſ. 77. nu. 7. uolum. 3. unde cautum eſt in dubio, quod uerba naturaliter, non autẽ ciuiliter ſumi debeant, quaſi primum ſecundo præualeat, & potentius ſit, l. fi. C. de his qui
719 ue. ętat. l. Statius, §. Cornelio, ff. de iure fiſ. † & ob id Anchar. in c. j. de conſtitut. ad fi. referens quæſtionem quam de facto habuit dicit, quòd reſtator diſpoſuit, ut poſt mortem hæredum quos inſtituerat, bona ſua peruenirent ad maiorem de domo, contigit in illa domo quoſdam reperiri maiores ſcientia, non nulloſque ætate, alios uero dignitate, potentia, uel diuitijs, dubitatum fuit quis eorũ deberet admitti? refert Anch. Baldum conſuluiſſe illum debere admitti qui maior eſſet ætate, quia uerba quæ habent naturalem & ciuilem intellectum, ſunt intelligenda naturaliter & non ciuiliter, ſequitur And. Sicul. in l. cum acutiſſimi. C. de fideic. Felin. in Rubr. de maio. & obed. colum. penul. in fi. Crot. conſil. 60. nu. 44. & conſi. 103. nu. 4.
720 † & pulchre Roland. à Valle conſ. 100. nu. 36. uolum. j. ubi citans Bartolum, & cæteros in l. ſi quis maior. C. de tranſ. dicit, quòd pœna quę imponitur maiori iuranti & uenienti cõtra iuramentum, intelligitur in eo qui ſit maior naturaliter, & uere, & non in eo qui uirtute iuramenti maior reputatur. ſed ad argumentum redeundo in potentiori ſignificato uerba ſumentur,) intelligendo dictam legem in donatione inter uiuos, quæ eſt uera, non autem in donatione cauſa mortis, quæ eſt impropria. l. prima, primo, & ſecundo reſp. ff. eodem.
721 † Vndecimo accedit: nam dicta lex non habet locum in pacto nudo liberatorio facto ex cauſa donationis, ut not. Claud. Aquenſ. in l. ut reſponſum, in fine, C. de tranſ. ergo tanto minus debet habere locum in obligatorio, cũ promptiores ſimus ad liberandum, quam ad obligandum, l. Arianus, ff. de act. & oblig. l. factum cuique. in fi. ff. de regul. iur. cum ſimili
722 bus, quas citat Marſil. conſ. 124. in fine. † & per Innocen. in c. nouit, de off. de leg. Angel. in l. 2. ff. de offic. præſi. Marſil. ſingul. 90. qui per dictam regulam dixerunt, quòd licèt legatus exiſtens

De donatione contine te facti.

De donatione præſumpta.

existens extra prouinciam non possit excommunicare, nisi faciat de consensu diœcesani, tamen potest excommunicatum absoluere.
723 († Prout etiam uidemus, quòd licet absens condemnari non possit, l. absentem. ff. de pęn. l. absentem, C. de accus. si tamen apparet de illius innocentia absolui potest, ut notat Butri. post Ioannem Andre. in c. ueniens. col. j. de accus. Vero. consi. 41. col. fi. Dec. in l. fauorabilio-
724 res, ff. de reg. iur.) † Duodecimo, & postremo considero ad hoc textum nostrũ in cuius principio separatim ponitur de donatione causa mortis, postea in §. j. ponitur de donatione inter uiuos ibi, [*Aliæ autem donationes sunt, quæ sine ulla mortis cogitatione fiunt, quas inter uiuos appellamus.*] ibique subnectit Imperator dispositionem dictæ legis, si quis argentum, ab eo constitutum, dum dicit, [*nostra constitutio eas etiam in se habere necessitatem traditionis uoluit.*] Si igitur illã legem statuit Imperator circa donationem inter uiuos, iam patet eam locum uendicare non posse in mortis causa donatione, & ita reperio nouiter considerantem Garziam Hispanum in dicto §. quinimo, col. finali, licet ipse teneat oppositum propter identitatem rationis, sed uere mecum præcogitaueram priusquam eum uidissem. Ex his iam patet hãc quæstionem satis utrinque disputabilem reddi.
725 † Si tamen tibi placeret, optime Lector, hæc secunda pars pluribus fundamentis decorata, quæ pro communi deducta sunt, facile subuerti possent. Ad primum namque respondetur notata in dicta l. si quis seruo, procedere quãdo æquiparatio reperitur facta per modum regulæ, non autem sparsim, & in aliquo casu. Ita post Bar. & alios tradit Ias. in l. j. ff. de leg. j. nume. 43. licet enim iure Digestorum legata essent æquiparata fideicommissis, ut ibi, & ecõtra, quia tamẽ sparsim, & in aliquibus casibus, nec per modum regulæ, ideo Iustinianus fecit æquiparationem utrinque per modum regulæ, dicit Ias. per quam licita est extẽsio de uno ad aliud per notata in d. l. si quis seruo. & per
726 Bar. in l. Marcellus. in prin. ff. ad Treb. († Et ultra Iasonem tradit hoc idem Ripa, in dicta l. si constante, num. 179. & sequitur Roland. à Valle, consi. 86. nume. 48. uolumi. j. Craue. consilio 205. nume. 28. Senatus Pedemon. Deci. 6. nume. 10. Crot. in l. j. nume. 110. & Soc. iun. in l. 2. colum. pen. ff. de leg. j. post Romanum consilio 179. colum. 3. uersic. tertio respondetur, & ibi ponit Horatius Mãdosius Romanus in additionibus) at hic æquiparatio fuit sparsim facta per dictas glossas, & non per modum regulæ, sed uno tantum casu, ergo cessare debet extensio, & notata in dicta l. si quis seruo.
727 † Ad secundum, uero negatur assumptum in casu de quo loquimur: quærimus enim nunquid donatio causa mortis, fieri possit hodie pacto nudo sicut inter uiuos ex dispositione dictæ legis, si quis argentum, & sic de ordinatione, & modo ineundi donationem causa mortis, quo casu donatio causa mortis, magis accedit contractui, & de eius natura participat potius, quàm ultimæ uoluntatis. glossa est singularis in l. 2. in princip. ff. de do. præle. Donatio causa mortis, quæ donatio accedat contractui.
728 † quam sic Baldus intelligit in d. l. 2. ff. de leg. j. quem cæteri omnes, & totus mundus tenet, ut Iason refert, colum. 3. & ita tenent ibidem Alexã. Aret. Soc. & Ripa, ubi etiam Soc. Iunior numero 28. dicit, quòd quasi omnes tam ibi quàm alibi sic concludũt, & ita quoque confirmat Soc. consi. 12. colum. 3. uersi. aliquando & tertio, uolumi. j. Corn. consi. 129. numero 7. uolumi. 2. late Paris. consi. 97. nume. 4. uolu. 3.
729 † Quamuis Tiraquellus, in libro de legibus connubialibus, in uerbo contracter. glo. 3. nu. 62. pungat in contrarium, (sed a priore sentẽtia ueluti crebriore non est recedendum, quã probat & Alcia. in l. 2. in prin. nu. 10. ff. de uer. ob. do. Iulius Clarus in suis communibus opinionibus, in uerbo, donatio causa mortis. & Emanuel Suarez. in Thesauro receptarum sententen. uerbo donatio. nume. 278.) merito cum in isto casu magis accedat contractui, falsum est, quòd latior ĩ ea debeat, sicut in ultimis uolũtatibus, interpretatio fieri, de quibus dicta l. in testamentis, loquitur. sicque cessat argumẽtum, quòd dicta l. si quis argentum, tanto
730 magis in ea locum habere debeat. († Quia in contractibus stricta fit interpretatio, l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. obl. & ideo dispositio facta in aliquo contractu, ad alium similem non extenditur, ut concludit Alex. consi.
731 176. colum. 2. uolumi. 5. † hinc & Bal. in cap. j. qual. domi. proprie. feudi prine. dicit, quòd in contractu pęna apposita in persona uenditoris, non habet locum in emptore, de quo nihil dictum fuit, quia non debemus connentio-
732 nem extendere, demumque, † quòd in contractibus appellatione filiorum non ueniunt fœminæ, ut notat Archidia. in c. si quis suadente. 17. q. 4. Imola, in c. potuit. colum. fi. locati. Roman. consi. 35. Alex. consi. 113. uiso instrumento, & consilio 203. consideratis uerbis, co
733 lum. 3. uolumi. 2. Dec. consi. 201. col. fi. † & in l. 2. num. 104. ff. de reg. iur. qui commnnem testatur. sicut & Dominus meus Zuccardus in l. fi. nume. 66. C. de edic. diui Adr. toll. & abunde Ias. in l. si quis id quod, num. 23. ff. de iur. om.
734 iu.) † Ad tertium respondeo, quòd Imperator sciens animum uere donantis esse, rem statim accipientis facere, nec ullo casu eam ad se reuerti uelle. l. j. ff. eo. sequutus hunc animum libere donãtis, statuit, ut nudo quoque pacto id facere posset, quo sibi latior esset donandi campus, sic & alia multa ad uberiorem exitũ donationis inuenisse meminit Imperator in §. j. in fi. infra, eo. At secus in donatione causa mortis statuit, seu non idem determinauit cũ tam liberalis animus donantis in ea non contingat, ut hic in fine, ibi, [*cum magis se quis uelit habere.*

735 *habere.*] † Quod autem strictior in una quàm
in altera cadat obligatio, non perpēdit Impe-
rator, cum ea in consequentiam donationis
succedat: id enim respexit, quod erat principa
le, non autem, quod secundarium, iuxta Re-
gulam l.1.ff.de aut.tut. & l.si quis nec causam,

De l. discretis C. q. testa. face. possunt

736 ff. si cert.petat.cum similibus. † Ad quartum
qnod magis stringit, Ruinus in dicta l.2.col.21.
respondet, quòd ille textus loquitur de dona-
tione causa mortis quæ incepit à traditione,
non autem à promissione, & quatenus men-
tionem facit de scriptura, debet intelligi, quod
causa traditionis in ea redigatur: puta, ego
tradidi ex causa donationis talem rem Seio. nō
autem, quòd ipsa donatio scribatur, puta Do
737 no. † Sed hæc interpretatio uiolat illum tex
tum, ut tradit Soc.iun. in d.l.2.nu.42. sicut e-
nim in alijs dispositionibus, de quibus loqui-
tur ille textus, intelligitur, quòd eas faciat sua
manu scribendo, ita & de donatione causa
mortis dicendum est, ut ęqualis fiat omnium
determinatio.l. nam hoc iure.ff.de uulg.& pu-
738 pill. † confirmo & fortius, quod dicit Soc.ex
illis uerbis [*Omnia, quæ priori interdiximus, hoc
ei sua manu conscribenti permittimus*] sensus est e-
nim, quòd omnia quæ muto, & surdo simul à
natura prohibuit, ut celebrare donationem
causa mortis, & alia de quibus supra, ei mu-
to, & surdo ex accidenti permittit [*hoc*] (red-
dendo singula singulis) manu sua conscriben
ti. quo fit, ut id uerbum, Hoc, relatum ad uer
bum, conscribenti, denotet aperte, quòd ipsa
donatio causa mortis redigatur in scriptis, &
per scripturam fiat, nō antem, quod causa traditio
739 nis, ut dicit Ruinus. † Accedit insuper alio
loco textus ille dicēs, [*Nihil prohibet eum scriben
tem hæc omnia facere:*] nam cōsidero, quòd actus
ille scribendi adiectus est uerbo, facere, me-
rito regulari debet secūdum tempus illius uer
bi. l. in delictis, §. si extraneus, & ibi Bart. ff. de
test. mil. & ita arguit Bart. in l. præcipimus, §. sa
ne. C. de app. Angel. cons. 10. 2. dubio. cons. 261.
Therna. colum. j. Castr. cons. 235. ad primum re
spondetur, in 3. dubio. Dec. cons. 243. num. 16.
& cons. 480. num. 8. (Neuizan. cons. 12. num.
11. Doctores in l. ex facto, in princip. ff. de uul.
& pup. Alex. cons. 5. colum. 2. uol. 7. Paris. cons.
9. num. 20. uol. 2. Rui. cons. 92. nu. 13. uolum. 3.
Roland. à Valle, cons. 100. nu. 27. uolum. 2. Be-
740 rous, cons. 181. nu. 1. uol. 3.) † unde sensus est
quòd, scriptura fiat à muto eodem met tempo
re, quo donatio causa mortis, uel alia de qui-
bus supra. ergo sequitur, quòd ipsa donatio
redigitur in scriptura, non autem causa tra-
ditionis tantum, ut putat Ruinus: sic enim do
natio scripturam præcederet, quod abnegat
ille textus, & sic intellectus Ruini stare non po
741 test. † Alio modo Guil. Pontanus in dicta l. 2.
nu. 22. in fine, respondet, quòd illa donatio cau
sa mortis quę fit ibi per scripturam, non fit per
pactum nudum, uel stipulationem, sed per di-
uersum actum efficacem, sicut & testamentū de
quo ibi, sed nec ista solutio me tantillū mouet.
742 † non enim declarat Pontanus, quis nam sit
actus ille (sicque nos ancipites reddit, & in ob
scuritate relinquit, quod esse non debet, cum
ius certum & indubitatum esse debeat. §. qui-
bus, prima constitut. C. aut si talis obscuritas
declaranda est, ut per Bal. in l. qui se patris, co
lum. 2. C. unde lib. dico, quòd) alterū de duo
bus esse opporteret, pactum uel stipulatio, hęc
autem non est, igitur est illud, (& sic solutio
743 Pontani uana redditur.) † Quod autem de
testamento dicit nimirum, quia pactum aut sti
pulatio regulariter nō cadunt in testamento.
l. uerba contraxerunt, ff. de uerbor. signifi. un-
de natura testamenti nos impellit ad separan
dum ab eo textum, uel stipulationem, secus
uero natura donationis causa mortis dictat.
744 † Cogitabam ego dici posse, quòd dicta l.
discretis, ponit casum specialem, quatenus mu
to concedit, donationem causa mortis facere
posse per scripturam: cum enim illam per sti-
pulationem facere non posset, ęquum fuit alia
uia sibi consulere, nempe, quòd pacto nudo cu
ius est capax, l. item quia, ff. de pact. scriptura in
745 tercedente eam celebraret. † Simile uidemus
in cœco constitutum, cui pręscripta forma te-
standi, atque inter alia tabellionis interuentu
casu quo tabularius reperiri non posset, lex a-
lio medio succurrit, uidelicet, quòd, octauus
testis adhiberetur. l. hac cōsultissima, C. qui te
746 stam. face. possunt. † Idem in alio testatore,
cui præcepto facto scribendi nomen hæredis
manu sua, si forsan ex acerbitate morbi, uel
imperitia litterarum id facere non possit, con
cessum est, ut nomen hæredis nuncupare pos-
747 sit, l. iubemus, C. de testa. † idem postremo ui
demus, quòd cum tempore pestis non ita co-
pia testium haberi possit, sicut alio tempore,
numerus septem testium regularis in testamen
to, restrictus est ad quinque testes, ut tradūt
Nicol. de Matar. Bald. Salyc. & Ias. in l. fi. C. de te
sta. (& plerique superius à me cumulati in hoc
princ. nu. 11. quos non est operę precium re-
petere, cū eo loco uideri possint, sed illis addē
di sunt Iodochus Damouderius in suo Enchiri
dio pariū aut similium iuris, in uerbo, pestis.
Neuizan. abunde cons. 26. nu. 5. plures alios ci
tans, sicut & alios Roland. à Valle, cons. 81. nu.
748 47. uol. j.) † omnes enim hi casus sunt spe-
ciales, ut intuenti patet, & (fundantur in qua
dam limitatione generali, quòd ubi formæ,
solennitas non potest ad unguem, ut deberet
obseruari, ualet actus ea nō seruata, ut per Io-
an. Andre. in Regula, in toto, de regul. iur. in
6. Abbas, cons. 25. colu. 2. uolum. 2. Alc. cōs. 206.
in ultimo dubio, uol. 6. Crauc. cons. 12. multis
exornans, & abunde Parisi. cons. 33. nu. 29. uol.
749 2. sed & in prædictis casibus) † ratio specia-
litatis uniformis reddi potest, quoniam non de
bet afflictio afflicto addi. l. diuus, & ibi notant
Gio.

Glo.& Doctores,ff.de offi.præsi.l.tam demen-
tis.C.de episcop.audi.c.cum percussio. 7.q.j.,
(Cephal.consi.217.nume.12.Roland.à Valle
consi. 85. nume. 27.uolum. 2.qui per hoc in-
fert post Albericum,in l. 1.C.de suffrag.& in l.
nec quicquam.§.fi.ff.de offi.procons.& leg.&
750 ibidem Ias. in §.ubi decretum,col. 2.†Quòd
aduocatus peccat in foro cõscientię,si aliquid
Pauperetatis priuilegia.
capit a paupere,& idem Rolandus à Valle,con
silio 66.num.50.uolum.j.pariter infert,quòd
in collecta indicenda multum est attendenda
ualetudo personarum, quoniam licet aliqui
sint diuites facultatibus, corpore tamen sunt
infirmi,ut fructus prædiorum suorum uix suf-
ficiant ad eorum alimenta, tales in collectis
sunt alleuiãdi, ne detur afflictio afflicto,secun
dum Lucam de Pẽna, in l.2.q. 11.in fi. C. qui
morbo,lib.10.& Petrum de Vbal.in tracta.de
751 collect.colum.3. quos allegat.)†Hinc & spo-
liatus bonis propter guerram non potest in
solidum postea à creditoribus conueniri, ut
tradit Ioan.Fabri in §.fi.in fi.infra de actio.qđ
dicit esse pium, & æquum, eumque sequitur
ibi Ioan. Platea, & Ias. & Mars. Singula. 241.
752 †Hinc emens rem uiliori precio a uendito-
re cõpulso aliqua necessitate, quique ulterius
differre non poterat,dicitur peccare,quia quã
to in maiori necessitate uidet fratrem suum,
tanto maiorem charitatem debet ei exhibere,
non autem illi satis afflicto addere maiorẽ af-
flictionem, prout addit emendo uilius. Ita Sa
lyc.in aut.ad hæc.q.21.C.de usur.quem refert,
& sequitur Ambr.de Vignate,in tract.de usur.
753 nume.149.(†Parique modo uidemus,quòd
pauperes ad solutionem sportularum non te
nentur, ut per glos.in §. sit tibi.uerbo Gratis,
in Aut.de mand.prin.Ias.in §.tripli.col.pen.in
fra de acti.Petr.Gerar.de Petra San.singul.74.
Petr.Rebuffi.in tract. de priuileg.scolar. priui
754 legio 90. † Iuraque disponunt, quòd nota-
rius pro instrumento non debeat a paupere
salarium recipere,Roman.in l. si uero.§.de ui-
ro.fallen.46.ff.solu.matrimo.Alex.in l.argen-
tarius.in fi.prin.ff.de eden.Ias.& Pet.Rebu.lo,
755 co citato.†Qui dicit,quòd licet notarius sit
multum uorax.l.j.C.de numul.& actu. lib. 12.
tamen non debet recipere salarium pro instru
mento facto pauperi, quodtamen male obser
uatur, ut subdit Ias. ab impijs ꝓcuratoribus,
Notarijs, & Aduocatis,qui sunt excoriatores
pauperum. & quos Bartolus in repe. l. omnes
populi. 5.q.pr in.ff.de iust.& iure, appellat con
gruentissimo uocabulo, canes curiarum,& de
uoratores ciuium,sequitur plura ponens Ro-
land.à Valle consi.87.nume.19. uolum.2.) un
756 de redeundo ad rem nostram, † in muto, &
surdo,& alijs, casibus supra deductis, si nõ fuis
set concessa facultas donandi causa mortis, &
testandi per illos modos, utique ipsis afflictis
morbo, uel tempore fuisset afflictio superad-
dita,quod lex damnat,dicta l. diuus. cum simi

libus. merito, quod hac ratione speciali con-
cessum est muto, & surdo circa donationem
causa mortis, non est ad alios passim trahen-
dum.l.ius singulare, ff. de legib. & sic ex dicta
l. discretis,non probatur donationem causa
mortis per omnes nudo pacto fieri posse, sed
a muto surdoque tãtum speciali ratione, quo
fit, ut alij, qui fari possunt, & audire, debeant
757 illam per stipulationem contrahere.†(nũ
tamen non omitto, quod circa illum textum
dicit Connan. in Commentar. iur.ciuil.lib.5.
cap.11.col.j. testamentorum,legatorumque,&
donationis causa mortis,hanc esse rationem,
quòd mutus, & surdus natura eorum sit inca-
pax,quòd eorum obligatio,& solutio in tem-
pus mortis incertum differuntur, cuius dila-
tionis conditio,nisi uerbo aut scripto non po
test declarari, quasi sentiat Connanus, talem
mutum surdumque simul natura scripturæ pe
ritum, ea facere posse: hoc enim repugnat ad
scopum primo Imperatoris responso i uncto
secundo.negat enim mutum,& surdum ex ip-
sa natura testamentum facere, codicillos aut
fideicommissum relinquere, mortisque causa
donationem celebrare, quòd si uitia huiusce-
modi morbo superueniẽte cõtigerint, & lite
ras sciat,ea sua manu conscribenti facere con
cedit.igitur in primo casu,quo uitia sunt a na
tura, non potest ea facere, licet sit litterarum
peritus, & hæc ad intellectum illius textus sa-
tis superque sufficiant, quantum pertinet ad
758 rem nostram.)†Ad quintum dico, quòd ille
textus refert Imperatorem desiderare plenissi
mo fini tradere sanctiones, sed an omnes ita
Intellectus l. si quis argentum. in fi. C. de don.
tradiderit, textus non aperit,nec ex primo se-
cundum sequitur cum stent simul, quòd ali-
quis desiderauerit, quid efficere,nec tamen id
postmodum fecerit,cum multa tractantur, q̃
non fiunt,ut dicit Bal.in l. multũ interest. col.
2.C.si quis alte.in l.cum allegas.colum.3.C. de
usur.Dec. consi.105. colum.3. consi.133.col.
759 3.†Secundo respondetur,ꝙ ille textus loqui-
tur respectu donationis propter nuptias,quæ
prius ante nuptias dicebatur, cum tamen au-
geri posset constante matrimonio, nõ autem
incipere,& sic erat imperfecta quo ad nomen,
& potẽtiam actus, unde de illo casu ad nostrũ
non recte infertur.l.Papinianus exuli, ff.de mi
760 nor. † Ad sextum respondeo falsum esse, ꝙ
ibi textus loquatur de donatione causa mor-
tis, nam illa uerba,[*tanto magis,*]æquipollent il
lis, [*eo amplius,*] ut ad sensum patet: sed illa,eo
amplius, inducunt repetitionem præceden-
tium cum qualitatibus suis,ut notat Alex.in l.
legata inutiliter,in princ.ff.de leg.j.Aret. in l.
lecta,not.3.& post eum Dec.num.24. ff. si cer.
peta.Ias.in aut. hoc amplius num.j.C. de fidei
com.glo.in l.in repetendis.ff. de leg.3.Bart.in
l.si tibi pure.eo.tit.Paris.consi.75.nume.9.uo
lumi.2 igitur idem iuris dici debet in dictio-
ne,tanto magis. modo sic,Imperator in dicta
lege

lege locutus fuit de donatione inter uiuos, ut
supra ostendi. ergo in d. uer. tanto magis, de-
bet repetere de donatione eiusdem qualita-
tis, de qua supra, & sic inter uiuos, quæ potest
uerificari, licet facta sit piis actibus ueluti a sa
no, uel infirmo, non tamen ex illa infirmitate
iux. not. in d. c. de his, & per Alex. consi. 81. co
761 lum. j. uol. j. † Secundo posito etiam, quòd il-
le uersiculus loqueretur de donatione causa
mortis, illud tamen nõ stringit: sic enim indu
ctum fuit speciali fauore piæ causæ, uel eccle-
siæ, quod donatio cau. mortis illis facta pacto nu-
do ualeat, unde non bene infertur, quod idem di
ci possit in factis priuatis, & sæcularibus. hoc
enim esset arguere positiue de magis fauora-
bili, ad minus, quod non fit, ut tradit Ias. in l. q
quartam, nu. 8. ff. de leg. j. in l. quæ de legato, nu
me. 4. eo. titu. Cur. Iu. consi. 49. nu. 8. consi. 134.
nu. 4. Grat. respon. 19. num. 8. uol. j. respon. 49.
762 nu. 61. uol. 2. † Ad septimum dico, quod text. ibi
non ita simpliciter loquitur, sed dicit, [*Resque
donata in omnibus suprascriptis casibus*,] pondero il
lam dictionem, suprascriptis, quæ refertur ad
præcedentia, nec plus significat, ut tradit Bar.
in l. j. §. hoc edicto. ff. de postul. & in l. talis scri-
ptura. §. fi. ff. de leg. j. Rui. consi. 18. qu. 12. uol.
2. Cur. Iun. consi. 156. num. Paris. consi. 45. nu.
45. uol. j. Cur. consi. 45. nu. 9. post Bar. in l. qui li
763 beris. §. hæc uerba. ff. de tul. & pupil. † ubi, quod
refertur dũtaxat ad nominatos, eosque quirto-
gi possunt (quod & in notabili casu tradit Ale
xan. consi. 39. uol. 3. unde bene Bero. consi. 79.
nu. j. uol. 2. dicit talem dictionem referri ac re
stringi ad casum prius expressum, dispositio-
nemque ad illum coarctare.) sed superiore lo-
co textus ille semper locutus fuit de donatio
ne inter uiuos, ut patet ex pluribus pondera-
tionibus factis contra communem supra rela
tis, de donatione uero causa mor. nil legitur,
ergo sequitur, quod illa uerba, resq; donatas, pro
illa non sunt posita, sed pro donatione tantũ
764 inter uiuos. † Ad octauũ, & ultimum sigilla-
tim respõdeo, & ad primum de donatione pp
nuptias dico illud esse speciale, quod dicta lex in
ea locũ habeat, cum sit contractus specialiter
priuilegiatus, ut habetur in Aut. ut spõ. larg.
in prin. qui tex. de dona. propter nuptias loq-
tur secudùm glo. Bar. Ang. & Docto. ibi, ratio
que pariter potest assignari, quia nominatur
[*Antipherna donatio*] idest contra dotem datio.
l. si. post pri. C. de don. an. nup. vnde sicut dos
est priuilegiata, l. j. cum ibi no. ff. so. ma. ita hæc
765 donatio. † Quia contrariorũ eadem est disci
plina. l. fi. §. fi. uer. contra quoque. ff. de leg. 3. l.
pe. & ibi Bald. no. C. de soluti. Mod. in rub. ff. de
acq. pos. Soc. Iu. cõsi. 107. nu. 5. uol. j. Paris. cõsi.
25. nu. 30. uol. 2. cons. 82. nu. 42. uo. 3. Cut. sen.
cons. 50. nu. 4. Iun. cons. 73. nu. 24. cum sim. nil
ergo mirũ si dicta lex in tali dona. locũ habeat
766 prædicta rõne. † Confirmatur ex alia, nã talis
dona. quantuncunque nõ fuerit expresse cõsti

De donatione propter nup.

tuta, nec ipso iure cõstituatur dote cõstituta,
nihilominus agi potest cõdictione ex l. ut cõ
stituatur, ut uoluit gl. i aut. dos data. C. de do.
an. nup. quã Odof. Bal. & Ang. expresse sequũ-
tur ibi, Bartol. sq; tacitè cum eam non impro
bet, Rui. cons. 110. nu. 2. uol. 5. dicens ab ea nõ
esse recedendum in iudicando, & consulẽdo,
unde dicta lex facilis fuit in permittendo, quod
nudo pacto fieri posset, cùm ẽt nõ facta ad eã
agi possit. sed ista ratio cessat in don. cau. mor.
ad quam, nisi constituta sit, agi non põt: meri
767 to dicta lex idẽ, in ea nõ determinauit. † (uel
ubi de consuetudine non fit talis donatio se-
cundũ glossã in aut. æqualitas. C. de pact. cõue.
maritus tenetur assecurare dotem si habet un
de, uel eius pater, ut ponũt Dy. Bar. Imo. Cast.
& alij in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff.
sol. ma. Cast. cõsi. 176. pponitur in facto. Aret.
in §. fuerat, uer. quæro an pater, infra de acti. &
Ioan. Lupus in rub. de don. inter uir. §. 21. col.
2. Quod non est in don. cau. mor. ubi non con
stituta quis nec ad cauẽdũ tenetur, merito de
768 una ad aliam non ualet argumentũ.) † Quo
uero ad secundum de dona. ob causam, dico il
lud procedere, quia talis donatio fit prætextu
alicuius faciendi, ut no. Imo. i l. j. ff. eo. unde si
facta pacto nudo sub eius colore posset ĩstrin-
gi, facile donatarius, implemento secuto pro
parte sua, posset fraudari, quibus fraudibus do-
nantis dicta lex intendit occurrere ibi, [*nõ qui
busdam excogitatis artibus suũ propositũ defraudare*,]
sed ista rõ cessat in don. cau. mor. quæ non fit,
769 ut aliquid detur, uel fiat per donatatiũ. † Se-
cundo ego respondeo, quod ẽt de iure ueteri po-
terat fieri don. cau. per pmissionem factã ab-
senti per nunciũ, uel epistolã, quo casu clatũ
est induci tãtũ pactũ nudũ. casus est in l. fi. §.
j. ff. de acti. & ob. & ibi notat Ang. in specie. Vn
de tanto facilius in ea d. lex pcedere põt, quis
necesse nõ erat hoc p eã induci, uelut prius in
ductũ, ut inquit Barb. in rub. ext. de dona. in fi.
770 † Quo uero ad tertium de resolutione dona
tionis, in promptu cã est, quia resolutio actus
est eiusdem qualitatis, & naturæ, cuius prima
conuentio. d. l. ab emptione, uer. quia bonæ fi-
dei. l. prout. ff. de solut. l. nihil tam naturale, ff.
771 de reg. iu. † hinc est, quòd totidem testes re-
quirantur in probando reuocationem testa-
menti, quot ad eius confectionẽ, ut no. gl. in l.
cum proponebatur. in fi. ff. de leg. 2. quã mul-
tum cõmendant Doctores. ut Alex. Aquen. &
Ripa, in rub. ff. de acq. pos. Dec. & Cagno. in d. l.
nihil. Soc. consi. 229. in fi. uol. 2. Craue. cõs. 25.
nu. 14. & satis probatur in l. hæredes palam. §.
j. & ibi no. ff. de test. ut tradit Tiraque. de legib.
Connubi. in uerbo contracter. glo. 3. num. 13.
772 hinc etiã sicut dispositio ad pias causas fieri
potest cũ duobus testibus, ita pariter & corã
duob. reuocari põt, ut tradit Card. & Imo. i c.
relatũ. de test. seqtur Ale. cõs. 209. statutis. col.
pe. uol. 2. & dicit eẽ cõem Hermanot. Dec. i ru
brica.

Actus resolutio eiusdem naturæ, cuius prima dispositio

brica,ff.de acq. poss.in fine.(Iason in l.hac con sultissima.§. ex imperfecto. C.de testa.nu.10. per textum in c.cum esses.& in c. relatum. eo.
773 tit.† idque adeo uerum est,q testamentum ad pias causas coram duobus testibus tollit primum testamentum factum coram septem testibus,ut uoluit Castren.consi.262.dubium facit, in suprascripto puncto, uol.2. Alex.in l. hac consultissima, §.si quis autem, col.fi.C.de testa.consi.46. uiso themate.in fi.uol.2.& con silio 106.uiso, & diligenter cõsiderato, col.2. uer.Quinto adduco.uol.4.Barba.cõsi.43.col. 4.uol.3. Ias.in l.si ita scriptum,col.5.uer.nota diligenter.ff.de leg.j.Dec.in l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.& Tiraquel.in tract.de priui,
774 piæ causæ, secundo priuilegio.)†hinc etiam sicut delegatio iurisdictionis est, pariter & re uocatio delegat. 1.ut est glossa in c. si delegatus.uerbo reuocandum.de officio deleg.in 6. quam sequitur Dominus meus Rimi.Caccialup.Claud.Aquens.Gaspar Valla,cæterique Mo derni in l.Imperium,ff.de iur.om.iud. Cagno.
775 in d.l.nihil tam naturale. († demumque uidemus, q sicut quando ex solo contractu transfertur dominium sine traditione,ita resolutio tali contractu trãsfertur sine traditione,glossa est in uerbo remeantibus.in l. fi. & ibi Bar. & alij. C. de leg. Roland.à Valle,consi.62,nu.
776 26.uol.2.) † & hoc est quod Anaxagoras dicebat apud Aristo.li.j.de Genera.& corruptione.c.j. generationem, & interitum esse eiusdẽ naturæ, de quo meminit Tiraquel. loco superius citato.nu.18.ubi ante, & post multa idge nus in hanc rem describit,ex quibus in aperto est dictam legem in resolutione donatio-
777 nis locũ habere sicut in ipsa donatione.† Ad ultimum uero de donatione inter patrem, &. filium, maritum, & uxorem respõdeo, q ideo dicta lex eo casu locum habet, quia illa est uera,& pura donatio, de qua uera donatione dicta lex loquitur. probatur assumptum,nam ui demus inter prædictos donationem ualere,& statim procedere non expectata morte, quan do non est uera donatio,ut est donatio remuneratoria,prout de primis notat Bar.in l.si for te, ff.de Cast.pec. in l.frater a fratre. ff.de cõd. inde.in l.j.§.nec castrẽ. ff. de colla.bono.Abb. in c.fi.eo.tit. nostro.Ioan.Lup.in rub.de don. int.uirum,& uxo.§.50.col.2.de secundis autẽ tradit Abb.Ioan.de Anna,& Marian.in c.cum. in ecclesiæ corpore.de simo. Idemque Lup.in d.rub.§.32.nu. 8.nos autem loquimur de donatione cau.mor.quæ dicitur impropriadona tio.l.j.3.responso.ff.eo.unde d.lex in ea locum non debet habere uelut exorbitans, & ex his opinio contra cõmunem preualere uidetur.
778 † Ex aliis tamen cõem amplector (quam no uiter quoque reperio tenere Senatum Pedemontanum decis.120.nu.5.& copiose Didacũ Couaruuias in rub.de test.3.par. nu.14.)& licet Rui.& Soc.Iunior in d.l.2.in aperto esse dicant,qd dicta lex in don.cau.mor.locum non habeat comprehensiue, extensiue uero possit
779 esse dubium. † Ego tamen utroque respectu cõem defendo , moueor ex uerbis illis, [*ut non ex hoc inutilis sit donatio,quia res non traditæ sunt,*]q conueniunt ẽt donationi cau.mor.quæ inutilis reputari non debet propter traditionẽ nõ factam, ergo sequitur in ea dictam legem cõ-
780 prehensiue locum habere.†nec obstat,quod alias mihi dicebatur,q illa uerba restringũtur ex sequẽtibus ad donationem inter uiuos ibi, [*Sed liberalitatem plenam,*]quæ illi tantum cõue niunt,ut in quæstione nostra ponderat Ruin. supra relatus, & in alia Iason in d.§.quinimo,
781 nu.19.† uam uerba specialia adiecta genera libus restringunt eorum significatum.l.sed si adiiciatur, & ibi notat Bar.ff. pro soc.Gozad. consi.60.col.fi.Rube.consi.50. col. pen. Paris. consi.102.num.2.uol.j.Grat.respon.9.nu.75. uol.j.Quoniam,ut inferius dicam, clare pate bit illa uerba,[*sed liberalitatem plenam,*]alio respectu fuisse posita, quàm ut donationem puram,& inter uiuos denotarent, unde uanum est dicere,q per illa superiora restringantur
782 ad eam.† Secundo non desunt rationes quibus hæc opinio persuaderi potest. ut enim tradit Aret. in d.l.2.col.3.donatio cau.mot.quoadmodum ordinandi æquiparatur cõtractui, & sic donationi inter uiuos, ut ibi notant om nes cõiter, unde uirtute talis æquiparationis debet hæc extensio fieri nempe,q sicut donatio inter uiuos procedit hodie pacto nudo,sic
783 & donatio cau. mor. procedere debeat, † & licet Soc.Ruinus,& Guil. Pontanus huic argumento non assentiant, quia talis æquiparatio non fuit facta per modũ regulæ, quo casu nõ procedunt notata in l.fi quis seruo.C.de furt. & ob id nec extensio.puto tamen, q ipsi mentem Aretini non bene perceperint,non.n.mo uetur ipse ex notatis in d.l.si quis seruo,q non
784 allegat,sed intentio sua fuit dicere,† q don. cã mor.tali casu æquipareatur donationi inter uiuos,q cquid plus iuris est in illa dẽt atribui, cõicarique don.cau.mor. iuxta doctrinã Bar. toli,quem sequuntur oẽs in l.j.in prin.ff.de leg. j.dum citat legem,Princeps. ff.de legib.& legẽ maximũ uitiũ,C.de lib.pret.& sequitur ẽt Rui. consi.43.col.j.uol.5.merito sicut hodie plus est peritur in donatione inter uiuos, q nudo pacto fieri possit,ita hoc dẽt atribui, & impartiri dona.cã mor. quæ illi adæquatur,& hæc est bene extensio quædã,ut dicit Aret.quia si donatio inter uiuos iura sua cõicat dona.cã mor.se extendit,& don. cã mor.patitur hanc extẽsio-
785 nẽ.† Tertio accidit rõ,quæ potuit Imperatorem mouere ad disponẽdũ, q nudũ pactũ sufficiat,ne. si incaute quis procederet ad donãdũ sciens, q fidei humanæ nihil magis conuenit, quàm seruare conuenta.l.j. ff.de pact.l.j. ff.de const. pec. ita hanc rationem perpendit Saly. in d.l.§.fi. quæ tõ conuenit ẽt donationi causa

sa mortis, ut nudum pactum in ea sufficiat,
si bene deducatur; ne quis inconsulte ad eam
prosiliat.(non.n. postea prætextu pacti nudi,
quo facta fuerit, poterit eam nullã dicere;) er-
go dicta lex in ea quoque debet habere locũ,
quia ubi militat eadem ratio, ibi militare de-
bet eadem dispositio.l. illud.ff. ad l. Aqui.l.fi.
Extẽsio in exorbitantibus concessa.
786 C.ad leg.fal.cum sim.† Et licet ista rõ non sit
scripta, nec unica, tamen ex illa bene argui po
test, quoniam in exorbitantibus licita est extẽ
sio ex identitate rationis, licet nõ scriptæ, nec
unicæ.l.si constante.in prin.ff.sol.matri.quam
glossa extendit ad socerum, & extraneum ex
identitate rationis, de qua in textu ne uerbũ
quidem; (& ita simpliciter repent Doctores,
787 † quòd in exorbitantibus ex identitate, uel
similitudine rationis extensio fieri possit, nec
requirunt, ꝙ expressa sit ratio, uel sit unica, ut
per illũ textum ponit Abb. cæterique post eũ
in c.cum dilecta. de confir. uti.uel inu. Alex.in
l.j.§.hoc autem, in ultimis uerbis.ff. ad Trebe.
& ibi Soc.in §.in filiis, col.4.& in rub.ff.soluto
matri.col.2.Alex.in l.j.in prin. col.4.ff.de uer.
obli.Imola in l.si uero.§.de uiro.ff.sol.ma.Be-
788 ro.consi.70.num.23.uol.j.)† Confirmaturq;
nam ius exorbitans facilius extenditur, quàm
correctorium, ut ponit Bar.in d.l.si cõstante.
q.9.& post eum cæteri, Cor.cons.82.col.3.uol.
2.Craue.in tract.de anti. temp. par.4.nu. 39.
(post Corn. cons.82.col.3.uer.constat autem.
& consi.189.col.2.uol.2.† Sed in correctoriis
789 a ratione scripta, uel unica licita est extẽsio,
ut notant omnes in d.l.si constante.Ias.in aut.
quas actiones, C. de sacrosan.eccl.(D.meus Ri
min.cõsi.33.nu.49. qui plures allegat, & alios
ego post eũ in addi. aggregaui) igitur in exor
bitantibus à non expressa nec unica rõne lici-
790 ta debet esse extensio.† Sed dictà l.si quis ar-
gẽtum, est exorbitans, ut per Iasonem in d.§.
sed cum nulla. post Alexã. & Garzi. Hispa. in
d.§.quinimo, col.fi.ibi:n.fit regula, ꝙ in pactis
nudis nõ datur actio, & hoc d.lex non passim,
sed in donatione tantum mutat (ergo dicitur
exorbitãs siue limitatoria iuris communis, cũ
illud non in totum tollat aut corrigat, sed in
791 parte tantum,† ut per Corn.consi.174.col.
4.Crot.in l.omnes populi, nu.121. ff.de iust.&
iu.Rip.in l.si constante, nu. 98.ff.sol.ma.Crau.
in trac. de anti. tẽp.4.par.nu.37. Menoch. in
14.remedio recuperandæ possessionis, nu.13.
quos oẽs adduxi in l.ut uim, nu.367.ff.de iust.
& iure.) igitur ex rõne de qua supra, licita de-
Quid in correctoriis.
792 bet esse extẽsio ad donationẽ cã mor.† Quar
to ualde stringit, qđ tradit Alex.in d.l.2.& in l.
cum ex causa, quam legit cum l. tempus. ff. de
re iud. qđ ubi in l.quantumuis correctoria rõ
scripta est, sit extensio ad aliũ casum, qui saltẽ
sub larga significatione uocabuli sub expresso
comprehendi potest, ita gl.notab.in cle.j.uer-
bo eligantur.de elect. & ibi no.Butr.& Imola,
Bal.in aut.quas actiones.C.de sacrosan.eccl.q.
3.nu.17.Imo.cõs.123.nu. 5.Alex.consi.49.col.
fi.uol.2.Dec.consi.372.col.3.nu.7. Cur.cons.
9.nu.19.Gozad.consi.59.nu.7.Paris.consi.73.
nu.31.uol.3.Rip.in l.si constante, nu. 64.ff.sol.
ma.(Ale.in l.peregre.§.j. col.2.uer.nõ obstat.
ff.de acq.poss. consi.190. mature. col.4.uolu.
And.Sicu.inter consilia Calca.consi.28.col.9.
93 † Imo uero plurimi uoluerunt extensionem
fieri ex ratione scripta, licet alius casus de lata
significatione uocabuli nõ cõprehenditur sub
expresso; ut uoluit Ias. in l.si ita stipulatus.§.
Grisogonus, col.12.uer. circa istud.ff.de uer.
ob.in l.Marcellus.in prin. col.11.uer.quid te-
nendum.ff.ad Treb.in l.j. col.2.uer. 6.facit.ff.
de in ius uoc.ut eant. in consi. 112. in fi.uol.j.
in l.quamuis, col. 2. C. de fideic.in §.sequens.
col.3.num.9.infra de acti.Cur.consi.81.col.3.
Dec.in c.translato.notab.1.de const.Rip.in l.
j.§.hoc autem. ff.ad Treb. Crotus in l.oẽs po-
puli.col.37. uersi. octaua conclusio, ff.de iust.
& iure, quos deducit, & insuper alios citat, Cra
ue.in tract.de anti.temp.4.par.nu.44.quod in
terim uelut non necessarium non attingo.)
794 † Sed in d.l.ratio est scripta ibi, [*cum enim in ar
bitrio cuiusq; itque sit hoc facere, quod instituit, oportet
eum, uel minime ad hoc prosilire, uel cum ad hoc ueni-
re properauerit, non quibusdam excogitatis artibus
suum propositum defraudare.*] hęc enim ratio con
uenit etiã donationi cau. mor. ergo debet in
ea dicta lex etiam militare cum lato sumpto
uocabulo dona.cau.mor. ueniat sub uerbo do
nationis.l.j.in princ.Bar.in l. ubi ita donatur.
Imo.in l.in ędibus.§.j.ff.eo.& est tex.in l.aliena
795 rum.§.donationis. ff.de uer.si.)† & hanc rõ-
nem prior Alexandro Salyc. ibi perpendit, di-
cens cautũ fuisse, ꝙ pactum nudum sufficiat,
ne sub tali prætextu donator fraudet eum cui
dare cõuenit ex donatione, qui forsã interim
multa donaria remunerãdi causa seu seruitia
De ui rationis.
796 impẽdit.† cumque talis ratio don. cau.mor.
cõueniat, dicitur magis comprehensio seu di-
spositio legis immediata, q̃ extẽsio. l.his solis,
C.de reuo.dona.Bald.in d.aut. quas actiones.
Dec.late.in c. at si clerici.§.de adulteriis, num.
18.de iud.in c. secundo requiris.nu.11. de ap-
pella.consi. 284.col.2. consi.301.col. 2.Paris.
consi.83.nu.21.uol.3.& consi.69.nu. 6.uol.4.
Craue.consi.178.num. 15.D.meus Rimi.cons.
18.nu.2.consi.33.num.21.consi.264.num.15.
Cagn.in l.in toto & pars.num.6. ff.de reg.iur.
Cassane.consi.39.num.84.Tiraquel.abũde in
l. si unquam, uerbo libertis, num.37. C.de re-
uoca.don.& de utroque retract. titulo de re-
trait lignagier.§.20.num.2. & 3.Cra.in tract.
797 de antiquitate temp.4.parte, num.46.† hinc
Bal.in l.de quibus.ff.de legib.colum.mihi 13.
uersicu. item nota, quòd non dicitur. inquit,
quòd ubi multa habent eandem rationem, li-
cet de uno fiat mentio, uidetur exemplariter
798 fieri, non autem restrictiue. († Et eadem rõ
decidit omnes casus non per extensionẽ, imo

ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic genera
lis ratio diuerſas ſpecies, ob id expreſſo uno
caſu ueniunt omnes in quibus uiget eadem
ratio, quod dictum pro elegati refert, & ſequi
tur Caſt.conſi.442.pro declaratione,col.pen.
uol.1. Iaſon,in l. à Titio, col. 3. notab.3.ff. de
uerb.ob.conſi. 141.col. 5.uol.2.conſi.63.col.
4.uol.3.Dec.conſi.284.col.2.conſi.301. col.2.
Cagnol.in d.l.in toto.nu.6.D.meus Rimi.con
799 ſilio 18.nu.9.cum ſimilibus ſupra citatis.† Et
ubi eſt eadem rō, ibi non dicitur fieri extēſio,
ſed potius declaratio,ut uoluit Sal.i l. 2.C.de
noxal.Alex.conſ.75.in prin.uol.5.Crot.in l.2.
in prin.nu.47.in fi.ff.ſol. mat.ubi dicit, ꝙ ubi
eſt oīmoda ratio. ibi non dicitur fieri exten-
ſio,& ideo,ꝙ interpretatio dicitur potius in-
tenſio ſiue declaratiua, quàm extrinſeca,Rui.
conſi.143.num.5.uol.2.Soc.Iun.conſi.39.nu.
800 49.uol.3.† ubi dicit hoc eſſe dictum cōmune
apud maiores noſtros,& in conſi.62.num.47.
conſi.128.num.194.uol.3.ubi dicit, ꝙ ubi eſt
identitas rationis,non dicitur fieri aliqua ex-
tenſio, ſed omnes caſus dicuntur comprehēſi
per.l.his ſolis.C.de reuo.dona.demumq; tub.
in l.Titia, cum nuberet. §. Imperator. nu. 56.
801 uer.replicari ꝑt.ff.de leg.2.† ubi dicit, ꝙ ubi
datur eadem ratio, ibi non pōt dici extenſio,
ſed magis intenſio, quia omnia lex in ratione
conſiſtit,c.erit aūt lex.4.diſt.ſequitur Roland.
802 à Valle,conſi.24.nu.31.uol.3.)† Talique caſu
lex non dicitur extēdi, ſed enucleari,ut dicit
Oldra.conſ.185.thema tale eſt, in fi.nec dici-
tur extendēdo quis nouum caſum addere.ſed
quod in ratione legis includebatur ſecūdum
æquitatem detegere,ut tradit Cald. conſi.j.in
titu. ut li. pend. quem & Oldradum refert, &
ſequitur in tract.de antiq. temp.4.par.nu.46.
& conſi.184.nu.3.ubi latius,hæc & alia ponit,
& ut loquentes extra quæſtionē noſtram præ-
teream, in terminis eius adduco Garziam Hi
ſpanum in d.§. quinimo,col.pen.in fi.dicentē
ꝙ nulla eſt extenſio in caſu noſtro,quia ubi ui
get eadem ratio,non dicimus extenſionem lo
803 cum habere,ergo comprehenſionem.† & li-
cet Soc.Ruin.& Guil.Pontan.in d.l.2.dicant,
ꝙ finis dictæ rationis non conuenit donatio-
ni cau.mor. cum enim donans poſſit pęniten
do reuocare, ut hic, ſi recuſat tradere, nō dici
tur machinari,& fraus ibi conſiderata,locum
804 non habet.† Attamen Soc.Iun.ibidem con-
trarium tenet, nu.39. namque ſi donans ex ca
pite pęnitentię uelit reuocare donationem,
utique audiri debet,cum.n.iſtud ſit ex natura
ipſius donationis non dicitur contrauenire,
805 aut fraudare. († Nec imputatur alicui qui fe
cerit illud, qđ ſolitum eſt fieri.l. ſi pignore.§.
ſi.& ibi Bar.ff. de pign.act.l. quis ſit fugitiuus.
§.apud Labeonem, & ibi Veronens. ff.de ædi.
edic.Craue.conſ.44.ad fi.) ſed ſi omiſſa pęnitē
tia allegat nullitatem donationis, ob defectū
ſtipulationis,tunc bene dicitur fraudare, nec
audiri debet,cum iſtud ſit extra naturā dona-
806 tionis cau.mor. († & qui facit illud, ꝙ eſt in-
ſolitum fieri,ſuſpicione fraudis non caret, cū
ex inſolitis arguatur ſuſpicio fraudis, gloſſa
Bar.& Docto.in l.ſi quis ſub conditione, ff. de
cond.inſti.Bal.conſi. 209.uol.5, col.2.Mod.in
l.teſtamentū.C.de teſta. Craue.conſi.100.nu.
807 5.)† & hoc ultra Socinū Iuni. clarius confir
matur,nam mens donantis cau. mor. eſt uelle
reuocare donationem in tribus caſibus, ſi cō
ualuerit, ſi pęnituerit, & ſi donatarius præde-
ceſſerit. ita probatur hic ibi,[*cū quis ita donat,*]
hoc eſt eo propoſito,ad idē tex.in l.j.ff.eo.ibi,
[*item cum ipſe ea mente dat,*]ad idem in l.ſenatus.
§.j.ff.eo.ibi[*negocium gerit,*]& poſtremo in l.nō
omnis.ff.ſi cer.pe.in uerbo[*agi ur,*]iuncta glo.
unde ſi ꝑter iſtos tres caſus uult reuocare do-
nationē cau.mor. prætextu pacti nudi,ſine du
bio fraudat intentionem, & propoſitum ſuū,
qđ habuit ab initio, non.n.ſuæ fuit intētionis
ex iſto capite reuocare donationē, ut poteꝑ-
ter naturam donationis cau.mor. & ita patet
808 illi finem dictæ rōnis conuenire.† Nec ulte-
rius obſtat huic rōni ſi diceretur, ꝙ non eſt fi-
nalis, ſed impulſiua: patet quia ī quolibet pa-
cto nudo extra caſum donationis eſt in arbi-
trio cuiuſcunque facere,uel non facere, & ta-
men facta promiſſione, ex eo nō datur actio.
l.iuriſgentiū.§ igitur nuda.ff.de pact.& ita re-
perio, ꝙ arguit in alia quæſtione Garzias Hi-
ſpanus in c. 11 de pact.in 6.nu.39. cum ſeq. er-
go talis rō dicitur impulſiua,quia ex ea nō ſe-
quitur neceſſaria diſpoſitio iuxta notata per
809 Salycetū,i l.j.ad fi.C.de fal.cauſa adi.leg.† me
rito ex illa licet ſcripta nō uidetur licitū argu
mentum ad extenſionē, uel comprehenſionē
alterius caſus,ut tradit Iaſ.i d. aut. quas actio
nes,nu.17.Pariſ.conſi.69.nu.178.uol.3.Ripa,
810 in d.l.ſi conſtante.nu.68.† Quoniam ſuſtinē De rōne finali uel impulſiua.
do dictam rationem dico imo eam eſſe finalē,
ſi uerba tex.ponderentur ibi,[*cum enim in arbi-
trio cuiuſcunque ſit hoc facere, quod inſtituit,*]ponde-
ro articulum [*hoc.*] demōſtratiuū ad oculū cor
poris.l.hoc articulo.ff.de hære.inſti Bar.& alii
in l.j.in prin.ff.de oper.no. nunc.(Natta conſi.
487.nu.27.& poſt eum Senatus Pedemonta.
deci. 112.nu.4.) merito illa uerba[*facere quod
inſtituit*]nō de quolibet pacto nudo poſſunt in
telligi,ſed de donatione tantū pacto nudo fa-
cta,de qua loquitur tex.& hoc caſu bene ſequi
tur neceſſaria diſpoſitio:ſi qs .n. inſtituit hoc
facere,i.donare (quod in eius arbitrio fuit fa-
cere,uel non facere)non debet fraudare,& ſic
in donatione, ad quam reſtricta eſt illa rō, nō
811 ad alia pacta nuda, patet illā eſſe finalē.† Cō
probatur hoc ulterius, nā rō legis tūc dicitur
finalis quādo eſt generalior lege, uel æque ge
neralis,alias ſecus.ita Bal.i l.generaliter.col.3.
C.de epi.& cle.Iaſ.in d.aut.quas actiones,nu.
18.Pariſ.in dicto conſ.69.nu.179.uol.4.Corn.
conſi.177.nu.5.uol.4.(Ioan.And.Gemin.&

Fran.

Franc.in c.quoniam.de immu. eccl.lib.6.Bal.e in l.de quib. col.ro. uer. quo ad sextum.ff.d legib. Fel.in c.cum nuncius.col.j. de testi.Casaneus, consi.55.col.9.cum sim. per Tiraquel
812 in tract. cessante causa,limit.j. nu. 62.) † Sed ratio de qua supra non modo sic generalis est ut decisio dictæ legis, imo et generalior,cum decisio sonet in donatione inter uiuos,ut omnes tradunt, ipsa uero et in alia donatione, ut denotant illa uerba,hoc facere,qd instituit,generalia,& indefinite plata ad plures donatio-
813 nes.† Quinto accedit & alia ratio, quam ponit Garzias Hispanus,in d.§.quinimo,col.pe. namque Imperator in d. l.motus fuit ad inducendum in donatione,ꝙ pactum nudum sit efficax,uel propterillud actio detur,ut ipsa liberalitas solo consensu fit efficax, & perficiatur citra traditionis, uel stipulationis auxilium. Ita colligitur ibi,[*ut non ex hoc inutilis sit donatio*] cum sequentibus,& in §.j.infra eo. ibi, [*perficiuntur autem, cum donator suam uoluntatem declarauerit.*] sed utique ista met dispositio militat in donatione causa mortis.ergo & idem ius.l.a Titio.ff. de uerb. oblig. nec quod ad mortem se conferat atque ob id participet de natura ultimæ uoluntatis, impedit quominus solus consensus operetur, cum & ibi a consensu totum pẽdeat.l.j.ff. de test.§. disponat,in Aut.de
814 nup. † & tenendo hanc partem non obstant adducta in contrarium superius, namque ad primum dico, ꝙ imo illa uerba conueniunt etiam donationi causa mortis, quia donãs necessitatur tradere donec nõ pœniteat eum donasse, ibi autem non pœnitebat eum, sed dicebat eam non ualere uelut nudo pacto celebratam, in quo non debet audiri, ita respondet Aret.in d.§.in personam. Alexã.in d.l.cum ex causa,& Soc. Iun.in d.l.2. nu. 38.(nec diuinat hoc ut putat Iul.Constan.num.5. quia de hoc nullum uerbum,in tex. fallitur enim ex ratione subsequenti,uersic.cum enim.ubi proprie donans se fundabat in pacto nudo.quod appellat excogitatas artes ad fraudandum suũ
815 propositum.† Ad secundum ultra responsionem Aretini,in d. §. ĩ personam,melius respõderi potest,ut tradit Alexã.in d.l. 2. cui Guil. Pontan. & Soc.Iun. assentiunt ibi, Ruinusque consi.54.col.3.uol.j. non esse uerum,ꝙ ille textus solum loquatur de donatione insinuationẽ requirẽte, sed sibi solũ dicitur, ꝙ nihil immutatur de eo, qđ circa insinuationẽ statutũ est,& sic intẽtio textus est dicere, ꝙ ubi requi-
816 ritur insinuatio,adhibeatur.† Nec obstat cõsideratio mea de dictione,[*supradictis,*]quia procedere põt quatenus dicit de stipulatione donationi inserta, uel non:secus dum subdit alia uerba,& ratiõẽ, quæ pariter donationi cau. mor. conueniunt,ibi[*ut non ex hoc inutilis,*]&c. & ibi[*cum enim in arbitrio,*]cũ sequẽ. declarãdo,
817 ut supra feci.† Secundo,& subtiliter quidem dici pt,ꝙ de insinuatione dixit non ad exclusionẽ dona.cau.mor.sed ad tollendum unũ dubium, quoniam cũ donationẽ ibi appellasset liberalitatem plenam, & perfectissimam, non uidebatur necessaria insinuatio ꝑ illud superlatiuum perfectissimam, qđ nil supra se hẽt,l. ubi aũt non apparet.ff. de uerb.obli.cõtrariũ tamen decidit,quoniam intendit facere donationem perfectissimam non obstante defectu requisitorum eius tempore, ut stipulationis, uel traditionis, non aũt intendit tollere ea,
818 † quæ ex post facto possunt interuenire,ut in insinuationem iuxta notata per Bar.& Rom.in l. Modestinus. ff.eo.& notat Arc. in §.j.infra eo. ubi post eũ dicemus, merito dixit Imperator, quæ alias de insinuatione statuta sunt firma remanere,ut si erit donatio inter uiuos adhibea
819 tur,aliãs secus.† Ad tertiũ respondetur,ꝙ & si dicta lex simpliciter de donatione loquatur tamen attenta tõne generali expressa, quæ cõuenit ẽt donationi cau.mot.in ea quoque dẽt procedere,quia ẽt,ꝙ specialiter de donatione inter uiuos loqueretur,tamen attenta dicta ratione generali debetet generaliter intelligi ẽt de dona.cau.mor.ut notat Bar.& Bal.in l.regula.ff.de iur. & fac.igno. Ias.in l. id qđ. nu.7. ff.de leg.j.Soc.in l.j.nu.22. ff.de acq.pos.in l.2. §.mutui.ff.si cer.pet.Fel.i c.tua nos. de iureiu. D.meus Riminal.conf.771.nu.2.Ctaue.copiose,consi.217.col.2.†(Senatus Pedemon.dec.
820 50.nu.6.& in certus autor,con.88.nu.29.uol. j.diuersorum ultimarum uoluntatũ.ubi dicit, ꝙ cum rõ in l.expressa, sit mẽs ipsius legis uerbis declarata mediante rõne, iõ dispositionẽ legis reddit generalẽ ad oẽs casus in quib.ipsa mens, & rõ sibi locũ uendicat.l. cũ mulier. ff.sol.ma.in Aut.iud.sine quo.suffr. ĩ prin.& §.j.Sufficit.n.legislatori cogitasse,& multo magis expssisse rõnẽ sui statuti, cũ nõ possint oẽs casus,& iuris articuli singulatim cõprehendi.l. non possunt,ff.de legib. & sic dũmodo constet de menre maxime uerbis ipsius legis declarata p rõnẽ scriptã sufficit.l.non dubiũ, & ibi gl. & Doct.C.de legib.Dy.in c.fi.de reg.iur.in 6.&
821 notatur i c.ubi periculũ.de elec.†unde dicũt Doctores,ꝙ rõ in l. expressa facit,& operatur, ut dispositio legis trahatur ad oẽs casus ẽt nõ cõprehẽsos in l.licet aliter p aliã legẽ decisos, intelligũtur. n.p ipsã legẽ decisi uirtute rõnis exp̃ssę,q̃ illis cõuenit,l.his solis.C.de reu.don.
822 & in Aut.de hæred.ab inte.§.ex his.† & ultra pdictos hoc ẽt cõfirmatur,nã quando rõ legis est amplior dicto legis, tunc ipsũ dictũ ad terminos rõnis extendi dẽt,glossa est in cle. si.de elec.quã singularẽ reputat ibidẽ Cardi.Bar.&
823 alij i l.cũ pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.† ũ Soc. consi.89.nu.20.uol.4. bene dicit,ꝙ rõ est primũ in intẽtione statuẽtis, & ex ea infertur dictũ.est.n. rõ in l.sicut aĩa,& spiritus,eius aũt uerba sicut corpus,Bal.in l.si quis seruo. C.de fur.& cõs.49.uol.2.Ias.in l.qui 400.col.2.ff.ad
824 Treb.& i l.si unus.§.si cũ mihi,ff.d pac.† Cro-

in l.2.in prin.nu.48.ff.sol.matri.ubi dicit,ꝙ si-
cut homo cõsistit ex anima & corpore, ita lex
ex ratione & uerbis. uerba uero sunt corpus,
& superficies, at ratio est anima eius, & illa
magis attendi debet,quàm superficies,& cor-
tex uerborum.sequitur Roland.a Valle, cons.
72.nume.44.uolu.j. & consil. 13.num.22.uol.
825 3.Imo uero, † ubi)uiget eadem ratio,quod
uerbis legis omissum est.non debet omittire
ligione iudicantis,ut tradit Oldr.consil. 268.
colum.2.circa fi.nec casus dicitur omissus ubi
subest eadem ratio,ut inquit Ioan.de Anna.in
ter consilia Pauli de Cast.consi.261.uisis & cõ
sideratis his,col.2.uol.2.Bal.in l. per diuersas,
col.2.C.manda.Abb.consi.75.col.3.uol.j.Cra-
826 ue.consi. 183.col.2. † Nec situatio tituli cui
Romanus innititur multum facit,quia sub eo
etiam situata est lex donatio siue directa, quæ
tamen etiam de donatione causa mortis lo-
quitur,ibi, [*Siue mortis causa*,uideniusque legẽ
fi.ff.de iure delib.sub illo titulo situatam, quæ
tamen de eius materia non loquitur,ut Paul.
827 de Castro perpendit.† unde talis ordo uide-
tur magis ad bene esse,quã necessarius,ut sua-
dere uidetur tex. in §.quib. prima consti.Cod.
ibi[*congruis titulis*] iuncto uerbo,[*permisimus*]li
cet exponat glos. præcipiendo,& male iudicio
meo, quia permittere magis denotat liberam
uoluntatem in eo, cui permittitur,quam præ
ceptum,uel necessitatem. l.sæpe audiui Cæsa-
828 rem.ff.de offi.præsi. †(hinc permittere non
dicitur,qui non potest prohibere, & sic coge
re,siue necessitare.l.nullum crimen,& ibi Do-
ctores.ff.de reg.iur. Cephal. consi.231.nume.
829 107.)uel & secundo dici potest,† quòd cum
dicta lex sit communis ad donationem inter
uiuos, & causa mortis, ut ex superioribus pa-
tet,arbitrarium fuit eam ponere, ubi placuit
Imperatori,nec ob id dici debet male locata,
ut notant in simili Ioannes And. Abb.Dec.&
alij in rub. de exceptio.dum opponũt de situa
tione illius tituli,& soluunt,quòd respectu di
latoriarum debuisset poni ante titulum de li-
tis contes.respectu uero peremptoriarũ post.
quia tamen est communis ad utrunque,fuit ar
bitrariũ ponere ibi.Quod etiam de correctio-
ne legum tradit Romanus,procedit in dubio,
& cessante ratione,alias secus,quo secundo ca
su uersamur in terminis dictæ legis, ut supra
830 deduxi.† Ad quartum respondetur,ꝙ cũ do-
minium translatum in donatarium sit fictum,
& de iure speciali contra regulam. l.traditio-
nib.C. de pact. non inconuenit, ꝙ pro conse-
quendo uero dominio, & de iure communi
per actum traditionis.§. per traditionem,su-
pra de rer. diuisio.agatur condictione ex d.l.si
quis argentum, ad dandum. Ita in legatis,de
legatis declarat Bar. in l.in bello.§.si quis ser-
uum.ff.de capti.& postli. reuer.Cast.& Alex.in
l.j.col.fi.ff.de leg.j.Cy.Bar.& Ias.in l.j.C. com.
de leg.unde in donatione cau.mor,idem cõclu
di potest, cũ legatis æquiparetur.l.Marcellus.
§.Paulus.l.illud.ff.eo.iuncta doctrina Bar.in d.
831 l.j.in prin.ff.de leg.j.†(Simile uidemus in ter
minis statuti,ꝙ possessio defuncti cõtinuetur
in hæredem, quod habemus Ferrariæ: nam ut
inquit Bal.in rub.de cau.posses.& propri. cum De statuto cõtinente
talis possessio datiua sit causata a lege absque possessionem.
præsentia corporali, & sic ficta, non impedit
quominus hæres possit petere se mitti in pos-
sessionem, ex edicto diui Adriani tollendo, ut
qui est in possessione ficta sit in uera, sequitur
Dec.consi.84.col. j. quanquam an uera sit, uel
ficta tantum possessio delata ex memorato sta
tuto,sit alta quæstio quam tangit Tiraquel. in
tract. le mort Sail. in j. declara.5.partis. sed ut
832 hic impertinens missum facio.) † Ad quintũ
dico sensum esse talem repetendo uerba tex-
tus,[*non solum eos dum superfunt*,]idest donantes
dum uiuũt, [*compelli his in quos donatio facta est*,]
hoc est donatarijs, [*sed etiam eorum successores*,]
idest donatorum præmortuorum donatariis,
reddere compelli donatarijs,uel eorum hære-
dibus, & ita intelligendo uerba conueniunt
etiam donationi causa mortis, (nec istam con
structionem tollit Iul. Constan. quia non lo-
quitur tex. de donatario præmoriente, sed de
833 donatore,ut ego construxi.)† Ad sextum re-
spondetur, ꝙ ille textus non dixit de liberali-
tate plena propter donationem inter uiuos tã
tum, nec ut illam denotaret,sed ut ostẽderet,
ꝙ donatio,quæ alias erat inutilis,sola liberali
tate censetur plena,& perfecta,unde nõ dispo
nit de plena liberalitate,idest de mera liberali
tate,ut Ruinus, & Iason supra citati putarunt,
sed de liberalitate,quam plenam,& perfectam
appellat,licet traditio non sit secuta,quo mo-
do intelligendo non excluditur donatio cau-
sa mortis prout nec.in q. Iasonis remunerato
ria,& ita Iasoni respondet Garz.in d. §.quini-
mo.pen.car.col.4.quod & quæstioni nostræ ser
uit ad unguem ad respondendum Ruino,(nec
me bene taxat Iul.Constan.dicens,ꝙ donatio
cau. mor. non dicitur perfecta dum uiuit do-
nans.l.non uidetur.ff.de don. cau.mor.nã ue-
rum est eo iure,quia donans pacto nudo pote
rat niti,& dona.cau.mor. reuocare, sed hodie
834 secus,quo respectu uocat eã perfectam.) † Ad
septimum dico,ꝙ imò donatio esset inutilis,
ut donatio,licet non ut legatũ, qđ est diuersa
species a donatione cau. mor. ergo dicta lex i
ea locũ habere debet,ita respondet Soc. Iun.i
835 d.l.2.nu.44. licet & ego præcogitauerã.† Ad
octauũ negatur assumptũ Ruini, quoniã imo
d.lex locũ habet ẽt in donatione facti,ut tenẽt
Bal.Fulg.Castrẽ.Florian.Alex.& Ias.in d. §.sed
cũ nulla.Sal.in l.legẽ,6.q.C.de pact. Are.i d.§.
in psonã,Constã.Rogerius in l.in ædib.§.j.col.
pen. ff.eo. & Soc. Iun. in d.l. 2.nu.44.qui hanc
partẽ ueriorem appellat.tametsi Garz.Hispa-
nus in c.j. de pac.num. 38. per duas columnas
examinans neutrã partẽ firmauerit. Ad nonũ
respon-

respondetur, quòd primum speciale cessat ex
ratione de qua ibi [*cum enim*] & sic non est ue
836 rum, quòd duo specialia concurrant. † hinc
tollitur illud simile donationis præsumptæ,
in qua dicta lex locum non habet, ne duo spe
cialia concurrant, ut supra deduxi, quoniam
notata per Doctores in dicto §. sed cum nulla,
& dicto §. quin imò, procedunt quando causa
donationis in pacto nudo non exprimeretur,
quòd enim tunc præsumatur donatio est spe-
ciale, & contra regulas iuris, l. cum de indebi-
to. ff. de prob. l. si cum aurum, ff. de soluti. un
de, quòd ex tali pacto nudo oriatur actio es-
sent duo specialia, quæ in casu nostro uere nō
concurrunt, ut dixi. Quæ uero tradit Decius
in locis supra citatis, & Aret. in d. l. 2. ff. de leg.
j. à quo Decius eam opinionem desumpsit
quādo causa donationis in pacto nudo expri
837 meretur, utique non procedunt, † quia nō
est speciale, quòd præsens & tacens ad sui cō
modum consentire dicatur. Imò est regulare
dicta l. qui patitur (ex qua Connanus in Com
mentar. iuris ciuilis, lib. 7. cap. 14. dicit, quòd
taciturnitas imitatur consensum) unde, ꝙ
ex tali pacto nudo oriatur actio, non est in-

Pactum quādo tacitum dicatur

838 ducere duo specialia. † Nec ob id pactū di-
citur præsumptum, quòd ille cui fit taceat nec
per uerba consensum exprimat. Imò est uerū
pactum, cum taciti, & expressi idem sit indi-
cium. l. cum quid, cum ibi not. ff. si cert. pet.
ita firmant, & declarant plerique Doctores, ut
Angel. cons. 183. ex themare, col. 2. Socin.
cons. 112. col. 4. uol. 2. Rui. in dicta l. 2. colum.
23. Gallian. in Rubr. ff. de uer. ob. col. 11. Ripa
Cur. iun. Mod. Taurinenses, & D. meus Vberti
nus Zuccard. in Rubr. C. de pact. Andreas ab
839 Exea, libro pactorum, nu. 98. † ubi dicit hāc
opinionem de iure ueriorem esse, & in practi
ca tenendam Cagnol. in l. semper qui. ff. de re
gul. iur. ubi testatur hanc esse commu. contra
Decium, prout etiam facit in dicta Rub. C. de
pact. num. 18. ex quibus patet dictam l. si quis
argentum, locum habere etiam in donatione
præsumpta quādo causa donationis in pacto
fuit expressa, quod & alias se tenuisse refert
Caccialup. in trac. de pac. in 6. quæstione prin
ci. colum. penul. & fi. concludens tamen ibi, ꝙ
si haberet decidere, uellet maturius cogitare.

De uerbis in potētiori significato sumendis.

840 † Ad decimum dico, quòd imò potentior
significatus erit intelligendo dictam legem
in utraque donatione, ut in simili quæstione
tradit Curt. & Sapia, in Rubr. ff. de iur. omniū
iudicum, qui dicebant aduersus Iasonem, ap-
pellatione iurisdictionis utramque uenire, ui
delicet ordinariam, & delegatā, sic enim uer
ba accipientur in potentiori significatu quā
si de ordinaria tantum intelligatur, ut Iason
dicebat, unde sic & in quæstione nostra dica-
841 mus. † Tantoque magis quia si ageretur de
uerificanda dispositione in una specie tātum,
tunc bene procederet dictus §. qui in perpe-
tuum. At secus, cum dicta lex de donatione
generaliter loquatur maximè in ratione sui,
tunc enim dispositio generaliter est interpre
tanda nec ille §. procedit, inquit Dec. in dicta
842 Rubrica, † prout etiam cessat ex alio, eligi-
tur enim significatio potentior, ut excluda-
mus impropriam, quæ non reperitur inclusa
in dispositione, sicque procedit ille §. ut no-
tat Soc. cons. ultimo, in fi. uol. 2. sequitur Sa-
pia in dicta Rubrica, quod minimè in dicta
lege fieri potest cum significatio impropria,
hoc est donatio causa mortis reperiatur ibi-
843 dem inclusa uigore rationis. † Ad undeci-
mum respondetur, quòd si dicta lex in tali pa
cto locum haberet, is cui factum esset, posset
agere condictione ex illa lege contra paciscē
tem pro actuali liberatione consequenda, sic
que ex tali pacto tolleretur actio paciscenti
competens, quod esset absurdum, & contra
regulas, nam pactū nudū licèt tendat ad tollē
dam actionem, ut est pactum de non petēdo,
nō tamē eā tollit regulariter sed elidit tātum,
unde is cui actio competebat mero iure age-
re potest, licèt ex pacto tendente ad actionē
tollēdam possit opponi exceptio. §. prætereà
infra de excep. Alex. in l. legitima, num. j. ff. de
pact. & not. omnes in l. si unus, §. pactus ne pe
teret, & ibi latè dixi, ff. de pac. ne igitur sequā
tur tale absurdum, dicta lex in eo pacto libera
torio causa donandi facto cessat, satis enim cō
tentus esse debet is cui factum est exceptionē
qua possit agentē quandocunque repellere,
& hæc ratio fuit etiam de mente Claudij in l.
ut responsum, C. de transf. quæ modo cessat in
pacto obligatorio donationis causa mortis,
quod nulla actio nec aliud quicquā præcedit.
844 † Ad ultimū pro uera resolutione retorqueō
illum textum considerādo dictionem, etiam,
quæ solet implicare casum, minus dubitabilē,
ut inquit Fulgos. Alexand. D. meus Riminal-
dus, Iason, Decius, & cæteri Moderni (& ibi pa
riter dixi) in l. qui se patris, C. unde lib. Ripa.
in l. ex facto. §. si quis rogatus, num. 2. ff. ad Trē
bell. Gozad. cons. 73. nu. 31. Si enim textus di-
cit, [*nostra constitutio etiam eas in se habere neces-*
sitatem traditionis uoluit] paret, quòd includit
aliam donationem præter expressam, expressa
uera fuit donatio inter uiuos, igitur inclusa
845 dicitur donatio causa mortis, † & in ea mi-
nus erat dubium, quòd donans teneretur tra
dere, quàm in donatione inter uiuos, cū ante
traditionem pœnitendo posset illam declina-
re, ea uero secura sibi consulere ad reuocatio
nem donationis secus autem in donatione in
ter uiuos, ubi sera est pœnitentia quæ in ea nō
cadit. §. j. infra eo. ibi [*temere reuocari nō possint*]
hoc est ex pœnitentia. unde cum necessitas trā
dendi minus donantem causa mortis oneret
quàm donantem inter uiuos, casus donatio
nis causa mortis inclusus ibi, uere minus du
bitabilis dici potest, & ille textus sic inductus
probat,

probat, quòd dicta lex etiam in donatione cā mortis loquatur (nec istam inductionem bene diuellit Iulius Constan.col.6.uolēs, ꝙ implicet respectu donationis inter uiuos in scriptis, uel sine scriptis factæ, quam uoluit etiam in se habere necessitatem traditionis, quoniā cum de facta inscriptis, uel sine scriptis supra dixerit, nō erat opus implicare superfluo, cōtra.§. quibus, prima const.cod. sed implicando respectu donationis causa mortis cessat superfluitas, ergo de illa debet intelligi,) quod bene notandum est, sicque communis opi. re

Donatio quo iure sit inducta

846 manet defensata. † Postremo in eadem Gl. j. ibi, [*uel dic eam esse*] usque in finem. Quarta surgit conclusio, quòd donatio est de iure ciuili approbatione, ut hic, inuentione uerò de iure gentium, §. per traditionem, supra de rer.diuis. cum qua transit hic Christophorus, & Aldobrand. latius dicentes, quòd si donatio incipit à traditione dicitur modus inuentus de iure gentium, approbatione tamē de iure ciuili, ut hic. si uero incipit à præcedenti stipulatione, nel pacto nudo, tunc non dicitur modus acquisitionis dominij, sed præparatiuus ad acquirendum dominiū, quia nec per stipulationem, nec per pactum acquiruntur dominia rerum, l. traditionibus, C. de pact. & tūc talis modus præparatiuus dicitur

847 de iure ciuili inuentus, & approbatus. † Tu uerò primum considera, quòd male sentiunt textum nostrum restringentes ad donationē quæ incæpit à traditione, in §. 1. inf. eo. namque loquitur etiam de illa, quæ incæpit à stipulatione, uel pacto nudo. probatur ibi, [*& traditionis necessitas incumbat donatori.*] ergo facta fuerat donatio sine traditionis interuentu sicque stipulatione, uel pacto. Secundo dum dicunt donationem, quæ à traditione principium sumit esse modum inuentum de iure gentium, erroneum puto per textum in §. fi. supra de usu. & habi. ubi dicit [*expositimus summatim, quibus modis iure gentium res nobis acquiruntur, modo uideamus quibus modis legitimo, & ciuili, iure acquiruntur*] postea statim subdit de usucapione, & præscriptione, secūdoque loco de donatione in hoc titulo ponēs etiā de illa qñ à traditione incipit ibi [*haberet is qui accepit*] ergo patet manifeste talem modum acquirēdi per donationem, quæ à traditione principium sumit esse inuentum de iure ciuili non autem gentium, quo fit, ut allucinentur Christophor. & Aldobrand. dicentes eam tali casu esse de iure ciuili per approbationem tātum,

848 († & hanc opinionem sensisse quoque uidetur Connanus in Commentarijs suis iuris ciuilis, libro 7. capit. 5. colum. j. dicens, quòd cum homines ab initio dissipati per agros, solitariam uitam agentes, nulla dū amicitia, aut ne notitia quidem implicarentur inter se uerisimile est illos contractus istos donationum haud usurpasse, quòd neque donat quisquam nisi amico, at hos nulla tunc familiaritas inuitarat ad beneuolentiam coniungendam. uult ergo Connanus donationem iu-

849 ris gentium non fuisse.) † Nec obstat textus in dicto §. per traditionem, quo fundantur Christophor. & Aldobrandin. post Glossam hic: nō enim dicit, quòd traditio ex causa donationis sit de iure gentium, sed quòd prædia prouincialia, & Italica ex causa donationis, sicut & dotis transferuntur, & alienatur, unde

850 eorum intentionem non probat. † Vltimo dum dicunt, quòd ubi donatio per stipulationem, pactum ue sumpsit exordium, non dicitur modus acquisitionis dominij, sed præparatiuus ad eius acquisitionem. Primo quidem illis aduersatur Frācíscus Balduinus hic, qui tali casu eam genus acquisitionis appellat (eique conformis esse uidetur Connanus in Commentar. iuris ciuilis, lib. 5. cap. 9. col. 3. dicens, quòd potest etiā citra corporis donationem ualere donatio, ueluti si donationis causa cum debitore meo paciscar ne ante certum tempus petam, nō potest ēt quicquā uere tradi, nisi res corporalis, & tamen iuriū donationes esse possunt, ut seruitutum, quoniam utendi patientia similitudinē gerit donationis, ut hic habitandi permissio, aut retinendi ad aliquod tempus debiti potestas, & licentia, ut non solum sine traditione, sed sine corporis donatione ualeat dicaturque dona

851 tio.) † Secundo quoque, quod Christoph. & Aldobrand. dicunt, est ad scopum cōtra textum nostrum ibi [*est & aliud genus acquisitionis donatio.*] appellat enim eam genus seu modum acquisitionis, non autem præparatiuum ad acquirendum, & tamen in §. primo tradit de donatione, quæ à stipulatione, uel pacto

852 principium capit, ut supra deduxi. † Nec obstat eorum ratio fundata in dicta l. traditionibus, quoniam in primis quo ad donationem causa mortis non procedit regula illius textus, cum in tali donatione transeat, & acquiratur dominium absque traditione, ut est Glo. communiter recepta in l. 2. ff. de pub. in rem act. per quam ita præfatam regulam limitant Castr. Alex. D. meus Riminald. Ias. & Dec. in d. l. traditionibus. unde patet donationem causa mortis posse dici modum acquisitionis dominij; licèt à stipulatione pacto ue ceperit. Quo uero ad donationem inter uiuos, idem dici potest, cum lex ante traditionem dicat eam habere plenissimum, & perfectum robur, ut hic in §. 1. & in Codice, unde sumitur, unde, traditio quæ postea sequitur potius ad eius executionem tendit quàm ad perfectionem (idq; probatur in §. item uobis, infra titulo secundo, ubi dicitur, si serui quid stipulentur, uel ex donatione, uel ex legato, siue ex alia causa acquirunt, nam quatenus ad legatum pertinet, clarum est, quòd ipso iure fit acquisitio. l. à Titio, ff. de furr. ergo

& re-

Textus in uerbo duo genera declaratus.

& respõ donationis, qa una pars alternatiuæ declarat aliã, l. j. & ibi Soc. ff. de reb. dub.)
853 † In Glossa, [*& non mortis*] primam eius opinionem cē probat hic Christophorus, & Aldobrãdinus, uelut communem, quòd illa uerba [*duo genera*] tanquam genera propriè sumpta in textu ponantur. Quibus ego non assentio, & secũdam opinionem amplector, quòd illa uerba pro duabus speciebus sumantur, moueor in primis: cum enim donatio sit modus quidam particularis acquisitionis, ut tradit hic Theophilus in primis uerbis, qui dum uulgati Codices dicunt [*est & aliud genus acquisitionis donatio*] exponit, est & alius modus acquisitionis donatio. probaturque pręter ipsum supra titulo secundo, in fine ibi [*uideamus quibus modis*] iuncto hoc textu, sequitur quòd in quantum diuiditur donatio in duo membra hic, illa sint species huius modi, non autem genera, ne sequatur absurdum, quòd membra latius pateant quàm id unde descendunt. (& licèt Iul. Constant. hic dicat potius adhærendum fore textui nostro qui dicit duo genera, quàm Theophilo qui species appellat, ei tamen non assentio per tex. supra tit. 2. in fi. in uer. quibus modis. qui glossat istum, quare Teoph. & ego fundamentalius locuti sumus, quod etiam confirmatur ex l. j. in prin. ff eod. ubi dicit, donationes quam plures sunt, talis enim pluralitas denotat species donationum inter uiuos, & mortis causa. de qbus, subdit, nõ aũt in genere, ut ibi per Gl.)
854 † Secundo moueor, quia plerumque genus apud iureconsultos pro qualitate quadam sumitur, ita, quòd pro specie usurpatur. probatur in l. non uidetur. ff. de iudi. ibi [*genus acquisitionis*] idest speciem, ut exponit Gl. & bene, quia nisi qualitas siue species actionis ederetur, sed in confuso, & genere speciem futuræ litis non demonstraret, ut inquit textus in l. edita. C. de eden. (nec lequeretur effe-
855 ctus † quem proponit Vlp. in l. j. ff. eo. dicẽs [*qua quisque actione agere uult prius eam edere debet, nam æquissimum uidetur eum qui acturus est edere actionem, ut proinde sciat reus utrum cedere an contendere ultra debeat, & si contendendum putat, ueniat instructus ad agendũ cognita actione qua cõueniatur*] hoc enim neque scire, neque facere posset li-
856 bello in genere tantum oblato.) † idem probatur in l. rerum mixtura. ff. de usucap. cum dicit intelligens tres esse species, qualitates ue differentes corporum, prout pulchre declarat Zasius lib. j. singularium responsorum, capi. j. nu. 7. merito & hic, dum dicitur donationum esse duo genera mortis causa, & non mortis causa, intelligo Iustinianum uoluisse dicere duas esse species, & qualitates differentes donationum, (& licèt Iulius Constanti. hic dicat, quòd in d. locis ita suadebat necessitas, secus hic, non tamen id bene probat)
857 † Tertio eo libentius in hanc sententiam descendo, quòd Imperator in §. est autem, infra eodem, ponens aliud membrum donationis dicit [*est autem aliud genus inter uiuos donationis,*] & Theophilus exponit ibi dicens, est & alia species donationis inter uiuos, quo fit, ut & hic exponi possint illa uerba [*duo genera*] id est duæ species (nec uerum est, quòd ibi subiecta materia magis id pateretur quam hic ut putat Constantius & male.) Quarto confirmatur, quia dum tractat de his duobus mẽbris hic, & in §. 1. de his attingit in specie, nõ autem prout complecti possunt alias donationes sub se, quod est ubi sumuntur in genere. (donationis enim nomen generale est ad omnes contractus qui gratis fiunt, ut inquit Connanus in Commentar. iuris ciuilis, lib. 7. cap. 5. col. 6. in fi. cum sequenti.) ergo bene conuenit, quòd illa uerba [*duo genera*] ad duas species referantur, (& hęc expositio cõfirmatur ex l. 2. ff. de donat. cau. mor. ubi post quam dixit tres esse species donationis causa mort. quas subiũgit in tertia specie, dicit tertium genus esse donationis, ergo datur intelligi genus hic pro specie sumi debere.) nec ita tenendo defectiuus redditur hic textus, ut Glossa putauit, addens alias donationes, cum de his subiungat Imperator hic in dicto §. est autem, & §. fi. & infra de legat. in princip. quod ultimum quare hic nõ posuerit, ibi tradit Imperator se de hoc excusans infra tit. 2.
858 in §. fi. † In Glo. mortis, ibi [*scilicet instantis*] hæc Glo. uidetur abnegare, quòd non instante morte donatio causa mortis fieri possit, argumento tex. in l. cum prætor, ff. de iudic. qđ tamen est contra textũ in l. 2. ff. eo. ibi [*unam cũ quis nullo præsentis periculi metu*] & contra l. senatus, §. mortis, eo. tit. ibi [*à sano*] nec Doctores aduertunt, sed sicco pede pertranseunt.
859 † unde pro saluatione huius Gl. dici potest, quòd ipsa rectè locuta fuit, situando eã super uerbo [*mortis,*] quod sequitur dictionem [*propter*] non autem, quod est ante, prout in curia forsitan impressorum habetur: aptius enim procedit expositio Glo. si dicamus [*donatio causa mortis est quæ fit propter suspicionem mortis, scilicet instantis,*] ut Glossa subdit eo loco relata, quàm si dicamus [*donatio causa mortis, scilicet instantis*] ibi Glossam ponendo, cum hoc casu nil arctet ad talem expositionem, at illo secus, nam illa uerba [*propter mortis suspicionẽ*] denotant periculum mortis instantis tempore donationis l. senatus, §. mortis, ff. eo. ubi dicitur, quod [*mortis causa donatio fit aliàs extra suspicionem ullius periculi à sano, cui ex humana forte*
860 *mortis cogitatio est.*] † aliud est igitur esse in cogitatione mortis, aliud in eius suspicione: primum enim non denotat instans periculum: secundum sic. unde Glossa nostra uidẽs illa uerba [*propter mortis suspicionem*] denotare instans periculum mortis, quod tamẽ expressum nõ fuerat, sed uis uerborũ tacite includebat, pro

Donatio causa mortis quã do fieri possit.

facilitori

faciliori iuuenum intelligentia, quibus hic liber est editus, ut supra in procemio, in fi. id
uoluit exprimere ad maiorem declarationẽ,
omnemque dubitationem tollendam, iuxta
861 l. quæ dubitationis, ff. de regul. iur. † nec ob
id ipsa Glossa, aut Imperator hic negãt donationem causa mortis fieri posse, non instante
morte, nam regula dictæ l. cum prætor, nõ procedit quando in exclusis militat eadem ratio
quæ in inclusis, ut ibi tradit Gl. quam sequuntur Doctores, & Petrus Gerardi de Petra Sancta, singula. 7. Felin. in c. non ne. col. 2. 4. limit.
de præsump. Dominus meus Riminald. cons.
862 251. nu. 44. & cons. 529. nu. 25. † sed eadem
ratio subest, quòd sanus de morte cogitans
possit donare causa mortis, sicut quando cõstitutus est in periculo mortis, ergo huius casus inclusio non operatur illius exclusionem.
(probatur hoc in l. senatus. §. mortis, ff. de
mort. causa don. ubi postquam dicit ꝙ donatio causa mortis fit alias extra suspicionem
ullius periculi à sano, & in bona ualetudine
posito cui ex humana sorte mortis cogitatio
est, aliàs ex metu mortis, aut ex præsenti uitæ
periculo aut futuro, subdit ratione in singulis
casibus supra commemoratis uniformem [*si quidem terra marique tàm in pace quàm in bello, tàm domi quàm militia multis generibus mortis periculũ metui potest,*] & sic in summa iurisconsul. cõcludit sanos, & infirmos posse mortis causa donare, quia de morte cogitare possunt, & eam
863 timere quocumque tempore, & loco.) † Secundo dici potest, quòd permissum uno casu
intelligitur alijs casibus prohibitum, quãdo
illi alij casus erant permissi de iure speciali, &
erant de genere prohibitorum: sed quãdo sũt
de iure communi permissi, tunc inclusio unius casus non est alterius exclusio, sed exempli positio, quod regulam non arctat. Ita Bal.
in l. j. C. de adult. Rui. cons. 157. nu. 19. uolum.
864 j. (Cephal. cons. 257. nu. 26.) † Sed de iure
communi permissum est, quòd donatio causa
mortis æque à constituto citra mortis periculum fieri possit, sicut ab eo cui mors imminet.
l. 2. & d. l. Senatus. §. mortis. ff. eo. merito inclusio unius non est exclusio alterius. Tertio re-
865 sponderi potest: † Quòd ubi unus casus decidítur ratione frequentioris contingentiæ,
non per hoc alius casus excluditur. Glossa est
nota. in Clementi. 1. uerbo præsidentes, in fine, de rescrip. quam ibi notat Butr. & Imo. sequitur Iason in l. j. nu. 33. ff. solu. mat. & in l. 2.
nu. 12. ff. de uulg. & pup. Felin. in dicto c. non
ne. 5. limit. Nicol. Bellon. cons. 52. nu. 10. (Dec.
in c. 2. nu. 6. de fi. instr. in c. si pro debilitate,
num. 18. de offic. deleg. & in l. 2. nu. 33. ff. de regul. iur. Ceph. cons. 278. num. 32. & dixi in l.
Imperium, num. 25. ff. de iur. omnium iudic.)
866 † Sed frequentius contingit fieri donationem causa mortis per constitutos in periculo mortis, quàm extra illud: proniores enim

Inclusio unius, quando non sit alterius exclusio.

sunt eo casu donatores quàm secundo. igitur
inclusio illius casus hic facta non est alterius
867 exclusio. † Quarto accedit, quòd ubi cõstat
de contraria uoluntate, dicta regula non procedit. l. j. §. adipiscimur, ubi ad hoc notat Iason, col. 2. ff. de acquir. poss. sed in iuribus per
Gl. citatis patet donationem causa mortis à
sano fieri posse. ergo textus, & Glossa loquentes de morte instante non uidentur uoluisse
illum casum excludere, & hoc est, quod alijs
uerbis ad idem tamen tendentibus dici solet
868 † inclusionem unius alterius exclusionem
non esse, quod alia uia comprænendi potest,
ut uoluit Salycet. in l. quod de crimine. 2. oppo. C. qui accus. Dec. cons. 11. nu. 18. D. meus
Rimin. in dicto cons. 529. nu. 26. (dixi in l. ut
uim, nu. 341. ff. de iust. & iu. in l. j. C. qui admi.
nu. 198. & in l. posthumo, nu. 100. de bon. possess. contra tab. & nunc addo Beroum, qui &
præcedentem limitationem ponit; cons. 79.
col. fi. uolum. j.) Sed casus sanitatis, soliusque
cogitationis mortis alia uia comprænenditur, ut in iuribus Glossæ. ergo non censetur
exclusus per inclusionẽ alterius casus de quo
hic. Sic habes textum nostrum, & Glossam satis
natos (quicquid, parum tamen nec bonum
dicat Costantius hic) declaratamque pulchre regulam dictæ legis, cum prætor, ff. de iu-
869 dic. † in Gl. [*si quid humanitus*] in principio
notandum est in primis, quòd humanitus cõtingere denotat mortem, unde quando quis
moritur, dicitur sibi quid humanitus contingere, concordat textus in l. alumnæ, §. fi. & ibi
not. Alberic. ff. de adi. legat. ibi [*si quid humanitus ei contigerit;*] & in c. tanta. 86. distinct. ibi;
[*ita, ut si quid in eis humanitatis aduenerit, benedictione uiatici non priuentur*] ad idem textus in l. Publia, in princip. ff. deposi. & ibi notat Bart. Fulgosi. & Salycet. ibi [*si quid humanum mihi contigerit,*] (& in l. unica. C. de his qui an. aper. tab.
870 ibi [*uel humanos casus*]) & † ut inquit Balduinus hic, elegans hæc est, & frequens apud latinos loquendi formula, subinde tamen uulgaris sermo, qui solet esse concisior omittit hãc
uoculam, humanitus, nec tamen ideo minus
mortem significari testis est Põponius in l. in
uulgari, §. j. ff. de uerb. sign. ibi [*si quid filio meo acciderit*] quem textum citat hic Glossa, cui addo alium in l. quidam ita, in princ. ff. ad Treb.
ibi [*si quid ei acciderit*] & in l. uxorem, §. Seia. ff.
de leg. 3. ibi [*si quid ante contigisset alumnæ*] & in
notabili quæstione tradit Bald. in Rubr. C. de
pos. quæstione 9. quod ea ratione constitutũ
est, quia si de morte non intelligerentur dicta uerba, propter generalitatem suã nullius
fere momenti essent, ut tradit Alciat. in d.
871 l. in uulgari. † idem est insuper si dictum sit,
si Deus faceret aliquid de me, ut tradit Barto.
Fulg. & Sal. in d. l. Publia. Alc. in d. l. quidã, nu.
6. Bal. in Rub. C. depos. q. 9. & de alijs uerbis
mortem denotantibus uide Decium in l. infantis.

Mors quando denotetur.

stitis.nu.5.lect. 2.C.qui admi.& plenius Alb. in l. pactum, quod dotali. C.de pactis, (& in his meis dictis super hac Glos. me sequitur duobus uerbis, & simpliciter Constantinus
872 hic.) † in eadem Glossa ibi, [*& debet hoc ex primi, alids non est mortis causa donatio.*] notādum est, quòd adhoc, ut sit donatio causa mortis, requiritur, quòd fiat mentio mortis, tuncque præsumitur donatio causa mortis, aliàs secus. Idem notat Glossa Bart. Angel. Cumanus, Imo. cæterique Doctores in l. Seia. §. fi. ff. eo. cum alijs adductis per Aret. hic, & in tract.
873 de testa. uerbo donationis. † & hanc dicit esse communem Ias. in l. quę dotis, nu. 16. plures allegans, ff. sol. mat. & tenet Dec. in l. fi. nu. 30. C. de pact. cons. 305. in princ. Doctores in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de uer. ob. Alex. consil. 14. in princip. uolum. j. Paris. cōsi. 90. in princip. uol. 3. Nic. Boeri. Decis. 353. in princip. Grammat. cons. 115. nu. j. ciuilium. Bertrand. cons. 58. nu. 6. uol. 2. Ioann. Faber Bartol. Bald. & Salyc. in l. 2. C. de iu. dot. & in l. in donationibus, C. ad leg. Falc. Romanus, cons. 229. colum. 1. Viuius in suis communibus opinionibus, uerbo donatio censetur. Didacus Couuaru. in Rubr. de testa. parte. 3. nu. 25. Iulius Clarus, de donati. quęst. 4. uersic. cæterum si in donatione, & Emanuel Suarez. in Thesauro receptarum sententiarum, uerbo donatio causa mortis, nu. 281.) atque alibi sępe Doctores, ubi hanc conclusionem firmant.

Donatio causa mortis requirit ut mentio mortis fit facta.

874 † Quæ quidem procedit etiam si facta sit ab infirmo, & in extremis uitę constituto: requirit enim mortis mentionem ad hoc, ut dicatur donatio causa mortis, aliàs censetur inter uiuos donatio, ut tradit hic Aretin. & Balduinus, Romanus, Alexā. & Iason, in d. l. quæ dotis, per textum in d. l. Seia, in fine, ubi etiam Cuman. & Imo. notant. (Sequitur Iulius Clarus loco citato, Ripa lib. 3. Respon. de dona. c. 9. num. 7. & in tracta. de peste. titulo de priuileg. contract. causa pestis, nu. 175. Viuius, & Emanuel Suarez locis memoratis, unde Cu-
875 manus infert,) † quòd in hoc possent multi decipi, prout quidam Scolaris fuit deceptus à fratribus prædicatoribus Bononiæ, (quod relatum refero non, quòd credam) cū haberet pecunias in banco, iussit enim eas illis dari, cum esset in periculo mortis, deinde uolebat repetere, at illi dicebant donationem earum sibi esse factam. cōcludit enim Cumanus contra scolarem per illum textū, unde subdit sitis cauti, ut mortis faciatis men-
876 tionem, † hinc etiam Alexand. in d. l. quæ dotis, damnat Butrium in c. 2. de consue. dicentem, quòd infirmus in dubio non uideatur facere actum inter uiuos, sed ultimæ uoluntatis. id enim est contra casum dictæ legis, Seia, in fi. sc̄d'm Alexandrum post Imo. in d. c. 2. ubi etiam Guido Papæ post Dominum suum, Butrium damnāt, idemque tradit Guil. Benedicti in c. Rainutius. uerbo, Testamentum 4. nn. 21. de testa. & Ripa lib. 3. responso. cap. 9. col.
877 4. in princ. † nam uidemus ibi, quòd illa donatio ab infirmo facta præsumitur inter uiuos, quia mentio mortis facta non fuit, unde dictum Butrij saluari non potest, nisi illud intelligatur facta mētione mortis, & ita saluat illud Andreas Sicul. in d. c. 2. & Cassane. cons. 39. num. 77. & cum prædictis quoque concordat Franciscus Marci. q. 486. nu. 5. & 6. primæ
878 par. † Tu uero in hac cōclusione communi considera, quòd Bart. & omnes allucinantur super intellectu dictæ leg. Seia, in fine, supponentes, quòd ibi mentio mortis, non sit facta, contrarium namque suadet primo natura tituli sub quo reperitur, cui regulariter lex solet deseruire, l. Imperator, ff. de in diem
879 adiecti. († & licèt Constantinus hic, num. 9. me taxare conetur per l. si constante, ff. solu. matr. quæ non deseruit illi titulo, tamen me ualide rueri possum ex eo, quod dicitur legē habentem uarios intellectus in dubio debere intelligi secūdum illum sensum qui magis conuenit Rubro, ut uoluit Ioannes Andr. in addi. Specula. in titu. de disputat. & allega. §. fi. Glossa in capit. monasterium, & ibi Abbas, de electi. cum similibus per Ripam, in l. j. nume. 14. ff. si certum petatur, unde dicta lex Seia, in fine, debet intelligi secundum Rubricam de donatione, facta mentione mortis.
880 † & lex si constante posita fuit ad limitationem illius tituli. sicque satis illi eo respectu deseruit, cum limitationes sint de regula, ut per Dec. & Cagnol. in l. j. ff. de reg. iur.) secundo confirmatur sententia mea, quia si pater ille donasset filio simpliciter mētione mortis non facta, adiecta conditione de no redhibēdo, ut ibi dicitur, textus ille decidens essē donationē inter uiuos esset de indubitabili con-
881 tra l. quod Labeo, ff. ad Carbo. † Namque illæ duæ præsumptiones uidelicet, mentio mortis non facta, pactumque non redhibēdi uincerent ac tollerent illam solam infirmitatis donantis, cum plures præsumptiones unam tollere consueuerint. aut. itaque, C. commu. de success. not. in l. diuus, ff. de in integ. resti. Rui. cons. 3. nu. 17. uolum. 2. Graue. cons. 149. num. 17. Ioann. de Amie. cons. 114. nu. 23. ma-
882 ximè cum illa sola sit debilior. † nam & infirmi quandoque contrahunt, ut experientia docet, & probatur ex notatis per Glo. & Doctores in l. hæredes palam. §. fi. ff. de testa. dum concludunt uenditionem in testamento fieri posse, quod tamen testamentum regulariter ab infirmis fit, unde illa præsumptio infirmitatis est communis, & generalis ad contractus, & ultimam uoluntatem, at illæ duæ sūt fortiores, maximè illa de non redhibēdo, quæ conuenit tantum donationi inter uiuos, non
883 aūt causa mortis, ut hic iūcto. §. j. † Quo casu nedum plures fortiores uincunt unam friuolam

De intellectu l. Seia. in fi. ff. eod.

lam, imò una uincit plures friuolas, ut tradit
Bal.in l.nō ignorat.colum.j.in fi.C. qui accuſ.
Abb.in c.transmiſſę,col.fi.qui fil.ſint legit.Pa-
riſ.conſ.10.nu.25.& latius, nu.80. uolum. 2.
884 † idque etiam cōfirmatur, quoniam illa præ
ſumptio infirmitatis eſt generalis ad contra
ctum, & ultimam uoluntatē, illa uero de non
redhibēdo eſt ſpecialis ad donationem inter
uiuos tantum, ut mox oſtendi, quo ſtante ſe
quitur præſumptionem in ſpecie tollere præ
ſumptionem in genere, c. generi per ſpeciē,
de reg.iur.in 6.tradit Ale.conſ.150.col.7.nu.
9.uol.5.Pariſ.conſ.29.nu.87. uol. 2. Soc. iun.
conſ.128.nu.230.uolum.j.Cur.conſi.55. nu.
15.D.meus Riminald.conſ.128.nu. 2. cum ſi-
885 mil. † (ſicut etiam uidemus rigorem in ſpe
cie ſcriptum tollere æquitatē in genere ſcri-
ptam, ut notant Bal.Cyn.Ang.Salyc.& alij in
l.placuit,C.de iud.Guiliel.Mayner.in l.in om
886 nibus quidem,ff.de reg.iu. † demumque la
tius loquendo probationes in ſpecie præua-
lent, & præferuntur probationibus in genere
ut per Inn.in c.auditis,de præſumpt. ſequitur
Alexand.conſ.77.col.fi.in princ.uol.j. Ioan.de
Arno. ſoli loquio. 37.Marſ.in Pract. crimi. §.
diligenter, nu.198.& conſ.3. num. 22.) ne i-
gitur dicta l.Seia, careat probabili dubita-
tione, dicendum eſt, quòd ibi mentio mor-
887 tis eſſet facta.† (uerum eſt, quòd hoc funda
mentum meum ſic corroboratum conatur
Conſtant. euertere, negans ibi pactum de nō
redhibēdo interueniſſe, ſed donationē ſimpli
cem fuiſſe factā à patre. ſed allucinatur, quia
Papini.recitat factum partis dicens [*cum pa-
ter in extremis uitæ conſtitutus emancipato filio quæ
dam ſine ulla conditione redhibēdi donaſſet*] ergo ſic
dixit pater, non autem ſimpliciter donauit, ut
888 putat Conſtant.)† Tertio corroboratur, nā
dicit falcidiam locū habere in rebus quæ cer-
ta lege donarentur, ergo decidēdo falcidiam
ibi ceſſare, oportet dicere ſub incerta lege
fuiſſe donatum, hoc eſt ſine cōditione redhi-
bendi, & cum mentione mortis, quæ duo in-
certam donandi legem ſuadebāt, cum primū
donationem inter uiuos, ſecundum donatio
nem cauſa mortis denotaret: (nec iſtud fun-
damentum tollit, nec ei reſpondet Conſtant.
ſed ſuper eo ſe ſatis inuoluit, ut uideri pōt.)
889 † Quarto, quia textus concludit illum patrē
qui abſolutè donauit [*non tam mortis cauſa quā
morientem donare*] quæ uerba propriè intelle-
cta, capi debent comparatiuè, ut ſonāt, quic
quid dicat ibi Gloſſa, ſed natura comparati
ui eſt poſitiuum ſupponere, l.ubi autem non
apparet, ff.de uerbor.oblig. & ibi not. tradit
Bartol. in l. cum filius §. pater. ff. de legat. 2.
Dec.conſ.184.num.6.Cor. cōſ.102.num.10.
uolum. j. comparatiuum autem ibi illud eſt,
quòd abſolute donans dicatur moriens dona
re: poſitiuum, quòd non mortis cauſa, quod
utique ſupponi non poſſet ſi mortis mentio
890 non fuiſſet expreſſa: † nam comparatiuū ita
demum ſuam uim ſeruat, ſi reperitur poſiti-
uum ad quod comparatur, ut tradit Bartol,
in l.ſi ſeruus, §.ſi ita ſcriptum.ff.de leg.j.ſequi
tur Iaſ.in l. ſtipulationum quædam, colum.2.
ff. de uerbor.oblig. (& licèt idem Conſtant.
dicat ſe non uidere hanc comparationē, quia
dictio quam, per ſe poſita, eam non inducit,
quod alicubi uiderit apud Grammaticos, ta-
men debuit reſpicere uerbum iam præce-
dens ibi [*non tam morientem mortis cauſa, quàm mo
rientem donare.*] quibus uerbis optimè compa-
ratiuum colligitur, unde non debuit iſte ſic
891 in me prorumpere prout facile fecit.)† qua
re ex his concludo contra Bartol. & omnes,
quòd ibi fuit facta mentio mortis ab infirmo,
quæ duo uidebantur innuere donationem cā
mortis, uerum quia ſine ulla conditione re-
dhibēdi donatum fuit, deciditur illum ſic ab-
ſolutè donantem non tam mortis cauſa quā
morientem donate, & ſic donationem inter
uiuos potius eſſe, quàm cauſa mortis ita, q
ille textus decidit idem, quod l. ubi ita do-
natur, eod.tit. niſi quòd loquitur expreſſe de
infirmo, de quo dicta l. ubi, non ſic apertelo
quitur, & hunc intellectum uelut nouum be-
892 ne nota. † probatur tamen alibi hæc com-
munis concluſio & primo in textu noſtro ibi
[*cum quis ita donat ſi quid humanitus ei contigiſſet*]
nam dictio [*cum*] ſtat pro quando. Barto.poſt
Glo.in l.in ſeruorū. C.in quibus cau.ceſſ. lōg.
temp. præſcri. tradit Albeti.in ſuo Dictiona-
rio ſuo, uerbo cum, ſequitur Bertac. in uerbo
Cum. Calepin. eodem uerbo poſt Virgil. eo
carmine.

[*Cum faciam uitulam pro frugibus ipſe uenito.*]
Quibus, & illud addi poteſt.
[*Cum fueris Romæ, Romano uiuito more.*]

893 † Altera uero dictio, ita, de qua in textu, de-
notat modum, ut tradit Bart.in l.quibus, §.
Termilins ff.de condi.& demonſt. unde ſic ex
ponitur; ita, id eſt hoc modo, quaſi non alio:
habet enim uim taxationis, & limitationis
hæc dictio, ut tradit Guil.& Ange.in l. nulla.
ff.de legib.Alexand.in l.legata inutiliter.ff.de
leg.j.Ruin. conſ.18.num.2.uol.2.ſenſus eſt er
go, quòd mortis cā donatio eſt, quando quis
hoc modo donat, ut ſi moriatur habeat reci-
pens, & ſic facta demum mentione mortis. Se-
cundo confirmatur hæc concluſio per eundē
textum noſtrum ibi [*quæ propter mortis fit ſuſpi-
cionem*] & in l.2.ff.eo.ibi [*ſola cogitatione mortali
tatis*] & in l.Senatus.§.mortis, eod. titulo, ibi
[*mortis cogitatio eſt.*] ſi enim donatio cau. mor
tis eſt quæ fit propter mortis ſuſpicionem,
uel cōgitationem, neceſſe eſt ut dignoſcatur
à donatione inter uiuos, quòd talis ſuſpicio,
uel cogitatio uerbis exprimatur, non autem
894 ſufficit eam mente concipere. † Tum quia
propoſitum in mente retentum non rele-
uat, l. ſi repetendi, C. de cond.ob cauſ. & ibi
notat

notat Bald.& alij,(Cephal.conſ.253.num.32.
Doctor incertus,cõſ.8.in fi.uol.j.diuerſorum
Germaniæ,)tum quia non poſſet magis ad-
firmari donationem factam eſſe inter uiuos,
quàm cauſa mortis, & ſic una ab altera digno
ſci non poſſet,cum tamen differant,l.j.ff.eod.
l.donatio,C.eod.ibi[*ſiue directa.ſiue mortis cã.*]
895 († Ponderando, quòd alternatiuę natura
eſt ponere caſum à primo diuerſum, & ſepa-
ratũ.l.is qui.200.§.uirum, ff.de rebus dub.l.ſi
quis ita ſtipulatus,in fi. ff.de uerb.ob.l.cũ quę
rebatur,ff.iudi.ſolui.Berous, conſ.150. num.
896 48.uol.3.) † Tertio accedit textus in l.Seia,
ff.de do.prę le. ubi Quintus Mutius permittẽ
te Seia ſtipulatus eſt ab eius uiro ſibi reddi
dotem,ſi morte mulieris ſolutum fuerit ma-
trimonium,& ſic facta mentione mortis,dici
tur in fine,quòd ſi mulier animo donandi per
miſit eum ſtipulari, uidetur mortis cauſa ſti-
pulatus, inducitur igitur ibi donatio cauſa
mortis propter illa uerba [*ſi morte mulieris*]
897 &c.& ſic propter mortis mentionẽ. † Quar
to confirmatur ex.l.1.§.1.ff.ſi quid in frau.pa-
tro. ubi dicenti donationem eſſe cauſa mor-
tis factam, incumbit onus probandi, quod
utique procedit, quia non erat facta men-
tio mortis, aliàs ex ea id probaretur.ergo pa
tet mentionem mortis eſſe neceſſariam, ut di
catur donatio cauſa mortis, quia qui id dicit
898 dẽt probare,nec de ſe præſumitur.† (imò ſi
præſumeretur transferret onus probandi in
aduerſarium.l.fi. in princip. ff. quod met.cau
ſa, l.nuptura,in fine,ff.de iure dot. cum ſimi-
libus per Cra.conſ.189.nu.3. quod abnegat
ille textus onerans probatione dicentem
899 donationem fuiſſe cauſa mortis.) † Contra
tamen hanc communem concluſionem uide
tur urgere textus in l.cum maritus,§.fi. ff. de
pact.dotal.ubi dotem,quam dedit mulier,fra
ter eius ſtipulatus eſt ſibi reddi, ſi mulier in
matrimonio decederet, mulier mox decedẽs
nonnulla marito legauit, & quoſdam ſeruos
manumiſit.Quæſitum fuit an maritus ob hæc
dicto fratri teneretur? reſpondet textus, quòd
ſic, ex quo patet fuiſſe donationem inter ui-
uos, cum marito legando non fuerit reuoca
ta, & tamen mentio mortis fuit facta ibi [*ſi
in matrimonio decederet.*] ergo ille textus uide-
900 tur eſſe contra cõem. † Variæ dantur ad illũ
textum ſolutiones ſaluãdo communem tàm
ibi, quàm in d.l. quæ dotis. prima, quòd ibi
conſtabat donationem factam eſſe inter ui-
uos, ut intelligit Gloſſa,merito nõ curamus
de mentione mortis facta, & hũc intellectum
dicit eſſe communẽ Imo.in d.l.quæ dotis.co
lum.1.in fi.Alex.num.6.Iaſon,nu.29.Alexan.
901 conſ.14.primo uolum. † mihi tamen non
placet poſt Iaſonem ibi nu.34. tamquam diui
nans, (quod non licet, l. ſi putator, ff. ad l.
Aquil.ca. ut noſtrum, ut eccle. bene. Corn.
conſi.192.num.1.uol.3.) & textum reſtrin-
gens (contra textum in l.1.§.& generaliter,
ff.de leg.pręſt.& in l.ſi uero,§.de uiro.ff.ſolu.
902 mat.) † Secunda fuit ſolutio Bartoli,quem
Lancellot. ibidem ſequitur, Aretin. conſ.74.
colum.2.Soc.conſ.50.colum.2. uolu.j. quòd
illud cauſatur propter duos actus qui inter-
uenerunt, qui cenſeri faciunt illam dona-
tionem eſſe inter uiuos,licèt ſit facta mentio
mortis. primus eſt,quia mulier pacta fuit do
tem fratri ſuo reddi ea in matrimonio præ-
moriente.Secundus, quia frater eam fuit ſti-
pulatus. Tertium Iaſon addit, quòd concur-
rit perſonarum coniunctio,fratris ſcilicet, &
ſororis, quod & Romanus, & Cumanus ex
cogitarunt. admittitq; Guil.Bened.in c. Ray
nutius,uerbo teſtamentum,4.num.23.col.ſe
903 quenti,de teſtament. † Sed hunc intellectũ
damnant Imo.Alexand. & Claud. Aquenſ.in
d.l.quæ dotis,ubi præcæteris Claud.nu.6. di-
cit, quòd à Doctoribus communiter repræ-
henditur, & damnatur, (nec immerito præ
ter eos,nam primus actus ad donationem cau
ſa mortis tendit. Tertius ad inter uiuos. Se-
cundus aũt neutralis,& impertinens uidetur,
unde ſinguli tamquam per ſe inualidi licèt cõ
iuncti, non uidentur ſufficere ad donationẽ
inter uiuos concludendam.l. ſpadonẽ, §. qui
904 iura.ff.de excuſ.tut. † Sicuti uidemus,quòd
plures probationes imperfectæ in ſua ſpecie
non ſufficiunt etiam coniunctæ ad probatio
nem perfectam inducendam,ut declarat Bal
dus in l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur,
columna ſecunda, & ibi Iaſ.poſt alios, ff. de
eden. Dec.in capitulo, cum cauſam,colum.fi.
905 de probatio.) † Memini, quòd aliàs in pu
blico congreſſu dicebatur Doctores alluci-
nari ſupponentes in illo textu fratrem il-
lius mulieris adhibitum fuiſſe ad ſtipulan-
dum dotem animo donandi: regula nam-
que eſt in contrarium, quòd in dubio quis
cenſetur adhibitus ad ſtipulandum, ut pro-
curator, ut inquit Gloſſa in dicta l. quæ do-
tis, quam ſequuntur omnes, ut Alexander
Iaſon, & Aquenſis teſtantur ibi, tradit Bar-
tolus in l. Iulianus, §. qui fundum, ff. de
uerborum obligatio. Anchar. conſilio 22.
numero 2. Pariſ. conſilio 107. numero 10.
uolum. 3. unde dicebatur ibi nullam fuiſ-
ſe donationem, ſed tantum decidi legata-
rios teneri ad reſtitutionem rerum fratri,
cum & hæredes mulieris tàm illis, quàm
libertatibus ſint obnoxij, illis quidem ad
æſtimationem rerum legatarum ſoluendam,
libertatibus uero in redimendo ſeruos à fra
906 tre eoſque manumittendo. † Sed hic in-
tellectus eſt contra textum in l. Seia, pri. re-
ſponſo, ff. de do. prælega. ubi adhibitus ad
ſtipulandum, ut procurator mulieris, quia
eius hæredibus, quod accepit tenetur actio-
ne mandati reddere, merito ſi legatarios
conueniat, exceptione doli mali repelli po-

De intellectu l.cũ maritus, §. fi. ff. de pac.dot.

test petendo, quod restituturus est, at contra uidemus in illo textu, nempe legatarios illi fratri teneri earum rerum nomine quas mulier legauit, nec illos eum exceptione repellere: igitur inde colligitur illum adhibitum fuisse ad stipulandum non ut pro
907 curatorem, sed animo donandi. † Secundo si frater ille fuit, ut procurator adhibitus, cum uno uerbo per legatarios repelli posset, ad quid fit ille circuitus inutilis, quòd legatarij teneantur illi res legatas dare hæredes uero mulieris illis earum precium resarcire. demumque illum hæredibus, quod accepit, reddere? non ne satius erat hûc cit cuitum declinare? nam legatarij repellendo illum, res legatas retinuissent, & hæredes illis
908 ad nihilum fuissent obstricti. † Certè id fateri opportet, cum circuitus inutilis sit euitadus. l. dominus testamento, vbi Glossa, Barto. Ias. & omnes notant, ff. de cond. indeb. sed totum contrarium uidemus ibi. ergo concludendum est illum fratrem fuisse adhibitum ad
909 stipulandum animo donandi. † Reperio, quod Fulgosius ibi, de quo Doctores iuniores mentionem non faciunt, subtiliter illum textum declarat: inquit enim, quòd aut mulier quæ adhibuit fratrem ad stipulandum animo donandi causa mortis, legata, & fideicommissa nominatim iniunxit hæredibus prout contigit ibi, quia noluit hæredes obnoxios esse ad soluendam æstimationem marito, & alteri terum ipsis legatarum, & ad redimendum seruos à fratre, & eos manumittere, ut ibi Glossa declarat, & tunc non intelligatur reuocata donatio causa mortis per legatum marito, & alijs factum. Ratio est, quia onus legatorum, & fideicommissorum hæredibus iniungendo non uidetur reuocasse donationē causa mortis. Si enim legando marito, & alij noluisset mulier intelligi debere reuocatam esse donationem, utique onus illud satisfaciendi legatarijs, & libertatibus hæredibus non imposuisset, quia cum legatarij non fuissent obnoxij illi fratri mulieris, res sibi legatas retinuissent, sicque frustatorium fuisset hæredes eis satisfacere de eo, quod habuissent.
910 † Au uero, subdit Fulgos. mulier onus legatorum seu fideicommissorum fratri, vel alteri adhibito ad stipulandum iniunxit, & hoc casu uidetur mutasse uoluntatem, non quo ad reuocationem donationis causa mortis, sed in hoc, ut fideicommissum soluat, & sic onero sum habeat, quod prius liberum habebat, & hoc casu procedit dicta l. Seia. de do. præleg. superiore uero dicta l. si maritus. in fine, unde illum textum Fulgosius intelligit in donatione causa mortis, non autem in donatione inter uiuos, ut passim Doctores intelligūt
911 & male. † Nec dubium uideri debet, quòd ibi sit donatio causa mortis, & tamen per legatū non sit reuocata, si quidē regula est in opposi tum, uidelicet, quòd per alienationem uoluntariam prout in legato contingit, reuocari solet donatio causa mortis, ut tradit Bald. Cuman. Florian. Alexand. Aret. & Ias. in l. Stichū qui meus erit, ff. de leg. j. Alex. in l. non omnis, ff. si cert. pet. ubi etiam Iason, nu. 4. Dec. num. 14. Romanus, cons. 226. colum. 2. cum simili-
912 bus. † Namque nihil impedit quominus sit donatio causa mortis, & tamen ex uoluntate donantis nō reuocetur in aliquo casu, in quo regulariter consueuit reuocari, l. si alienam, uers. sed & sic, l. Senatus, §. mortis uers. sic donati potest, ff. e. ubi dicitur, sic donati possecā mortis, ut non aliter reddatur quàm si prior decesserit donatarius. & sic, quòd nec per pænitentiam, nec per alios casus reuocetur. ergo pari modo, quòd nec per alienationē uoluntariam ex legato facto reuocetur, & tamē donatio causa mortis remaneat: licèt enim natura sua penitus tolli non possit, restringi tamen secus, ut notat Imo. in dicto §. mortis,
913 & latius supra deduxi. † (Sed & hunc intellectum damnat Constāt. ut diuinatiuū, quia non dicitur onus iniunctum fuisse hæredibus sicut nec in casu dictæ legis, Seia. quod adhibito ad stipulandum: at fallitur cum dicatur ibi [*& ideo fidei eius committi potuisse in eum casum dicendum fore.*] quibus stantibus colligitur in dicto §. fi. onus iniunctum fuisse hæredibus, ut sic illa iura concilientur, quę reputatur cōtra
914 ria. † Nec mihi placet alius intellectus Constāt. quod ille tex. de donatione inter uiuos, sen cā mortis non loquatur, sed de fratre, qui sororem dotauerat, quę id gratis agnoscens adhibuit eum ad stipulandum eam dotem sibi red di. Quoniam longe diuinat hic sensus, tum quia frater non tenetur dotare sororem nisi pauperem, & consanguineam, Glossa, Baldus, & Salycet. in l. non omni. C. de administrat. tut. Rip. in l. j. numero 83. ff. soluto matrimo-
915 nio. † Nec dicitur ibi qualis esset soror, nec an pauper, & quid id uult dicere. probare debet, Glossa, Bar. & Doctores in l. si uero, §. qui pro rei, ff. qui satis. cog. Ruin. cons. 81. num. 4. uolum. 5. imò uerba repugnant, quæ dicunt [*mulier de dote quam dedit.*] non ergo frater, eam
916 dotauit. † quòd autem pactum de redden da dote fratri factum fuerit ex causa donationis, patet quia alia causa nō apparet, ergo in dubio donatio præsumi debet, l. Cāpanus, ff. de operis libe. cum similibus copiose cumulatis per Fernandum Vasquium controuersia. tum illustrium lib. 1. cap. 83. num. 2. & quòd donatio causa mortis fuerit, patet ibi [*si in matrimonio decessisset.*] ex his plane sequitur illum textum non obstare, cum de donatione causa mortis loquatur, quinimò uerius ex illo confirmat opinio communis, quòd ibi sit donatio causa mortis
917 propter mentionem mortis factam. † Nec autem communis conclusio limitatur in plerisque

Casus ubi donatio reputatur inter uiuos licet sit facta mentio mortis.

plerisque casibus, in quibus tametsi mentio mortis sit facta, nihilominus reputatur inter uiuos donatio. primus est casus quãdo constat, quòd donans habuit animum donãdi inter uiuos, tunc enim non obstante mentione mortis reputatur inter uiuos donatio, exemplum si dictum fuerit titulo & causa donationis inter uiuos. ita Bartol. Imo. Cumanus, Castren. Alex. Iason, & alij in d. l. quæ dotis, Alexand. cons. 14. in princ. uolum. 1. Dec. cons. 305. in princip. 470. colum. 2. Ias. cons. 5. colum. penul. & fi. uol. 2. cons. 169. col. fi. uolu.
918 4. Ripa lib. 3. Respons. cap. 9. col. 3. † & ideò bene Bartol. in l. fi. colum. penul. C. de pact. dixit donationem causa mortis censeri factam mentione mortis facta, nisi sit expresse dictũ quòd sit inter uiuos (sequitur Soc. cons. 53. colum. j. uolum. j. Ruin. cons. 182. nu. 30. uol. j. cons. 121. col. j. cons. 168. col. j. cons. 206. col. 2. eo. uol. cons. 14. col. j. uol. 3. Roland. à Valle,
919 cons. 61. nu. 6. uolum. 2.) † facit, quòd in clauris non est opus coniecturis, l. continuus, §. cum ita, ff. de uerb. obl. per quẽ textum tradit Bal. eleganter ibi, quòd omittere certitudinem pro quærendis indicijs est infirmitas intellectus, determinataque determinatione non indigent, ut per illum textum notat Bald. in l. certo generi, §. j. ff. de seruit. rustic. præd.
920 † (& dubium relinquitur interpretandum non id, quod certum est, & clarum, secũdum Baldum in l. uoluntatis, notab. j. C. de fideic. Natta, cons. 123. col. j.) merito si donans expressit se pure, & inter uiuos donare, curare non debemus an sit facta mentio mortis nec ne (tantoque magis, quòd, ut declarat Bar. in l. ubi ita donatur, ff. de don. causa mor. col. 1. quòd ista uerba causa mortis, intelligantur de donatione simplici, uerborũ significatio non repugnat: nam potest intelligi, quòd cã mortis, hoc est propter cãm mortis moueor ad donandum inter uiuos adeò quòd nõ possit reuocari, & sic illa uerba causa mortis, sunt magis significatiua causæ contractus quàm,
921 quòd significent nomen contractus.) † Secundus est casus quãdo mentio mortis esset facta in uerbis executiuis, ut si quis alteri fundum donaret reseruato sibi usufructu usque in tempus mortis, nam illa uerba causa dilationis potius & executionem demonstrandi dicuntur apposita, quàm ut causa finalis donationis, ita Baldus in additione Specula. in tit. de instru. edi. col. fi. uersi. si quis donat, & cons. 138. uol. 1. sequitur Ale. & Ias. in d. l. quæ dotis, Alex. in d. cons. 14. nu. 2. uol. j. Soc. cons. 53. colum. 2. cons. 137. colu. 2. uolum. j. consil. 232. col. fi. uol. 2. Dec. cõs. 303. col. fi. cõs. 500. nu. 10. in l. more, nu. 33. ff. de iur. om. iudic. & in l. fi. nu. 20. C. de pact. ubi pariter D. meus Riminal. col. 4. Cassane. cons. 65. num. 6. Gra. Respon. 111. nu. 18. uol. j. Iason, cons. 169. col. fi. uol. 4. Guil. Bened. in c. Raynutius, de testa.

uerbo testamentum. 3. nu. 23. Ruin. cons. 51. nu. 3. uol. j. Nicolaus Boeri. Decis. 353. nu. 12. Crauc. cons. 214. per totum, (Natta cons. 111. num. 3. cons. 123. num. 7. Bertran. cons. 206. colum. 3. uol. j. Roland. à Valle, cons. 61. num. 13. uolum. 2. Bero. consil. 60. num. 14. uolum.
922 j.) † Quòd autem causa demonstrationis mentio mortis dicatur adiecta tali casu probatur, nam cum donator sibi reseruat usumfructum, qui multis modis finiri solet, §. finitur, supra de usufructu. ad demõstrandum, quod nolit donator eum finiri nisi per mortẽ suam quòdque uelit eum in uita capere, dicitur mẽtionem mortis fecisse, merito cum ad illũ effectum sit facta mentio mortis, non debet aliũ effectum causare, nempe quòd donatio causa mortis censeatur, l. legata inutiliter, & ibi nota. ff. de adi. lega. ita considerat hanc rationem Bald. consilio 107. anno Domini, uolumine 2. sequitur Graue. cons. 214. colum. 2.
923 † sed & alia concurrit ratio quam ponderat Alex. cons. 77. colum. 2. uolum. 5. illis quæ eleganter, dicens ex illis uerbis [*causa mortis*] nullã considerari posse cõtrarietatem, quòd donatio sit inter uiuos, & causa mortis, quoniã respectu usufructus erit causa mortis, at respectu proprietatis inter uiuos, uerum est igitur donationem hoc casu statim factam inter uiuos censeri mentione mortis non attenta, licèt fructus postea ueniant per-
924 cipiendi ex causa mortis donatoris.) † Tertius est casus, quando in donatione quinque testes non interuenerunt, quos ad donationem causa mortis adhibẽdos esse communiter receptum est, l. fi. & ibi not. C. de dona. causa mor. tunc enim, ut ualeat potius quàm pereat, reputatur inter uiuos mentione mortis non attenta, ita Petr. & Cyn. in l. licèt, C. de pact. & ibi Dec. in princip. Alexan. in dicta l. quæ dotis, nu. 13. Ias. nu. 46. Alex. in l. stipulatio hoc modo, ff. de uerb. obl. nu. 15. Burigella, nu. 94. Galliaula in l. j. §. si quis ita, num. 10. ff. de uerb. obl. Ruin. in l. 2. col. 23. in prin. ff. de leg. j. Corn. cons. 134. uol. j. cons. 354. in fi. uol. 3. cons. 259. uolum. 4. Paris. cons. 90. num. 4. nolum. 3. Guil. Bened. loco prædllegato, uers. 2. intelligatis, Soc. iun. cons. 21. ad fi. uol. 2. Bertrand. cons. 88. num. 2. uolum. 2. (Dec. consil. 305. in fi. Crot. in Rub. ff. de leg. j. uersic. circa primum. Ruin. cõs. 51. num. 15. in fi. uolum. j. Natta, cons. 104. nu. 15. cons. 123. nu. 3. Bero. cons. 37. nu. 20. uolum. j. Francis. Marc. q. 486. nu. 6. primo tomo, Bero. cons. 37. nu. 20. uolu. j. & Roland. à Valle, cons. 8. nu. 22. uolumine j.
925 † Et ratio huius casus est, quia cum donatio ut causa mortis ualere non possit, sed tantum ut inter uiuos, eo modo debet interpretari quo ualere potest, l. quotiens, ff. de reb. dub. alioquin sequeretur, quòd donans diceretur elegisse uiam ad impugnanda sua iudicia cõtra l. si miles ita, ff. de testam. mil. ita Corn. in

dicto conf.259.& clarius,conf.223.colum.2.
936 uol.j. Soc. iun. in dicto conf. 21. †(& licèt Bald.in d.l.licèt. dicat hanc rationem esse friuolam, tamen aduerti debet, quòd ipse non impugnat rationem in se, sed quantum inter pertinet ad illam legē, quia ibi agebatur inter milites,inter quos ualet ultima uoluntas coram duobus testibus,l.j.ff.de testa.mil.& sic tātum quo ad milites impugnat, non quo ad paganos, quia quo ad eos firma manet, ut ad unguem declarat Roland.à Valle, in dicto conf.
927 8, nu. 22.) † Quartus est casus, quando in donatione esset facta mentio hæredum donatarij,eorum namque mentio magis conuenit donationi inter uiuos quam causa mortis,ita Bald.in l.2.col.2. C.de iure dot.Iason in dicta l.quæ dotis,num. 48. & in l.non omnis, nu.5. Dec.nu.8. Alciat.colum.3.ff. si certum petat. D. meus Riminaldus in dicta l. fi.colum.4.C. de pact.Alex.conf. 14.colum.3.uol.j.confi. 7. colum.penul.uol.6.Soc.cō.53.col.2.uol. j. & conf.73.uol.3.Corn.consi.223.colum.2. uol. j.Aret.conf.74. col.3.in prin.Ruin. conf. 123. num.6.uolum.j.Iason.conf.5.col.6.uol.4. Andr.ab Exea,libro pactorum,num. 504.Boeri. Decif.353.num.12.Ferrati.Cautela 30. ad fi. Ripa lib.3.respon.cap.9.nu.7. (Lancell.Dec. in dicta l.quæ dotis,col.fi.Bertran.con.38.colum. fi.consi 10.col.fi.uol.j.conf.8. colum.3.
928 uol 2.Boeri.Decif. 353.num. 12. † Cranet. conf.214.ubi dicit, quòd si facta est donatio causa mortis per se, & filius arguitur, quod donator uoluerit facere donationem inter uiuos, quia illud pactum,sine filiorum mentio, est cōntra naturam donationis causa mortis de cuius natura est,quòd præmoriente donatario euanescat donatio,nec trāseat ad filios.
929 † & hanc esse communem testatur, & ab ea temerarium esse recedere in iudicando Rolādus à Valle,conf.8.nu.21.uol.j.& conf.51.nu. 37.uol.2.) & ratio est quam Doctores non cō
930 siderant,†nam in qualibet dispositione uerba sic intelligi debent ne superflua sint,& sine fructu operandi, Bald.in Rub.C.de cōtt.emptio.quæst.9.Dec.conf.48.col.2.& in capit.pastoralis, in princip.de appellat.(Rolandus à Valle, consi.53.num.8.uolum.j.per l.si quando, ff.de leg. j. cui conforme citatur capit. si quando,de priuileg.in 6. not. Bartol. in l. 4. §.prætor ait, ff. de dam. infec. Alexand.consil. 2. numero 14.uolu. 2. latè Iason,in l. fi.in princip.num.5.ff.si cer.pet.Deci.conf.414.nume.2.& 6.Neuizanus,con.69.post plures per eum citatos, Petr.Rebuffi.de litteris obligatorijs, Glos.2.Romanus,consilio 251.uersic. 4.Boeri. Decif.23.nu. 49. & sequenti, uolum. 2. Senatus Pedemōtanus,Decif.141.num.4.)
931 † Sed quando donatio sub mentione mortis, non etiam hæredum reperitur facta,inest tacitè, quòd ad hæredes donatarij demum donatore præmortuo posfit transire, & non ante,l.non omnis,ff. si certum petatur.& hic. ut igitur hæc hæredum mentio quicquam operetur, debet intelligi, quòd ad hæredes transeat donatarij,uiuo quoq; donatore,iuxta naturam donationis inter uiuos,merito ex tali hæredum mentione debet reputari donatio inter uiuos. (nec est curandum, quod in donatione fuerit facta mentio mortis : Mens uerbis præualet.
932 † Quia non uerba, sed mens attendi debet, ut inquit textus, in l.fi.C.quæ res pigno.mentem enim, & uerisimilem intentionem contrahentium amplecti debemus,Glo.in l.blanditus,C.de fideiuss. Bal. per illum textum, in l.quamuis,C.de fideicomm. menti namq; debent deseruire uerba, non autem mens uer-
933 bis,c.sedulo.38.distin.†nam uerba se habēt ut corpus,& superficies, & mens,ut spiritus, & anima, ut pet Curt.conf.25.col.3. at mens inter uiuos donandi seligitur ex hæredum donatarij commemoratione,quæ magis adaptatur ad donationem inter uiuos quàm causa mortis, ut Doctores supra cumulati concludunt, & una cum eis Roland.à Valle,dicto cō
934 sil.8.nu.21.) † Crotus tamen in l. stipulatio hoc modo,nu.51.ff. de uerborum oblig. reputat hanc conclusionem falsissimam,quia licèt mentio hæredum excludat casum reuocandæ donationis ex prædecedentia donatarij,alij tamen duo sublati non censentur, tum quia illa mentio ad hoc non tendit, argumento dictæ legis, non omnis, tum quòd casus omissus remanet sub dispositione iuris cōmunis,l.si extraneus,ff.de condic.ob causam.unde poterit apud hæredes ex pœnitentia, uel ualetudine donantis reuocari, quo fit,ut inter uiuos donatio reputari non posfit.
935 † Sed errat, nam Doctores non sentiunt eā inter uiuos absolute reputari, sed quo ad casum dumtaxat expressum, si donatarium præmori contingat: hæc enim casu uerisimia est eorum conclusio, at præter hunc casum secus est ex eorum intentione : cum enim sic limitate loquantur, limitate debent intelligi, l. in agris, ff. de acquire. rerum dom.
936 † Non procedit tamen hic casus, quando præsumptiones plures in contrarium militarent: tunc enim mentione hæredum non attenta, donatio causa mortis remaneret, sic tradit Dec. consilio 470. colum.2.ubi plures coniecturas perpendit, cuius sententiam confirmo: nam hæredum mētio præsumptionem donationis inter uiuos celebratæ parit ac innuit. si ergo plures aliæ præsumptiones secōtra opponant, æquum est illam solam cedere, & tolli.aut. itaque, C.commu.de succ.notatur in l. diuus, ff. de in integr.restitutione. Ruin. consi.3.num.17.uolum.2.Cranet.consilio 149. numero 17.Ioann.de Amic. consilio 114.numero 23.(Natta consilio 30. numero 14. consilio 31. numero 9.Bero.consilio 19. num.12.consi. 119. numero 18. & consilio 158. nu.

937 158.nu. 3.uolum. 2.† Et ratione manifesta comprobatur, nam plures præsumptiones cō iunguntur ad plenam probationem faciendam, Dec. consilio 146.nu.6. Ioannes de Ann. consi.46.colum.j. Graue.cons.35.num.6.73. numero 20.consi.188.num.1 1.cum similibus per Antonium Gabrielium Romanum cōclu
938 sione j.de proba.nu.40. † at præsumptio uincitur à probatione, Craue.consi.35. num.5.si cut & à ueritate superatur. l. iu rebus, C.de in re dot.Soc. consi.164.colum. 5. uersi. ad hanc obiectionem, uolum.2. Parisi.consi.29.nume. 44. uolum.2. Roland.à Valle, consi.99. nu. 11. uolum.j.& ei cedit l.fi. ff. de probat. Cephal.
939 consi.272.num. 12. † ac per eam tollitur l.fi. in princip.ff.quod met.cau.l.nuptura, in fi.ff. de iure dot. c. si consuetudine, & c.consuetudo. 8.distinct. Felin.in c. per tuas, ante finem, uersi. quinto nota, de prob.cum similibus per Cephal.consi.185.num.13.) merito non attenta mentione prædicta hæredum, qua solet præsumi donatio inter uiuos, ut supra, donatio debet ex alijs pluribus præsumptionibus cō
940 trarijs reputari causa mortis. † Secundo nō procedit hic casus, quando mentio hæredum facta sit in uerbis executiuis ad instar mentionis mortis ibidem factæ: cum enim ratio diuersitatis reddi non possit, idem ius utroque casu subesse debet, l.à Titio, ff. de uerb.obl.l. illud, ff.ad leg. Aquil.l.fi.C.ad leg.falc. Ita Gratus Respon.111.num.20.uolum. j.pulchre ar
941 gumentatur. † Tertiò non procedit quando aliàs donatio non ualeret, tunc enim hæredum mentione non attenta, donatio uelut cā mortis esset iudicanda, exemplum in donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, quæ facta inter uiuos non ualet uelut liberam testamenti factionem impediens, l.stipulatio hoc modo, ubi notāt omnes, ff.de uerborum oblig.l.fi.C.de pact.ubi etiam Doctores. mentio enim sola hæredum ibi facta non argueret eam esse inter uiuos, cum sic non ualeret. Imò uerò ut sustineretur, potius quam periret, ut donatio causa mortis reputaretur, quæ liberam testandi potestatem non tollit. sic Gratus declarat, respon.70.col.2.nu.6.uo-
942 lu.j. † (nec immerito, quia præsumptio per quam actus sustinetur cæteris fortior, & efficacior reputatur, ut per Dec. in cap.quoniam Abbas, colum.fi.de offic. deleg. dixi in Rubri. C. qui admi. nume. 132. & nunc addo Decium, consilio 344. Parisi. consilio 88. numero 51.uolum. 3. Roland. à Valle, consi.91. numero 27. Soc. iun. consi. 79. num. 70. uolum. 3. Cephal. consilio 294. numero 46.)
943 † Quintus est casus quando merita donatarij præcesserunt: tunc enim mentione mortis non attenta donatio præsumitur inter uiuos, ut sic efficior fiat. ita Bald. in l. si mortis, ante medium, C.ad l.falci. sequitur And. Tiraquellus in l.si umquam, C.de reuocan. donat. uerbo donatione, numero 46.& Dominus meus Riminald.in l.fi.C.de pact.colum.4. in princ.
944 ex mente Baldi. † quem casum confirmo: actus enim in dubio præsumitur factus ob causam necessariam potius quàm ob uoluntariā; Bartol.in l.fi.per illum textum, C.de alimē.pupil. præstā.& in l.cum seruus, ff.de uerborum obligat. Abbas, consi.116.ad fi.uolum.2.Cor. consi.306. colum.5.num.30.uolum. 1. Crau. consi. 106. numero 8. consi. 269. numero 12.
945 † hic autem necessitas remunerandi præcedebat, ergo præsumitur ob illam causam facta donatio. l.si non remunerandi, §.inde Papi. ff. mand.ubi est casus: regulare enim est, ut propter bene merita præcedentia præsumatur do
946 natio facta, † licèt id expressum non fuerit, ut est Glossa notab. quam Bar.& cæteri sequūtur ibi, prout Alex. Iason, Dec. & D. meus Riminald. testantur in l.si donatione, C.de coll. cum alijs per Tiraquellū loco citato, nu. 60.
947 igitur, ut inter uiuos debet iudicari † Accedē, q hic causa finalis, & impulsiua uidentur concurrere, finalis quidem donandi inter uiuos, & irreuocabiliter ob merita recepta, impulsiua uerò donandi sub mentione mortis propter mortis occasionem, & cōtingētiam. sed actus considerari debet potius secundum causam finalem quam impulsiuam, iuxta nota ta per Glossam, & Doctores in l.j.§.sexu m.ff. de postul.ubi bona mulier non potest postulare, magis attenta causa finali quàm impulsiua. (Cephal. consilio 278. numero 56.
948 † Sicut etiam uidemus, quòd ubi concurrunt causa proxima, & remota, potius attenditur causa proxima quàm remota, ut pluribus medijs demonstrat Bald. in l. ex placito, C.de rer. per.& in l.sub prætextu, ptima, C.de transact. Parisi.consi.127. numero 4.uolum. 1. consi.41.num.7.uolum.3. Cur.iun.consi.2.colum.2. Roland.à Valle, consi.48. num.39.uol.
949 2. † & effectus attribuitur causæ proximæ, siue propinquæ, non autem remotæ, And. Sicul.in c. Rainaldus, nu.186.uersi.6.facit.de testa.Cur.iun.consi.j.num.4.consi.2.numero 40. Crauet.consi.131.nu.15.consi.144.numero 2. consilio 163.num.4. Roland.à Valle, consilio 153.num.52.) ergo sequitur, quòd hæc donatio reputari debet inter uiuos attenta causa finali, & immediata, quæ fuit remunerandi, non autem impulsiua, & remota, quę fuit mor
950 tis cogitatio. † Tertio accedit, nam actus qui sequitur in dubio præsumitur factus ob causam præcedentem, l.quædam mulier, ff. de rei uend.l.2. C.de acquir. possess. (Craue. consi.91.nu.9.& consi. 158. prope fi. Cephal.
1067 hic ad me se remittens.) † Quintus est casus si superuenerint inimicitię capitales inter donantem, & donatariū,reuocatur enim donatio causa mortis ad similitudinem legatorum iuxta l. 3.in fi.ff.de adi. leg.ita declarant Alc.Ias.& Alc.in d.l.uō oīs.sequitur Castaneus

Donatio causa mor. an ob inimicitias subsecutas reuocet

1068 loco supra citato. † Decius uerò dissentit quia inimicitia est separata à donatione,nec tendit ad reuocationem, cumque consultum sit donatori in reuocādo donationem causa mortis per pęnitētiam,cessare debet reuocatio. per inimicitiam. Petrus autem Gerardi,de Petra Sancta,singulari suo quinto,ad finem,ad quem se remittit simpliciter Ioānes Lupus in repet. Rubricæ de don. inter uir. &
1069 ux.§.88.nu.17. † distinguit inter donationē quæ à traditione principiū sūpsit, & illam quæ à promissione.primo.n.casu nō reuocatur, ea rōne,qa donator patiēdo rem esse apud donatariū,nō uidetur hēre aium reuocādi, secus uero causa cēsetur reuocata,quoniā cessat rō su
1070 pra dicta. † Ego uero priorem sententiam passim sequor, moueor: nā legatū pęnitentia nedum expressa,sed etiam pręsumpta,quæ colligitur ex inimicitia, reuocatur.casus est in l. si inimicitię.ff.de adi.leg.ibi, [*& uerisimile*] cū sequētib.& ibi Dinus,& Alb.no.idēq; pro cōperto supponunt Bartol. & cæteri Doctores, ut ibi refert Iason,in l.fideicommissum, C. de fideicomm. dum ad reuocationem legati ,& fidei-

fideicommissi nõ faciunt differentiam: inter
expressam pęnitentiam, & præsumptam pro-
1071 pter inimicitiam.† Sed dumtaxat in modo
probandi, quia ad probandam pęnitentiam
expressam duo testes requiruntur, ad præsum
ptam uerò duo non sufficiunt secundum Bar
tolum ibi, quem Angel. Castrens. Corn. & Ia-
son sequuutur, idemque tradit Bald. in l. erro
re, colum. 1. C. de testa. Castrens. & Iason, in l.
iurisgẽtium, §. quod fere. in fine, ff. de pact. Ca
stren. in l. hæredes palã §. si quid post. col. pen.
1072 ff. de testa. † Catellianus Cotta, qui dicit
esse communem libro memorialium suorũ,
in uerbo inimicitiæ, colum. j. & 2. si ergo lega-
tum reuocatur per inimicitias capitales, quo
niam inde pęnitentia præsumpta surgit, pari
ter reuocari debet donatio causa mortis quæ
legato comparatur, l. illud, ff. eo. (ubi iuriscõ
sultus infert ex equiparatione prędicta, quod
cumque in legatis iuris est, id in mortis causa
donationibus accipiendũ esse, & ulterius cõ-
1073 firmatur.) † Quoniã ubi una res alteri ad-
æquatur, quicquid est plus iuris in ea ad quã
fit adæquatio, rei adæquatæ tribuitur, l. prin-
ceps, ff. de legib. Barto. & alij, in l. j. col. j. ff. de
leg. j. Rui. cons. 43. col. j. uol. 2. (Secundo con
1074 firmatur hæc conclusio. † nam donatio sim
plex præter quinque causas enumeratas in l.
fi. C. de reuoc. don. reuocatur ex alia simili, li-
cèt ibidem non expressa. Puta si donatarius
donatorem non aluerit, ut ibi tenẽt Gl. Cyn.
Fab. & alij, & post eos Ripa, q. 41. & 49. nu. 161
Abb. Anch. Imo. & Barbat. in c. fi. de dona. Ias.
in aut. non licet. col. 3. C. de lib. præter. Ioãnes
Lupus in Rub. de don. inter uir. & ux. §. 70. nu.
25. Guil. Bened. in c. Raynutius, nu. 19. de test.
Guil. Mayner. & Cagnol. in l. in cõdemnatio-
ne, ff. de reg. iur. demumq; Viuius in suis com
munibus opinionib. verbo, donatio ex quinq;
causis. si ergo donatio simplex, & fortior ue-
lut irreuocabilis regulariter, §. 1. infra eod. re
uocatur ex alia causa præter expressas, multo
magis donatio cã mortis regulariter reuoca-
bilis, & sic debilior reuocare posse debet ex
alia cã pręter expressas hic, & í d. l. nõ omnis,
ut propter inimicitias capitales. aut. multo
1075 magis, C. de sacrosan. eccle.) † Et tenendo
hanc opinionem, non obstant rationes De-
cij: cum enim per inimicitiam præsumpta pœ
nitentia inducatur, clarum est inimicitiam
tendere ad reuocationem donationis, & ni
hil aliud quàm pęnitentiam denotare, per
quam ẽt patet donatorem animum habere re
uocãdi donationem licèt tacitã, quod negat
Petrus Gerardi, & ob id sua distinctio non sa-
1076 tisfacit. † Et posito, ꝙ patiatur rem apud
donatarium esse, non propterea reuocatio iã
inducta tolli debet, sicut nec quando testator
post legatum, & inimicitias facit codicillos,
in quibus legatum non adimit. l. penult. §. So-
ia. ff. de adi. leg. Gl. & Doctores, in l. hæreditas,
C. de his quibus, ut indi. Cotta loco citato, in
principio. (demumque Crotus consi. 66.
1077 nu. 10.) † capitales autem inimicitiæ quo Quãdo dicant inimicitiæ capitales.
ad hoc mentiri debent non solum ex facto pu
ta secuto aliquo homicidio, uel accusatione
de crimine capitali in personã alicuius mei
consanguinei, ut declarat Bar. in d. l. 3. §. fi. ff.
1078 de adi. leg. † (uel ex minis de occidendo,
Gl. singul. in l. licèt. ff. de recep. arbi. quam se-
quitur Orianus in c. quoniam cõtra. uerbo te
stium depositiones, col. 19. uers. itẽ dicitur ini
micus capitalis. Ale. cons. 14. col. 3. uol. 3. Fel.
in c. afferte, col. pen. vers. & hãc partem de præ
sumpt. Gramm. cons. 58. nu. 8. Rol. à Valle, cõs.
1079 63. num. 32. uol. j. † Sed etiam ex uerbis de
quibus in l. si inimicitiæ, secũdo respõso, iũcta
Gl. & probat Bar. in l. item apud Labeonem, §.
ait prætor, ff. de iniur. Rom. cons. 183. circa fi-
nem, Cotta loco superius memorato, (Bald. in
c. ueniens, in fi. de iure iur. quem sequitur Ia
son in l. procuratoribus, in fi. C. de procur. vbi
dicit hoc esse notandũ, quia quilibet diceret
contrarium, & cum eo transit etiã Mars. cõs. 21.
nu. 12. & cõs. 20. nu. 28. Rol. à Valle, cõs. 24. nu.
38. uo. j. & cõs. 63. nu. 21. uol. 2. ubi citat ẽt Mar
1080 silium in l. j. §. præterea, ff. de quæsti. † dicen
tem, quòd est notandum, quia superioribus
diebus sibi de facto contigit in causa satis ur-
genti, & in qua fuit pro hac parte iudicatum.
idemque tradit Blanc. in tract. de indic. num.
104. Quod tamen adhibito hoc moderamine
admittẽdũ cẽseo si verba fuerint iniuriosa, pu
ta si reimprobo tibi aliqđ maleficiũ, uel crimẽ
per tę commissam, uel aliquam iniuriam in
te, uel tuos commissam, ut per Bart. in l. itẽ
apud Labeonẽ, §. sed quod adijcitur, ff. de in
iur. Henr. Boich. in c. cum oporteat, de accus.
Blanc. in tracta. de indic. nume. 104. secus si
correctoria, uel altercatoria ut per Socin.
cõs. 163. col. 5. uol. 2. & per Nattam, cõs. 462.)
1081 † idemq; si lis omniũ bonorũ, uel maioris
partis fuerit suborta, quę grauissimas inimici
tias causat, scd'm Bar. in d. §. fi. imò & capitale
ut notãt Doctores in aut. si dicatur, C. de testi.
Canonistę in c. cũ opporteat, de accu. Ale. cõs.
99. col. 2. uol. j. Rom. in l. 2. §. hoc rescriptũ, ff.
ad Syllan. Ioa. de Ann. cõs. 59. col. 2. Crau. cõs.
31. nu. 3. cons. 75. nu. 2. Soc. iun. cõs. 73. nu. 14.
uol. 2. (& de his, & id genus exẽplis cõmemo
1082 rat ẽt Natta, cõs. 462. nu. 9. † uel, ut postre-
mo loco hoc adijciã q̃ nã dicatur capitalis ini
micitia, relinquitur arbitrio iudicis, ut tenẽt
oẽs Doctores, & in hoc residẽt, ut inquit Fel. Donatio causa mort. an tollatur ex inimicitijs etiã facto donatoris ocursis
in c. repellantur, nu. 3. de accu. quem refert, &
sequitur Iulius Clarius, in Practica sua Crimi.
1083 sententiarum lib. 5. §. fi. q. 24. col. 2.) † Pro
babilis tamẽ est, & necessaria multum qõ, nũ-
quid hęc reuocatio donationis causa mortis,
quam pp inimicitias capitalis inducimus, de
mum procedat si facto donatarij causatæ fue-
rint inimicitiæ, an uero etiam si culpa do-

natoris,qua in re reperio Petrum Gerardi de
Petra Sancta in dicto singu.5.in fi.id nobis co
gitãdum reliquisse,dicam igitur quid sentio.
1084 † Bartolus in l.cum tabulis, §.j.ff.de his qui
bus, ut indi.per illum textũ existimauit hanc
reuocationem demum procedere si culpa le-
gatarij processerint inimicitiæ, secus si culpa
testatoris,& absque culpa legatarij. sicq; pri-
mo casu intellexit textũ in l. 3. in fi. ff. de adi.
leg.non autem secundo,& de Bartolo memi-
nit Ias.in l.si filiam tuam,colum.2.C.de inoff.
1085 test. † dicens, quòd alibi adhuc tactum nõ
inuenit,& in l.hæreditas,col.2.C.de his quib.
ut indi.dicit,quòd alibi non legit, nec aliquẽ
inuenit qui mentionem de Bartolo faciat ap-
probando, uel reprobando. quæ sententia
si in legatis est uera, pariter & in donatio-
ne causa mortis uidetur admittenda per re-
1086 gulam dictæ l. illud, ff. eod. † ipse tamen
Iason utrobique cõtrarium tenet, primo per
textum in l.4.ff.de adi.leg.ibi [*& pœnituerit te-
statorem prioris offensæ.*] quæ uerba inferunt, ꝙ
ipse testator intulerat offensam,sicque causa
fuerat inimicitiæ, & tamen supra, dixit per
eam legatum fuisse reuocatum, merito di-
stinctio Bartoli de qua supra, non procedit.
1087 † Secundo ponderat textum Iason in l. ex
parte,ff.de adi.leg. ubi Bart. hoc sentit, dum
in hæreditate distinguit inter inimicitias cau
satas culpa testatoris,& culpa hæredis,primo
que casu nõ uult hæredem repelli per illũ tex.
ergo dum textus bene repellit legatarium à
legato,sentit Bartol. hoc procedere dato, ꝙ
inimicitia facto testatoris processerit prout
1088 illum textum intelligit. † Tertio mouetur
ratione, nã ideo per tales inimicitias induci
tur reuocatio, quoniam præsumitur mutata
uoluntas testatoris.sed ista ratio procedit ẽt
quando inimicitia culpa testatoris processit,
quoniam eius uoluntas omnino mutata præ
sumitur, (& uelle legatario facto inimico
1089 suo nocere,† unde uidemus, quòd si igno-
ratur à quo damnum fuerit illatum,præsumi
tur ab inimico datum,Roman.con.7.colum.
j. Calcan.latè cons.62.nu.2.& 3.Rolã. de Cur
te, inter cõsilia Calcanei,cons.64.nu.8.& Cat
to Saccus in consilio ibidem sequenti. Sena-
tus Pedemontanus, Decis.88. nu. 21.) igitur
reuocatio debet induci, hęc Iason quæ magis
1090 stringunt deducit. † Quarto præter ipsum
adduco textum in l.j.ff.de his quibus, ut ind.
ubi si libertus detulit patronum qui merces
illicitas exercebat, priuatur legato sibi reli-
cto in testamento patroni, & tamen illa ini-
micitia contracta fuit propter culpam patro-
1091 ni, quia illicitè negociabatur. † Ad textũ
in dicta l.cum tabulis, §.1.respondet Iason in
dicta l. si filiam tuam, quòd licèt illa liberta
recusauerit esse concubina patroni, non
inde dici potest inimicitia capitalis, aut gra
uis suborta, unde nil mirum si ad reuoca-
tionem relicti non sufficit, & sic in illo textu
Bartolus non potest fundamentum facere.
1092 † & ultra Iasonem reperio, quòd hanc par
tem tenet etiam latè Ioannes de Amicis, cons.
4. ubi dicit, quòd per decem annos antequã
uidisset Iasonem, hanc opinionem excogita-
uit, & recitauit. Idemque tenet Ripa in ca. j.
de iudic.nu.14. (& in l.fin.q.45. C. de reuoc.
don.nu.151.Bernard.Diaz de Luco,Reg.nu.
258.& ultra iura superius considerata confir
1093 matur hæc opinio duobus similibus. † Pri
mum est,nam uidemus, quòd ad repellẽdum
testem ratione inimicitiæ non curatur a quo
processerit inimicitia, nec quomodocumque
processerit, ut per Gl.& Bald.in l.athletæ, §.
dat remissionem.in uerbo,facta. ff.de exc.tut.
quam auream dixit Bal.in l.j.C.si quacũ.pręd.
pot.Alexand.cons.99.uolum.j.Rip. in Rub. ff.
de dam.infe.col.penult.in c.j.col. 4. de indic.
1094 † Alterum est simile, quòd iudex suspectus
potest recusari non attento an causa suspicio
nis prouenerit ab ipso, uel à patro, qui eum
suspectum allegat, ita uoluit Archid.in c. statu
tum,§.cum autem de rescr. in 6. sequitur Mar
sil.in l.j.§.eum qui latrones, colum. penult. ff.
de quęst.Roland.à Valle, qui ponit utrumque
cõsi.24.nu.46.& 47.uol.j. merito & in reuoca
tione donationis causa mortis nõ uidetur at
tendi debere, cuius facto processerit inimici-
1095 tia donatoris, uel donatarij.) † Sed tu cõ
sidera diligenter, quòd plerique sunt, quos Ia
son non uidit, qui decisionem Bartoli in dicta
l.cum tabulis, §.j. per illum textum referũt, &
sequuntur, uidelicet Cast.in l.fideicõmissum,
uers.quærit Gl.C.de fidei c.Aret.in c.repellan-
tur ab accusatione, colum.j.circa fi.de accus.&
in l.2.§.item si in facto, col.4.ff.de uer. obl.An
gel.Aret.in §.item si propter inimicitiam, su-
pra de excus.tut.Andr.Sicul.in trac. de præstã.
Card.in 3.q.2.partis, col.fi.Ale.in add.Barto-
1096 li, in l.3.§.fi.prima addi.ff.de adi.leg. † Ca-
tell.Cotta, qui ex prędictis dicit decisionẽ Bar
toli reddi cõem, memorialiũ suorũ libro, ĩ uer
bo [*inimicitia,*] col.3.ubi ẽt citat Roma. sing.
suo.198.tu hẽs, quod est in meo libro.196. u-
bi dicit esse casum singularem in d.l. cum ta-
bulis,§.j.ꝙ pp inimicitias demũ legatũ reuo
cetur, si culpa legatarij cõtingerint, secus si te
1097 statoris. † sed addo pariter alibi eũdem Ro
manum in l.j.col.5.uer.2.ad idẽ,C.unde uir,&
uxor, qui cõsiderat ad hoc d.§. j. & ibidẽ Bart.
citat, eũq; refert ẽt, & sequitur idẽ Rom.in l. si
ab hostibus, col.3. num. 10. ff. sol.ma. postre-
moque loco Marsi.in l.j.§.præterea, nu. 59. ff.
de quæst.Grammat.noto 30.nu.19. Dec.in c.
j.2.lect.col.2. de iudi. (Perusin.in c. cum spe-
ciali, col.7.de app. Ale.cons.99.uol.5.) ex qui
bus patet in hac sententia Bartolum plures se
quaces habuisse, contradicentes vero paucos,
ut Iasonem, Ioannẽ de Amicis, & Ripam.
1098 † Et opinio Bartoli uidetur efficaciter cõ-
probari

probari in dicto §.1.quicquid Iason dicat:nã
sicuti præsumitur inimicus capitalis Titij qui
tenet eius uxorem, ut per illum textum no.
Pa.in c. accedens, 2. col.2. ut li. non contest.
Marsil. in dicto §. præterea, nume. 54. (Mar
cus Anton. Blanc.in tract. de indicijs,nu.98.
1099 † per hoc inferens, ꝙ si maritus uxoris de
tentæ detinentem occiderit,præsumitur appẽ
sate occidisse.) ita præsumitur cõtracta fuisse
inimicitia capitalis inter illam libertam,& pa
tronum, qui uoluit eam in concubinam tene
re,eaque id facere recusauit, cum eius quoq;
matrem patronus cognouisset, ut ibi Glossa
declarat, uelut facinus maximum, & de iure
prohibitum,argumento textus in l.j.§.penul.
1100 ff.de concub.† non ergo minor odij cau-
sa suberat ex parte illius libertæ contra patro
num, quòd eius pudicitiam tentasset contra
jus, quàm ex parte mariti contra adulterum
coniugis suę,quo casu contrahitur inimicitia
capitalis secundum Baldum,& Marsiliũ,meri
tò,& eo casu dicendum est fuisse natam inimi
citiam capitalem, tamen quia culpa, & facto
patroni, non autem libertæ contigit, ideo
relicti sibi facti reuocatio nõ inducitur, & sic
1101 ille textus probat intentionẽ Bartoli.†cu
ius opinio pariter confirmari potest:nam ui-
demus,quòd si inter debitorem, & fideiusso-
rem superuenerit inimicitia, isque fideiussor
non diu steterit in obligatione, tunc demum
agere potest, ut liberetur ab obligatione si
culpa debitoris causata fuerit talis inimicitia.
ita post Dominum suum, & Odofredum re-
fert, & tenet Ioann.Andre.in addi. Specul. in
tit.de iudi.§.specialia,uers.hoc nota,quòd cũ
lex,sequitur Roman.cons.459.& apertius, in
l.semel mora.nu.29.uers.4.locum non habet,
ff.sol.ma.Marsi.in dicto §.præterea.nu.61.me
rito & in casu nostro dicendum est legatum,
donationemque causa mortis minimè reuo-
cari, si facto testatoris aut donãtis inimicitia
superuenerit,non autem legatarij,uel donata
1102 rij.†(Accedit, quod pęna numquam cõ
mittitur nisi ex mora,& culpa, siue delicto ali
cuius.l.aliud,ff.de uer.sig.Bar.in l.qui sine.ff.
de neg.gest.Bero.cons.36.nu.3.uol.2.imò ini
quum est, ꝙ imponatur pœna ubi non reperi
tur culpa,neque dolus,l.cum autem, §.excipi
tur.uer.capitalem,ff.de edil.edi.Bar. in l.quid
ergo,§.pęna grauior,circa medium, ff. de his
qui no.infa.Roland.à Valle,cons.74.num.15.
uolum. 3.at si secuta fuit inimicitia facto do-
natoris,apparet donatarium nec in dolo nec
in culpa fuisse, merito priuationis pœnam
donationis causa mortis pati non debet.)
1103 †Et hanc partem tenendo non obstant tex
tus in dicta l.4. ut .per Iasonem consideratus
quoniam præter responsionem quam dat Ca
tellianus Cotta loco præallegato, ego cõside
ro, quòd cum dicta lex pręcedens, si quidem
capitales inimicitię intercessetint ademptum
uideri legatum, fateri opportet eum textum
loqui quando culpa legatarij processerant,
non autem ex parte testatoris,aliàs sequere-
tur, quòd adderet malum malo, nam ultra
causam quam dedisset inimicitiæ, adimeret
1104 etiam legatum.†(Sicque dolus,& malitia
sua sibi prodesset, quod esse non debet,ca.2.
de do. & contu.Bero.cons.196.num.5.uol. 1.
Conianus in Commentar.suis, lib.4. cap.13.
col.4. cum malitijs hominum sit obuiandum,
l.in fundo,ff.de rei uend. Roland.à Valle, cõs.
4.nu.19. uol. 2.) imò uerò potius deberet a-
liud relinquere, & relictum confirmare, ut
culpæ suæ mederetur. Quæ ratio cessat si cul-
pa fuerit ex parte legatarij, nam eo casu con-
sonum est ut testator uideatur adimere,quod
1105 legauit uelut ingrato.† merito dum sub-
dit Iurisconsultus in dicta l. 4. de pęnitẽtia te
statoris offensæ prioris,intelligi debet de sibi
collatæ,cuius(eam non reuocando ad ani-
mum) dicebatur pęnitere, non autem, ꝙ ip
se fuisset in culpa, ut dicit Iason (confirma-
tur,nam textus dat exceptionem doli ad re-
pellendum legatarium ibi [*doli mali exceptio-
ne opposita.*] quæ præsupponit dolo malo acto-
ris factum esse,l. 2. §.1. ff. de doli mali except.
qualis est legatarius,ergo sui causa inimicitiã
prouenisse, cum potissimè talem exceptionẽ
prætor proposuerit,ne cui dolus suus prosit,
l.1.ff.eo.si enim testator causam dedisset ini-
micitiæ, suo hæredi non competeret talis ex
ceptio,aliàs dolus testatoris ei prodesset, qđ
abnegat dicta l.j. & hic intellectus ad illũ tex-
tum ueluti nouus, & singularis est bene notã
dus. Et ex quo patet allucinari Fernandũ Vas
qui.in tract. de success.progre.lib.3. §.27. nu.
9.dicentẽ nullam rationem uidere quæ cogat
nos credere, quòd ibi nata fuisset inimicitia
culpa legatarij tantum,cum ratio per me con
1106 siderata id demonstret.† nec intellectui
meo repugnat consideratio quam facit Ioan-
nes de Amicis in dicto cons.4.dicens, quòd il
la uerba, [*& pænituerit testatorem prioris offensa*]
denotant, quòd testator comiserat offensam
per textum in c.pęnitentia.secundo,de pęnit.
distin.3.ubi dicitur,ꝙ pęnitere est pęnam te-
nere,ut semper puniat in se ulciscendo, quod
cõmisit peccando:pęna enim propriè dicitur
lęsio quæ punit,uindicans, quod quisque co-
1107 misit.† nam textus ille loquitur de foro
animæ,quæ respicit peccatum, ideo uerbũ pę
nitere, siue pęnitentia,accõmodatur ad abluẽ
dum lacrimis proprium peccatum, c.pęniten
tiam.eadem distinct. 3, ubi dicitur [*pœniten-
tiam agere est, & perpetrata mala plangere, & plan
genda non perpetrare*] at textus in dicta l. 4. lo-
quitur de foro contentioso, quod res, &
bona respicit. igitur nihil impedit quomi-
nus illa uerba, pęnituerit testatorẽ prioris of
fensæ,patiãtur sensum supra deductũ,maximè
cõsiderato fine legis præcedentis q̃ loquitur

deinimicitia cauſata facto legatarij, ut ego:
1108 conſideraui.) † Ad textum in dicta l.ex par
te,dico indubitanter eum loqui quãdo inimi
citiæ culpa legatarij præceſſerunt, ut ſatis in
genioſe deducit Ioan.de Amic.in allegato cõ
ſil. 4.(nam teſtator inſtituendo quẽ pro par-
te, & ei prælegando cẽtum, proſequebatur il
lũ maxima amicitia, l.amiciſſimos,& ibi Bar.
& Bald. ff.de excuſa.tut.facit l. nec adiecit.ff.
pro ſoc.unde niſi ex iuſta cauſa ſuperueniẽte,
non prę ſumitur uoluntas mutata,maximè de
bona in malum,unde ſequitur, quòd propter
offenſam legatarij in teſtatorem præſumitur
ipſum teſtatorem mutaſſe uoluntatem, cum
enim expectaret uerisſimiliter à legatario
propter impenſum beneficium legati ſibi fa-
cti, remunerationem ad tantũdem ad quod
lege naturali legatarius erat obligatus, l. ſed
& ſi lege,§.conſuluit, ff.de pet. hæred. recepit
teſtator ab ipſo legatario maleficium ordine
naturalis iuris turbato. Sic igitur oſtẽdit Ioã
nes de Amic.illum textum loqui de inimici-
1109 tijs cauſatis facto legatarij. † Quod,& prę
ter) ipſum melius oſtendo:loquitur enim de
teſtatore qui eum grauisſimis inimicitijs eſt
perſecutus, quod à communiter accidenti-
1110 bus uerificatur in offenſo,nam († talis ex
aliquo ſibi illato iuſte ad iracundiam prouo
catur,Iaſ.in l.cum te,C.de inoffi.teſt.Grat.Re
ſpon.136. nu. 13.uol.j.Goza.conſi.31. nu. 13.
Pariſ.cõſ.165.nu.4.uol.4.Rom. ante illos,cõſ.
183.nu.2.& in add.ad cum Horatius Mando.
Rom.prędictos allegãs,Cephal.cõſ.190.nu.3.
1111 †& iniuria pſonali ſibi collata fit inimicus
capitalis offendentis,Bald.in l.his,§.j.ff.ſolu.
mat.Marſ.conſ.20. num. 12. Roland. à Valle,
conſ.24.nu.28.uol.1.conſi.16.nu.2.uolum.2.
Blanc.in tract.de indic.nu.95.at non idem cõ
tingit) in eo qui iniuriam fecit:(is enim fa-
cile illius obliuiſcitur,cum dici ſoleat offen-
dentem, uel iniuriam cõmittentem eam in
glacie ſcribere, offenſum uero in marmore.)
1112 † Item quia ſubdit textus,quòd aliud teſta
mentum facere inſtituit, ſed id perficere non
potuit:cum enim uellet eum priuare commo
do prioris teſtamenti, datur intelligi, quòd
fuerat offenſus ab eo,non autem illum offen
derat.(demum quia concludit Pompon. ꝙ
ſi hæres legatum petat exceptione doli mali
ſummouebitur, quod planè demonſtrat ini-
micitiam cauſatam fuiſſe facto culpaque hæ-
redis,non autem teſtatoris, ut ſuperius oſten
di circa l. 4.eo titulo,nu. 1105.) nil ergo mi-
rum ſi priuatur legato.& licèt hoc caſu in hę-
reditate Bart.idem ſentiat,Gl.tamen, & Albe
ricus contra ratione de qua per Gl. ſicque in
tellectus Bartoli ad illum textum non proce-
1113 dit.† Quo uero ad rationem Iaſonis reſpõ
detur, quòd imò non procedit quando culpa
teſtatoris ſuperuenit inimicitia:cũ enim po-
tuerit mutare teſtamentum,& id non fecerit,
lex præſumit eum pęnituiſſe prioris offenſæ,
quam legatario intulerat, & voluiſſe cum illo
teſtamento mori, merito legatum firmũ dẽt
remanere,argumẽto textus in l.3.C.de inoff.
teſt.ſecus quando fuit offenſus, quia præſumi
tur mutata uoluntas, ut dicit Iaſon,(& ſic
1114 tacitè uoluiſſe legatum reuocari, † ne in
illud Ciceronis incidat,offici.pri.quem refert
Alex.conſ.110.colum. 2.uolum. 7. & ſequitur
Roland.à Valle,conſ.3. nu. 5. uol.2.dicentis,
quòd qui non reſiſtit iniuriæ ſibi illatæ, & ei
non obſtat ſi poteſt, tam eſt in uitio, quàm ſi
parentes,& amicos,aut patriam deſereret.)
1115 † Ad textum in dicta l.j.ff.de his quibus,ut
indi.reſponderi poteſt ex notatis per Bartolũ
ibi, quòd & ſi libertus ille licitè poſſet accuſa
re patronum, quia tamen minus honeſte id
faciebat propter reuerentiam, quam illi de-
bebat,dicebatur eum offendere,iuſteque eum
ad iracundiam prouocare (iuxta ſuperius
dicta,num.1110.) merito ſequitur, quòd ini
micitia quæ inde oriebatur, facto liberti con
tingebat, unde nil mirũ ſi legato priuatur, &
hanc ſolutionem ſic colligit Aret. in dicto ca.
1116 repellantur, col. j. in fi. † idemque latius
tradit Ruin.conſ. 162.colum.j.& 2.uolum.4.
dicens, quòd teſtator patronus ex eo quod ſi
bi obijciebatur ueniebat grauisſimè punien-
dus:accuſauit enim eum libertus, quòd erat
negociator illicitæ mercis,pro quo facto im-
ponitur pęna mortis, & publicatio bonorũ,
l.j.C. quæ res uendi non poſſ. unde quãuis ex
parte offendentis non ueniret pęna, ex parte
tamen accuſati,& offenſi ſecus erat,atque ob
id dicebatur hæc offenſa ſibi collata nedum
1117 grauisſima, ſed etiam capitalis.† (accuſãs
enim quempiam de crimine pro quo pœna
mortis imponitur, fit inimicus capitalis accu
ſati.Glo. in l.licet.ff.de arb.& in §. inimicitiæ,
ſupra de excuſ.tut.ſicut & in §.ſi uero quis di-
cat.in uerbo de crimine,in Aur.de teſt.Bar. in
l.3.ff.de teſti.Abb. & Marian.in c.accedens.2.
ut li.non conteſta. Alberic. in aut.ſi teſtis,col.
2.C.de teſti.Blanc.in tra.de indic.nu.115.Mel
chior de Facinis,conſ.82. nu. 5. primo uolum.
criminalium diuerſorum, merito libertus il-
le) priuatur legato, quia talem inimicitiam
procurauit.remanet ergo uera diſtinctio Bar
toli in dicta l.cum tabulis.§.primo,in legatis,
atque ob id idem in donatione cauſa mortis
concludo per regulam dictæ legis, illud.
1118 † (Poſtremo non obſtãt illa duo ſimilia de
teſte, & iudice, quia tractatur in eis exem-
plis per illos de præiudicãdo alteri in iure ſuo
non autem eorum, hic autem de præiudican
do donatario in re donantis. unde hoc illo
facilius toleratur,arg. tex. in l. etiam. §. 1. cũ
ibi notatis, ff.ſol.ma.) unum tamen nõ omit-
to, quod inquit Vaſqui.loco citato, quòd cõ
tra Bar.ſtat tex.quem non meminit ad hanc
rem allegatum uidiſſe,in l.cancellauerat,& in
l.pro-

l.proxime. ff.de his, quæ in test. delen.ubi testator culpa unius cancellauit institutionem
alterius,ualuitque cancellatio,ergo nihil profuit hæredi scripto se inculpatum fuisse, quandoquidem uoluntas testatoris mutata fuit,
sic ergo & in specie nostra, cum per tales superuenientes inimicitias uoluntas testatoris
mutata cēseatur.Sed errat Vasquius,nam tex. in dicta l. cancellauerat,loquitur in usu claro
ibi. [*quòd si putauerit totum testamentum delendum ob vnius malum, omnibus merito denegabuntur actiones.*]at in dubio secus,ut subdit. [*sed an legatarijs denegari actio debeatur,*] quæstio est.in ambiguo tamen interpretandum erit,& legata deberi,& cohæredis institutionem non esse infirmandam, sicque notat Bal.ibi, quòd in dubio
testator p̄sumitur officere uelle ei, qui demeruit,non legatariis,non substituto,non cohæredibus . ergo nec in casu nostro censeri debet reuocatum legatum factum ei,qui non demeruit , licet testator culpa sua factus fuerit
eius inimicus , & ita remanet opinio Bartoli
defensata,quam libentius sequor , quòd eam
quoque tenet Cardinalis Albanus , ob egregias eius uirtutes a Sanctiss. Papa nostro Pio
V.ad tantam dignitatem promotus,in suis peritissimis lucubrationibus ad Bartolum, in l.
testium. ff. de testi.ubi præter memoratos citat & Aretinum, consi.92.& rationem ualidā,
nam affectatio usque adeo abominabilis est,
ut ille,qui aliquid affectauit, & p̄curauit,omni prorsus commoditate careat , quæ rei affectatæ tributa est,ut plene habetur per Fely. in
c.fi.de testi.Roma. singu. 591.& Ferrati. caut.
28 . quare si testator inimicitiam procurauit
consequēs,vt legatū nō intelligatur indereuocatū,sed q̄si legatarius cām dedit inimicitiæ.)
1119 † Sextus casus , in quo reuocatur donatio
causa mortis , est, quando facta fuit in fraudē
creditorum licet re ipsa tantum sint fraudati
non etiam consilio,casus est in l. & si debitor.
& ibi no.Alber.Cast.Imola,Cumanus, & alij.
ff.de proba. in §. item si quis in fraudem, per
1120 gl.& Doctores,infra de acti. †(quid autem
si quis iturus in longinquas partes donauerit
causa mortis,& postea non iuerit,aut redierit
an dicatur reuocata donatio causa mortis,uidendi sunt Bar.Cast.& alij, in l.3. ff.de don.cā
mor.Cuma.in l.Marcellus.§.Paulus.eo.titu.&
ample Senatus Pedemontanus Decis. 118.per
totum . quod ulterius non attingo, ut ad alia

An donatione cā mor. habeat locū lex falcidiæ.

1121 transeamus.)†In glossa habeat, in fine,conformis est textus cum dicta l. finali,(quam gl.
corrupte citabit pro.l. pen.)in l.si mortis cā.
C. eo.tit.in l.2.C.de mor.cau.donat.in l.Seia.
§.fi.ff.eo.& in l.cum pater.§.eorum.iuncta gl.
ff.de leg. 2. quibus in locis patet legem falcidiam locum habere in donatione causa mortis.(hanc tamen conclusionem non ita passim
concedit Didac. in 3. parte rubricæ de testa.
num.20.post Ioannem Anibalis,in l.post con
1122 tractum,num.348.ff.de don.causa mor.†sed
tunc demum , quando donatio causa mortis
facta fuerit in testamēto, uel in codicillis , nō
autē si præter illud aut illos celebrata sit,quorum sententiæ subscribendum non censeo le-
1123 gibus,& autoritate,† nam uidemus in l.pe.
C.ad l.Falc.dici,[*si enim cum mortis causa donatio procedat, & hæc ultra modum legis falcidiæ excedat, hæres post aditionem repetit eam pecuniam, quæ ultra modum falcidiæ corporaliter quidem data est,lege autem in patrimonio testatoris permansit.*] cum enim
dicat , quòd illa donatio causa mortis corporaliter data fuit, datur intelligi, quòd extra testamentum facta fuerat,& cum dicat,quòd lege tantum permansit in patrimonio testatoris,apparet,quòd in facto secus erat tempore
testamenti. rursus cum dicat, quòd hæres repetit, inde colligitur , quòd in testamento nō
fuerat facta . aliàs hæres usus fuisset retentione tantæ partis,quæ ad falcidiam,sibi competentem ascenderet potius quàm , quòd soluisset,ut repeteret.repetit ergo prius a donatore
1124 datum. † Secundo confirmat hanc opinionem quoque tex.in l.2 C.de mortis causa do.
ubi dicitur, quòd soror [*mortis causa donationem in fratrem suum inferens in casum mortis, eundem fratrem dotem stipulari passa est.*] nam sicut illa stipulatio dotis fuit extra testamentum,uerisimile
uidetur eodem modo donationē causa mortis processisse,cum eodem uerborum periodo
1125 referat utrunque textus.† Autoritas autem
est Romani consil. 75 . quem Didacus citauit
non aduertens illum, ut debebat.inquit enim
Roma.quòd de quibuscunque donationibus
causa mortis, etiam si inter uiuos contractæ
sint,dum tamen morte confirmentur,falcidia
detrahi potest. igitur ex his conuincitur opi-
1126 nio Didaci nimis restrictiua.) † Quid autē
iuris sit in mortis causa capione,tradit plene
Bar.& post eum cæteri in l.qui pretio. ff. eo.&
in l.j.§.cum ita.ff.ad l.Fal.dicemus forte sub titulo,de lege Falc. ubi opportunius hæc materia cadit . (Interim tamen te remitto Lector
optime ad Didacum loco citato,plura de hac
mortis cā capione, qualis sit , & id genus memorantem scitu digna , ne huc uniuersa syl-
1127 uæ ligna conferamus.) †In glossa fere ibi,
[*ecce enim*] colligitur prima differentia inter
donationem causa mortis , & legata:ea enim
facta in annos singulos dicitur una,legata uero plura.l.senatus.§.fi.ff.eo. concordat textus
in l.si Stichum.§.j. ff. de uer.ob.in l.cum in annos.ff.quan.dies leg.ced.omnesque passim cō

Donatio ī annos singulos vna legata plura.

1128 cedunt.† Contra tamen primum urget tex.
in l.pluribus.§.j.ff.de uerb. obli.ubi si quis fuerit stipulatus argētum annua, bima,trima, die
dari,idest singulis annis illorum trium,[*Paulus , & Varus respondit tres esse trium sūmarum stipulationes.*] Idem ergo dicendum uidetur in donatione causa mortis in annos singulos fa-
1129 cta, † Glossa ibidem dixit illud procedere
pro-

propter expressam dinumerationem tempo
rũ, cum idem sit dicere, annua, bima, trima die
quod primo, secundo, & tertio anno, ideo di-
cuntur plures stipulationes propter plures
conceptiones rerũ. l. scire debemus. ff. de uer.
1130 ob. † arguendo de re ad tempus, quod ua-
let. l. miles ita. ff. de test. imo tradit Fulg. & Ias.
in l. j. nume. t 1. C. eo. Decius in l. si idem cum
eodem. num. 8. ff. de iur. om. iud. Grat. respon.
14. num. 12. uol. j. (Euerardus in centuria sua
loco de re ad tempus, & e contra.) † Secus au-
1131 tem si dicatur in annos singulos, ut in quæ
stione nostra: una est enim stipulatio, uel do-
natio propter unam conceptionem uerbo-
rum, licet plures sint præstationes, & hanc so-
lutionem tenent Dy. Albericus, Castrẽ. & alij
in dicta l. senatus. §. fi. ubi Cuman. testatur es-
se communem. Idemque Alex. in d. l. si Stichũ.
1132 §. j. † At Roman. ibi, num. 15. eam non pro-
bat ex ratione Bartoli, uolentis, quòd tantum
operetur distributiuum, quantum expressa di
numeratio. l. huiusmodi. §. pen. & ibi notant
Doctores, maxime Ias. ff. de leg. j. Aret. in l. si
1133 ex toto. §. si ita legatum. ff. eo. † (& hinc dici
solet, quòd distributiuum atribuit actum cui
libet insolidum, ut tradit Parisius, cons. 49. nu
me. 5. uol. 2.) merito ius esse non debet an di-
catur in annos singulos, uel annua, bima, tri-
ma die, sicque uidetur esse de mẽte Alexandri
in dicta l. si Stichum. §. j. fallentia. 3. dum in-
quit, illum textum procedere, quando fit lega
tum per dinumerationem annorum, seu sin-
gulis annis, & in stipulatione idem tenet Imo
1134 la clare ibidem, colum. 2. † Nec me mouet,
quòd contra Bartolum, Baldus, Anch. Imola,
& Alex. tradunt in dicta l. si Stichum. §. j. plu-
res esse stipulationes stãte distributiuo respe-
ctu effectus præstationum non quo ad uerbo
rũ sonum, aut conceptionẽ, cũ si effectu inspe
cto plures sint sufficit, ut uelut plures cẽseri de
1135 beant, † si quidem ad iudicandum qualita-
De contractu nõ a verbis, sed ab effectu considerando,
tem contractus, non sonus uerborum, sed effe
ctus rei spectatur, quia uerba potius deseruiũt
naturæ contractus, quàm natura uerbis, ut no
tat Bal. in l. 2. uer. sed iuxta hoc quæro. C. com-
mod. in fi. ubi citat legem, insulam. ff. de præsc.
uerb. sequitur abunde Dec. consi. 140. col. 1.
Rui. consi. 107. in fi. uol. 3. Corn. consi. 24. nu.
1136 6. uolum. 2. † (unde Bal. in rub. C. de iure em
phi. q. j. & in fi. ipsius Rubricæ dicit, quòd siue
in contractu, siue in iudicio ponatur nomen
unius contractus, & effectus alterius, iudican
dum est secundum naturam illius contractus
cuius effectus ponitur. & nomen appositum,
quod non conuenit effectui habetur pro non
apposito, allegat. l. sed & si possessori. §. item si
iurauero. ff. de iureiuran. sequitur Dec. consil.
144. num. 3. consi. 413. colum. 2. consi. 542. nu.
1137 12. & consi. 682. nume. 12. † hinc etiam Bal.
in l. j. colum. 2. uersi. quid si notarius. C. de rer.
permu. dicit, quòd si notarius scripsit permu-
tationem, & in rei ueritate sit uenditio, sta-
tur naturæ rei, & non uerbo notarij, quia non
attenditur nomen contractus, sed substantia,
dicta l. insulam. & cum Baldo pertransit Dec. i
allegato consi. 160. colum. j. & Roland. à Valle,
latius confirmans, consi. 69. nume. 42. uolum.
3. Natta, consi. 403. num. 4. Alba. consi. 81. Pa-
risi. consi. 20. num. 62. & consi. 78. num. 2. uol.
1138 j. † unde contractus dubij interpretatur p
signa, & effectus, ut inquit Oldrad. consi. 159.
ex præsenti themate, sequitur Alba. consi. 34.
nume. 7. imo uero iudicantur contractus ab
effectu postea subsecuto inter ipsos contrahẽ
tes, ut per Bar. consi. 59. colum. 2 Soc. consilio
145. uolum. j. Alba. consi. 59. nume. 9. & consil.
74. nume. 8. Beto. consi. 84. nume. 28. uolumi. j.
1139 † & idem, consi. 168. num. 17. uolu. j. dicens
post Abb. in c. illo uos. notab. 4. de pign. quòd
in cognoscendo speciem alicuius contractus
magis attendi debent pacta in eo apposita,
quàm nuda uerba ipsius contractus. l. si uno.
ff. loca. imo uero plus idem Berous ponit, con
silio 153. num. 50. eo. uolum. j. quòd uerba ex
qualitate contractus etiam contra propriam
illorum significationem debent accipi, & in-
1140 telligi.) † Secũda fuit solutio Onofrij de Pe
rusio, quem refert Roman. in dicta l. si Stichũ.
§. j. colum. pen. quòd ubi stipulatio annua tẽ-
poralis est, tot sunt stipulationes, quot anni.
dicta l. pluribus. §. j. ubi erat facta stipulatio p
tribus annis: ubi uero indeterminato tempo-
re facta fuit, prout in quæstione nostra in an-
nos singulos, tũc una est, dicta l. senatus, in fi.
1141 cum similibus. † sed hæc distinctio præter
morsum Romani confunditur per l. damnas.
ff. de usufru. leg. ubi legatum habitationis ali
cui factum, quoad uiuet, & sic temporaliter,
unum dicitur, quod tamen multiplex esse de-
beret, secundum Onofrium. unde Aretinus in
dicta l. pluribus, in fine prin. hoc de legato per
pendens dicit, quòd hæc distinctio deberet es
se per contrarium. Ad l. sancimus. §. fi. C. eo.
1142 qua mouetur inferius respondebo. † Ter-
tia fuit ergo solutio Baldi, & Angeli, in dicta l.
si Stichum. §. j. a qua Castren. non dissentit, q
ubi simplex distributiuum apponitur, ut in q-
stione nostra, stipulatio dicitur una, ut ibi. si
uero duplex, sunt plures, dicta l. pluribus, ibi,
1143 [*annua, bima, trima die,*] & ibi, [*quaque die,*] † si
quidem geminatio multum operatur. l. Bali-
sta. & ibi no. ff. ad Treb. Bar. in l. cum sinus. C.
de agri. & cens. lib. 11. Soc. consi. 15. colum. 8. uo
lum. 3. Alex. consi. 216. colum. 2. uolum. 2. Dec.
consi. 315. cum uulgaribus. (quibus addendo
si scire cupis, quas uires habeat regulariter,
1144 & sigillatim Geminatio, † uidendus est Ia-
son, in l. quod iussit. ff. de re iud. num. 10. Rip.
numero 26. Zasius, num. 20. Fel. in c. si cautio.
nume. 43. de fi. instr. & in c. si quando, colum.
12. uersi. rescripti geminatio. de rescrip. Mars.
in l. j. §. quæst. num. 5. ff. de quæsti. Corse. in tra
cta,

cta.de uerb. gemina.num.17.li.j.Niconitius,
in cap.quoniam contra. col.2.nume.14.de ꝓ-
ba.Euerard.in Topicis,cap.91. Emanuel Co-
sta,in l.si ex cantione,fall.14.C.de nou nume.
pecu.Arius Pinellus,in rub.C.de reb.mat. pri
ma par.nume.14.& num.43. & in l.2.par.pri-
ma,cap.2.nume.21.& cap.4.num.32.C.de re-
scin.uend.Bero.consi.192.nume.4.nolumi.j.)
1145 † Nec me mouet, quod inquit Imola, di-
ctionem, Quaque, collectiuam esse non distri
butiuam.l.si necessarias. §. si annua,& ibi not.
ff.de pigno.actio. Bart.in l.hoc articulo.ff. de
hær.insti.id enim eo loco stare non potest; ut
perpendit Aret. si enim collectiue poneretur
sufficeret summam promissam semel præstari,&
in fine ultimi termini,dicto. §.si annua.iuncta
glossa, quod est contra illum textum, in quo
dicitur tres esse sũmas, tresque stipulationes,
idque Imola, paulo inferius consentit, dum
dicit,quòd illa dictio que,operatur ut integra
sũma soluendo sit in quolibet termino, quod
sane repugnat collectiuæ, quæ una solutione
1146 contenta est.† Adde dictionem quaque, sua
natura fungi, ut collectiua sit,nisi resultet ab-
surdũ, ut idem Imola est autor in dicta l. hoc
articulo.quod sane resultaret in dicta l.pluri-
bus,si illa uerba geminata non plus operaren
tur, quam simplicia, hunc que intellectum li-
bentius amplector,quoniã,ut perpendit Ang.
ibi, Paul. iurisconsultus inquit de hac stipula-
tione apud ueteres uariatum fuisse, de hac, in
quam, ubi adest geminatio temporis expressi.
1147 ibi annua,bima, & ibi, Quaque die.† (nam
pronomen,hoc,est demonstratiuum ad ocu-
lum corporis.l. hoc articulo.ff. de hær. inst.l.j.
in prin.ff. de oper.no. nunc.& utrobique no-
tant Doctores.) quasi dicat non idem iuris in
illa,in qua adest simplex expressio temporis,
ut in annos singulos : in ea enim non fuit ua-
riatum,sed clare decisum unam esse, ut tradit
Pompo.in dicta l. si Stichum. §.j. & idem met
Paulus in dicta l.senatus. §. fi. duplicatio igi-
tur distributiui dedit materiam uariandi, q̃
uariatio ibi deciditur: licet enim aliqui dice-
rent talem stipulationem esse unam prout in
annos singulos factam, tamen Paulus, & Va-
rus respondit,& uerius,tres esse stipulationes
sentiens ex illo uerbo, uerius, eos male dixis-
se, qui unam in memorato casu stipulationẽ
1148 esse crediderunt,cum sit multiplex. † (Verũ
est, quòd & hanc solutionem damnat Cõstã
tinus hic sub nume. 19. quia est eadem uirtua
liter cum prima. Sed errat, quia prima loqui-
tur de diminutione temporum simplici, hæc
uero de geminata, quæ geminatio multum so
let operari, ut superius dixi, & ulterius addo,
1149 † quòd non potest dici superfluum, quod
geminatur Natta,consi. 398.num.51. sed uo-
luntatem disponentis exuberãtius ostendit.
Natta,consi.257.num.5. & aperte Paulus asse
rit uariationem ueterum fuisse de hac stipula
tione uerbis geminatis facta, quicquid male
1150 dixerit Constan. † minus mihi placet intel
lectus Emilij Ferretti in dicta l. Stichum. §.j.ff.
de uerbo. oblig. quia nedum diuinatiuus est,
ut inquit Constanti. sed etiam contra uerba
textus dicentis, [*de hac stipulatione annua, brima, trima, die id argentum, puta. xxx, quoque die dari,*]
nam cum dicat id argẽtum, quoque die dari,
patet integram summam quaque die dari nõ
autem diuidi in plures præstationes tenuio-
res, ut primo anuo 10. secundo 10. & tertio
10. ut Emilius intellexit. Comprobatur, quia
textus subdit tres esse trium sũmarum stipu-
lationes, non enim dixit trium partium, ut di
xisset, si illa sũma argenti diuideretur, in tres
solutiones, sed dixit trium sũmarum, ut osten
deret tres solutiones integro fieri debere sic,
ut tres sũmæ fierent, & sic in totum nonagin-
ta, & hinc reijciendus est sensus Constantini,
qui super dicta diuisione uersatur, de qua tex-
1151 tus non loquitur.) † Secundo principali-
ter aduersus hanc communem sententiam, fa
cit textus, in l. si seruus communis. §. fi. ff. de sti.
ser. ubi si seruus fructuatius locauerit operas
in annos quinque, & in annos singulos, pecu-
niam dari fuerit stipulatus [*singulorum annorũ in initio cuiusque anni pecuniã fructuario quæretur,*]
inquit textus. unde cum initium cuiusque tẽ-
poris inspiciamus, deprehenditur, quot sunt
anni tot esse stipulationes, ut tradit Bar. ibi.&
probatur in l. cum in annos, ff. de ann. leg.

De intellectu.l.si seruus communis.§. fi. ff. de sti. seruo.

1152 † Communia ad hunc textum solutio da-
tur, quòd ubi is, qui stipulatus est in annos sin
gulos pecuniam, quod adimplere tenetur suæ
personæ cohærens, ut est operarum præstatio,
(de quibus ille textus loquitur.) l. operę. ff. de
oper.lib.l.si non sortem. §. libertus.ff.de con-
di. inde. & tunc plures sunt stipulationes, ut
ibi,& in l. post duos, C. de aduo. diuer. iudi.&
1153 in l.si sterilis. §.fi.ff.de act.emp. † At uero ni
hil est adimplendum, quod personæ stipulan-
tis cohæreat, sed ex solo cursu temporis cõmit
ti debet stipulatio, & tunc est una. dicta l. sena
tus. in fi. cum similibus. Ita respondet Bar. in
dicta l. si seruus. §. fi. & Imola post eum. Imola,
Cast.& alij, in dicta l. si Stichum. §. j. Ias. in l. si
ex toto. post Bar. & alios communiter in §. fi.
ff. de leg. j. Aret. noster. in §. at si ita stipulaue-
1154 ris. infra de uerb. oblig. † Sed ista solutio
mihi non placet, utpote contra textum in di-
cta l. post duos. in quo fundatur, ubi aduo-
catus moriens transmittit salarium annuum
ratione illius anni ad hæredes, & sic ibi quic-
quid implendũ erat ex parte aduocati, id eius
personæ cohærebat, uidelicet aduocato. l. ad-
uocati. C. eo. ibi, [*suæ defensionis uiribus,*] & ibi,
[*gloriosa uocis munimine,*] & tamen una intelligi
tur illa promissio salarij, quod patet, quia lo-
cus est transmissioni, quod secus fieret si plu-
res essent. l. si cum præfinitione. ff. quan. dies
1155 leg. ced. † Simile uidemus in prætore mo-
riente

riente in principio sui officij, qui salarium totius anni transmittit ad suos hæredes, ut tradit Bar. & cæteri secundum Dec. in l. diem fun
1156 cto, nume. 15. ff. de offi. asses. † Idemque in Doctore legente, & moriente, qui transmittit salarium ad suos, secundum Bar. in l. j. §. diuus. colum. fi. ff. de uar. & extra. cogni Ias. Dec. Iac. Nigri. cæterique Moder. in d. l. diem functo.
1157 (Nec immerito: † Tales enim Docto. actu legentes magis priuilegiati sunt, quam alij ratione maioris laboris, quem patiuntur, ratione cuius maiori prærogatiua frui debent, arg. l. 2. C. de offi. magi. offi. ibi, [*quem maiora stipendiis, & labor prolixior fecerit anteire.*] per quē textum, sic declarat Crot. consil. 64. nume. 15. ubi pariter adducit alium textum moralem, in l. bene a Zenone, ad fi. C. de quadri. præscri. dicentem, [*Qui enim suis consilijs, suisque laboribus pro toto terrarum orbe die noctuque laborant, quare non habeant digna sua prærogatiua fortunam?*] quasi dicat, utique eam consequi debent; hincque dicit Crotus ibi, quòd solis Doctoribus actu legentibus conceditur immunitas ab oneribus, quæ imponuntur ratione patrimonij secundum Bar. in l. medicos, C. de profes. & med. lib. 10. & ibi Doctores, passim, quod sumē no-
1158 tandum est. † Unum tamen obiter dicam postquam res incidit de salarijs Doctorum legentium, uerba facere, quod ad decimam eorum soluendam tenentur, sicut & aduocati de eo, quod ex patrocinio suo lucrantur, ut est glossa in c. decimæ. 16. q. j. & in c. pastoralis, de
1159 decim. ubi Cardi. q. 10. † ideo boni aduocati, deuotique solent scribere lucrum, & postea in fine mensis, uel anni discutere, & decimam illius partem in pauperes erogare: imo uero refert Petrus Rebuffi. in tracta. de decimis. q. 12. nume. 4. se uidisse multos habentes crumenam decimarum, & eo die decem lucrabatur solidos, unum ponebant intra marsupium decimæ, & ex illo fiebant eleemosynæ, celebrabātur missæ, anniuersaria fiebant, dabatur pars curato egenti, & alia opera pia fiebant ex illa pecunia, & utique bonū esset si sic faceremus, ut etiam uult Hostiens. in d. c. pastoralis, col. pen, aut saltem si tale marsupium separatum non teneretur, pauperib. sæpius eleemosynis subuenire, & ut ad rem nostram redeamus, ex prædictis) colligitur talem promissionem salarij unam censeri, licet Prætor, & Doctor teneatur quid implere personæ suæ cohærens.
1160 † nec pro Bartolo, & communi solutione me mouet textus in dicta l. si sterilis, in fine, nā uariatio debitori concessa non arguit pluralitatem promissionis, nec textus inquit tot esse conuentiones, quot sunt anni, nec super implemento aliquo personæ uenditoris cohærēte fit fundamentum, sed tota illa decisio fundatur ex eo, quòd in alternatiuis electio debitoris est in dubio. l. ubi autem non apparet. §. qui illud, ff. de uerb. ob. §. plus, infra de acti. & uariatio permittitur ante solutionem, quando a lege datur electio, ut ibi. & l. eum qui certarum. §. j. & ibi not. Castren. & alij. ff. eodem.
1161 † Alia igitur quærenda est melior solutio ad textum in dicta l. si seruus. in §. fi. dicoque, quòd plures ibidem sunt stipulationes propter naturam ususfructus, cum enim ex pluribus causis finiatur. §. finitur. supra de usufr. & ob id incertum erat quandiu duraturus esset, ideo in initio cuiusque anni inspicitur, an fructuario quæri possit, & hoc sentit ibi textus, quoniam incertum est, &c. qui non ponderauit factum implendum a seruo stipulante, hoc est operarum præstationem, sed hanc incertitudinem, secus in dicta l. senatus, in fine, & in dicta l. si Stichum. §. j. quæ de usufructu, non loquuntur, ita reperio, quòd pulchre declarat Imola dicta l. si seruus, ibi, colum. pe. cum quo
1162 pertranseo. † Tertio principaliter aduersus communem opinionem obstat textus, in l. ubi autem non apparet. §. pen. ff. de uerb. ob. ubi si quis stipuletur sortem, & usuras quascunque, & per consequens annuas, [*tot stipulationes sunt, quot res,*] inquit textus. ergo stipulatio annua
1163 nō reputatur una. † Solutio communis est ad illum textum, illud procedere in stipulatione, quæ omni anno cōmitti debet in euentum conditionis, si reus fuerit in mora soluēdi sortem. secus, ubi cōmitti debet ex toto cursu tēporis, tunc enim una est, ita Bar. Castr. Imola, Iason, & Alex. ibi tradunt excepto Cumano, Bartolus, Imola, Castren. & alij, in dicta l. si
1164 seruus, in fi. † & ratio differentiæ in promptu est, quoniam primo casu tacita illa conditio suspendit obligationem, ita, quòd non ab initio, sed de anno in annum nascitur, iuxta glo. communiter receptam, in l. item, quia. in prin. ff. de pac. ubi Alberi. Romanus, & Alex. dicunt esse singularem, & concordantem citat Iason, num. 21. sequitur Dec. consi. 2. colum. 5. (idemque Iason, post glo. in l. 2. §. creditum. ff. si cer. pet. Rube. consi. 8. nume. 8. Alciat. in l. cedere diem. ff. de uerb. signi, Gozad. consi. 37. nume. 4. Rolan. a Valle, consi. 58. nume. 21. uolu mi. 3.) nil ergo mirum, si quot sunt anni, tot sunt stipulationes. at in secundo casu secus est
1165 cū in stipulatione non subsit conditio. † ultimo cōtra hanc communem textus est in termin is in l. sancimus. §. pen. C. eo. ibi, [*& multæ intelligantur donationes,*] & tamen loquitur in annua donatione. sed breuiter ad illum textum communis est solutio, illud esse speciale, ut annua donatio, quæ uere una est, censeantur plures, ne pereat propter omissam insinuationē, ratioque deducitur ibi, quæ non est communis in quacunque stipulatione annua. ita glossa, Bar. & alij in dicta l. senatus, in fine. Imola, Romanus, Cumanus, & Iason, in dicta l. si Stichum. §. j. Aret. in d. l. pluribus, in fine principaliter merito ex illo textu non læditur communis
1166 opinio. † Superest, ut de secundo dicto glos

sæ

Legati annuum, & qñ sit multiplex.

sæ dispiciamus, nempe de legato annuo, quod ipsa concludit esse multiplex per dictam l. senatus. in fine, & probatur in dicta l. cum in annos, passimque consentiūt Doctores, (& post eos Natta, consi. 548. num. 5.) urget enim nō mediocriter textus, in l. damnas. ff. de usufru. leg. ubi si cui fuerit habitatio legata, quoad uiuet, [*vnum uidetur esse legatum.*] dicit textus, & tamen id in annos singulos factum dicitur, l. legatum. ff. de an. leg. ubi dictio donec, exponitur in singulos annos igitur, & dictio, quo-
1167 ad. † tales enim dictiones, & consimiles uelut, Quousque, & quandiu, idem significant, ut tradit Bar. in l. fi. num. 11. ff. ad Tertul. & Ruinus sequitur, consi. 26. num. 3. uolum. 5. cōcludens ex illis legatum annuum reddi, quod & Bartolus tradit in l. qui concubinam. §. uxo-
1163 ri. ff. de leg. 3. per dictam l. legatum. † Dixerūt aliqui textum, in dicta l. damnas, loqui de legato restricto ad uitā legatarij, qui cum primo anno mori posset, & sic uno dumtaxat anno habitatione frui, merito deciditur unum esse legatum: at quæstio nostra loquitur in legato annuo non expresse ad uitam restricto, quæ solutio periculosa est, si quidem in dubio legatum annuum ad uitam restringitur, dicto §. stipulatio, ibi, [*morte legatarij finiretur.*] (& notat insuper Connanus in Commentarijs iuris ciuilis, lib. 4. cap. 6. colum. 4. dicens, quodlibet annuum legatum morte legatarij finiri.) nisi tamen de hæredibus sit dictum, l. in annalibus. C. de lega. & Doctores, in dicto §. stipula-

De intellectu l. damnas. ff. de usuf. lega.

1169 tio. † Alia fuit solutio Dyni, quam refert Alberi. in dicta l. damnas, quod loquitur de legato rei indiuiduæ, nil mirum si est unum, sed cōfunditur per l. habitationis. ff. de usufru. lega. quæ loquitur eodem modo de legato habitationis, & tamen est multiplex, ut ibi iuncta gl.
1170 † Melius ergo dici potest, quod aut habitatio legatur in annos singulos, ut loquitur quęstio nostra, & plura sunt legata, quod inde patet, quoniam in principio cuiusque anni debetur, dicta l. habitationis. aut non legatur Titio, quoad uiuet, & unum est legatum, dicta l. damnas, ita soluit glossa, in dicta l. habitatio-
1171 nis. † Nec obstat, quod dictio, quoad, sicut donec, stet pro singulis annis, dicta l. legatum, quia imo Bartolus ibi tenet cōtrarium, & ad l. legatum. respondet esse speciale fauore dotis, ut mulier pinguiorem dotem consequatur faciliusq; nubere possit, quod & Iacob. de Are.
1172 & Alberic. tradunt, † quibus ego facile assentio, quoniam iureconsultus dicit, [*Sed rectius dicetur id legatum in annos singulos deberi.*] pōderat enim qualitatem legati, (quod erat pro dote) dum dicit [*id legatum.*] quasi dicat, nō aliud ijsdem uerbis relictum. unde fragile mihi quidem uidetur esse fundamentum de uerbo donec, quo minime se mouet Iurecon. ibi.
1173 † limitatur ista conclusio non procedere, quando constat ex coniecturis, quod testator uoluit annuum legatum unum facere, ut quia exonerandi hæredis gratia illud diuisit in annuas præstationes: tunc enim unum dicitur. l. nec semel. uer. sed & si. l. Firmio. §. fi. iuncta glo. l. si cum præfinitione 2. responso. ff. quando dies leg. ced. tradunt Alex. & Iason, in dicto §.
1174 stipulatio. † Simile uidemus, quod est transmissibile, ex uoluntate testatoris non transmitti. l. in conditionibus primum locum. §. hæc scriptura, ubi notat Imola, & Soc. ff. de condi. & demon. & econtra, quod non transit in hæredem, si uelit testator fieri transmissibile, Bal. in l. si pater. q. 4. C. de insti. & sub. & in l. j. in prin. C. ut act. ab hære. Decius, consi. 397. colum. 2. consil. 515. colum. j. late Paris. cons. 66. nume. 31. uol. 3. Ripa, in l. hæredes mei. §. cum ita, nume. 61. ff. ad Treb. (Ruin. consi. 96. num. 6. uolum. 2. Ias. consil. 233. colum. 2. uolum. 2. Cur. consi. 75. colum. 10. Crot. in l. si is, qui pro emptore. nume. 76. ff. de usuc. Soc. Iun. consil. 141. colum. 7. uolum. 2. & eximius Iur. consultus insignisque Modernus, D. Hieronymus Zanens, in solemni sua repetitione. l. hæredes
1175 mei. §. cum ita. ff. ad Treb. nume. 195.) † Secundo limitatur conclusio prædicta procedere, quando legatum reperitur factum singulis annis, uel per dinumerationem annorum hoc expresso, alias secus. exemplum si lego tibi usumfructum fundi, licet enim uideatur relictus, quousque uixerit legatarius. §. fi. supra de usufru. unum tamen dicitur legatum. l. j. circa principium. ff. quando dies ususfr. ced. iuncta glo. idemque not Butrig. & Bald. in l. j. ad fi. C. de sent. quæ sine cer. quant. profer. Castrē. & Alexā. in dicto §. stipulatio. Ruinus, consi. 34. nume. 6. uol. 2. quia annorum dinumeratio nō
1176 fuit expresse facta. † Confirmatur ex doctrina Bartoli, in l. Titia. §. Titia. in fi. ff. de leg. 2. Nam si maritus filio instituto, eique dato substituto pupillariter reliquerit uxorem usufructuariam donec caste uixerit, legatum dicitur annuum propter uerbum donec, incipitque quolibet anno deberi, merito deuolutis bonis ad substitutum debet habere integrum usūfructum, licet uiuente filio duntaxat alimen-
1177 ta deberet consequi. † Non idem tamen iuris si fuerit usufructuaria simpliciter relicta: tunc enim, quia unum est tantum legatum, semelque incæpit a filio, non plus præstare debet substitutus, quàm filius, & sic alimenta tātum, unde Bartolus ibi clare constituit differentiam an expressa fuerit dinumeratio temporum in legato, uel tacite subintelligatur, nam priore casu legatum dicitur annuum, secundo secus, & idem Bar. consuluit, ut ipse refert, consi. 56. incip. Bar. fecit testamentum, colum. 2. atque alibi sæpe, prout refert Alex. in l. & si contra tabulas, num. 7. ff. de uul. & pup. & consi. 68. in fi. uolum. 2. (sicut & consi. 28. uol. 4.) Socin. consi. 64. in fi. uolumi. j. lateque ponit Paris. consi. 21. colum. 1. uolum. 2. & Ruin. consi.

consi. 34.colum. 2.uolum. 2. & cum prædicta distinctione Bartoli, tenent omnes communiter, ut refert Picus, in dicto.§. Titia, nume. 35.
178 cum sequen.†(Parique modo legatum erit annuũ, si relictus fuerit usussfructus uxori quot annis uixerit, ut per Romanum, consi. 516.nume.9.uel si dictum fuerit, eam seruando uitam castam, uidualem, ac honestam, Bal.consi.267. uolum.5.& pulchre Ruin. consi.170.colum.2.
179 uolumi. 3.) † Quærenda nunc est ratio, cur annua stipulatio sit una, legatum uerò multiplex, (quoniam, ut præmittit Zas.in d.§.stipulatio, Bartolus aliquanto frigidius, in eo procedit quasi suspenso pede in sentibus Baldusque non ueritus est in iuris consultum sæuire dicens, eum fuisse bestiam, licet, eum postea excuset: Accutsius uero nihil assecutus est ueritatis, uel ualde modicum,) Albericus in l. senatus.§.fi.ff.eod.Iason, in l.si Stichum.§. stipulatio.ff.de uerb.oblig.& Aldobrandinus in §. & si ita stipulauetis, infra de uerb.ob. dixerũt in causa esse, quia in stipulatione factum stipulãtis interuenit, in legato testatoris, iuxta gl. in §.ex conditionali, infra de uerb. obli.unde q. melius operatur factum proprium, quam alienũ, priore casu dispositio est una, secundo mul
180 tiplex.†Sed hanc rationem damnat Alciat. Parad.li.j.c.15. tum quòd hanc necessario nõ sequitur, ut diuersitas hæc debuerit iure approbari, tum etiam, quia in interpretationib. dubijs magis legatario, quam stipulatori so-
181 let consuli.l.semper.ff.de reg.iur.†Adde, q. donatio in annos singulos, hodie pacto nudo facta præsenti, & tacenti, ut potest, prout supra diximus, est una, ut nemo negat, & tamen ibi factum donantis, quod alienum est, interuenit, nam donatarij factum fictum est, ergo
182 ratio uitiosa redditur.†Iason in dicto.§.stipulatio, cogitauit aliunde rationem, quod legatum sit multiplex, quoniam a mente testatoris uires sumat, quæ talis esse creditur, ut legatarius tantum, quoad uiuit, habeat, hæcq; conditio, si uiuat, ita in esse intelligitur, omnique anno legatum suspẽdit, ut sicut plures actiones oriuntur, ita & plura esse legata dicũ-
183 tur.†Quam rationẽ, licet Lanfrancus Gypsius (alias Sereniss.& eminentissimi Herculis II.Ducis Ferrariæ II II.factor Generalis, & Cõsiliarius secretus, compater meus,) in Antiparadoxon libello suo, cap.15 ab Alciato, defendat per l.si in singulos.ff.de annu.legat.non tamen aperit cur in annua stipulatione diuersum ius sit constitutum, ut una dicatur, cum tamen in ea quoque ratio prædicta cõueniar.
184 †Si enim uerum est, quòd etiam in contractibus magis mens attenditur, quam uerba.l. fi.C.quæ res pigno. Iaf. in l.3. C. de lib. præt. Alex.consi.28.colum.pen.uolum.j.& consilio 125.in fi. uolum.5. (Rolan.à Valle, consi. 69. num. 45. modo de ipsa constet, ut per eundẽ consi. 59. nume.42. uolum.4.) ac in specie in

De annua stipulatione, cur sit una, legatũ uero multiplex.

185 stipulationibus conuentionalibus † uerba dubia interpretantur, secundum mentem cõtrahentium.l. in conuentionalibus. ff.de uerborum oblig.secundum intellectum Bartoli, & communem, uideretur utique, quòd talis promissio in annos singulos, multiplex esset iudicanda, quasi mens promittentis fuerit stipulantem, quoad uiuit, habiturum, ut in legato dicit Iason, ea tamen est unica, ut compér-
186 tum est, ergo ratio mala.†Non prætereo, q. idem Iason, post Romanum, loco memorato aliam rationem deducebat, nam in ultimis uoluntatibus, in dubio fit interpretatio pro hærede contra legatarium, l. unum ex familia.§. si rem.ff.de leg.2.ideo legatum censetur multiplex, ne sic ad hæredes legatarij transeat, sed in contractibus fit interpretatio contra promissorem.l.ueteribus.ff. de pact.merito stipulatio annua censetur una atque ad hæredes sti
187 pulantis transitoria.† Sed nec ista ratio me multum mouet, falsum est enim, quod inquit Iason, in contractibus contra promissorem interpretationem fieri, si contractum stipulationis intueamur, imo uerius fit secundum ipsũ. l.stipulatio ista. §. in stipulationibus.l. quicquid astringendæ, ff.de uerbo.ob.(ut enim Cõnanus ponit in commentar.iur.ciuil.lib.6.c. 3.colum.j. hoc in stipulationibus perpetuum est, ut si qua sit ambiguitas aduersus stipulantem pro sponsore fiat interpretatio, quia stipulatori liberum fuit uerba late concipere. in ambiguis, ergo stipulationis uerba trahemus ad promissoris commodum, ut si neutram in partem satis habent ponderis, & argumenti ad fidem iudici faciendam, in re dubia, & obscura, promissoris acquiescendum sit uoluntati.) quo fit, ut annua stipulatio potius multiplex iudicanda sit, si rationem Iasonis sequa-
188 mur.†Nec obstat l. ueteribus, ff. de pact. loquitur enim de pactione nuda, & quæ potuit a paciscente clarius, & apertius concipi, quod in stipulatione non contingit, ubi promissio debet interrogationi cõuenire, alias nõ ualeret.§. præterea, infra de inu.stip.unde manifesta est differentia inter pasciẽtem pacto nudo, & promittentem per stipulationẽ. prior enim potuit latius apertiusque loqui. posterior nõ æque, sed iuxta tenorem interrogationis, quo fit non æque sicut alteri succur-
189 ratur.sicq; longe, lateque decipitur Iaf.†Alciatus, lib.3.de uerb.sig.colum.peu.eam rationem esse credidit, quòd in legatis uoluntatẽ spectamus, quæ præstationem pluries fieri decreuit, merito plura sunt legata: in stipulationibus uero ad formam uerborum attẽdimus, quæ unica est, idemque paulo latius ponit in allegato, c.15.(idemque similibus uerbis censet Connanus loco citato, dicẽs, quòd stipulationes tam late patent, quam uerba ipsa, quibus conceptæ sunt, ab ijsque significationem omnem suam sumunt, ideoque uerborum obliga-

obligationes dicitur. In legatis secus est, quæ
intelligūtur ex mente potius testatoris quàm
1190 ex uerbis.) † Sed & hæc ratio facile diuel-
li potest, nam quo ad legatum pertinet, id li-
cèt in plures præstationes diuisum, quandoq;
tamen unum esse uidemus, l. si cum præfinitio
ne, §. fin. l. Firmio, §. fi. ff. quā. dies lega. cedat.
quo fit, ut ratio prædicta ex uoluntatis con-
iectura per Alciatū desumpta sit periculosa, ac
que ita repræhendit eum Gypsius in d. ca. 15.
1191 † Quatenus uerò spectat ad stipulationem
eadem est Alciati quæ Martini sententia dicē
tis annuam stipulationem unam censeri pro-
pter unicam formam, unamque conceptionē
uerborum, prout refert Glossa in dicto §. sti-
pulatio. & in dicta l. Senatus, §. fi. idque Iuue-
nalis à Costa nouissimo loco perpendit in d.
§. at si ita stipulatus eris. Quę tamen opinio pas-
sim reijcitur (& eam ridiculam Zasius appel
lat in dicto §. stipulatio.) nam & in legatis
annuis una est uerborum conceptio, quæ ta
1192 men plura sunt. † (&, ut addam, forsan
Alciatus, & Connanus hæc habuerunt à Bal-
do, quem clarius deducit Emilius Ferretus in
dicto §. stipulatio, dicens, quòd ratio uerissi-
ma uidetur quæ colligitur ibidem ex Baldo
unam esse stipulationem, quia una est forma,
& una res, quam complectitur: licèt enim
centum singulis annis soluenda sint, sola ta-
men centum sunt in obligatione, neque ua-
riatur, sed multiplicatur summa, promittun-
tur perpetuo centum innouanda singulis an-
nis, unde cētum materia stipulationis est, ad-
dita uero tēporis qualitas non habet vim aut
faciendæ, aut tollendæ stipulationis, l. obliga-
tionum ferè, §. placet, ff. de act. & obliga. cui
tamen rationi non acquiescit Emilius, & præ
ter eum non demonstratur in legatis secus es
se, cum & in eis dici possit sola centum uersa
ri, cæteraque de stipulatione dicta in eis re-
peti possint, & tamen plura sunt, non unum.)
1193 † Dicerem ego id in annua stipulatione cō
stitutum, in legatis secus, quoniam contra-
ctus, qui duorum uoluntate nituntur fortio
res sunt ultimis uolūtatibus, quæ ab unius ar
bitrio pendēt, iuxta illud, duo uincula magis
stringunt, quàm unum, autent. itaq; & ibi Bar
tol. C. commu. de successi. Ias. in §. in personā,
num. 50. infra de act. (& funiculus duplex
potentius ligat, & stringit quam simplex, ut
not. in l. j. ff. de pri. cred. in §. sed hodie, Inst. de
adop. Bal. in l. sed & milites, in prin. ff. de excu.
tur. Decian. respon. 92. nu. 5. uolu. 3.) merito
hinc factum fuit, ut pura, atque una censea-
tur stipulatio, tacitaque illa conditio si stipu
lator uiuat, in ea minime subintelligatur, in
legatis uero contra, cum debiliora sint. hanc
que rationem firmat ille Iuuenalis à Costa, su
1194 pra citatus. † (& licèt Constant. hanc ra-
tionem taxare conetur post Dominū suum,
quia tantum operatur consensus unius in ul-
tima uoluntate quantum duorum in contra
ctibus, ut per eum, non tamen rationem tol-
lit quæ fundatur in eo, quòd fortiora sunt
ea, quæ uoluntate duorum nituntur quam u-
nius tantum, quod & alibi probat Imperator
in §. sed hodie, supra de adoptio. unde ratio
1195 prædicta firma manet.) † uel, ut placet
Gypsio, legatum annuum multiplex reputa-
tur, quoniam in testamētis in quibus proprie
tati uerborum minus addicti sumus, legisla-
tores iure optimo eam esse testatoris mētem
crediderunt, quæ iuris esse debet, nempe ne
legatum ad infinitatem quandam traducatur
cum regulariter illa sit euitanda, l. fideicom-
missa, §. si quis decem, & ibi not. ff. de leg. 3.
Bartol. Alexand. & alij, in l. qui bona, §. fi. ff. de
dam. infec. at in stipulatione cum stricta fiat
interpretatio, uerborumque proprietas at-
tendatur, l. quicquid astringendæ, ff. de uer-
borum obligatio. aptaque sint etiam ad in
finitatem uerba, si promittatur in annos sin-
gulos, & unam, & perpetuam esse uolue-
1196 runt. † si quidem toleratur infinitas, quā
do ad ipsam uerba sunt apta, l. si ita stipulatus
fuero, & ibi Bartolus, ff. de fideiuss. & in prę
dictis locis notatur. Nec iure taxatur hæc ra-
tio per Constant. quòd dicat in ultimis uo-
luntatibus latiorem interpretationem fieri
fauore legatarij, l. in testamentis, ff. de reg.
1197 iuris. † quia loquitur contra textum in
l. nummis, ff. de legatis tertio, & l. in testa-
mentis procedit respectu institutionis, se-
cundum Decium ibi post Bartolum in l. cum
auus, ff. de conditio. & demonstratio. nec
ad legata porrigi potest, quòd ea fiant in
testamentis, ut ponderat Natta, consi. 626.
colum. 2. quia procederet ponderatio sua.
1198 † si textus diceret, in testamētis plenius uo
luntates interpretamur, quia posset intelli-
gi de uoluntatibus, uel testantium, uel le-
gantium, sed textus uerbo uoluntates, ad-
dit testantium ad exclusionem legantium,
unde uidetur adhuc intelligendus, ut per
Bartol. & Decium, & quia Natta latè discu-
tit articulū, nūquid in legatis lata fiat īterpre
tatio, ad eum me remitto, quia nunc non
1199 est disputandi suus locus † demum quo-
que mihi non displicet alia ratio Zasij, in d.
§. stipulatio, ꝙ stipulatio annua sit una, quia
deductum in ea, puta pēsio petitur una actio-
ne fitque condemnatio non solum ratione
pensionis præsentis, sed etiam pro futuris, ut
per Bald. in l. j. C. de sent. quæ pro eo, quod
inter. quod in legato annuo secus est.)
1200 † Euidens est autem utilitas huius differen
tiæ: ex quo enim stipulatio, uel donatio an-
nua una est, mentio semel inspicitur stipulan
tis, uel donatarij conditio, dicta l. Senatus,
§. fi. legatum uerò, quia multiplex est, in prin.
cuiuslibet anni spectatur conditio legatarij,
quo fit, vt si hoc anno capax fuit, sequēti secus

Vtilitates cur annua stipulatio sit una.

minime debeatur ei legatum.l.cum in snnos.
ff.de ann.leg. l.nec semel.ff.quā. dies leg.ced.
sicque declarat Castren. in dicta l. senatus. §.
1201 fina. † hincque pariter si tempore mortis
donantis donatarius erat filius, & in potestā
te, patri quæritur etiam in futurum,licet ema
cipetur.l.si filiusfamilias.ff.de uerb.obli.secus
in legatis,nam secuta emancipatione sibi quę
rit, ita Castren.& Iason, in dicto §. fi.(Natta,
consilio 548. num. 5. & post eos ad unguem
Zas. demumque Emilius Ferretus respectu sti-
pulationis amplians potius,quàm cōtrarius,
1202 & respectu legatorum mutus.) † Secunda
est utilitas propter præscriptionem 30. anno
rum, qua finita donatarius excluditur non
tantum pro tempore præterito,sed etiam pro
futuro, secus in legatis, quia primi anni tan-
tum legato intelligetur præscriptum, non ēt
secundi, nisi lapsis uno, & 30.annis, ita quòd
singulorum annorum legatum tricennalem
præscriptionem desiderabit, ita glossa, Bar.&
Doctores, in l. cum notissimi. §. in his, C. de
de præs.30.annor. glossa,Bar.& alij,in l.de pu-
pillo. §.si in plurib. ff. de oper. no.nunc.Cast.
Roman.Ias. & Zasi.in dicto §.stipulatio.(Rui.
consi.34.colum.2. uolum.2.) †Tertia est uti-
1203 litas ꝓpter morā, quia cū donatio sit una,
& pro omnibus annis nata sit obligatio, lap-
sus cuiuslibet anni constituit in mora.l.2.C.
de iure emphy. sed in legatis contra,eum pri-
mo anno tantum sint pura, alijs uero cōditio
nalia, euentusque conditionis non possit in
mora constituere secundum Bartolum, in l.
ita stipulatus.2.q.prin.nu.44.ff. de uerb.obli.
sicque Castrēsis, Alex. & Iason, tradunt in di-
1204 cto §. stipulatio.† & latius Ias.qui dicit esse
communem in l. quotiens in diem.col.2.& 3.
ff. de uerb.ob. (cum quàm prædictis concor-
dat Zas.in allegato. §.stipulatio.dicens,quòd
promissor stipulationis annuæ semper consti
tuitur in mora sine aliqua interpellatione. nā
qui futuro anno non soluit pensionem mox
est in mora, etiam si nou interpelletur, sic ēt
de omnibus aliis annuis, unde in pēsionibus,
censibus, non opus est exigere, interpellare,
ut promissor in mora constituatur nam ipsa
1205 die adueniente erit in mora.) † Quarta est
utilitas propter solutionem gabellæ, uigore
statuti, nam in donatione cum sit unica pro
primo,& sequentibus annis,soluetur semel,in
legatis pluries, & quolibet anno prout dies
cedet,ita Bar.& Imola, in l.cum Titio,ad finē.
ff.ad l.falci.Bal.in l.in annalibus, penul.quæst.
C.de leg. Cast.Rom.& Ias. in dicto §.stipula-
tio.Alex.consi.35. col.2. uol.4.D.meus Rimi.
consi.306.num. 2. (& istas quatuor utilitates
etiam commemorat, & sequitur hic Tobias,
Legatū a quo pſtetur.
1206 ut per eum.) † In eadem glossa, ibi, [*item le-
gatum semper ab hærede traditur,*] habes ex ea se-
cundam differentiam inter legatum,& dona-
tionem causa mortis, aliaque confotmis est
glossa,in l.Marcellus, §.Paulus.ff.eo.subdit ta
men hic Faber,legatum etiam quandoque a
testatore uiuente dari.l.Lucius.ff.de leg.2.no
1207 rat glossa, in l.legatum,eo.titu.† unde glos
sa nostra uidetur minus caute locuta dicens,
quòd legstum semper ab hærede tradatur, ni
si respondeas,ut inquit Faber,perinde fore ac
si ab hærede præstaretur: testator enim, qui
non tenebatur tradere,tradendo uidetur hæ-
redem præuenisse argumento textus,in l.cum
quo.in fine,ff.ad leg.Falci.idemque tradit Bal.
& Castren. in dicta l. Lucius. potius enim ius
præsumit, quòd testator uoluerit hæredem
suum præuenire in exequendo suam uolunta
tem, quàm hæredem remanere obligatum.
1208 † hinc si testator rem, quam Titio legauit
simpliciter ei donaueri, tuidetur præuenisse
potius in præstatione legati, quam inter ui-
uos donare,ut tradit Bal.in l.2. colum. pe. uer
sicu.sed iuxta prędicta.C.de iure dot.Vel & se
1209 cundo dici potest, † quòd glossa nostra in
illa dictione semper respexit ad regulam, at-
que ad id, quod frequentius fit nempe, ut ab
hærede legatum detur,licet aliquando a testa
tore quoque præstetur,nam & dictio, semper,
denotat regulam,ut tradit Soc. consi.11.col.
2.uersi.& insuper,uol.j. probaturque in l. sem
per in stipulationibus, & in l. semper in con-
tractibus. ff. de reg. iur. attenta natura tituli.
(& ita quoque sequitur ad unguem,Constan-
tius, hic, probaturque:nam uidemus Vlpia-
num in l.j.ff.solu. matrimo.scriptum reliquis-
1210 se,† dotis causam semper, & ubique præci- Quæ doti præferantur, & quare.
puam esse,& tamen impensa funeris ei pręfer
tur.l.in eum.ff. de relig. & sump.fun.l.quod in
uxorem.C.de nego.gest. sicut & causa Primi-
pilaris.l. satis.C.in quib.cau.pign.tacite con-
tra. rursus in cæteris causis,quo magis credi-
tori consulatur, fideiussor intercedit,l.prima,
ff.de fideius. & Inst.eo. in prin.& tamen dotis
seruandæ causa prohibentur accipi fideiusso-
res,l.prima, & secunda, C.ne fideiuss.dot.sed
Vlpiani dictum defenditur, quoniam secun-
dum regulam locutus fuit, ac casus contra-
ij speciales sunt, ut Alciatus, Corasius, &
1211 alij Iuniores tradūt ibidem.† probaturq;
præter eos ille primus, de funeris impensa ra-
tione dictæ legis in eum dicentis, [*æquissimum
enim uisum est ueteribus mulieres quasi de patrimo-
nijs suis, ita de dotibus funerari.*] impensa enim
funeris æs alienum dotis est, ut subdit Iulia-
nus in lege, impensa, ff. de relig. & sum. fun.
1212 † Sed & alia ratio adferri potest,nam quo
tiens plures utilitates publicæ concurrunt,
maior reliquas impedit, l.finali,ff. de dam.in-
fec. l. cætera. §. sed & si quis.ff.de legatis pri-
mo. nam & priuata utilitas magna, publi-
cam modicam superat.l.prima,§.sunt autem.
ff.ne quid in flu.publi.non igitur mirum uide
ri debet si dotis causam uincat actio funera-
ria, ne contra omnem humanitatē insepulta
cadauera

cadauera iaceant,& sic in religionis gratiam, id statutum fuit,cuius summa semper fuit ratio.l.sunt personę.ff.de relig.& sump.fun.sicque declarat Franc.Duarenus in dicta l.j.ff.so
1213 lu.mat.†causa quoque Primipilaris suo particulari fauore suffulta reperitur, nam cum ex donatiuo, quod milites consequebantur, dimidia pars apud signa sequestraretur,ipsisque militibus seruaretur, quo interim annona publica sustentati, eorum fieret locupletius castrense peculium scientes, quæ fortunarū suarum partem apud signa depositam,de deseren
1214 do non facile cogitarent,† huius æris militaris cura ad Primipilarem pertinebat,simulatque pecuniæ publicæ,& stipendiorum militum, ut ea pro cuiusque meritis Primipilaris distribueret,horumque omnium rationē reddere Cæsari oportebat, ex qua si debitor reipublicæ remanebat uoluit lex publicis fauēs necessitatibus.l.j.C. de cond. ex lege.abnoxia esse tam dotalia uxoris bona,dicta l. satis, quā filiorum facultates tametsi patris hæredes nō extitissent.l.fi.C. de Primipilo.lib.12.cum tamen alioqui nec filius pro patre,nec uxor pro marito,conueniatur.toto tit.C.ne fil.pro pa-
1215 tre,& ne uxor pro mar.†& hoc ideo constitutum fuit,quoniam fraudatio hæc primipilaris ad totius reipublicæ euersionem quodamodo spectare uidebatur priuatis suis stipendijs militibus, quorum opera respublica defenditur,permanet, & cōseruatur,ita pulchre declarat Coras.Miscellane.lib.5.cap.4.longe uero breuius Duaren. in d.l.j.dicens, quòd ea Primipilaris causa est admodum fauorabilis propter ingēs periculum, quod mala eius rei administratio habet,& cum prædictis late cōsentit Didacus Couuaru.uariarum resolutionum lib.j. cap.16.num.7. multa de Primipilo loquens,sicut & Alciatus, in tract.de præsum.
1216 regula 3.præsum.41.ad finem.†Et si quispiā miretur cur aliæ res uxoris ex causa administrationis primipilariæ fisco pariter non sint obnoxiæ.l.j. C. de priui. fis.quod Interpretes non satis explicant, ego dominium illud,qđ uir constante matrimonio in dote habet in causa esse puto, ut rerum dotalium facilius obligatio fisco quæratur, quàm cæterarum rerum uxoris, quarum maritus nec dominium habet,nec ullam,nisi de consensu mulieris administrationem.l. hac lege. C.de pact.conuē.
1217 † Quod uero dicebatur fideiussorem dotiū nō accipi,singulariter est constitutum ne causa perfidiæ in cōnubio generetur, l. secunda, in fine,C. ne fideiuss.dot. dentur.neque enim morosa tantum, & difficilis, sed etiam perfidiosa mulier intelligitur,quæ cum se ipsam totam fidei mariti crediderit, eo nihilominus necessitatis maritum uult adigere, ut satisdationem subire cogatur.dicta l.hac lege. ca. præcipimus,duodecima quæstione prima, unde possent iurgia,contentiones,maledicta, & contumeliæ gigni, marito perfidiam exprobante, atque ita in graues inimicitias diuina illa uiri, & uxoris amicitia conuerti. cap. per uestras.de don.inter.uir. cui periculo tam gra
1218 ui lex occurrere uoluit dicta l.secunda,†& ita mihi uidetur excipienda ratio Iustiniani,licet aliter interpretatus fuerit Alciatus.Paradox.libro quarto,capitu.26.ex his ergo patet glossam nostram defendi posse, tam etsi dixerit legatum semper ab hærede tradi, & tamen a testatore quandoque præstatur,cum satis sit dictum glossæ secundum regulam uerificari.
1219 †Sicut etiam uidemus diffinitionem,quod est plus, satis esse adaptari regulæ,& communiter accidētibus,licet casus speciales,& extra ordinarios non comprehendat, ut declarant Abbas,Aret.& Decius, in rubrica,de iudi.ubi aliquando dixi,dum iuri Pontificio præfectus essem Ferrariæ, quo loco pariter tunc Vespertini iuris ciuilis interpres erat Alciatus,ibidēque floridissimum uigebat Gymnasium.idemque tradit Alexā. in rubrica,ff.solu. matrimo. glos.& Alberic. in l. omnis diffinitio.ff.de re.
1220 iur.† cum cæteris, per Cagnol. cumulatis, ibi, nume.37. qui communem testatur,& ego secutus sum in l. qui se patris, colum.2.C.unde libe.latiusque comprobaui in l. si emancipati,nume.250.cum sequen. C. de collat.quæ hic in gratiam breuitatis omitti possunt,cum eo loco uideri possint in Commentarijs meis
1221 Basileæ excussis.) †Tertia succedit differētia secundum glossam prędictam inter donationem causa mortis, & legatum, quia priore casu disponens obligatur, secundo secus, concordat glossa in l.legatum.ff.de leg.2. & in l.j. ff.eo. quas Aret. hic citat. Contra tamen hoc de donatione opponit ipse del. non uidetur. ff.eo.soluitque,ut per Barto.in l.j.ff.eo.distinguentem an donatio a promissione principiū sumat, uel a traditione: priore namque casu procedit hæc glossa, secundo contrarium.

An in donatione causa mortis, uel legato cadat obligatio

1222 †Imo uero potius hoc posteriore casu donatarius obligatur, ut per glo.quæ sic intelligi debet in l.Marcellus.§.j.ff.eo. & est casus in l.non omnis.ff.si cer.pet.ibi,[*obligauit accipientem,*](& qualis sit hæc obligatio donatarij ponit Bero.consi. 203. num. 23.uolu.j.)† Circa
1223 uero secundū de legato gl. bene dicit, & cōprobatur,nam in legatis uidemus ambulatoriam esse testatoris uoluntatem usque ad mortem.l.quarta, in fi.ff. de adi.leg.eamque pro libito reuocari posse per ademptionem, ut infra,de adimen.leg. per totum,& ff.eodem.ergo datur intelligi non obligari testatorem. alias prædicta cessarent sicut in contractibus. l.sicut.C.de acti.& obliga.l.ab emptione. ff.de
1224 pact.† (Idemque uidemus in hæredis institutione.per quam testator non obligatur,qđ inde patet, nam posteriore testamento reuocatur,ut infra quibus mod.testa.infir. §.posteriore.) Quinimo repugnat obligatio naturæ

legati in qno traditum est neminem eam sibi
posse legem dicere, ut à priore ei recedere
non liceat, l. si quis in principio, ff. de leg. 3.
1225 † huic tamen Glossæ repugnar alia in l. legatum, ff. de leg. 2. uolens testatorem in legato obligari quando à traditione cępit legatũ vt quia viuens testator id soluit. Sed responde, quòd quando quis soluit legatum inuita simpliciter, quia no n exprimit se soluere ex causa legati, talis solutio transit in speciem donationis inrer uinos, atque hinc effectus sequitur, ꝙ testator non poterit amplius reuocare. ergo nil mirum si dicitur obligari, nempè ad non reuocandum, ita post Dynum declarat Bar. in dicta l. legatum, Castr. in d. l. Lucius. Iason, in l. filiæ dotem, colum. 3. C. de collat. Decis. Neapol. 275. nu. j. Soc. iun. in Rubr. ff. de leg. j. nu. 51. sed illud est quia desinit esse legatum, secundum Doctores, unde uera est Gl. nostra retentis terminis, & natura legati.
1226 † (Simile uidemus in confessione testatoris de debito in testaméto facta præsenti, uel notario pro illo stipnlanti, quę illum obligat, sibique præiudicat, nt per Bar. in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de legat. 3. cum similib. à me cumulatis in §. j. infra, eo. quia talis confessio habet uim confessionis inter uiuos secundum Bartolum, & sequaces, & sic non seruat naturam nltimæ noluntatis.)

Accusans de falso vel querelans testamentum, q d omittat

1227 † Quarta succedit differentia ex hac Glossa quòd si testamentum accuso de falso, perdo legatum, donationem uerò causa mortis non æque, l. post legatum, §. qui mortis, ff. de his quibus, ut indi idemque si quis querelet testamentum, non tamen amittit donationem causa mortis, ut est Glossa notab. quam Bart. Bal. Alber. Castr. & alij passim sequuntur, in l. etiam, ff. de inoff. test. idemq; ponit Bart. in d.
1228 §. qui mortis. † secus aũt est si quis contra tabulet testamentum, quia donationem causa mortis amittit, l. si sub cōdirione, §. fi. ff. de bon. poss. contra tab. & ob id Gl. nostra cũ misterio dixit, si tamen accuso, ut falsum, sentiẽs
1229 esse secus si contratabulando. † Ratio autem differentiæ est secundnm Bart. in dicto §. qui mortis, nam in accusatione falsi, uel querela inofficiosi disputatur solum de niribus testamenti, & ideo non repellitur nisi ab eo, quod debetur ex testamento, uel uoluntate
1230 pendente ab eo. † Quoniam pęna non debet egredi delictum, l. rescriptum, & ibi notat idem Bartol. ff. de his quibus, ut indi. (& commensuranda est delicto, aut. omnes peregrini, C. commu. de succ. & habetur Deutero. capit. 15. ubi dicitur iuxta mensuram delicti erit plagarum modus, tradit Mars. consilio 6. num. 11. & suos authores tenere debet, l. sancimus, C. de pęn. Mars. consilio 64.
1231 numero 3. consilio 73. numero 15.) † sed in bonorum possessione contra tabulas disputatur de iure patris & filij, patroni & liberti, l. filio, §. fin. ff. de inoffic. testam. & not. in l. ex duobus, §. fin. ff. de uulg. & pupil. merito repelli debet ab omni commodo, qđ haberet à patre, uel liberto, & istã rationem differentię ponit in effectu pariter Alberic. in dicta l. etiam. dum dicit, quòd querela falsi, & inofficiosi testamenti principaliter testamentum impugnat à quo non dependet do-
1232 natio causa mortis. † at in bonorum possessione contra tabulas non principaliter disputatur de iuribns testamenti, sed de bonis defuncti ex quibus processit illa donatio,
1233 (idemque sequitur hic Tobias.) † Solus tamen Fulgosius ibi tenet differentiam esse etiam inter accusationẽ falsi, & querelã inofficiosi, sicque, qnód querelans testamentum perdat donationem causa mortis. mouetur per illum textum à contrario sensu, ubi filia succumbens in querela inofficiosi testamenti non tamen perdit donationes quas uiuns pater ei perfecit. igitur à contrario sensu bene perdit eas, quas uiuus non perfecit, ut sunt donationes causa mortis, quæ à uiuo non perficiuntur, sed per mortem duntaxat, l. 2. & ibi not. ff. de don. causa mortis.
1234 † & ratio differentiæ est secundum ipsnm, quia qui accusat testamentum de falso, id agit sine infamia testatoris, merito in hoc casu succumbens debet priuari dumtaxat his quæ capit ex iudicio testatoris, quod falsum dicit, à quo donatio causa mortis non prouenit, sed quando quis querelat testamentum, tunc talis accusatio cum infamia testatoris nempe, quòd non ex officio pietatis fecerit testamentum, ut infra de inoffic. testam. in princip. merito priuari debet etiam donatione causa mortis quæ ab illo proficiscitur, licèt aliunde quam ex testamen-
1235 to. † Ego tamen ab opinione communi nõ recedo per textum in l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffic. testam. ubi dicitur eum qui testamentum inofficiosum improbe dixit, & non obtinuit id quod in testamento accepit perdere, & à fisco uendicari quasi indigno ablatum, subdirque ei demum, qnod testamento datum est auferri, si usque ad sententiam perseuerauit, pondera quo nam pacto loquitur ille textus in querela, & tamen concludit id, quod in testamento acceptum est, datumqne per testamentum perdi, non ergo donatio causa mortis debet amitti, cum per testamentum da-
1236 ta non sit, nec accepta. † Nec obstat textus in dicta l. etiam, à contrario sensu inductus per Fulgosium ibi, quia non est in eo sumendus contrarius sensus, ut tandem ipsemet Fulgos. concludir. probatur, licèt ipse non dicat, quia argumentum à cõtrario sensu sumi debet à defectu causæ finalis, exempli gratia, lex dicit si præses absẽtat se, pōt cãs imperij meri cõmittere, ergo si nõ absẽtat se,

non

non potest id efficere, nam absentia est causa finalis dictæ commissionis, qua destructa, ut quia præsens sit, destruitur & effectus, & ita loquitur textus in l.j. §.huius rei.ff.de offi. eius.

1237 † rursus & aliud exemplum, lex dicit, quòd si patronus coegerit libertam iurare ne nubat, perdit ius patronatus, causaq; finalis est, ut ea nubens filios pariat, ciuitatemque repleat liberis hominib.l.j.ff.sol. ma.si ergo coegerit libertam sterilē iurare ne nubat, ius patronatus non amittet, cum causa finalis in ea cesset, ita loquitur tex. in l. adigere. §.quamuis.ff.de iure patro. sicque declarant Petrus Cynus, & Baldus, in l.côuenticulam.C.de episcopis, & cler. Nicolaus Euerardus, in libro suo de centum locis legalibus, in loco a cōtrario sensu. (& hanc doctrinam pariter posui in d. l.

1238 j.ff.de offi.eius.num. 436.† quæ tendit ad illud, eique conuenit, quod dici solet, argumentum a cessante ratione de iure procedere. c. cum cessante.de app. Crot.consi.11.num.11.l. milites agrum. ff. de re milit. Rolan. à Valle,

1239 consi.80.num.29.uol.j.† nec immerito, quoniam sæpius hæc confunduntur alterumque pro altero ponitur, uel optimis authoribus, Cicero nanque libro epist. familiar.15.ad Catonem scribit, Cum autem ad Cybistra propter rationem belli quinque dies essem moratus. Et Cæsar, lib.8.belli Gallici, Quantum hybernorum opportunitas bellique ratio postulabat. & apud nos, in l. eas obligationes. ff.de capi.dimi. quam in hoc expedit Alberi. in uerbo, ratio aliquando. Paris. consi. 12. num. 86. uol.2. demumque Tiraquel. in tract.cessan.cā.

1240 par. prima, nume.7.)† sed causa finalis, ob quam donatio inter uiuos, de qua loquitur in sensu directo dicta l. etiam, non amittitur, quando quis succubuit in querela, ea est, quā supra posui post Bar.& Albericū, quia in querela disputatur solùm de uiribus testamenti, merito non repellitur a donatione, quæ ex testamento non pendet, sed utique hæc causa finalis non deficit, imo militat etiam in donatione causa mortis, ut per gl. & Doctores ibi. merito non procedit argumentum à contrario sensu in eo textu, quod a defectu causæ fina-

1241 lis sumi debet. † (Si enim militat utroque casu eadem causa finalis, & sic eadem rō, prout Decius appellat in dicto c.cum cessante.colum.3.& prius Imola, in c.post translationem, num.40.de renuncia. denumque Tiraquel. loco citato, num.9. cum sequent. utique cessare

1242 debet argumētum, a contrario sensu† quoniam locum non habet quotiens in sensu contrario militat eadem ratio, quæ subest in directo, ut per Bald.in l. qui testamento.§.mulier. ff.de testamen. Imola, in l.si uero. §.de uiro.circa fi.ff.sol.ma.Corn.consi.177.uolum.j.consi. 22.colum.4.consilio 80.in prin.uolum.secundo, consi.60.colum. fi.uolumi.4. Craue.consi. 39.numero 7.consilio 179. numero 11. Anto. Rosel. in tracta. de success. ab intest.numero 143.quos omnes alias adduxi in dicta l.j.ff.de

1243 offi.eius. num.420.) † Non obstat insuper ratio Fulgosij: licet enim querela arguat quādam infamiam testatoris, tamen restricta est ad ipsum testamentum, atque ad illud limitata, ergo limitatum debet effectum producere.l. in agris.ff.de acqui.rer. dom.& sic in causa esse debet, ut amittatur id, quod ex illo testamē to uenit, & non aliunde a testatore, qui prєter

1244 testamentū non notatur, nec arguitur. † Limitatur nunc ista conclusio glossæ, ut non procedat in donatione causa mortis in testamento confirmata, tunc enim accusando testamētum de falso perditur uelut ab eo dependens. ita uoluit glossa in dicta l. etiam. quam sequitur Imola, in l.fi. ad fi. ff.de don. causa mor. & Aret. hic. probaturque ista limitatio in dicto §.qui mortis, a contrario sensu ibi, [*accepit a te*

1245 *statore.*] † Qualitas enim illa testatoris adiecta uerbo, accepit, regulatur secundum tempus illius uerbi.l. in delictis.§. si extraneus.ff. de noxa. Dec. consi.5. num.4.consi. 139.num. 5.(D.meus Riminal.consi.27.nume.2.Rolan. à Valle, consi.62.num.12.uolu.3.Cephal.consi. 179.nume.18. Berous, consi.173.num.49. uolumi.j.consi.23.num.11.consi.133.num.j.consilio 161.num.91.uol.2.& consi.181.num.j.uolumi.3.Andre. de Alserijs, consi.35.num.3.& Angelus de Periglis, consi.134.num.6.primo tomo diuersorum ultimarum uoluntatum, Crot. consi.4.nume.22.consi.68.num.9.consi. 103.num.10.& consi. 129.num.14.) ergo quādo hic accepit, & ille donauit, iam erat testator, & sic post testamentum donauit, ideo nō perditur, ut ibi. sicque illum textum ponderat ad unguem Ruin.in l.2.col. 25. ff.de leg.j.igitur a contrario sensu si in testamēto donasset, quod fieri potest.l. hæredes palam.in fi. & ibi

1246 not.ff.de testa. † aut ante testamentum, sed donationem causa mortis, confirmasset in testamento expresse, uel tacite non reuocando eam, iuxta.l.cum hic status. §. j. iuncta glossa, ff.de do.inter uir.& uxo.Alex.in auth.ex testamento.C.de collati.Rui.in d.l.2.colum. 25.ff. de leg. primo. sentit ille textus aperte, quòd perderetur illa donatio causa mortis, sicque reperio, quòd Alberic.in dicto §.qui mortis. dicit glossando illum textum, uidelicet a testatore accepit non in testamento, uel codicillis, sed stipulatione, uel traditione: alioquin ut ipse subdit testamenti, uel codicillorum saperet naturam sicque legatorum, ideoque priuari deberet, eundemque intellectum ad illum textum uoluit Hostiensis in summa sua, in rub. de dona. causa mortis, colum. prima,

1247 uersi. tertia est. † Contra tamen hanc limitationem tenet Castren. in dicta l. etiam, motus ea ratione, quia non debet effici deterioris conditionis donatio causa mortis ex confirmatione in testamento facta. Imo cum

ad huc sola morte confirmetur, amitti non debet. Cõfirmatur præter eum, quia cum donatio per se subsistat, cõfirmatio non debet re
1248 leuare. († Sicut dicitur de priuilegijs, de se ualidis, quorum confirmatio a Principe facta nihil releuat, ut docet Bart. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccl. Dec. conf. 341. col. j. Rube. cõsilio 16. col. 2. &) sicut, quando debitor legat creditori, quod ei pure debet. l. si creditori. cũ sequenti. ff. de leg. j. ideo perdi nõ debet, licet
1249 sit in testamento confirmata. † Sed ab his defendi potest hæc limitatio, quòd enim fiat deterioris conditionis causatur non ex confirmatione, sed dependentia a testamẽto. nec uerum est, eo casu, donationem causa mortis sola morte cõfirmari, ut dicit Castrensis, imo requiritur & hæreditatis aditio, ut per Imolam, in dicta l. fi. ff. de dona. cau. mor. & Ruinũ,
1250 in dicta l. 2. colum. 25. ff. de leg. j. † (& quæ dixi de priuilegijs non omnino seruiũt, quoniam confirmatio satis operatur causa dubitationis tollendæ, ut Bartolus ibidem tradit, nam quæ dubitationis tollendæ causa fiunt non dicuntur superflua, ut per Decium, & Cagnol. in l. quæ dubitationis. ff. de regulis iur.)
1251 † Ad secundum uero de l. si creditori, respõder Bartolus, in dicto §. qui mortis, quod ista cõfirmatio nihil releuat, quia non erat in potestate confirmantis annullare actum, & sic in potestate debitoris non erat annullare debitum, secus in quæstione nostra ubi est in potestate donatoris causa mortis, annullare donationem pœnitendo, ideo confirmatio debet operari sic, ut donatio causa mortis, debeatur ex testamento confirmante: merito illud accusans debet eam perdere, & ita refert tene
1252 re Iacobum Butrigarium, in d. l. etiam. † Cõtra tamen hanc solutionem Ruinus insurgit in d. l. 2. ff. de leg. j. col. 24. aut enim dicit, uult Bartolus, quòd agatur ex confirmante, tãquã ex noua donatione, & hoc esse non potest si fuit absenti facta. l. inter mortis. ff. de don. cau. mor. aut ex legato, tanquam ex confirmatione inducto, quatenus donatio erat ultra legitimam summam, iuxta notata per eundem Bar. in l. si quando. in prin. ff. de leg. j. & tunc donatio conuertitur in legatum, unde nil mirum si
1253 perditur accusando testamentum. † Sed ab hac impugnatione Bartolus defendi põt intelligendo quæstionem nostram in donatione causa mortis, quæ non obstante confirmatione in testamento facta, remansit adhuc do
1254 natio, nomenque suum retinuit. † Quod extremum habile supponi debet. l. qui testamento. ff. de testa. & ponit Dec. in c. j. col. 8. de iud. (prout & in dubio præsumi debet, nam ita demum confirmans actum, quem reuocare põt, dicitur dare, quando animo de nouo inducẽdi facit de quo constat, ut per Barto. & clarius Decium in l. more, numero 28. ff. de iurisdict.
1255 omnium iud. † qui dicit, quòd isto casu pro cedunt iura, quæ dicunt, & nostra facimus quibus autoritatem nostram impartimur. l. j. C. de uete. iu. enu. c. si apostolicæ. de preb. in 6.) alias quæstio esset indubitabilis casu quo trãsit in legatum, cum illud amittatur per accu-
1256 satione testamẽti, dicto §. qui mortis. † sed quando donatio causa mortis, fuit in testamẽto facta absenti, tunc non dicitur proprie donatio, sed transit in legatum, seu fideicommissum. l. miles ad sororem, in prin. ff. de leg. 2. Bartolus, in l. j. ff. de don. cau. mor. Soc. Iun. in dicta l. 2. num. 80. Ripa. latius in l. j. §. si quis mortis, num. 7. ff. quor. legat. & Faber, hic in fi. (quibus addo l. primam, & ibi glo. C. de don. cau. mor. Dec. consi. 184. num. 9. consi. 196. & cõsi.
1257 245. col. pen. Alban. consi. 65. num. 6.) † Idẽque ubi summam excedit, nam quo ad excessum transit in legatum, secundum Bartolum in dicta l. si quando, merito nil mirum si eo casu perditur, quia non est donatio. stando igitur in terminis donationis factæ præsenti testamento, & intra summam debet perdi, quia pendet ex testamento, & agitur ex confirman
1258 te, secundum Bartolum. † sed fortius cõtra solutionem Bartoli stringit nã quod dicitur confirmationem operari, quando actus annullatio erat in libera potestate disponentis, procedit quando apparet, quòd confirmans uoluit de nouo inducere, tunc enim uidetur actum reuocare, & de nouo inducere, ita declarat ipse Bart. in l. & quia. quam legit cum l. more. ff. de iur. om. iud. & ita post eum Ias. ibi, num. 34. & Dec. num. 28. ponderant hoc procedere, quando constat de uoluntate disponẽtis, prout Bartolus loquitur per l. quærebatur.
1259 ff. de test. mil. & supra dixi, num. 1254. † (&, ut exemplum dari potest, si facta sit confirmatio cum clausula, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, tunc enim dicitur noua datio, ut per eũ, & alios, Imo. in c. inter dilectos, in glossa, in uerbo appellari. de fi. inst. Decius in rub. de confir. uti. uel inut. nu. 3. cons. 341. num. 11. Rolan. à Valle, cons. j. num. 58. uol. 3.)
1260 † Sed quando confirmatio fit prout est actus ante factus, tunc qui confirmat non dicitur dare, & sic confirmatio nihil operatur, ut idem Barto. & alij tradunt in dicta l. more, per textum in capitu. antepen. & fi. de confir. uti. uel inut. (Roland. à Valle, consilio 2. numero 19. repetito in consilio 98. uolumi. 3. per tex. in dicto cap. inter dilectos. §. porro. & hoc in quæstione nostra uidetur procedere quando testator in testamento suo donationem causa mortis, confirmat expresse, uel tacite non reuocando eam, ut supra declaraui, num. 1246. ex quo enim non apparet, quòd uoluerit eam de nouo dare, utique talis confirmatio non debet attendi, & sic per accusationem testa-
1261 menti non debet amitti. † Sed sustinendo limitationem de qua supra, huic obiecto responderi potest distinguendo, quòd aliquando

quando, & primo confirmatur actus, prout
eſt. ſicque apparet confirmantem uoluiſſe fa
cere, & tunc confirmans non dicitur dare, &
procedit obiectum, ſicque loquitur Bart. in d.
l.more.ibi [*aut noluit inducere de nouo, ſed uoluit*
1262 *confirmare prout eſt.*] † Aliquando uero con
firmatio fit ſimpliciter, quia confirmans non
dicit ſe hoc facere uolens inducere de nouo,
neque etiam dicit ſe confirmare, prout eſt a-
ctus factus, ſed tantum dicit confirmo, & ſu-
mus in dubio quo animo, quæue mente facta
fuerit confirmatio, & tunc talis confirmatio
dicitur facta ex certa ſcientia, & ſic attendi-
tur, & operatur, quia uis termini hoc im-
portare uidetur, quòd firma ſit, ita notat
Ioann.And.& poſt eũ Butri. Card. & Imo. in
c.pen.de confir.uti. uel inu. Abb. in c. exami
nata, circa fi. eo.tit. Alex. conſi.j.col.10. uolu.
1263 5. † quam opini. dicit eſſe communẽ Dec.
in Rub.de confir. uti. uel inut. (& indubitan
ter procedit quando narratur res confirma-
ta, ut per eum, quem ſequitur Cephal.conſil.
270.nu.50.) & in hoc ſecundo caſu uerſamur,
ergo ſit, quòd talis confirmatio debet attẽdi,
merito talis donatio cauſa mortis uelut depẽ
dens ex teſtamento eam confirmante, debet
1264 amitti ꝑ illud teſtamẽtũ accuſantẽ. † Quin-
ta eſt differentia ſecundum hanc Gloſſam, ꝙ
aliter ſubſtituitur in legatis, aliter uerò in do
natione cauſa mortis. nam primo caſu ſtipu-
latio non requiritur inter legatarium, & ſub-
ſtitutum. Secundo uerò caſu requiritur inter
donatarium, & ſubſtitutum: probatur hoc de
donatione cauſa mortis in l. ſi cui mortis, ff.
de don. cauſa mort. ibi, [*ut promittatur alicui*]
iuncta Gloſſa quæ ſubdit, per ſtipulationem.

Quomodo ſubſtituatur in donatione cauſa mort. vel legatis.

1265 † Sed ultra confirmatur, quia uerbum pro
mitto, intelligitur per ſtipulationẽ, ut tenent
Gloſſa, Bart.& alij in l.1. C. de contrah. & co-
mitt.ſtip. & tradit Bar. Fulg. Alex. & Dec.in l.
1266 lecta. ff. ſi certum pet. † ubi latè Cagnol.
num.88.per duas col.refert hanc eſſe commu
nem, & eſt textus qui ad hoc citatur per om
nes, in §. ſi ſcriptum, infra de inut. ſtip. eodẽ
modo poteſt induci textus in l.ut hæredibus
ff.de leg.2.in ſecundo reſponſo.in quo loqui-
tur de ſubſtitutione in donatione cauſa mor
tis ibi, [*ut id promittat ille alteri.*] de legato ue
ro probatur in principio illius textus, dum
dicit, ita legatarijs, ſicut hæredibus ſubſtitui
poſſe. clarum eſt enim in ſubſtitutione facta
hæredibus ſtipulationem non requiri, ergo
nec in facta legatarijs, ibique de promiſſio-
1267 ne nullum uerbum ponit. † Et ſi diceretur
periculoſam eſſe ponderationem factam in
dictis iuribus de uerbo, promitto. nam illa
concluſio Doctorum procedit quando id uer
bum eſt in ſcriptura redactum, ſicque loqui-
tur tex. in d.§.ſi ſcriptum. ſed dicta iura non
dicũt, ꝙ donatarius promittat alteri per ſcri-
pturam, & eſſe poteſt, ꝙ ille promittat in uo-
ce citra ſcripturam, quo caſu uerbum promit
to, non intelligitur per ſtipulationem, ut te-
nent Glo.Bar.Ang.& cæteri, in l.j.C.de uſur.
Bartol. & alij in l.ſciendum, ff. de uerborum
oblig.Gloſſa, Aret.& alij in dicto §. ſi ſcriptũ.
1268 † Reſpondetur, nec illa iura dicere, ꝙ dona
tarius promittat alteri uerbotenus tantum,
quo ſtante ſequitur, ꝙ cum illud uerbum, pro
mittat, ſe referre poſſit ad pactum nudum, &
ſtipulationem, debeat intelligi per modũ ma
gis ſolennem, ut tradit idem Bartol. in dicta
l.ſciendum, col.fi. idque confirmatur, quia cũ
dicta iura inducant hoc remedium quo po-
teſt in donatione cauſa mortis ſubſtitui me-
diante promiſſione, debent intelligi de pro
miſſione uallata ſtipulatione, & ſic efficaci ad
agendum, non autem de nuda, & ineſſicaci
ad agendum, iuxta l.iuriſgentium, §.igitur nu
1269 da, ff.de pact. † cum remedia inutilia non
ſoleat lex inducere, l.hæc ſtipulatio, §. j. ff. ut
leg.not. caue. (& uerba ſint in dubio ſumen-
da in potentiori ſignificato, l.j.§. qui in per-
petuum, ff.ſi ager uectig.l. quæritur, ff. de ſta.
homi.l.hoc legatum, ff.de leg.3.Natta, conſil.
1270 127.nu.6.) † Procedit autem iſta concluſio
ſecundum Aret. hic, poſt Dynum in d.l.ſi cui
mortis, in ſubſtitutione directa, ſecus ſi per
fideicommiſſum fiat ſubſtitutio, tunc enim
non requiritur ſtipulatio, l. cum pater, §.
eorum, ff. de legat. 2.l.Seia, §. fi. ff. de dot.
præl. l. j. C. de donat. cauſa mortis, & hæc opi
nio fuit de mente Gloſſarum ibi, & in dicta l.
ut hæredibus, quatenus dixerunt in caſu illa-
rum legum ſine ſtipulatione poſſe ſubſtitui
1271 in donationibus cauſa mortis. † nam in-
telligendo earum dictum iuxta leges, quas al-
legant, ut tradit Bart. in l.non ſolum, §.ſi libe
rationis, ff. de liber.lega.Pariſ.conſ.71.nu.12.
uolum.3. (Ioannes Campeg. conſ.156.nu.8.
primo tomo diuerſorum ultimarum uolunta
tum, Roland.à Valle conſ.68.num.18. uol.1.
Ferrantes Gargiareus, conſ.126.num.36.& in
certus autor, conſ.94.nu.16. primo tomo cri
minalium diuerſorum,) ſenſerunt hoc eſſe ue
rum in ſubſtitutione per fideicommiſſum,
1272 prout illæ leges loquuntur. † Sed hæc opi-
nio non eſt tenenda, prout eam damnat Bar
tol. in dicta l. ſi cui mortis, ea ratione quia in
relictis particularibus non eſt uis in modo re
linquendi, & ſic inter uerba directa, & obli-
qua, l. 2. C. commu.de leg.& ibi not.in l. j.ff
de leg. j. ideo ſicut poteſt ſubſtitui per fidei-
commiſſum in donatione cauſa mortis ſi-
ne ſtipulatione, pariter idem directè fieri
1273 poſſe debet. † Aliter igitur hoc reſol-
uas, quòd aut ſubſtitutio fit ut ſubſtitutus
ſit donatarius, & requiritur ſtipulatio, dicta
l. ſi cui mortis, & dicta l. ut hæredibus. Aut
ut ſit fideicommiſſarius, & tunc ſine ſtipu-
latione fieri poteſt, dicto §. eorum. cum ſi-
milibus, cũ quilibet honoratus poſſit graua-
ri.l.

ri,l.ab eo.C.de fideicomm.ita Bar.Bal.Cuma.
Imo.Roman.Castrens.& alij in d.l.si cui mor
1274 tis,declarant. † Vnum tamē post alios ad-
dendum puto in primo membro, ꝙ illud pro
cedat,& sit intelligendum de iure Digestorū
& Codicis ante Iustinianum,quo iure dona-
tio causa mortis stipulatione tantum, uel trā
ditione fiebat secundum communem opinio
nem supra per me relatam, nu. 531. cum se-
1275 quētibus,& ibi de veritate latiùs dixi. † ho
die uerò cum etiam pacto nudo fieri possit
donatio causa mortis, ut communi calculo
firmatum est per Glossam, & Doctores,quos
& supra retuli, nu. 663.cum sequenti. (qui-
bus nunc addo Viuium in suis communibus
opinionibus,in uerbo,donatio censetur cau-
sa mortis, & Emanuelem Suarez in Thesauro
receptarum sententiarum,uerbo donatio cā
1276 mortis,nu.284. †non ab re dici potest sine
stipulatione quoque substitui posse remanen
te substituto donatario. idque tenet expres-
se Petr. de Bella Pertica in l.1.ad finem, C.de
don.causa mort. (& post eum Alber. Imo.in
dicta l.ut hæredibus,) & licèt ipsi non dicant
hoc uidetur Iustinianus sensisse in l. unica, §.
sin autem aliquid,C.de cad.toll.quatenus sub
eodem uerborum periodo dixit [*in institutio-
nibus, & legatis, & fideicommissis, & mortis cau-
sa donationibus posse substitui*:] nam de stipulatio-
ne quo ad donationem causa mortis necessa
1277 ria nihil dicit: † imò, ut æqualis fiat deter
minatio,iux.l.iam hoc iure,ff.de uul. & pupil.
(& ibi Castren.Alex.& alij,Crot. cons. 1. nu.
44.& cons.100.nu. 22.Rol.à Valle, consi. 74.
nu.2.uol.2.Bero.cons.76. nu.66.uol.j.& cons.
131.num. 2. uol. 2.) sicut respectu institutio-
num, legatorum, & fideicommissorum nulla
requiritur stipulatio, pariter & respectu do
nationis causa mortis dici debet eam non re-
1278 quiri. † tātoque magis,quia ea omnia per
copulam in eadem oratione coniungit Impe
rator, ut supra retuli, quo stāre qualitas, quæ
tacite inest primis copulatis,uidelicet institu
tionibus, legatis, & fideicommissis, ut stipu-
latio non requiratur in substitutione, debet
intelligi repetita, pariterque inesse donatio-
ni causa mortis posteriori loco copulatæ, si-
cut quando qualitas reperitur expresse addi
ta alteri rei ex copulatis in eadem oratione,
nam & in sequenti re intelligitur repetita si
illi potest conuenire, ut declarat Bartol. in l.
Seię. §. Caio. per illum textum, ff. de fun. in-
str. Bald. in l.quamuis, C. de impub.Dec.con
sil.92.num. 2. & in l.2.§.creditum,nu. 18. ff.si
certum petatur.Soc.in l. j.col.2.in princ.ff. de
uer.ob.Paris.consil.18. nume. 23. uol.2.Crau.
cons.9.nu.25.Ruin.consi. (15.nu.8.uolum.j.
consi.) 120.nu.6. uolum. 3. (Senatus Pede-
1279 montanus Decis.71. nu. 66.) † Nihil autē
repugnat,ex quo Iustinianus induxit dona-
tionem causa mortis nudo pacto fieri posse,
qualitatem illam, quòd stipulatio non requi
ratur in substitutione, quæ prioribus copu-
latis inerat, & in donatione causa mortis sub
intelligi posse, & sic considerando est ibi ca-
sus pro hac mea opinione ab aliquo quem ui
1280 derim non animaduersus. † Sexta succedit
differentia in hac Glo.nam filius donare po- Filius an donare possit cā mor. de consensu patris.
test causa mortis de consensu patris,legare se
cus,l.tam is, §.1.ff.de dona.cau. mort. ubi de
donatione est casus,de legato uero probatur
in l. 2.ff.de leg. 1. à contrario sensu, iuncta l.
qui in potestate,ff.de testa.& infra quibus nō
est permiss. fac. testa. in princ. item probatur
in l.j.uersi.sed si filius, ff.de leg. 3.iuncta l.j.ff.
1281 de leg.j. † & hanc differentiam pariter fir-
mauit Glossa in d.l. 2. cum qua communiter
alij transeunt, ut refert Ruin.in prin.& Glos.
in l. senium, C.qui test.fac.poss.ubi Iason,nu.
8. similiter testatur hanc esse communem,idē
què tenet Alex.cons.53.nu.8.uol.7.Domi. Pe
rusin.& alij, in c.si pater,de testa.in 6.ubi Go
mesius, colum.j. dicit circa hoc non esse du-
bium, sicque omnes concludere, aliosque
refert eiusdem sententiæ Ioann. Durantis de
arte testā.Caute.j.tit. j.col.j.& ponit Guiliel.
Bened.in repet.c.Raynutius, de testa. in uer-
1282 bo,matrem insuper Cleram, nu.43.(† idē
que Plotus iunior in additionibus Martini
Garrati,cons.59.nu.9. qui me hic citat, tam-
què collaudat ac extollit,ut illi perpetuo, pa-
trique suo Clarissimo Iureconsulto deuin-
ctus sim, qui mihi numquam ab eo uiso re-
uellauit amorem erga me suum per litteras
me plurimum commendans, ut per eum,
& ultra prædictos hanc conclusionem quo-
que tenet Rubeus, cons.46.nu.4.& Antonius
de Tremo.in addit. ad Bona.in pract.except.
quem citat Baptista Villalobos, in suis com-
munibus opinionibus, in uerbo, filius fami-
1283 lias,nu.135. † dicens talem consensum prę
stari posse per epistolam, & plures alios con
cordantes allegat Viuius in suis communi-
bus opinionibus,in uerbo, filius familias re-
gulariter. idemque firmat Emanuel Suarez,
in Thesauro receptarum sententiarum,uer-
bo donatio. num. 289. & in uerbo, filiusfa-
mil.num.195.citat Socinum,cons.272. uolu-
mine 2. & clarum de donatio. quæst. 6. uers.
aut uerò quæris. & licèt subiungat contrariū
probabilius esse, ut alibi luculenter ostendit:
hoc tamen ego non reperij nisi supra,quo lo
1284 co tenet hanc communem. † quam sequen
do subdit tacitum consensum patris non
sufficere, sed expresso opus esse, citat Tira-
quellum de legibus Connubial. in Glossa 7.
num. 9.corruptè tamen, quia non ponit ibi
sed in Glossa 5.qui mouetur per textum, in
l. filiusfamilias, §.pari autem ratione,in uer
bo specialiter, ff. eo.per quē ita tenet Glossa
in l. qui in potestate, & ibi latè Franciscus A-
ret. ff. de testamen.Spec.in titulo de instru.

editi,

editi.§.compendiosè. uer.quòd si filius,& ibi
Ioa.And.qui ad hoc allegat Albertũ Galeat.&
ibid.sequitur Bal.sicut & Dyn.Cyn.& latè Bal.
reprobãs Guilielmũ de Cun.cõtrariũ tenẽtẽ
in l.feniũ,C.qui testa.fac.Bar.& Rom.in d.l.tã
is,§.j.Bal. in l.Labeo,ff.de pa&.Ang.in l.fi.§.fi
1285 lijs ãt,†C.de bo.q li.ubi dicit ita fuisse deci
sum Perusij.Panor.cons.40.2.dub.uol.2. Soc.
latè,cons. 112.uol.j.repetito cons. 172. uol.2.
supra citato,ubi dicit,ꝙ nullus contradicit,&
Ang.Aret.noster,in §.j.col. 2.infra qui.nõ est
permiss.fac.testa.sic igitur ista differẽtia Glos
sæ nostræ de filio qui patre cõsẽtiẽte donare
cã mort. põt,legare uero nequaquã passim re
1286 cipitur.†Nihilominus tot,& si qui sunt alij,
Opi.Cumani.
non attentis) solus Cumanus in d. l. tam is, §.
j. & in dicta l. qui in potestate,tenuit contra-
rium uidelicet, quòd nec etiam donare causa
mortis possit filius patre quãtumuis consen-
tiente per textum in l.j.§.j.ff.de tut.& rati. di
str. ubi ponitur regula negatiua, quòd qui
testari non potest, nec mortis causa donare:
secundo per regulam l. 2. ff. de legatis primo,
ubi qui non potest testari, nec fideicommit-
tere seu legare, ergo nec donare causa mor-
1287 tis. † concludebat tamen Cumanus non
esse contra stimulum calcitrandum, & sic in
communem sententiam declinabat (quam se
quuntur,ut refert Viuius supra citatus,respõ
dendo omnibus fundamẽtis Cumani,Soc.iu-
ni.in d.l.2.nu.15.& Guil.Põt. præceptor suus,
nu.15 ff.de leg.1.sed & ultra Cumanum) Ia-
1288 son quoque in d.l.fenium. † citat textum
in l.discretis, C.qui test.fac.poss.ubi pari mo
do regula constituitur, quòd qui testari non
potest nec donare causa mortis, quem textũ
& consimiles si uelis in alijs intelligere, quàm
in filio, ut sentit Bartol.& alij, in dicta l.tam
is, in princip. & Alexand. in l.si frater, C.qui
testamento facere possunt.dum dicunt,quod
fallit in filio, nihil aliud est, quàm ponere di-
1289 uersitatem facti secundum Iasonem.†(à
quo licèt possemus effugere, cum diuersitas
facti soleat diuersitatem iuris inducere, l. in-
terpositas,C.de trans.Alb. in l.si ex plagis, §.
in cliuo,ff. ad l.Aquil.Senatus Pedemõtanus,
Decis.99.nu. 34. tamen id negari non potest
1290 quòd esset) illa iura restringere.† Confir-
mo hanc Cumani sententiam: sicut enim mẽ
tecaptus, furiosus ue testari non potest, ita
nec donare, l.in negocijs,ff.de reg.iu.per quã
sic tradit Bal.cons. 171. donatio, quam Anto
1291 nius, uol. j. in antiq. † idem & in hæreticis
uidemus,qui sicut testari non possunt,ita nec
donare, l.Manichæos, C.de hæret. idem & in
perduellionis reo. l. fi.C.ad l.Iul.ma. iuncta l.
donationes.§.fi.ff.eo.tit.nostro. igitur & in fi
1292 lio idem iuris est concludendum. † Ad l.
tam is,§.j. respondebat Cumanus ibi,ꝙ cum
filius donet ibi de bonis patris,nõ tã ipse q̃ pa
ter donare uidetur,l.in ædib.§.j.ff.eo.pater.n.
1293 donare dicitur mediãte organo filij.† Et ꝙ
ibi filius donaret de bonis patris,pbat Ias.in
d.l.feniũ, nã de castrẽsibus, uel quasi loqui nõ
potest.cum in illis filius libere donet,l.filiusfa
milias,in fi.ff. eod. aduentitia uero tunc non
erant inducta,sicq; filius nihil suum habebat
sed postea de iure Codicis,l.cũ oportet,C.
1294 de bon.quæ lib. † His tamen non obstanti
bus à communi non recedo (à qua pariter Communem tenet autor.
Didacus Couuar. in Rubr. de test. par.3. nu.
7.dicit non esse diuertendum, moueor) per
textum in dicta l.tam is, ubi clare dicitur, ꝙ
filius donare potest causa mortis, ergo loqui
tur de donatione quam facit filius in effectu,
& in ueritate, non autem pater, & ita contra
Cumanum cõsiderat Soc.iun.in l.2.nu.15.ff.
de legat.j. idemque Guil. Pontanus ibidem,
num. 15.concludit dicens, quòd intelligen-
tia realis, & uera d.l.tam is, §.j. est ꝙ ibi lo-
quitur de potentia filij principaliter, & de
consensu patris accessorio.concordat textus
in dicta l.filius familias,§.pari.ubi idem dici-
1295 tur. † Sed ultra Socinum iun. & Guiliel-
mum Pontanum confirmatur, nam in dictis
iuribus dicitur, quòd filius causa mortis do-
nare potest patre permittente. igitur hinc de
præhenditur,ꝙ filius est ille,qui donat,nõ aũt
1296 pater,qui consentit. † qui enim alteri fa-
ciẽti cõsentit, non dicitur facere, nec ab eo
actus denominatur, l.si pater,in fi.ff.de manu.
uind.l.aliud est uendere.ff.de regul. iur. & ibi
Dec.& Cagnol.idemque Dec.in Rub.ff.de cõ
stit.colum. 4. & in cap.j.post princip. de iudi.
1297 † hinc uendenti non autem consentienti
datur remedium legis secundæ, C.de rescind.
uendit. & ibi Bal. ponit q.20. quem sequitur
Cagnol.q.21.num. 155. post Anton. Burgos
in c.cum causa,de emp.& uendit. col. penult.
& consentit Dec. in locis citatis, lateq; Tira-
quellus in libro suo de legib.Cõnubial.in uer
bo [*contracter,*] Gl.3.nu.132. ubi in discursu la-
tè discutit materiam dictæ legis,aliud est uen
dere, (& idem tradit Pantaleon,in d.l.2. nu.
119.Roland.à Valle, cons.67.nu.89. & cons.
69.nu.37.uol.3.& quoniã nõ respõdet his in-
ductionibus Constantinus,parũ curandus est
sicut & super inductione tex.in l.filius famil.
ff.eod. super qua se inuoluit,& concisè refert,
cum clarè dicatur ibi, ꝙ uolũtate patris filius
mortis cã donare põt, sicut & in d.l.tã is,§.j.
1298 † nec obstat tex.in d.l.in ædib.§. si.quo mo
uebatur Cuman.ubi qñ filius uolũtate patris
donat,perinde est ac si pater donauerit, & sic
actus attribuitur cõsẽtiẽti.id.n.est p fictionẽ
iuxta regulã,q p aliũ facit,de reg.iu.in 6.ut i-
bi Gl.declarat,nõ ãt, ꝙ uerè pater donauerit.
cõfirmatur hoc,ut ibi per Imolã põderãtẽ illa
uerba [*perinde ac si pater donauerit*] q̃ intelligun
tur quoad ualorem donationis,nõ autẽ quo
ad effectũ,& ueritatẽ, ꝙ pater dicatur donare
1299 † idq; ꝑterea iustificat,q2 cũ uerba illi⁹ tex
tus

tus sint scripta in personam ibi, [*quòd filius uoluntate patris donauit*] sequitur, quòd pater qui consentit fieri illam donationem nõ proprie facit, uel donat, sed ex interpretatione tantum, & sic per fictionem, l. 1. §. deiecisse, ff. de ui, & ui arma. declarat Bart. in l. hæc uerba, ff. ad leg. Iul. de adult. in l. aut qui, §. fin. in fi. ff. quod ui aut clam. sequitur Alexand. cons. 62. col. 3. uol. 4. Decis. Neap. fi. nu. 6. Ruin. cõs. 17. nu. 13. uol. 3. D. meus Riminald. consil. 11. nu.
1300 12. & cons. 55. nu. 27. † uel, & secundo, secundum Imolam, & Castrẽsem ibi, si uolumus quòd illa uerba denotent omnimodam similitudinem, & sic perinde sit ac si omnino pater donauerit, hoc est intelligendum quando fi
1301 lius donauit uolẽs pro patre donare. † sed quando cessat hæc uoluntas, prout in dubio præsumitur per l. & magis, ff. de solut. & quod notat Bar. & Bald. in l. 2. C. pro soc. quos sequitur Dec. cons. 21. nu. 10. & cons. 348. num. 4. Corn. cons. 79. nu. 15. uol. 1. D. meus Rimin. cons. 75. nu. 23. & cons. 130. nu. 9. Nicol. Boeri. Decis. 23. ubi, quòd soluens in dubio præsumitur de proprijs pecunijs soluisse. utique uere filius dicitur donare, non autem pater, dicta
1302 l. tam is, §. j. † Nec de necessitate debet ille §. intelligi de bonis paternis, ut dicebat Iason, cum etiam de iure Digestorum filius præter castrense uel quasi peculium in multis casibus poterat habere proprium, ut per Romanum, in l. placet. ff. de acqui. hæred. ubi quatuor casus enumerat. ponitque Soc. in l. j. §. fuit quæsitum, ff. ad treb. col. pen. & consil. 172. colum. 2. in princip. uolum. 2. ubi dicit se aliàs enumerasse 15. casus, in l. cum filio, ff. de leg. 1. qđ tamen ibi nõ reperio, & ponit etiam Cagnol. in l. si emancipati, nu. 186. C. de colla.
1303 † Non obstat modo textus in l. 1. §. j. ff. de tut. & rati. distr. quo mouebatur Cumanus, & l. discretis, qua mouebatur Iason, & quæ ad idem tendunt, nam uno ictu tolluntur: loquũtur enim in impeditis ex defectu naturæ, ut est pupillus, item mutus, & surdus à natura, at secus in filio qui impeditur ob patriam potestatem, sicque potius ex accidenti, ita Ias. ipse resoluit in dict. l. fenium, col. 7. in fine, & in l. fi. col. 4. C. qui test. fac. poss. Soc. iun. in d. l. 2. ff. de leg. j. nu. 16. in fi. & Cassane. in consuetud. Burgundiæ, in tit. de successio. Rubr. 7. §.
1304 12. nu. 7. † Quæ solutio confirmatur: nam impedimentum naturę magis afficit quàm ex accidenti proueniens, l. sed est quæsitum, l. si quis posthumos, ff. de lib. & posthu. & utrobique not. Bar. Bald. Castr. Ias. & alij scribentes, ad idem text. in §. in plurimis, in fine, supra de adoptio. & ibi notant Glossa, & Doctores,
1305 (dixi in l. 1. nu. 96. ff. de offi. eius. † nec sanè mirum, si quidem Connano teste lib. 1. c. 2. in suis Commentar. iur. ciuil. natura omniũ rerum prima, & antiquissima est, & ut idem scribit capitu. 1. colum. 2. de natura quicquid proficiscitur æternum est, & uerum, quod autem ueritate nititur, quia plus uno uerum esse non potest, semper unum & idem est, & ubique idem numquam sibi repugnans, numquam contrarium nullo temporis cursu
1306 mutabili. † Ignis urit apud Indos, & apud omnes item populos, atque his omnibus, & nix alba est & symphoniæ iucundus auditus, & bene olentium odor suauis, & contrariorum sensus contrarius.) nil ergo mirum si pupillus, surdus, & mutus à natura prohibentur etiam donare causa mortis, filius autem adultus non, quia primo casu repugnat, & ob stat impedimentum naturæ, secundo secus.
1307 † non obstat etiam quod de mente capto, & furioso dixi, id enim est propter defectum mentis, §. præterea, infra quibus non est permi. fac. testam. quæ mens est de substantia testamenti, l. j. ff. de testam. & donationis, l. 1.
1308 uers. item cum ipse, ff. eod. † hinc est, quòd tales per statutum dispensari non possunt ad testandum, ut tradit Barto. in l. si quæramus, colum. 2. ff. de testam. sed in filio sanæ mentis, ut supponitur in quæstione nostra, cessat hic defectus mentis: igitur & argumentum.
1309 † Non obstat, & postremo, quod de hæreticis, reisque lęsæ maiestatis dicebã, id enim est in pœnam delicti constitutum: (hæresis enim crimen est diuinæ maiestatis lęsæ, ut ponit Paulus Girland. in tractat. de heret. q. j. eaque nullum grauius est peccatum, ut tradit Petrus de Monte in Tracta. Monarch. concil. numero 14. cęterisque detestabilior est ea ratione, quòd in creatorem committitur, ut loco prallegato dicit Girlandus. Hæresis detestabilis.
1310 † utque scribit Ioannes Nicolaus Arelatanus in tracta. de haret. not. 38. Hereticus præcisus est ab ecclesia, & est sicut ramus præcisus ab arbore siue stipite, qui statim arescit cap. loquitur. 24. quæst. j. & est ille de quo Ioannis 15. dicentis: Si quis non manserit in me, mittetur foras, & arescet.
1311 † Item hæreticus etiam post mortem potest inquiri, & damnari, c. 2. de præscr. in 6. 24. q. 2. in summa, c. si quis episcopus, de hæret. & l. hæreticos, C. de hæret. & ita illius memoria damnari potest, ut per Angel. Aret. in §. interdum. infra, de hæred. quæ ab intest. defer. & in tract. de malefi. in uerbo, Traditore. Licèt in alijs criminibus regulariter fit secus secundum Bald. Salyc. & Doct. in l. 2. C. qui testa. fac. poss. Fel. in d. c. si quis episcopus, & tradit Francis. Ponzi. in tract. de Lamijs, nu. 75. & Rubeus in tract. de potest. & defens. in cau. cri.
1312 nu. 142. † Demumq; uidemus hęretico bonis interdictum esse. l. Manichęos, & l. fi. C. de heret. c. cũ secũdũ, eo. tit. li. 6. in tantum, quòd nec aliũ sibi põt obligare, licèt in alijs quibus bonis interdicitur, secus sit cõstitutũ, l. is cui bonis, & ibi declarãt Cast. & Doct. sic in hæretico limitãtes illũ textũ, ff. de uer. ob. sequitur Arelatanus

latanus,in dicto tract.de hæret.notab.43.qua
re mirum uideri non debet si donare non po
1313 test.† Quod uero pertinet ad crimen læsæ
maiestatis, negari non potest,quin & illud sit
enorme delictum, ut inquit Hiero. Gigas, in
tract. de crimi. læsæ maiesta. q.9. num.5. Imo
nero dicitur pessimum omnium peccatorum.
§.si igitur.in Aut. de nuptiis.& in quo receda
mus a cōmunibus regulis, ut late tradit Mat-
thæus de Afflictis,in c.j.§.& bona committen
tium.Quę sint regal. sequitur Hiero.Gigas,in
1314 dicto tract.q.3.num.5.& 8.† Parique modo
uidemus in eo crimine memoriam defuncti
damnari posse saltem infra quinquennium,ut
per glo.singularem, in l. Manichęos. de hære.
& in summa.24.q.2.Rom.singu.431.de crimi
ne lęsæ maiestatis.Ang. Aret.in tracta.de ma-
lefi.in uerbo, & hai tradito la tua patria, & in
§.interdum.infra de hæred.quæ ab intest.de-
ferun. Alberic.in l. fi.in fi.ff.ad leg.Iul.maiest.
& Alex.ibidem in apost. Bartoli, demumque
Hiero. Gigas,loco citato.q.23.qui communē
testatnr, quare recte constitutum est & in tali
reo,quòd donare non possit ob criminis im-
manitatem, sed hæc omnia cessant) in filio,&
1315 sic saluatur communis opinio.† (cuius ta-
men occasione unum singulare non omitto,
quòd licet filius in potestate legare non pos-
sit,nec testari,prout supra dixi,id tamen fallit
in filio clerico,etiam primæ tonsuræ, quia qđ
habet censetur quasi castrense peculiū,de quo
filius testari potest,& solet, ita Iason, in l.filiæ
licet,colum.pen.C.de colla.quem sequitur Pe
trus Gerar.de Petra Sancta,singula. 54. Mars.
in rub.ff.de fideius.num.147.Rolan.à Valle,cō
1316 silio 11.num.28.uolu. 2.)† Limitatur nunc
ista conclusio de consensu patris necessario in
donatione causa mortis facta per filiū, quòd
procedat in profectitijs, aut in aduentiis, in
quibus usufructus spectat ad patrē, secus in
illis bonis,quę pleno iure pertinent ad filium
prout in casibus,de quibus in aut. excipitur,
cum duabus authenticis, quæ sequuntur.C.
de bonis quæ lib. & ibi glossa cumulat alios
casus,prout & infra per quas pers. nob.acqu.
§.j.in uerbo, usumfructum,nam in dictis casi-
bus filius potest donare causa mortis,sine cō-
1317 sensu patris.† Hæc opinio fuit in primis de
mente antiquorū,ut Ottonis, Iacobi de Are.
Ricardi Malum. & Cyni,quos refert,& sequi-
tur Bar. & post eum Angel.& Alberic.in l,fi.§.
necessitate,C.de bon.quæ lib.& latè Alex.cō-
sil.106. uol.j. quatenus tenuerunt consensum
patris in aduentitijs filij requiri,non ad inte-
grandam eius personam,sed propter præiudi
cium ipsius patris, & sic ubi quæritur usufru
ctus ei, & ideo ubi quæri non potest dixerunt
consensum patris non esse necessarium. hine
enim senserunt hoc secundo casu filium posse
donare causa mortis, sine patris consensu.
1318 † Sed in specie tenet hanc opinionem Bar-
tolus per illum textum in Aut. ut lice. matri,
& auiæ, in prin. ibi, [*quo uolunt modo disponere,*]
ubi in aduētitijs, quorum usufructus nō per
tinet ad patrem datur licentia filijs disponen
di, quo uoluerint modo,ibique glossa secun-
dum Bar.excipit solum testamētum.ergo alio
modo disponere possunt, & sic donare causa
mortis,ibique etiam Bartolus ponderat glos-
sam in l. qui in potestate.in prin. ff.de testam.
quæ idem uoluit,dum opponendo dictis per
eam superius,de illo Aut.ut lice.ma.& auiæ.in
prin.subdit, sed ibi disponit non testando,sen
tiens, quòd excepto testamento,potest filius
aliter pro libito disponere,& sic donare causa
1319 mortis,sine patris consensu.† hanc insuper
opinionem tenet Roman. in aut. similiter. C.
ad l.Falc.num.77.per tex.in dicta Aut. ut lice.
matri.in prin. Cast. in dicta l.tam is.§. pri. de
mente glo.in l.filiusfam.in fi.ff.eo. & Iason,in
l.nemo. col.4. C.qui test.fac.poss.motus,quia
in his,aduentitijs, in quibus nō quæritur usus
fructus patri, filius habet integram personā,
merito non requiritur consensus patris,& an-
te eum idē tenet ibidem Clarissimus patruus
meus magnus Riminaldus, & post utrumque
Decius,simpliciter in fine,Crauet.consi.92.co
lum.j.& Romanus,quem ipse citat,cons.512.
col.j.(ubi pariter Horatius Mandosius, in ad-
ditionibus adducit Crauettam, consi.39.nu.
1320 2.& Paris.consi.157.nu. 17.uol.4.† & Ro-
manus) ad hoc ponderat textum,in l. fi.§.fi-
lijs autem,C.de bon.quæ lib. quatenus ibi di-
citur in his,dūtaxat casibus,in quibus usufru
ctus patri quęritur, non licere filijs citra uolū
tatem patris dominium rei ad eos pertinen-
tis alienare. Patet igitur inquit,ex illa taxati-
ua,duntaxat, quæ omnium aliorum casuum
pręter eos, quos includit, est exclusiua.l. 3.§.
cum Titio.ff.de adi.leg. (& late ponit Dec.in l.
pri.C.de bon.poss.contra tab.) filium aduen-
titia, quorum pater usumfructum non habet
alienare posse præter eius permissionem, igi-
1321 tur etiam donare causa mortis.† Quoniā,
ut subdit ultra Romanum Ruinus, in dicta l.
2.col.9.ff.de leg.j.ad hanc partem ponderans
illum textum, sub illo uerbo alienare,tanquā
sub genere continetur etiam donatio causa
mortis.l.alienatum.§.donationis.ff.de uerbo.
sig. & sicut sub eo comprehenditur donatio
inter uiuos, & uenditio,respectu cuius secun-
dum omnes, non requiritur consensus patris
quando sibi non quæritur usufructus, ita idē
esse debet in donatione causa mortis,ut ęqua
lis fiat determinatio l.nam hoc iure. ff.de uul.
1322 & pupil.† & ultra prædictos Doctores hāc
etiam partem tenet Guil. Bened.in c. Raynu-
tius,de test.in uerbo matrem,insuper Cleram,
nume.43. Confirmaturque præter alios pon-
derando textum,in dicto Aut.ut lice. mat.ibi,
[*quo uelint modo disponere,*] nam id uerbum ue-
lint,importat liberam uoluntatem.l.cum qui
dam.

Crimen læsæ maiestatis magnū.

Consensus patris, an requiratur in donatione filij, de aduentitijs quorū usufructus non pertinet ad patrem.

dam.secunda.ff. de leg.secundo,l.fideicommis sa.§.quanquam.ff.de leg.3.Bartolus,in extra ua.ad repri.in uerbo uidebitur.colum.j.& in l.centesimis.§.fina.ff.de uer.ob.cum alijs late per Alex.& Iasonem,in l.si sic.ff.de leg.primo.
1323 †(unde Connanus eleganter in commentarijs iuris ciuilis,libro 9.capitu.4.col.3.dicit, quòd quãdo mihi legatur, si Titius uoluerit, legatum non ualet, quia incertum facit iudicium testatoris, necenim uoluit aliquid, qui totam suam uoluntatem in alterius arbitrium contulit, ut suæ etiam uoluntatis sit ipse testator incertus, qui non uult nisi ipse Titius uelit, in qua tanta incertitudine nulla esse animi consensio potest, eumque secutus fui plenius dictam regulam confirmans, in l.
1324 j.ff. quod quis iur.num.145.† Quæ procedit nedum si verbis uelit,)fuerit simpliciter ꝓlatum, sed cum dictione, [uti,] adiecta puta, [uti uis,] ut tradit per illum textum Bartolus, in l.creditor.§.Lucius.ff.mand.Ias.in dicta l.si sic,nume. 28.unde idem esse debet,quando dictum fuit, quo uelis modo, ut in dicta auth.
1325 † nam illa dictio, uti, importat modum,ut declarat Bar.& alij sequuntur,in l.quibus diebus.§.Termilius,colum.2.ff.de cond.& demõ. si igitur in libera uoluntate filij, hoc constituit Imperator ibi, datur intelligi, quòd sine consensu patris possit donare causa mortis, de dictis bonis,alias hoc nõ esset in libera uo-
1326 lũtate filij.† Nam consensus alterius requisitus tollit liberam uoluntatem facientis,licet in consilio sit secus, ut colligitur ex notatis ꝑ Bal.in dicto §.necessitate,colum.5.uersi.subsequenter quærit glossa,per Bal.& Perus.in c.statutum.de hære.in 6.per Castrensem,cons.86. uidetur dicẽdum, quod plenius deducit Dec. in c.si pro debilitate,nume.16.de offi. delega.
1327 † Et actus ad aliquem dicitur liberè pertinere, quando potest illum facere sine requisitione, & licentia alterius.c. de multa,in uerbo[*libere conferat,*]& ibi notat Abbas,de præb. Butri.& Bal.in c.quæ in ecclesiarum,de consti. dicentes, quòd uerbum,liberum, importat,ꝙ non teneatur alterius consensum requirere.
1328 †(facit,quod inquit Rui,consi.119.colum. 3.uolumi.j.ubi dicit,quòd libere uti re non dicitur, qui impedimẽtum aliquod patitur,uel pati potest,sequitur Roland.à Valle,consi.62.
1329 nũ.20.uol.j.hinc libertas deducitur,† Quæ dicitur esse quædam naturalis facultas de re sua ad libitum disponendi, quam coarctare contra rectum dictamen rationis, est contra ius naturale,ita Soc. consi. 172.colum.tertia, Brun.consilio 56,colum.j.Roland.à Valle,cõsilio 22.numero 11. uolumi.2.)corroboratur
1330 adhuc hæc opinio.† Nam uidemus talem donationem causa mortis factam a filio de re sua cum consensu patris reuocari posse per ipsum filium patre inscio, & inconsulto,ut not. Dynus,Cynus,Salycetus,& alij, i l.nec fratris. C.de dona.cau. mor. Corn.in dicta l. senium. Tiraquel.in tract.suo de iure primogen.q.68. nume.4.hine enim deprehenditur talem consensum, in eius confectione non esse necessa-
1331 rium. † alioquin & in eius reuocatione re quireretur,aut. contra si filij. C.de repud.ubi consensus patris requisitus in contrahendo, & in dissoluendo requiritur, & ibi not. Bar.& Cast.in l.tria. ff.de serui. rust. præd.Iason,in l. quemadmodum.ff.de acqu.poss. per regulam l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.(Cephal.cõs. 212.num.4.† & probatur dicta regula in aut.
1332 prædicta,contra si filij.sequitur Alex.cons. 209.num.23.uolumi.2. & in l.centesimis.§.fi. ff.de uerb.obli.Ias.consi.141.num.2.uolum.4. Fely.in c.cum accessissent,num.5.de const.ubi post glo.& Bald. per eum citatos concludit, quòd quando ex forma statuti requiritur ad probandum actum certa probatio, eadem requiritur ad destructionem eiusdem actus.
1333 † unde Bartolus,in l.& ideo.ff.de cond.fur. num.2.dicit, quòd resolutio contractus iudicatur eiusdem naturę,cuius est contractus,sequitur Decis. Neap.232.& latius Senatus Pe-
1334 demonta.Decis.53.nume.2.† & prędicta regula) proprie procedit, quando in conficiendo actum de necessitate aliquid requiritur,nã tunc etiam in reuocatione illud adhiberi debet,sed ubi extra necessitatem,& ex superabũdanti solennitas aliqua interuenit in actus cõstructione,tunc in reuocatione illius actus nõ est necessaria,puta ex decem testibus,qui testamento interuenerunt,satis est in reuocatione septem adhibere, ut declarat Bar.in l.hæredes palam.§. si quid post.ff.de testa. & plenius deducit Dec.in dicta l.nihil tam naturale,& post eum Cagnol.num.2.Ferrarius, colum.fina.& idem trad t Dec.in c. cum omnes, nume. 9. de consti.post Castren.& Inno.quos citat,(idem que plenius confirmat Senatus Pedemont. Decis.53.num.10. allegans Bartolum.in lege actor,num.9.ff.rem rat.habe.Iasonem,in l.om nium.C.de testam.num.9.& consi.141.nume.
1335 11.uolum.4.)† Postremo stringit textus in c.si.de iudic.in 6.in ratione sui, ubi in beneficialibus,& spiritualibus filiusfamilias sine cõsensu patris admittitur ĩ iudicio, [cum]inquit textus,[*de his pater se intromittere non habet.*]hęc enim ratio militat in aduẽtitijs, quorum usus fructus ad patrem non spectat, quia in eis pater non se intromittit,nec est legitimus administrator, ut inquit Roman. in dicta authen. similiter,post Baldum,in l.fi.§.j.ff.de uer.oblig. ergo consensus patris non debet esse necessarius,siue filius in iudicio comparere uelit, siue mortis causa donare,& ita in testamento ꝑ illum textum arguit Romanus, in dicta au- Opi.cõtra com munem.
1336 then.similiter,nume.77.circa finem.† Contrariam partem, quòd imo requiratur consensus patris in illis aduentitijs, quorum usufructus patri non quæritur, quando filius donat causa

causa mortis.tenet Soc.abunde satis in con-
silio 112.uol.j. reperito in consi. 172. volum.
2.ubi dicit hanc opinionem esse de mête Do
ctorum communiter, ibique inducit Glos-
sam in l.j.§.in filij, ff.ad Trebellia. & alteram
in dicto §.filijs autem.quæ hoc uoluerant, ut
ipse ponderat, idemque fuit, ut subdit de
mente Barto. in l.si cum filius, §.1.ff.eodem,
quatenus indistinctè dicit, quòd filius in ad-
uentitijs non potest donare sine consensu pa
1337 tris. † subditque Soc. rationem pro hac
parte, quia si diceremus filium in talibus pos
se donare causa mortis sine consensu patris,
sequeretur, quòd elusoria fieret in effectu di
spositio legum, quæ dicunt in talibus filiũ nõ
posse testari, prout inter cætera dicitur in di
cta l.nemo, & ibi magis communiter notant
Doctores, ut Alexand.Iason, Decius, & om-
nes fatentur. ibi, & præter eos Ruinus, cons.
24.numero 2.uolum.5.Soc.iun. cons. 77.nu-
mero 10.uolum. 2.& Rubeus, cons. 24. nume-
ro 4. filius enim semper donaret causa mort.
sciens non posse testari, sicque leges de testa-
1338 mento loquentes eluderet, † & hanc ra-
tionem fecit ante Socinum Alexander in di-
cta l.nemo, colum.2.ubi hanc partem tenet &
approbat.(quæ præterea confirmatur ex no
tatis per Glossam, & Doctores in c.quanquã.
ad finem, de usur. in 6. quæ uult illum textũ
dicentem non ualere testamentum usurarij
nisi præstita cautione de restituendis usuris,
habere locum in codicillis, donatione causa
mortis, & qualibet alia ultima uolũtate, quia
aliàs facile redderetur elusoria dispositio il-
lius textus, eamque Glossam sequuntur Do-
ctores ibi, & in l.2. ff. de legatis j. & Ioannes
Durant. de arte testan.titulo primo, Caute.7.
unde sic in quæstione nostra dicendum est.)
1339 † & licèt Iason ibi conetur hanc rationem
diuellere per dictam l. tam is, §. primo. ubi
filius non potest testari, & tamen potest do-
nare causa mortis cum consensu patris, & ta
men hoc casu leges dicuntur elusoriæ red-
1340 di, quæ de testamento loquuntur. † Ni-
hilominus non bene Iason arguit de dona-
tione filij accedente patris consensu ad eam
quæ sine consensu patris fiat, quia primo ca
su si fit elusoria dispositio legis de testamen
to loquentis, contingit ex uoluntate patris
consentientis donationi filij, ideo lex non
multum curauit de hoc, quia imputetur,
qui consensit: at secus cessante patris con-
sensu, ut in quæstione nostra tractatur, &
sic Alexandri ratio uiget adhuc, eius que
opinionem latè tenet, & defendit Rubeus,
consilio 127. per totum, dicens esse com-
1341 munem. † Quæ, & ulterius confirma-
tur, nam in his aduentitijs consensus pa-
tris requiritur in effectu ad integrandam
personam filij, ut dixit Glossa, & plerique
alij in dicto §.necessitate.maximè Baldus di-
cens, adhæreas huic Glossæ, quia nunquam
1 ' 42 errabis, (nec immerito. † quoniam auto- De
ritas Glossæ præualet, & præfertur alijs, ut Glossarum au
Bartolus Dec.Ias.Aquens. & alij notant, in l. torita-
ut uim.ff.de iustit. & iure. Felynus in capit. te quæ
j. columna penult. de const. cum similibus, de dam.
quibus ego memini in dicta l.ut uim, numero
395. & 396. Quibus nunc addo Baldum in l.
cum hæreditas, C. depositi. Angel. Aretin. in
tracta. de testam. Zas. cons. 3. numero 63. &
cons. 4. numero 15. uolum. 2. Andr. Sicul. in
tracta. de præstan. Cardin. quæst. j. numero
78. Troyl. Malui. in tract. oblati. dub. 4. Ste-
phan. de Federic. in tracta. de interpretat. iu
ris. in fine, Bon. de Curtili, in tracta. de nobi
li. q. 3. Dec. in c. ad. hæc in beato, nu. 41. de po
stu. prælat. consilio 146. nume. 7. & consilio
412. numero 13. Bertrand. consilio 115. num.
1343 24. secunda parte. † unde Baldus in capit.
j. de natu. suc. feud. in l.j.C. de sẽt. quę sine cer.
quant. & in l.fi.C. de pęna iud. dixit in dubijs
adhærendum esse opinioni Glossæ, cum me-
lior testis haberi non possit quãtum est Glos
sa ordinaria, sequitur Iacob. Aluaro. inter cõ
silia Bruni, cons. 61. numero 4. sicut & ipse
Brunus, consilio 73. numero 2. & hæc, & alia
præclara de autoritate Glossæ cumulat exi-
mius Iur. consultus, & in iure nostro. librisq;
tipis tradendis multum uersatus, D. Ioannes
Baptista Ziletus Venetus, tamquam mihi fra
ter honorandus, in indice consiliorum Bru-
1344 ni, uerbo Glossa. † Quibus uelut spicas
quasdam post optimi messoris terga relictas
in campo, subijciam dicta quædam Salyceti
non iniucunda: is enim in l.licèt, colum. 2.C.
qui por. in pigno. inquit, aduerte pro Deo tu
qui practicas, & habes iudicare, & consulere
quia de facili non debes à Glossatore recede
re, & in l.2.C. de seut. quæ sine certa quantit.
subiungit, quòd sicut qui nescit æquitare se
tenet ad arzonum, ita iudex se tenere debet
super opinione Glossæ, demũque in l.1. col. 3.
1345 si oppo. C. de pact. † dicit, quòd unusquis
que debet cum Glossis intendere, cũ sint no-
stræ nauiculæ, per quas portum ualde arduũ
ingredimur, ut postea in naues latiores, & p
fundiores transeamus, & ad portum claræ ue-
ritatis perducamur. sequitur Rolan. à Valle,
1346 cons. 14. nu. 44. uol. 3. † unde non immeri-
to dicit Afflictus Decis. 384. nu. 7. & 10. q boni
Doctores Glossas approbãt, mali uerò nõ.
sequitur Cephal. cons. 283. num. 15. & consil.
210. nu. 27. cum sequent. dicẽs inter alia post
Corneum in l. sororem, colũm. fi. C. de his qui
bus, ut indi. standum esse Glossæ, ubi nõ habe
mus textũ contradicentem. quibus ita stãnti-
1347 bus, & ad rẽ nostrã redeũdo,) † iõ cautũ ẽ
q pater nõ possit cõsentire filio sibi donãti
causa mortis de bonis aduentitijs, quia non
põt integrare personã filij ad proprium com-
modum, ut uoluit Glossa, & post eã Bart. in l.

prima,ff.de auto. tut.cuius opinionem dicit
esse magis communem Socinus post Imo. &
Romanum,in l.1. §.fuit quæsitum, nu.20. ff.
ad Trebell.& latè Decius idem firmat,consil.
245. colum.4.cons.279. colum.pen.idemque
Rube. cons.46.& cons.127.& Ioann. Durant.
de arte testan.Caut.j.col. 2. sicque fuisse iudi,
catum firmat Guido Papæ,q.223.hęc enim ra
tio militat etiam in aduentitijs, quorum usus
fructus non spectat ad patrem,ut Ale. perpen
dit in dicta l.nemo. si enim filius non habet
integram personam,consequens est, ut dona
re causa mortis non possit sine consensu pa-
tris, & Iason ibi qui contrarium dicit, loqui
tur in effectu contra magis communem con-
clusionem Doctorum, quos mox retuli post
1348 Bart.in dicta l.1.ff.de auto.tutorum. †Cor
roboratur adhuc hæc opinio per rationem
qua textus utitur in dicto §. filij autem.ibi
[*melius enim est coarctare iuueniles calores, ne cupi-*
ditati deditι tristem exitum sentiant.] hæc enim ra
tio militat etiam in aduentitijs, quorum usus
fructus non pertinet ad patrem, ut non pos-
sit filius sine uoluntate patris alienare,prout
dixi supra in casibus in quibus patri quæritur
ususfructus,merito uigore rationis generalis
debet habere locum decisio illius legis,iuxta
not.per Bartol.& Bald. in l.3. §.regula, ff. de
iur. & fac.igno. Ias. in l.cum hi,in prin.nu.3.
ff.de trans. & in l. id quod,num.7. ff.de leg. 1.
1349 † (vbi enim est eadem ratio, non dicitur
quis extendendo nouum casum addere, sed
secundum æquitatem detegere,quia lex dici-
tur omne, quod in ratione consistit, ita Cal
der.pulchre, cons.1.ut li. pend. hinc Bald. in
l.de quibus, ff.de legi.dicit, quòd ubi est ea-
dem ratio in pluribus casibus, una & eadem
ratio decidit eos non per extensionem, sed si
cut genus plures species complectitur, ita ra
tio generalis diuersos casus compræhendit.
sequitur Castrensis, cons. 441. colum.penul.
uolum. j. idemque Bal.in Rubr.C.de nauti. fę
nore.pluraque id genus de potentia rationis
ponit Crauetta, con. 183.ad quem studiosos
1350 delego. † Postremo hanc partem confir-
mat Didacus, in Rubr.de testa.par.3.num. 8.
per textum in l.filius famil. §.fi.ff.eod. ubi fi-
lius castrensia bona donare potest, sine pa-
tris consensu, quia de his testari potest. igi-
tur bona aduentitia,quorum usufructus nō
pertinet ad pattem, non potest donare cau-
sa mortis sine patris consensu, quia de his
testari non potest, ut tenent Bartolus,Cor.
Dominus meus Riminaldus, & alij passim
in l.penule. C.qui testam. face. poss. Glossa
Bartol. & omnes in l.qui in potestate, ff.de te
1351 stam.) † Et tenendo hanc partem non ob-
stant contraria, & primo textus in dicto Au-
tent. ut lic. mat. & aui. in principio: nam
primo responderi potest, ut per Alexand.in
dicta l.nemo, quòd intelligitur quo ad di-
spositionem inter uiuos, non autem quo
ad testamentum, uel donationem causa mor
1352 tis. † Lex enim noua generaliter loquens
debet restringi secundum iura antiqua, ut
per Glossam, & Doctores, in l. sciendum,
ff.qui satisd. cog.& in autent. offeratur,
C. de lit. contes.& licèt Iason, & Dec. con-
tra insurgant in dicta l. nemo, eorum ta-
men dicta latè impugnat Rubeus in dicto
1353 consilio 46.colum. 2. † nam, ut inquit
ipse,illa uerba, [*perfectę sint ætatis,*] clarè de-
notant tempus annorum 25: ut est casus in
l.fi.C.de his qui ueni. ętat. impetra. tanto-
que magis, quia subdit Imperator [*si uerò*
ætatis minoris sint,] quæ uerba propriè deno-
tant illud tempus, quod est ab anno 14.
intra tamen 25. l.prima, ff.de minor. in-
tra enim decem annos dicuntur infantes
pupilli, uel pubertati proximi, §.pupillus,
infra de inutil. stipulat. & in hac materia
aduentitiorum est textus in dicto §. ne-
cessitate, qui dicit [*si plenæ ætatis filius est,*]
& Glossa intelligit de 25. annis, deinde sub-
dit.[*sin autem in secunda ætate filius est*] id est
ante 25. annos, secundum Glossam, & Do-
ctores, ergo pari modo debet intelligi il-
1354 le textus, † (qui cum loquatur de per-
fecta ætate 25. annorum, uidetur considera-
re dispositionem inter uiuos, quia in ultima
uoluntate sufficit ætas 14. annorum, l. qua
1355 ætate, ff.de testam. † licèt enim uerbum
disponere, conueniat etiam ultimæ uolun-
tati, §. disponat, in Aut. de nupt. idque se-
cundum suam propriam significationem
Gloss, & Doctores in Rubr. ff. soluto ma-
trimonio. Socinus, consilio 13. numero 32.
uolumine j. Ias.consilio 224. num. 24. uolu.
primo, consilio 7.numero 9.consilio 51.uolu.
2. & consilio sequenti, columna 1. & 2. uolu.
2. Ruin.consilio 182. columna 9. in princip.
uolum.j. Decis. Neapol. 370. numero 12. Ce-
phal. consilio 274. numero 12.& Bero.consi-
lio 84. numero 30. uolumine 2. tamen illa
uerba, perfectæ ætatis, non conueniunt ulti-
mæ uoluntati, nec donationi causa mortis,
quæ fieri potest in 14. anno. & sic ille textus
non obstat, secundum Rubeum loco citato.)
1356 † Sed ulterius respondetur dando nouum
intellectum ad illum textum, quòd dum
ibi datur licentia filijs perfectę ætatis, quo
uolunt modo disponere de illis bonis, non
intelligitur quo ad actum alienandi etiam in
ter uiuos, puta uendendo, donandoue, ut om
nes intelligunt, sed quo ad gubernationem,
& administrationem, & sic uoluit corrige-
re iura antiqua quæ in dictis bonis defere-
bant administrationem legitimam patri,
in cuius erant potestate filij, l. prima, C.de
bonis maternis, cum similibus, ut hoc casu
non deferatur quando sibi non quæritur u-
susfructus, sed spectet ad filium maiorem,

licèt

1357 licet sit in potestare patris.† Ft quòd sit uerum, sic Imperatorem intellexisse, probatur dum subdir, si uero filius sit minor, [*per quem perspexerit donator hæc gubernentur,*] sin minus detur curator a iudice, qui debeat talem substā-
1358 tiam gubernare atque custodire. † Sicut enim aduersatiuæ natura est, quòd casus sequens aduersetur præcedentibus in eisdem terminis, ut per glo. & Bartolum, in l. Meuij. §. fina. ff. de adul. Saly. in l. uinum. ff. si certum petatur, Corn. consi. 94. nume. 16. uolumi. j. Alex.
1359 consi. 117. nume. 16. uolum. 6. † (saltem quādo oratio sequens est imperfecta, ut per Rui. consilio 176. numero 8. uolumine 2. post Bal. in l. omnes populi, columna 9. uersicu. tertio modo posterius, ff. de iust. & iure.) ita quoque casus præcedens aduersari debet subsequentibus in eisdem terminis ex aduersatiuæ natura, merito cum in sequenti casu textus ille clare loquatur de administratione, & gubernatione salua custodia rerum, ita quoque in pręcedenti casu, ubi datur facultas filio disponendi, quo uelit modo, debet intelligi de libera dispositione in gubernando, & administrando, non autem in alienando, & hoc respectu procedere potest consideratio, quam supra feci de uerbo, [*uelint,*] ibi posito, quod liberam uoluntatem importaret, & sic a consensu patris: nam uerum est in gubernando prout loquitur, & intelligi debet, (& hunc intellectū meū sequitur etiam Constanti. hic, numero 24.)
1360 † Ad textum uero in dicto §. filijs autem. multa dici possent, quæ pro responsione tradit illi Alex. in dicta l. nemo, & post eum Rubeus, in dicto consilio 46. colum. fina. ubi tollere conatur inductionem Ruini, de qua supra. sed his omissis, uera resolutio est, quam tradit Dec. in dicta l. nemo, nu me. 8. quòd dictiones taxatiuæ excludunt alios casus isto respectu, quia non comprehendunt nisi ea, quæ exprimuntur, & alios casus non comprehendunt in illa dispositione limitata, sed non excludunt alios casus corrigendo alia iura quibus dicti casus includuntur, quia in effectu alia iura corrigerentur, quod non est dicendum, ita notat Barto. in l. ob æs, C. de præd. min. post glo. & in l. 3. §. cum Titio. ff. de adim. lega. & notat Alex. & plenius post eum Dec. in l. j. columna j. & 3. C. de bon. poss. contra tab. & idem Dec. consilio 110. columna j. in fine, Alexan. consilio 145. numero 3. uolumine 7. Go-
1361 zadi. consi. 37. nume. 6. † (unde bene Bero. consi. 110. nume. 9. uolum. j. dixit, quod uerba taxatiua recipiunt restrictionem de habilita-
1362 te ab alijs iuribus, dicta l. ob ęs, iunc. gl. † Simile uidemus in legibus generaliter loquentibus, quæ non comprehendunt casus aliter per alias leges decisos ne inducatur illarum correctio, vt per Baldum in l. fi. C. sine cēsu, uel reli. Iason, in c. j. num. 49. in usib. feud. Rui. cōs. 111. in prin. uol. pri. consi. 86. num. 11. consi. 150. col. 3. uol. 3. cōs. 161. nu. 35. uol. 5. D. meus Rimi. cons. 575. nu. 9.) Cū igitur alibi includatur, ꝙ filius non pōt donare cā mortis, hæc aduentitia in quibus etiam patri non quęritur usufructus per fundamenta quibus utuntur Doctores, & per dictam l. tam is. §. j. quę etiā hodie, & passim secundum eos procedit, ut inquit Soc. in dictis consilijs, utique illa taxatiua de qua in dicto §. filius autem, non debet excludere hunc casum, quo ad correctionem, sed quo ad non comprehensionem tantum, ita, quòd pro eius decisione recurrendum est ad alia iura, uel Doctores, de illo loquentes, sed ulterius ratio illius textus conuenit & ca-
1363 sui nostro, ut supra deduxi. † Non obstat insuper argumētum de l. nihil tam naturale, cū similibus, de quibus supra. nam illa regula ꝓcedit postquam uinculum fuit inductum, sed ante potest aliter tolli, quàm inducatur, patet in bonorum possessione, quæ potest sola uolūtate repudiari, & tamen non potest sola uoluntate agnosci, sed requiritur præsentia iudicis. l. fi. C. qui admi. ita formaliter declarat Ias. in l. unica, num. 18. C. quan. non pet. par.
1364 (& ibi post eum dixi, num. 90.) † modo in proposito, quando donatio causa mortis, est facta, uiuitque donans, non est inductum uinculum, nec est perfecta donatio, cum per pęnitentiam tolli possit, ut hic, merito nil mirum si tolli potest aliter, quàm fuerit inducta
1365 & sic absque consensu patris. † Vel, & secundo dici potest illam regulam procedere, quando militat eadem ratio in reuocatione, quæ in inductione, ut tradit Cagnol. in dicta l. unica. 4. notab. nu. 17. post Aret. Soc. & alios, in rubrica ff. de acqui. posses. sed in donatione causa mortis, inducenda agitur de priuando patre luctuosa successione filij præmorientis casu, quo non donasset, iuxta. l. nam & si paren-
1366 tibus. ff. de inof. test. † at in reuocatione donationis causa mortis, quam facit filius, agitur de confirmanda potius dicta successione, seu eius spe inducenda, ergo cum diuersa subsit ratio, nō procedit illa regula. Nec mirum, si consensus patris hoc in casu nō requiritur, nam simile uidemus in pupillo, qui in acquirendo non indiget tutoris autoritate, in alienando uero, & se obligando secus, ut supra de auro. tut. in prin. cum primo casu meliorem suam cōditionem faciat, secundo nequaquam. sic igitur & in quæstione nostra dicamus, quòd in reuocatione donationis causa mortis, filius consensu patris non indigeat, cum de sua patrisque meliori conditione facienda tractetur: at in donando sic, cum de utriusque conditione deteriori peragenda disponat, (ex eo, quod donare est perdere. l. filiusfamilias, in prin. ff. eodem, ibi, [*ut perdat,*])
1367 † Ad textum uero in c. fi. de iud. lib. 6. respōdetur retorquendo illum contra Romanū, ꝙ ibi dr̄ regulariter requiri consensū pr̄is, & ab

illa regula excipiuntur causæ spirituales, & beneficiales, in quibus patri non quæritur ususfructus nec q̃ri p̃t. igitur inde colligitur, q̃ regula de qua ibi pariter loq̃tur de his in q̃bus patri nõ quæritur usufructus, aliàs exceptio non esset de regula, prout esse debet, iuxta Glossam in Rubr. de regul. iur. in 6. & per Dec. Cagnol. & Ferrarium post alios in l. 1. ff. eo. sequitur ergo, quòd in alijs casibus non exceptis ibi, in quibus patri non quæritur ususfructus, consensum patris requiri, & necessarium esse filio in iudicio, nel extra, & sic ipsum non posse donare causa mortis sine consensu patris aduentitia, quoniam ususfructus non quæritur patri, ita considerat illum textum Perusinus ibi post Baldum in dicto §. necessitate, & est ualde notabilis cõsideratio.
1368 † (quam dicit Constant. hic aliàs fecisse in Academia priusquam Perusinum, meque uidisset, ideo sibi nunc etiam magis placet addita autoritate nostra,) ex qua consideratione tollitur fundamentum sumptum ex ratione de qua ibi, nam ex illa ratione non debet decidi casus noster de aduentitijs, prout deciditur ille de beneficialibus ad correctionem regulæ de qua pariter ibi, sub qua comprehenditur, ne Summus Pontifex uideatur sibi ipsi contrarius seque in continenti corrigere, l. non ad ea, ff. de cond. & demonst. cum ibi not. debet igitur illa ratio ad casum suum restringi, nec nostrum complecti ad correctionem ipsius textus in regula quam constituit, & ex his patet limitationem, de qua supra, non esse ueram. Imo conclusionem illam, quòd filius non potest donare causa mortis nisi de consensu patris procedere, & ampliari in aduentitijs quorum ususfructus ad patrem non
1369 pertinet. † Ratio autem differentiæ inter testamentum, & donationẽ causa mortis multiplex adfertur, prima per Glossam, in l. seniũ. C. qui testam. fac. poss. quam Castrens. & alij plerique damnant. Secunda Baldi per l. fi. ff. commu. præd. quã latè Gomesius impugnat, in capitulo, si pater, de testam. in 6. Tertia eiusdem Glossæ in dicta l. senium, quam latè tuetur Iason ibi, Deciusque, & Ruinus in d. l. 2. tum à Cumano cum Aretino, dicuntque eã esse communem eamque Baldus hic sequitur & Nicolaus de Neapoli. Quarta Socini, quem Socinus iunior eius nepos, & Guil. Pontanus sequuntur in dicta l. 2. & Ioannes Durantis, de arte testan. Cautela 1. col. 2. sed Ruinus ta-
1370 xat, columna 4. in dicta l. 2. † Tu his omissis dicas rationem esse in testamento impedimentum patriæ potestatis. infra, quibus, non est permis. facere testam. in princip. Nec enim istud impedimentum cessat ex consensu patris, tum, quia actus attribuitur facienti, non autem consentienti, l. aliud est uendere, ff. de regul. iur. & ibi not. Dec. & supra latius dixi, filiusque qui facit patitur hoc impe-
1371 dimentum. † Tum etiam qnia inuẽti sunt certi modi à iure, quibus tollitur hoc impedimentum patriæ potestatis, ut uel deportatione patris, aut emãcipatione filij, supra quibus mod. ius patr. pot. solui. in princ. §. j. & §. præterea. non autem per consensum patris, ex hibitum in actu filij, ergo per eum id tolli nõ debet, arg. textus in l. obligationum ferè, §. 1. iuncta Glo. uerbo deberi, ff. de actio. & obl.
1372 † At in donatione causa mortis ista ratio cessat, non enim filius prohibetur absolutè donare propter dictum impedimentum, patet in filio milite, qui de castrensi peculio potest donare causa mortis, l. filiusfamilias, in fi. ff. eo. & tamen est in potestate patris, l. 3. C. de castr. pe. mili. lib. 12. ut supra quibus mod. ius patr. por. sol. in §. filiusfamilias. non quia patria potestas non erat impedimento, lex concessit filio, ut posset donare causa mortis, non tamen simpliciter, sed adhibito con
1373 sensu patris, † propter eius magnã confidẽtiam, qui bonum consilium pro filio capiet iuxta l. multi non notæ, ff. de liber. & posth. l. in ea. prope fi. ff. de adul. l. si puberi furioso, in fi. ff. de curat. fur. cum potissimè pater plus diligat filium quàm se ipsum, l. isti quidem, in fi. ff. quod met. causa, & nullus amor uincat paternum, l. fi. in princip. C. de cur. fur. Natta, consilio 76. numero 10.) & quia integrum est iudicium, quod plurium sententijs confirmatur, ca. prudentiam, de offic. de lega.
1374 † (sed & alia ratio potest adduci quam cõsiderat Connanus in Commentarijs Iur. ciu. libro 9. capitulo 4. colum. 4. dicens, quòd iure definitũ est, qui testari possint, hoc aũt ius priuatorum pactis immutari non potest, nã lex ciuilis uetat ferunm, & filiumfamilias testari, quare testamenti factionem nequeunt
1375 illis pater aut dominus tribuere. † Sic non ualebit prodigi testamẽtum factum etiam de consensu agnatorum, neque pupilli, & si tutoris interuenerit autoritas. itaque militibus qui in potestate parentum sunt, de eo, quod in castris acquisierunt, permissum est ex constitutionibus Principum testamentum facere, ut ait Iustiuianus : nam nisi Principis interuenisset autoritas, ne in illis quidem castrensibus bonis, quorum nullum ius habent parentes, potuissent testari, quia testamentum filijfamilias lege improbatur, cuius legis ueniam solus Princeps dare potest.
1376 † unde putat Connanus de consensu patris, & Principis autoritate filiumfamil. iustum posse condere testamentum, subdens codicillorum, legatorumque, & fideicommissorum usu similiter filios prohiberi, quod ista habeant coniunctam cum testamentis rationem : lex enim quem testari uetat, eundem & codicillos facere, & legata relinquere non permittit, at donationis causa mortis alia causa est, cuius est particeps quicumque po-

potest donare, & alienare, qnod ntrumque filiusfamilias potest autore patre facere, & de bonis snis castrēsibus etiā non uolente patre. ita Connanus eleganter in hac re, prout & in

In legato quot tempora consideretur.

1377 alijs plerumque satis erudite uersatur.)†Septimo est differētia secundum hanc glossam, nam in legato tria tempora considerantur. §.in extraneis.infra de hęred.qua.& diffe. sed in donatione causa mortis, unum tantum tēpus attenditur, quando donans moritur. l.in
1378 mortis.ff.de don.cau.mor.† quam differentiam damnat hic Aret. per glossam in dicta l. in mortis, & in l.si alienum.§. in extraneis.ff. de hær.inst.tenentes requiri tantum capacitatem legatarij tempore mortis testatoris, per l.interuenit.ff.de leg.inst. & prior Aretino Faber hic,Nicolausque de Neapo.pariter impugnant hanc glossam,& illam falsam appellant, cæterique idem tradunt in dicta l. in mortis.
1379 †Maxime Cumanus,qui dicit hanc esse cōmunem opinionem, & hanc glossam errasse, quæ contrarium uoluit. Nec obstat textus in dicto §.in extraneis, qnia loquitur in hæreditate,& institutione,non antem in legato, sicque respōdet Imola,in l.Marcellus.§. Paulus.
1380 ff.de don.cau.mor.†& ratio differētiæ quare plura tempora inspiciuntur in personā instituti, quàm legatarij, ea est, quia institutio est actus magis solemnis,quam legatum,quia est caput testamenti. §.ante hæredis,infra de leg. ita tradit Imo. in dicta l. si alienum. §.in extraneis,& in l.eum qui post.ff.de cond.& de monst. (& ultra prædictos Doctores hæc eorū sententia confirmatur; †nam uidemus,quòd
1381 licet olim legata temporalia non ualerēt: nec enim sic legare licebat, lego tibi fundum Cornelianum usque ad decennium,cuius antiquitatis rationem conatur explicare Connanus in Commentarijs suis iur. ciui. lib.4.c. 9.col.pen.tamen Iustinianus id postea correxit in l.fi.C.de lega.dicens.illud,quod de legatis,uel fideicommissis temporalibus, ut pote irritis a legum conditoribus definitum est emendare prospeximus sancientes,& talem legatorum, uel fideicommissorum speciem ualere,& firmitatem habere:quum enim iam cōstitutum est fieri posse temporales donationes,& contractus, consequens est etiam legata,uel fideicōmissa, quæ ad tempus relicta sūt, ad eandem similitudinem confirmari,post cōpletum,uidelicet tempus ad hæredem ijsdem legatis, uel fideicommissis remeantibus),
1382 †at non idem iuris dispositum reperitur in hęredis institutione, quæ ad certum tempus fieri non potest,ueluti si dicatur,Titius usque ad Calendas illas hæres esto.l.hæreditas.ff.de her.inst.§.hæres,infra eo.tit.unde quemadmodum legata sortiuntur naturam contractus, & donationis in eo casu, pariter & in isto capacitatis legatarij considerandæ debent secundum eorum naturam metiri potius, quā
1383 institutionis,& hæreditatis.) † Limitatur tamen hæc conclusio de legato loquens,ut procedat in legato puro,uel in diem certum relicto,secus in conditionali,nam capacitas legatarij spectatur tempore purificatæ conditionis tantum,ita glossa, & Castrē.in dicta l. eum qui. Imo. in dicta l.si alienum.nec mirū, qnia (quod est fortius,) idem hoc casu uidemus in institutione: inspicitur enim capacitas in instituto tempore existentis conditionis tantum,ut ibidem declarat Cumanus per l.Intem
1384 pus.ff.de hær.insti.† & ratio in promptu est quia non ante cedit dies relicti conditionalis, quam ipsa conditio extiterit.l. unica.§.sin autem aliquid.C.de cad.tol.(quod etiam procedit in filiis,qui non transmittunt ad hæredes relictum conditionale, ut est glo. communiter recepta,in l.unica.C.de his,qui ante aper. tab.ut testatur Rube.consi.8.num.3.consi.35. colum.2.& cōsi.104.colum.2.Dominus meus Rimi.consi.183.num.12.reiecta glossa contraria,in l.is cui.ff.de acti.& ob.ut per Dec. consi. 416.ad fi.& consi.417. nisi forsan de uoluntate testatoris secus appareret ex aliquibus cōiecturis,ut per eundem Dec. cōsi. 515.in pri.) merito solo illo tēmpore satis est inspicere capacitatem donatarij, uel instituti, uel aliter honorati.(& idem sequitur hic Constantinus
1385 col.fi.†Sed & alia ratio connecti potest, nā quod est in conditione,non est in dispositione.l. si quis snb conditione. ff. de condi.insti. D.meus Riminal.consi.289.num.46. adeo, quod conditione deficiente habetur actus perinde ac si numquam factus fuisset.l. cedere diem.ff. de uer.signi. l. qui hæredi.in fi.ff. de condit.& demon. elemen. prima, de concess. præben. Craue.consil.170.nume. 8. igitur nimirum si non attenditur capacitas personæ nisi tempo-
1386 re purificatæ conditionis.)†Octaua.& ultima est differentia,quam ponit hic glossa,quia interdictum quorum legatorum,datur pro legatis.l.j.ff.quor.leg. secus uero pro donatione causa mortis, ut per glo. in l.j. C.eo. quam rem plenius attingendo uelut quotidianam.

Interdictū quorum legatorū, quando detur pro legatis, & quando non.

1387 l.legatum.ff.de lib. leg. † Sciendum est primo,siue loquamur in legatarioꝝ siue in fideicommissario cautum esse, quòd si legatū aut fideicommissum occupauerint post aditam hæreditatem,& apprehensam possessionem ab hærede,eos iure suo priuari.l.nō est dubium, secundum communem intellectum.C.de leg. nondum uero adita hæreditate,uel adita non tamen apprehensa possessione, teneri tantum possessionem restituere hæredi per interdictum quorum legatorum pro detrahenda falcidia, uel Trebellianica.l.j. ff. quorum legat. quæ hoc casu loquitur,ita glossa Bar.Cast.Ias. & omnes in dicta l. non est dubium. Ang. in l. extat, colum. 1. ff. quod met. cau. Iason,in l. talis scriptura,in fine,ff.de leg.primo.Odofre. in l.prima,C.quorum leg.ut refert Alberic.in

l.j.ff.eo.ubi pariter Ripa,num.119.Soc.consi.
33.colum.fi.q.5.uolum.j. Roma.consi.312.in
priu.Dec.consi.243.colum.pen.consi.424.nu.
me.18.Rube.consil.124.ad fi.Riminal.meus,
consi.262.num.22.Guil.Bened.in cap. Raynu
tius,de testa. uer. eodem testamento. primo,
nume.258.& in uerbo,si absque liberis.secun
do,num.145.Gui.Papæ,consi.17.in fine,consi.
1388 115.num.3.& consi.59.†(& ultra prędictos
sic distinguit quoque Marcus Angellelus,cõ-
silio 83.primo Tomo ultimarum uolũtatum,
& Franciscus de Bossis,consi.129.num.8.& de
secundo membro Natta, consi.395.colum.si.
sicut de utroque pariter Alex.consi.163.col.
fi.uolum.6. Capra, consi.3.in fine, Soc. consi.
33.colum.pen.uolum.j.Paris.consi.89.in fi.uo
lum.2.Gozad.consi.93.num.14.Ceph.consil.
188.num.36.uolum.2. Bero.consi.60.num.9.
uolum.2.Durant.de arte testau.caut.12.tit.6.
Gallia.in l.Centurio, nume. 102.ff.de uulg.&
pupil.demumque Roland.à Valle, consil.78.
num.20.uolum.3.& ita,quòd hoc interdictũ
detur contra fideicommissarium siue singula-
rem, siue uniuersalem, docet abunde Meno-
chius,& doctus,& iuris interpres egregius,in
tract.suo de adi.poss.remedio.2.num.21.cum
sequentibus, cui, ut aliquid addam uelut post
1389 optimi messoris terga relictum,)†secun-
do sciendum est,hoc interdictum locum ha-
bere nedum in fideicommisso regulari, sed &
irregulari, quod est,ubicumque restitutio fit
ipso iure,iuxta. l. pen. C.ad Treb. adhuc enim
fideicommissarius actualem possessionem ab
hęrede petere debet.glossa est i l.j.§. quotiès.
ff.ad Treb.in c.secun. de consuetu.not.Bal.in
dicta l.pen.in fine, Alex.consi.81.colum.2.uo
lum.2.Dec.consi.424.nume. 15.consi.467.co
lum.pen.in priu.Tiraquel.in tract.le mort.sai
sit le uif.in 16.declaratione secundæ partis,nu
1390 me.2. (Natta, consi.365.num.9.)†Tertio
locum habet hoc interdictum saltem utile,
quando res legata reperitur penes legatariũ
tempore mortis testatoris præter eius uolun
tatem,l.lineã margaritarum. ff.ad l. Fal. & ibi
declarat Bar. Ang.Imola, Castrensis, & Ale-
1391 xander, Ripa,in dicta l.j.colum.2.†(& Me-
nochius in dicto remedio 2.nume.57,ubi se-
cus sentit, quando res sine uitio fuisset apud
legatarium, imo uero si possessionem inuasit
legatarius,& fecit ne hæredes eam apprehen-
deret, nec ullum tempus uacationis daretur,
quia dicitur occupasse possessionẽ cum uitio
perdit legatum per dictam l. non est dubium,
ita declarat Fabianus de Monte, consil. 149.
num.66.& Antonius Franciscus,de Doctori-
bus,consi. 158.colum.pen, primo Tomo ulti
1392 marum uoluntatum.)†Quarto locum ha-
bet etiam si de consensu hæredis ante aditam
hæreditatem legatarius rem legatam occupa
uerit: adita enim hæreditate consensus hæredi
non nocet,quominus possit id interdictum in

tentare dicta l. j. §. quod ait prætor, secundo,
uersi.quòd si ante,& ibi Dy. Oldra.& Alberic.
1393 †Quod sanè Ripa intelligit,quando hæres
consensit, ut Titius, ut non hæres, uel fuerit
protestatus, quòd per talem consensum non
intendit adire,alioquin simpliciter consentiẽ
do uideretur adire.l. pro hærede. ff. de acqui.
hæred. sicque consensus sibi noceret. ego ue-
1394 ro Ripæ non assentio,†quam hæres simplici
ter consentiendo nihil facit, sed facienti con-
sentit.l.aliud est uendere.ff.de reg.iu. & in adi
tione,lex considerat, quòd hæres quid faciat,
ut quòd rebus hæreditarijs utatur uendendo,
colẽdo,locandoue. §.item extraneus.Inst. de
hær.qual. nedum igitur in exemplis Ripæ,sed
& in dubio dicendum est talem cõsensum nõ
obesse quominus postea sit locus huic interdi
cto apprehensa per hæredem hereditate, (&
hanc opi. quoque tenuerunt Bar. & Sal. in l.j.
C.quor.leg. Capra, consi. 68. Dec. in l.j.C.de
pact.nume. 20. & Dominus meus Zuch. num.
120.moti, quia consensus eo tempore præsti-
tus uidetur præstitus ab hærede, ut ab extra-
neo,nõ autem,ut ab hęrede,& postquam adi-
uit censetur alius,unde nimirum si non obstã
te primo consensu agere potest hoc interdi-
cto,sequitur Menoch.loco citato, nume.40.) Nunqd interdictũ quo. leg. cesset quãdo hæres non uult detrahere falcidiã.
1395 †Sunt tamen plerique casus,in quibus hoc
interdictum, pœnaque dictæ l. nõ est dubium,
cessat.primus est,quando non uult hæres Fal-
cidiam detrahere.l. j. in fine, iuncta glossa, C.
quorum lega. & in l.j.in prin. ff.eo. sed contra
tenet Dynus, Oldrad. & Albericus ibi, quia
duæ sunt rationes quibus inductum fuit hoc
interdictum: una propter Falcidiam, alia, ut
puniatur audacia, & occupatio legatarij. li-
cet ergo cesset prima, remanet alia; ideo re-
manere debet prohibitio. (§. affinitatis, su-
1396 pra de nup.† & hanc opinionem compro-
bat Ripa, in fi. principij, negans audaciam
cessare, ubi non est detrahenda Falcidia, cum
sint infinitæ aliæ exceptiones, quæ opponi
possunt ab hærede ad demonstrandum, quòd
legatum non debetur, de quibus in l. j. §. si. ff.
de adim. lega. in l.j. & per totum. C. de fal. cau.
adiec. leg. in l. turpia. ff. de leg. j. & in l. 3. ff. de
his qb. ut indi. merito semp statuitur rõ, qp nõ
dẽt legatarius occupatis legatis sibi ius dice-
re, de qua ponitur in d. l. j. ff. quor. leg. in priu.
1397 †Præterea subdit Ripa, ante aditam hære-
ditatem legata non debentur legatario. l. si ne
mo. ff. de testamen. tuto. l. si nemo, ff. de reg. iu.
post aditam uero sic, & tamen hoc casu lega-
tarius occupãs tenetur restituere, dato quòd
non sit detrahenda falcidia, d. l. non est dubiũ.
ergo multo magis teneri dẽt occupãdo prius
quam sibi debeantur. Menochius uero loco
1398 memorato, col. j. & 2. †priorem sententiam
glossarum potius sequitur, quę Placẽtini fuit
& Azonis, eamque sequuntur Iacob. de Are.
Petr. Bal. & alij cõmuniter in d. l. j. C. quorum
legat.

legat. sicque testatur Ripa loco citato, num. 14. mouetur: nam licèt ratio reprimendę audaciæ legatariorum fuerit à Prętore considerata, creditur tamen id factum ob quartam falcidiæ detrahendam ab hærede, nam ius, quod in legatis hæres habet, dicitur habere ratione falcidiæ, & ob id non licet legatario legatum illud occupare, suaque manu sibi ius
1399 dicere. † inde fit, quòd ubi cessat falcidię detractio, cessat interdictum quorum legatorum, nec tunc audacia considerabilis est, nec damnabilis, quemadmodum docuit Cyn. in l. j. C. quor. leg. unde rectè dicere possumus falcidiæ detractionem esse causam præcipuam, qua legatum reuocatur, & causa causans, ut illa legatarij audacia reprimatur, merito si cessat causa principalis, hoc est falcidia, ratio re-
1400 primendæ audaciæ corruere debet. † Et ad primum fundamentum Ripæ respondet Menochius, quòd aduersus alias causas impeditiuas occupationis legati succursum est alijs remedijs, ut in casu notab. respondet Corn. cons. 37. nu. 22. uolum. 3. merito nō est opus coercere audaciam legatarij per interdictum quorum leg. non imminente detractione fal-
1401 cidiæ. † Ad secundum uero respondet, l. si nemo, de regul. iur. procedere, cum uere nullus adit hæreditatem, nec subest ulla spes aditionis, & ob id legatum consistere non potest. at nos loquimur cum hęreditas nō est adita, sed est spes aditionis, ac ualiditatis legati, & ita residet in effectu Menoch. cōtra Ri-
1402 pā. Cuius opinionē meo iudicio confirmat Imperator in dicta l. j. C. quor. leg. iuncta Glossa, ubi si quis sibi relicta legata, uel fideicommissa detinuit non ab hærede, sed authoritate sua, potest hæres intentare interdictū quorum legatorum, ut ita retentione con petenti uratur, & sic falcidiam detrahere possit. unde infert Glossa, quòd si de falcidia non conqueritur hæres, non habet hoc interdictum. patet igitur audaciam considerari quando uult, & potest hæres uti falcidia, alio
1403 quin secus. † Præterea quādo non uult hęres falcidiam detrahere, uanum uidetur, quòd legatarius sibi possessionem rei legatæ præstet, ut mox eandem, sicut & qualem recepit legatario reddat. hic enim est circuitus inutilis quem leges euitari debere prædicant, l. dominus testamento, & ibi not. Ias. ff. de condi. indeb. l. si ita fuerit. parua, ff. de statulib. Roland. à Valle, cons. 51. nu. 8. uol. j. Natta, consi.
1404 153. nu. 9. † unde Ioann. And. in add. Specular. tit. de obl. & solut. dixit, quòd qui promisit se obligaturū ad decem, statim potest ad 10. conueniri sine alia obligatione gratia circuitus euitandi. sequitur Ale. in l. cum fundus, §. seruum tuum imprudens, not. j. ff. si cet. pe. & Ias. in dicta l. dominus testamento, tametsi dubitet de tali dicto Ioannis And. Marc. sing. 469. quod, ut hic obiter tactum melius cogitantibus relinquo, & inhærendo regulæ memoratę circuitus inutilis euitandi, dico interdicto quorum legatorum locum esse non
1405 debere. † at dicta regula cessat, ubi uult hęres falcidiam, si quidem legatorum totum, & integrum consequitur à legatario, deinde reddit illud per falcidiam diminutum, & sic circuitus attulit aliquam utilitatem hæredi. Postremo quando non uult hæres falcidiam, nec uerisimiliter intentat hoc interdictū ad eam petendam ac consequendā ordinatum, d. l. j. iuncta Gl. j. C. quor. leg. ergo nec illud ex offi
1406 cio suo iudex proponere debet, † quoniā iudex non petitus non interponit officiū suū ad priuatam utilitatem. l. 4. §. hoc autem iudicium, & ibi Bar. Castr. Ale. & omnes. ff. de dam. infec. quare communis opinio nō tantum mihi uera uidetur, sed & indubitabilis, & q contrarium dixerunt, nodum in scirpo quæsiue-
1407 runt. † Secundus est casus, quotiens hæres ueller quidem detrahere falcidiam, sed non posset, uel quia sit prohibita, uel tantum sibi remanet, quod sufficit ad eam: potest enim legatarius accipere possessionē propria autoritate aute aditam hæreditatem impune in casibus prædictis, ut per Bal. & Salycet. in d. l. j. C. quorum leg. Ripam, in dicta l. j. in prin. nu. 24. mouentes uxores quibus mariti quicquam legauerint, ut sint ueloces in acquirenda possessione, sequitur Cuma. con. 61. Petrus hęres, in ultimo dubio, Alex. consi. 161. circa id, in fi. uol. 6. Ias. in d. l. non est dubium, col. j. Natta,
1408 cons. 233. nu. 3.) † Tertius est casus si hæres appræhensa hæreditate consentiat legatario legatum occupare, dicto §. quod ait prętor, & §. prodest. (sicque tenet in princip. Ripa, num. 7. Dec. in l. j. num. 20. C. de pact. D. meus Zuccardus, in l. fi. nu. 428. C. de edic. diui Adri. toll. & Menochi. confirmat in allegato secundo remedio, nu. 30. per textum in d. l. j. in prin. ibi, [*ut quod quisque legatorum nomine non ex uoluntate hæredis occupauerit, id restituat hæredi.*] secus ergo si ex uoluntate hæredis lega-
1409 tarius legatum sortitus fuerit. † Rationē quę Zuccard. & Menoch. adferunt, nam hęres consentiendo legatario rem legatam habere dicitur remisisse detractionem falcidiæ, ob quam lex prohibuit legatarium occupare legatum. sed & alia non minus elegans imagi-
1410 nari potest, † quia uolenti non fit iniuria, l. j. §. usque adeo, ff. de iniur. regula, scienti. de reg. iur. in 6. Bart. in l. quamuis, in fi. ff. de ius uoc. Bossi. in tit. de iniur. num. 14. Rolandus à Valle, cons. 95. nu. 19. uol. j. unde uidemus in muliere, cum qua commissum est adulterium, quòd non est opus secum facere pacem, quia ipsa non est iniuriata quæ uoluit, sed cum marito tantum, ut notat Bart. consi.
1411 175. Domine Potestas. † & mulier quæ transiuit ad secunda uota de consensu filiorum non incurrit pœnas, quę fauore filiorum impo-

Interdictū quorum legatorū cessat prohibita falcidia, uel penes hæredē existēte

Item si hæres consentiat legatario uēdicanti legatum propria author.

imponuntur, quia illis uolentibus non fit in-
iuria, ut concludit Glossa in aut. de non elig.
2. nub. in uerbo copulantur. quam pro singu-
lari notat Ang. ibi in princip. sequitur Rom.
cons. 219. ex themate, col. 1. uers. 4. idem proba

Quid si tacite cõsentiat.

1412 tur. † Dilatatur hic casus, tametsi tacita tã
tum uoluntas hæredis accesserit, puta, quòd
sciens tolerauerit legatarium possidere, ita
uoluit Ripa in d. l. 1. in princ. nu. 7. motus ex
doctrina Baldi, in aut. ex testamento, nu. 3. C.
de secun. nup. dicentis matrem nubentem se-
cundo non amittere successionem filij, si eo
inconsulto nupsit, isque prætermissa accusa-
tione decessit intestatus, nam tacite illatam
sibi iniuriam per matrem, remisisse dicitur,
sequitur Alexand. consi. 63. uolum. 5. Angel.
consi. 386. Doctor insignis, colum. 2. Dec. cõ-
sil. 191. num. 5. cons. 206. & in l. non uidetur
fraudare, num. 5. ff. de regul. iur. Boerius De-
cis. 185. nu. 20. & in terminis nostris Menoch.
1413 loco citato, nu. 33. † Quin & ille magis
augendo subiungit idem procedere si post
consensum adhibitum facti pęniteat hæredẽ,
licèt enim uoluntas non perseuerat, nihil le-
gatario nocet, quia semel possideri cępit ex
uoluntate. Casus est in dicta l. 1. §. prodest.
Tollitque Menochius obiectũ, quòd uolun-
tas sine perseuerantia non uideretur accõmo
data, quod ex industria missum facio, & ad eũ
studiosos lectores delego, cũ magis expediat
dicti casus rationem adferre non excogitatã
1414 per eum. † nam in alterius præiudicium
post ius quæsitum non licet uoluntatem mu-
tare, l. stipulatio de dote, l. cum dos, ff. de pact.
dot. l. post mortem, §. pen. ff. de bon. poss. con-
tra tab. Afflict. in c. j. §. item sacramenta, Gl. 4.
nu. 29. de pace iur. firman. Dec. & Cagnol. in l.
nemo potest mutare, ff. de reg. iuris, & ibid.
longè plenius cæteris Guiliel. Maynerius ua-
rijs exemplis exornat. igitur cum legatarius
totum, & integrum legatum sortitus fuerit
ex uoluntate hæredis expressa uel tacita, non
debet hæres in præiudicium suum posse pœni
tere intentando interdictum quorum legato
rum pro detrahenda falcidia, & legatum di-
1415 minutum uelle reddere. † Accedit & alia
ratio notatu digna, nam & hodie ne dicam o-
lim falcidia detrahi dicitur contra uoluntatẽ
testatoris sicque uelle præsumitur, quòd lega
tarius integrum legatum consequatur; ut uo
luit Vincentius Herculanus in l. Titia. colum.
2. ff. ad l. Falc. Auch. cons. 51. plura sunt, Imo. &
Alex. in l. in quartam, ff. ad l. falc. quo loco Ri
pa, nu. 48. testatur esse communem. idemque
tenet Bertran. cons. 153. circa processum, 8.
dubio, uol. 2. Didac. Couuar. in c. Raynaldus.
§. 3. nu. 6. de testa. & post alios Fernandus Vas
quius li. j. de successionum creatione, §. 8. nu.
18. ubi pariter hanc ueram, & communem sẽ
tentiam appellat dicens pro ea esse textum
apertum in dicto capit. Raynaldus, ad finem.
1416 † Responderq; Vasquius fundamento par
tis aduersę cuius sequaces omitto referre, qui
dixerunt, quòd permisisse uideatur qui non
prohibuit, & sic cum testator falcidiam pro-
hibere potuisset, §. si uerò expressim, in Aut. de
hæred. & Falc. non prohibendo uidetur per-
misisse quòd hęres illam detrahere possit, l.
nec non. §. quod eis, ff. ex quib. caus. maio. l. j.
1417 §. pen. ff. de leg. 3. † nam illud uerum si li-
bere potuit prohibere, secus si non omnino
libere, quod est in hac specie, ubi testator
creditur Falcidiam ideo expresse non prohi-
buisse, ne hæres scriptus repudiaret, non con-
cessurus hæredi falcidiam, si certo sciret eum
aditurum hæreditatem, mallet enim testator
integra legata præstari, quam Falcidiam de-
duci, sed mauult Falcidiam deduci quàm hæ
reditatem à scripto hærede repudiari. Stante
igitur recepta Doctorum sententia, quod legatũ
legatario debeatur integrum secundum uo-
luntatem pręsumptam testatoris, si uoluntas
hęredis pariter ab initio concurrit qui uo-
1418 luit falcidia detrahere. † sequitur, ut lon-
gè difficilius postea possit hæres pęnitere,
quàm si numquam consensisset, quia fortiora
sunt quę duplici iure nituntur quàm quæ u-
no. in Aut. de cõ sang. & uter. fra. & in §. sed ho
die, iuncta Glo. supra de adop. igitur cum le-
gatarius, & testatoris & hæredis uoluntate ni
tatur, contraria uoluntas hęredis subsequens
1419 illi nocere non potest. † Quartus est casus
si testator dedit licentiam legatario accipien
di legatum propria autoritate: cessat. n. hoc
interdictum contra legatarium, l. Titia cum
testamento, §. 1. secundum unũ intellectũ Gl.
ff. de leg. 2. Ang. & Alex. in l. Paulus, prima, ff.
ad Treb. Bal. Saly. Castrens. Corn. Alexand. &
Ias. in d. l. non est dubium. (Gl. Bar. Bal. Angel.
& Cuman. quos secutus est) Ripa in d. l. j. in
princ. nu. 9. ff. quor. lega. Ioann. Durant. de ar
te testan. Cautel. 52. Crot. in l. nemo potest,
num. 26. ff. de leg. j. ubi lege, & ratione confir
mat post Bart. Alex. & alios (Ioann. Annibа
lis ibidem, num. 342. licèt aliqua moueat in
1420 contrarium. † sicut & Bartolomeus Ro-
muleus, num. 255. inquit, quòd ista conces-
sio per testatorẽ facta uidetur pręstare mate
riam tumultuum, & rixarum, sicut in capien-
dis possessionibus plerumque rixas, & tumul
tus exoriri uidemus, unde talis concessio ua-
lere non deberet, arg. l. non est singulis, ff. de
reg. iur. uelut pręstans materiam delinquendi,
l. conuenire, ff. d pact. dot. Respondet tamen, quod
cum interueniat testatoris uoluntas qua fiũt
omnia, cessare uidetur omnis occasio rixarũ,
& ita sẽtire uidetur Bar. in l. creditores, in am-
pla illius distinctione, C. de pignor. & cum cę
teris quoq; concordat Ang. Are. in tracta. de
testa. Glossa. 28. Incip. R. talem Vineam, Dec.
cons. 424. nu. 15. Gozad. cons. 93. nu. 10. Natt.
cons. 395. num. 10. demumq; Menoch. in alle-
gato

Quid si testator dedit licentiam legatario capiendi propria autoritate.

gato Remedio.2.de adipiſ.poſſeſ.numero 42.
1421 † motus ea ratione ad ueritatem huius ſententiæ confirmandam, nam teſtator qui liberam habet de rebus ſuis adminiſtrationem, l. 1.C.de ſacroſan. eccl. poteſt hanc licentiam concedere capiendi legatum propria autoritate, cum ut hoc addam, lu re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter, l.in re mandata, C.
1422 mand.) † Reſtringi tamen debet hic caſus ut procedat quando teſtator res legatas tempore ſuæ mortis posſidebat, ſecus ſi per aliū posſiderentur, ut tradit Guido Papæ, Deciſ. 609.per.l.quamuis,§.j.ff. de acq. poſſeſſ. (cuius rei ratio forſitā asſignari pōt, qnia nemo dat quod non habet, l.traditio, ff.de acquir.rerum dom.l.filius, C.de dona. l. nemo plus iuris, ff.de reg.iur.unde ſi teſtator rem non poſſidet, non poteſt dare licentiam legatario ca-
1423 piendi poſſesſionem illius.) † Secundo procedit ita demum ſi fuerit hæreditas adita per hæredem ex teſtamento, quoniam per aditionem confirmatur dicta licentia, & aliàs non ualet, prout in executore teſtamenti cui teſtator dedit licentiam uendendi tradit Bart. in l.alio.q.2.ff.de adi.leg.Bald.in l.eam quam, & in aut.hoc amplius, C. de fideic. Caſtr. in l. cum quidam, & in l.omnia, ff. de legatis 2.
1424 † Tertio quoque requiritur, quòd legatarius adeat iudicem, & citata parte ab eo licentiam obtineat accipiendi legatum, ita Bald. conſ.234.ueritas eſt, in nouis, uol.3. Iaſon cō-
1425 ſil.146.col.2.uol.4. † quod ſane confirmatur ex notatis per Bartol.in l. meminerint, colum.j.ad finem, C. unde ui. ubi in ſententia iudicis, quòd alicui liceat ingredi poſſesſionem propria autoritate, requiritur, quòd ille hoc faciat citata parte, & non aliàs, idemque Bald.in l.fi.colum.3.C.de edic.diui Adr. toll. cum alijs per Iaſonem, in l.iubere, colum. 2.ff. de iur.omni.iudic.Tiraquell.in tract. le mort Saiſ. le uif. in 10. declaratio. ſecundæ partis, num.4.Boeri. Deciſ. 156.nu.16.plures citās.
1426 † (Temperat tamen hoc requiſitum Menochius loco citato, nu.45. procedere quando aduerſarius iam posſideret, ſecus ſi non posſideret, ut per eum.& licèt non dicat neque probet, ratio manifeſta differentiæ poteſt asſignari, quia primo caſu negari non poteſt quin interſit aduerſarij ſua poſſesſione
1427 non priuari, igitur ille citandus eſt, † ſicut alius quicumque cuius interſit, l. nam ita diuus, ff.de adopt.in aut.ſi omnes, C.ſi nt ſeab hæred.abſti.cum ſimilibus per Marian. in tractа. de citationibus, articulo quinto, num. 13. ſed ſecundo caſu quando non posſidet aduerſarius, certum eſt reſpectu poſſesſionis nullam ſibi defenſionem competere, merito non requiritur eius citatio ſed actus licentiæ conceſſæ legatario capiendi legatum propria autoritate poteſt expediri illo non citato, ut tradit Card.Alex.in c.cum ſit Romana. col.2. circa fi.de appell. ſequitur Speculum aureum,
1428 in principio.6. partis, num.37. † ubi coniungit hoc dictum cum alia declaratione ſuperius poſita, nu.5. quòd quando aduerſarius eſt talis quod etiam ſi eſſet preſens non poſſet actum impedire, nec contradicere, citari nō debet, & ualet actus etiam ſine illius citatione, ut per plura tenet Alexan.in l.recuſare, in princip.ff. ad Treb.Caſtr.conſ. 34. colum.penul.uol.2.Bald.in l.nec quicquam, §.ubi decretum, & ibidem Iaſ.col.4.ff. de off.proconſ.Alexand.conſ. 130.difficultas, colum.j.uol.j.conſ. 6.colum.fi. uol.3.Caſſador.Deciſ. 2.de iudic. Fel.in c.cum olim, colum.6.uer. non eſt citandus, de re iud.Dec.conſ. 698. poſt princip. & Petrus Follerius in add.ad Speculum aureum loco citato, ſed utique ſi præſens eſſet aduerſarius non poſſet impedire nec contradicere quominus legatarius conſequeretur poſſesſionem ob titulum legati ac licentiam ſibi conceſſam à teſtatore, quibus omnibus il-
1429 le careret, merito nec citari debet.) † Hæc autem licentia teſtatoris nedū datur expreſſe, ſed etiam quandoque tacite, (ut poſt alios declarat Ripa in dicta l.1. num. 10. & Menochi.loco memorato, nu. 46. pluraque in hoc exempla per ſcribentes adferuntur, de quib. ſigillatim ſubijciam, nequid, quod in hac celebri materia deſiderari posſit, miſſum faciā.) De licētia teſtatoris tacita plura exempla.
1430 † Primum illud eſt,) ſi teſtator dixerit laboratoribus, ut rem legatam nomine legatarij coleret, ijque fructus ad eum conduxerint, ut tradit D.meus Riminaldus, conſil. 262. cuius exempli ratio particularis in promptu adſer- Primum quòd laboratores colant pro legatario.
1431 ri poteſt. † nam cum colonus de fructibus legatario reſpōderit conſentiente atq; ſic imponente teſtatore, uel hærede illius nomine dicitur uterque per eum modum tranſtuliſſe poſſesſionem in legatarium, iuxta notata per Butrium in c.cum ueniſſent, col. pen. uerſ. ex quibus patet, de reſti.ſpoli. ſequitur Tiraquellus, in tract. de conſtituto. 3. parte, limitat. 14.nu.2.merito non eſt opus, ꝙ rurſus eam cō
1432 ſequatur legatarius de manu hæredis. † Secūdum exemplum eſt in legatario relicto executore teſtamenti (huic enim quoque tacita facultas relicta, ſiue licentia conceſſa uidetur accipiendi rem legatam proprio marte,) ita Bald. Ang.Salyc.Caſtrenſ.Alexand.& Iaſ.in d. l. non eſt dubium.Alexan.in l.Paulus, prima. ff.ad Trebellia.Decius, conſ.243. colum. pen. conſ. 418.nu.4.conſ.424.nu.16. conſ. 476. in fi.Soc.iun.conſ.86.nu.10.uolum.j.Pariſ.conſil.81.nu.20.uol.2.Guiliel.Bened. in c.Raynutius, de teſta. in uerſi. ſi abſque liberis, 2.nu. 146.Ruin.in l.nemo poteſt.col.18.ff.de leg.j. (Ripa in dicta l. 1. num. 10. & Menochius in dicto remedio 2.nu.47. quo loco dicit allos idem probaſſe quos ipſe ſequutus fuit in Cōmentarijs ſuis de recup.poſſ.remedio.5.num. 34.citans ibi Pariſ.conſ.54.nu.31.uol.3.Ruinum, Item ſi relictus ſit executor teſtamenti

num,consi. 119.num.6,uolum.3.& Rubeum,
consi.43.num.4. quibus & accedit Reuerendiss. Cardinalis Albanus, ob maximam illius
scientiam ad eum gradum deuectus per Beatissimum Pium V. in lucubrationibus suis ad
Bar.in l.Titia. §. Lucius,pri.ff.de leg.j. nu. 2.)
1433 †mouētur omnes per l. fistulas.§.fundum.
ff.de contra.emp.ubi tutor potest tradere sibi
ipsi possessionem rei sibi uenditę a patre pupilli,ad idem textus in l. quotiens. §. sicut. ff. de
admi.tuto. ubi tutor potest sibi soluere, si fuit
creditor patris pupilli, quem textum ad hanc
limitationem citat Iacob.de Are. eius autor,
ut refert Ioannes Andreæ, in addi. Specu. de
instru.editi.§.nunc uero,colum.13. uersi.finita.unde sumpto a tutore argumento in prædictis casibus, dici debet, & hunc legatarium
executorem relictum occupare posse rem legatam sibi,prout hanc consequentiam facit
Ang. in dicta l. non est dubium, in fine,sequi-
1434 tur Dec.cons.243.colum.pen.†(hic autem
casus de plano procedit, quando legatarius
solus reperitur executor relictus in testamento:at si plures essent executores cum eo relicti, tunc non posset rem legatam sibi solus, &
propria autoritate sumere,sed opus esset eam
consequi de manibus aliorum executorum,
uel de eorum consensu, ita pulchre declarat
Ang.Aretinus noster, in tract.de testam.glos.
28.incip.R.talem uineam.in fine,de quo tamē
uidendus est Dec.consi. 418.colum.2.& Cardin. Albanus loco citato, qui contrarium tenēt,ut per eos,unde te cogitantem relinquo.
1435 †Tertium est exemplum,quando testator)

Idem si testator phibuit fieri molestiam legatario.

prohibuit fieri molestiam legatario, uel iussit
hæredibus ne legatarium impediant in possessione rei legatæ,ut tradit Angel.in l.hæc si res.
ff.de rei uend.Iason, in dicta l. non est dubiū.
Dec.cōs.243. col.pen.consi.418.nume.5.con.
424,num.17.Ias.post Alex.in dicta l.nemo potest,priore lectura,nume. 36. Rube. consi. 43.
num.4.Rom.sing.87. aduerte ad me.Soc. Iun.
consi.86.ad finem,uolu.pri. Ripa, in dicta l. 1.
nume.11. Guil. Benedi. in dicto cap. Raynutius,uersic.si absque liberis, secundo, numero
1436 147.†(Similis loquendi modus esse uidebitur si testator dixerit, accipiat,capiat legatarius:nam tunc quoque dicetur data tacita licentia capiendi legatum propria autoritate,
ut sensit Bar.in l centurio,num.16.ff.de uul.&
pup.Dec.in dictis consil. 243.nume.3.& 424.
nume,17.Gozad.cons.91.num.10.Ioannes Durant.de arte testādi, titulo, de leg. cautella 12.
1437 in fi.Rom.sing.87.†Contra tamen prioris
exempli uerba de molestia non inferenda,) in
surgit Crotus in dicta l.nemo potest, motus,
quod hæc uerba, uim, uel molestiam fieri ueto,possunt intelligi de uiolentia facti, & iuris.
l.uim facit.ff.de ui,& ui arma.intelligenda sūt
ergo de uiolentia facti, non iuris,argumento
eius,quod tradit Bal.in l.j.C.de his, quæ pęnæ
1438 no.& in l.j.C.de usufr. †ubi tenet, quòd si
promitto usufructuario non inferre molestiam, potero tamen ab eo petere cautionem
de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, quæ
de iure præstanda est. §.constituitur,& ibi no.
supra de usufru.sequitur Ias.in l. actionem,nu
1439 me.4. C.de procu.† (Sicut etiam uidemus
per ista verba, quòd quis molestari,uel inquietari non posset directe,uel indirecte, non tollitur quominus intentari possit beneficium
restitutionis in integrum,ut tradit Rui.cons.
143.num.16.uolum.j.Roland.à Valle,consilio
68.num. 28. uolum.3. similiter aduersus alia
uerba posterioris exēpli de uerbis, accipiat,
capiat legatarius,insurgit Ripa,tam in dicta l.
nemo potest,num.63.quam in dicta l. j.nume.
11.dicens,)per legatum pręceptionis,uel finē
di modū, non uideri datam licentiam legatario.l.j.§.qui uero.ff. quo. leg. ergo nec per dicta uerba,cum tantundem referant illa uerba,
finito rem illam habere Titiū, uel Titius acci
1440 piat, capiat rem talem.(†Imo uero Menochius, in allegato sæpius, secundo remedio,
num.49.fortius inducit illum textum,nam uidemus,ibi, quòd in legatarium præceptionis
conceditur interdictum, quorum legatorum,
& tamen hoc uerbum præcipito,ita directum
1441 est,ut uerbum accipito.† Imo magis directum est,cum præceptionis legatum hæredi
fieri dicatur; ut scilicet hæres ante partem legatum hoc, quod hodie per legatum appellamus,suscipiat,& consequatur,ut declarat Caius in suis Institutionibus,titulo de legatis,ad
finem,& Alciat.lib.3.Parergon iuris. cap.pri-
1442 mo.†(Addit quoq; Menochius,se dubitare
quòniam prædicta uerba accipiat, capiat,
non operantur,ut sua manu legatarius capiat
ut scribit Gallian. in dicta l.Centurio,'& insuper Ripa,num. 69. dum declarat legem, Titia
cum testamento.§,j.ff.de leg.secundo,quòd testator uerbo,accipiat,addidit a seipso,quasi secus eo remoto: denotat igitur propria autoritate capere ratione adiuncti, at simpliciter ꝓlatum non æque,imo uero Roma. consi. 200.
uerbum accipiat,)dicit esse uerbum cōmune.
1443 †Et ad illa uerba prioris exempli de molestia non inferenda respondet Menochius,ꝙ licet alias illa significent controuersiam nec de
iure nec de facto mouendam esse, ut scribunt
Bal.in l.j.C.de usufr.Corset. in sing.suis in uerbo, molestia.uer.quis in contractu, ad finem.
Dec.consi.613.num.j.& Soc.Iunior,consi.113.
nume.36. uolum.j. tamen in casu nostro nihil
operantur,quia intelliguntur, quod molestia
non inferatur legatario possidenti, sed quòd
ut possidere incipiat, ei liceat, ex his uerbis
sua manu capere,iure non probatur,& ita resi
1444 det ille uir clarus. †Cui tamen,sicut Crotto,Ripæque,)non assentio, nam male Crotus
argumentatur a promittente ad testatorem,
siquidem primo casu uerborum stricta fit interpretatio.

terpretatio.l.quicquid astringendæ.ff.de uer. obli.& uerba dubia sic interpretantur, ut minus obligent debitorem, quàm fieri possit, ut notat Ang.consi.67. ex themate prædicto, cir
1445 ca finem, Dec.consi.423.num.8.† Quinimo in fauorem promissoris contra stipulatorem interpretantur.l.ueteribus.ff.de pact.l.Labeo scribit.ff.de contr.em.notat Oldra.consi. 95. ex forma, colum. 2.Imo.consi. 21.col.j.Ioannes de Ana.consi.98.uisis, in fine, Dec.consi. 313.nume.4.† At secundo casu latior fit interpretatio.l. in testamentis. ff.de reg.iur. unde nil mirum si promissio facta usufructuario restringitur ad molestiam facti, nec molestiam iuris complectitur, in testatore uero secus.
1446 † imo cum molestare, & controuersiam mouere, æquipolleant.l. Lucius. §. tres hæredes.ff.ad Treb. in uerbo controuersiam mouerit, iuncta glo.fi.& ibi clarius notat Cuma. & Imola, de mente Cyni in l. 3. C.de dona.quæ sub modo, & constat, quòd dicitur controuersiam mouere, & per consequens molestare, q quomodocumque faciat siue de iure, siue de facto, siue in iudicio siue extra, ut per glossam, & Doctores, in dicto.§.tres hæredes. Bar.in l. amplius.ff.rem rat.hab.Butrius, & alij in c.si di
1447 ligenti, de fo.compe.† Fit, quòd prohibitio testatoris facta de molestando aliquē, put legatarium in casu nostro debet omnem speciem molestationis complecti, ita arguit.pulchre, & subtiliter Alex.consi.51. uiso testamento, col.j.uolum.2. (repetito in consi.177.uolum.5.& idem ponit Alex. consi. 199. colum. fi.uolum.6.Dec.consi.290.colum.2.consi.613. colum.j.Rui.consi.71.num. 6.uolumi.2.Rolā.
1448 à Valle, consi. 68.num.7.uolu.3.)† Quod sal tem sine dubio procedit, quando testator prohibitioni de non molestādo subinnxit, & addit uerba, quomodocunque, qualitercunque, & quouis modo, prout communiter fieri solet in huiusmodi prohibitionibus testatorū, sub quibus uerbis includitur omnis species molestationis, & sic tam de iure, quam de facto, & tam in iudicio quam extra, put late ponat Rui.consi.77.colum.3.uolum.2.(Dec.cōs. 613.colum.j.† Licet Marsi.consi.80.contra sen
1449 tiat, qui de cōtrahentib, loquitur, & sic extra casum nostrum. Nec illud exemplum restitutionis in integrum multum repugnat, id.n. uelut speciale quoddam priuilegium nō intelligitur sublatum per illa uerba generalia, sicut nec aliud speciale priuilegium. l. decurionib. C.de silentia.lib. 11.Rui.consi.35. uolumi.j.& consi. 54. colum. fi.uolumi. 5. quem sequitur
1450 Cephal.consi. 40.colum.pen.† & in terminis restitutionis, consi.3.nume.12.ubi dicit, quòd numquam censetur negata restitutio in integrum quibuscumque uerbis quamtuncūque generalibus utatur lex, uel statutum, sequitur plenius Rolan. à Valle, in dicto consi. 68. num.29.uolumi.3. at hic sumus in interdicto quorum legatorum ordinario, quo disponitur, ut legatarius accipiat possessionē de manu hæredis.l.j. ff. quor.leg. ideo per uerba præ
1451 dicta limitari potest.) † Quatenus uero pertinet ad argumentum Ripæ, dici potest, quòd illa uerba quæ proferuntur in legato præceptionis, & per sinendi modum, dumtaxat inducta fuerunt ad significandum legatum.§.j.infra de legat. unde nil mirum si ex illis non uidetur data licentia legatario, quia inducta ad unum finem, alium non operantur.l.legata in utiliter.& ibi not.ff.de leg.j. Sed in quæstione nostra præter uerba, quibus fuit relictum legatum, testator protulit alia uerba de quibus supra, quæ debent operari hunc effectum, quod legatarius propria autoritate posset capere, cum ad significandum legatum sint superflua,
1452 & extranea. († & quod dicebat Menochius uerbum præceptionis esse magis directum, quòd hæredi fiat, parum confert, nam per illud iure legati dicitur hæres habere, quod sibi relinquitur, non autem quasi hæres, ut dicitur in dicto uersi. qui uero, quare nimirum si datur interdictum, quorum legatorum, contra
1453 dictum hæredem .† & ad textum in l. Titia cum testamento.§.j.ponderatum per Menoc. post allegatos per eum, respondet ipsemet Ripa per eum citatus in dicta l. centurio, quòd Bartolus dicens uerbum capiat, esse directum ponderauit effectum uerbi, qui est, ut propria manu capere possit, ut probatur ibi, & ita quoque D.meus Riminal.consi. 183. numero 20.
1454 uerbum capio dicit esse directum. † postremo, quod inquit Menoc. dicta uerba molestiā nō inferri legatario, significare tantum, quòd molestia non inferatur legatario possidenti, non autem, quòd sua manu uendicare possit legatum, nihil obstat intelligendo dicta uerba eo respectu quo prolata sunt. l. debitor. §. fi.ff.ad Treb.l.si quis domum.§.quid tamen.ff. loca.l.profectitia.§.fi.ff.de iure dot. quæ iura citat ad hoc propositum Dec.consi. 283.col.j. sequitur Craue. consi. 16.num.3. & consi.33. num.26.Senat.Pedemont.Decis.124.ad fi.sed legatario possidenti solet heres inferre molestiam per interdictum, quorum legatorum, ad finem, & effectum uendicandi rem legatam, p detrahenda falcidia.l.j.§. rediguntur. ff.quor. leg. ergo si testator prohibuit fieri molestiam legatario, dixit illud eo respectu ne hæres intentet illud interdictum, nec falcidiam detrahat, & sic ut si legatarius propria autoritate le
1455 gatū acceperit iure id fecisse dicat. † Quartum exemplum est, per quod) tacita licentia dicitur data legatario capiendi legatum propria autoritate si testator dixerit, quòd res ad talem libere perueniat, ut post Alex.tenet Ias. in dicta l.nemo potest, nume.38.Ripa, in dicta l.j.ff.quor.leg.nume.12.Rube.consi. 43.col.2. Ioannes Durant.de Arte testan.titu.5.cautela 32.(Alciat.respon.606.num.3.Goz.consilio 91.

Qid si testator dixerit res ad talem libere perueniat.

91.num.7.& Soc.Iun.consi.72. num.7.uol. 2.
demumque Menoch. in remedio secundo, de
1456 adipi.poss.num.52.) moti omnes, † Quia
uerbum [*libere*] facit, ut alterius licentia uelut
hæredis non requiratur.c.quę in ecclesiarum.
cum ibi notatis per Bal.& alios, de const.& no
tat Abbas, in c.de multa.de pręben. cum simi-
1457 libus. † Confirmatur, nam quis non dicitur
uti posse libere re, si aliquod impedimentum
patiatur, uel pati possit, secundum Bar.in l.cen
turio.ff.de uul.& pup.circa medium, dum tra-
ctat an substitutio compendiosa facta per uer
bum cõmune a pagano filio impuberi ualeat
intra tempora pupillaris ætatis iure directo,
& postea iure fideicommissi, cum alijs per Rui
num citatis, consi.219. colum.2.uolu.primo,
ergo consequens est, ut legatario dicatur da-
ta licentia, alias impedimentum pateretur, si
1458 de manu hæredis deberet petere. † Contra
rium tamen tenet Cuman. consi.124.secundo
dubio, & Cro.in dicta l.nemo potest. (demum
que Cardinal. Alban. in suis lucubrationibus
ad Bar.in l.Titia.§.Lucius.pri.ff.de leg.2.) mo
ti, quia uerbum libere, potest denotare, quòd
hæres teneatur dare fundum non debentem,
seruitutem, iuxta notata per Bar.in l.Meuius.
§.fundo, ad finem. ff.de leg. secundo. uel rem
luere si sit obligata, ut inquit Ruin. in dicta l.
nemo potest, colum.17.non ergo debet intel-
ligi, quòd propria autoritate res possit acci-
pi, sed de manu hęredis, iuxta naturam lega-
1459 torum. † Sicut alibi dicit Roman. cõsi.211.
colum.2.quòd si fideiussor promisit libere sol
uere, nihilominus poterit opponere exceptio
nem excussionis, quæ uenit ex natura contra-
ctus, aut.præsente.C.de fideiuss. (& Romanum
sequitur ad unguem Natta, consi.416.nume.
1460 6.& Crotus, consi.8.num.8. † parique mo-
do Baldus eleganter in l.j.C.de usufr.& in l.cũ
quid.ff.si cer.pet.inquit, quòd si promittat p-
prietarius fructuario, quòd libere eum usu-
fructu uti permittat, nullam quæstionem con
trouersiamque moturus, nihilominus ab eo
petere poterit, ut præstet cautionem de uten
do, & fruendo. hæc enim cautio, quæ uenit ex
natura usustructus per uerba præmissa, remis
sa non censetur, unde sic & in casu nostro di-
cẽdum uidetur, per illa uerba testatoris, quòd
res ad talem libere perueniat, non censeri sub
latum, ꝙ legatarius de manu hæredis petere
debeat rem legatam, cum id sit de natura lega
ti, quod est donatio quædam ab hærede præ-
1461 standa, ut infra de legat.in prin.) † confirma
tur secundum Modernos Bononienses in d.l.
nemo potest, num.543. alia ratione, nam per
ista uerba, [*libera facultas*,] inhabilis ad actum
non habilitatur, ut notat Butrius, in c. ex par-
te, secundo, de corpo. uitiat. sed legatarius est
inhabilis ad apprehensionem legati propria
autoritate, d.l.j.in prin.ff. quor. leg. ergo per
dicta uerba nõ intelligitur ad id habilitatus.

1462 † Ego uero priorem sequor opinionem, quã
confirmo autoritate Bartoli, in l.precibus, col.
fi.nu.16.C. de impub. & in l.centurio, nu.57.
ff.de uulg. & pup. ubi compendiosam directã
interpretatur ab initio, quando dictum fuit,
ꝙ talis libere accipiat; quasi dixerit; accipiat
de manu mea, & propria autoritate. sequitur
Iason nu.47.Ripa.nu.124.Gozad.consi.7.nu.
20.& cęteri concordant teste Polyto, in tract.
substitu.in materia compendiosæ, nu.31. sicut
igitur illa uerba denotant, ut substitutus pro-
pria capiat autoritate, sic in quæstione nostra
1463 dicendum est. † Non obstat argumentum
Cumani, & Croti, quia Bartolus, ĩ d.§.fundo,
Romanus in d.consi.211.& Bald.in d.l.j. C.de
usufr. loquuntur in promissore, nos in testato
re, inter quos militat differentia, quam supra
dixi, num.1444.cum seq. Præterea ratio Barto
li, non conuenit rebus, quæ seruitutem non re
cipiunt, ut libro, uesti, & id genus. nec rõ Rui-
ni conuenit rei liberæ, ergo dictæ rationes nõ
generales abijciendæ sunt, ut Moderni Bono-
1464 nienses dicunt, † (uelut impulsiuæ non aũt
finales, iuxta notata per Ioan. Andream, Gemi
nianum, & Francum in c.quoniam, de immuni
tate eccles. Bal.in l.generaliter, col.2.& Alberi.
C.de epis.& cler. Bal.in l.de quibus, col.10.uer.
quoad sextum.ff.de legib. Butri. in cle.j.de ele
ctio. Corn.cons.35.col.2.uer.& ille, uol.3.cõs.
177.col.4.uer.nec obstat, uol.4 Fel.in c.cũ nũ-
cius, col.j. de testib. Ias. in aut. quas actiones,
col.4.uer.puto tamen.C.de sacrosan.eccl.cum
similibus per Tiraque.in tract.cessan.cau.limi
1465 ta.3.num.62. † Quod uero dicunt (ipsi Mo-
derni Bono. loco citato,) non passim proce-
dit, sed ut notat glossa communiter recepta,
ut refert Iason, in l.si quando, C.de inoff.testã.
nam penitus inhabilis per hoc uerbũ, libere,
habilitatur secundum ius, habilis uero de iure
habilitatur etiam remota solẽnitate iuris, sed
legatarius est capax legati de iure, ergo p hoc
uerbum libere, habilitatur ad id consequendũ
citra ius, & sic propria autoritate, & text.in d.
c.ex parte, quo Butrius id dicit, non loquitur
de inhabili, ut patet, & posset induci in contra
1466 rium, ut ibi dicit Abbas. † Non prætereo ta
men, quòd Ripa, in d.l.nemo potest, nu.62.di-
stinguẽdo uoluit opiniones concordare: aut
.n.(dicit ille,) res legata non reperitur ab alio
occupata, & tunc licet eam propria autorita-
te capere uigore huius uerbi, libere: aut est oc
cupata, & tunc secus, motus ex notatis per Ge
minianũ, & Perusi.post Dominos de Rot. quos
citant in c.si beneficia. de præben.in 6.in uer-
1467 bo, [*libere reuertantur*,] † ubi quando quis di-
misso proprio beneficio aliud consecutus est,
an secundo dimisso ad primum libere possit re
uerti, ut dicit tex. distinguunt, an illud fuerit
per alium occupatum, uel non. Primo.n.casu
non potest propria autoritate ad illud redi-
re. secũdo sic, (& cum Ripa residet Menochius

loco

1468 loco citato,nu.53.)†ego uero hanc distin-
ctionē non probo: qđ.n.dicunt Gemin. & Pe-
rusi.in d.c.si beneficia,recte procedit in casu il
lius textus ; ubi propriū beneficium dimissū,
fuit alteri assignatum,cum.n.in eo habeat titu
lum institutionis, & idem possideat illud,non
debet alius ad id reuertens: propria autorita-
te id occupare,secundum Gemin. qui hanc ra
1469 tionem considerat.†sed ista rō cessat in le-
gato: hæres.n.in eo ius tantum possessionis ha
bet,legatarius uero titulū legati,& dominiū.l.
a Titio.ff. de fur. unde facilius dēt admitti ad
capiendum legatum propria autoritate,ppter
1470 uerbum libere.(Quintum exemplum quo
que considerari potest,in quo)tacita licētia
diceretur data,quando testator constituisset
rem legatam precario possidere nomine lega
tarij.Bal.in l.quotiens, col.fi. C.de hæred.inst.
Iason post eum, col.pen. Bal.in c. pri.col. pen.
de confir. uti. uel inut. ubi dicit, q̄ hoc est suū
nouum dictum.Iason, in d.l.nemo potest, nu.
35.Ruin.col.18.& Crot.nu.26.in quarta con-
clusione, Rubeus,consi.43.nu.6.Guil. Bened.
in c.Raynutius. de test. uerbo,in eodem testa-
mento relinquēs,primo,nu.259.Tiraq.in tra-
cta.de consti.secunda parte. 23.ampli.num.4.
1471 † Quamuis enim precarium in re propria
non ualeat. l. neque pignus.ff.de reg. iu.(.l.in
rebus.§.j.ff.de preca.Tiraque.in d.trac.tertia
parte,limita.7.nu.22.)tamen uidetur testator,
adhuc uiuēs tradere uoluisse prout facere po-
1472 test.l.Lucius.ff.de leg.2.†& ex actu,licet nul
lo,declaratur uoluntas.l. fi.ff.de reb. dub. Bar.
in l.fideicommiss. §.j.ff.de leg.2.(Natta, consi.
487.num.29.Ruin.consi.98.num.6.uol.3.Pa
ris.consi.79.nu.16.uol. 2.& consi. 79.num.16.
uol.3.& iste casus in simili,noua ratione com-
1473 probatur, †nam per precarium sola ciuilis
possessio transfertur naturali remanente pe-
nes constituentem precario possidere.l.& ha-
bet.§.eum qui precario. ff. de preca. Bar.in l.
interdum.in prin.& ibi per omnes.ff.de acqu.
poss.cum similibus copiose cumulatis à Tira-
quel.in tract.de constituto,prima parte,num.
4. ergo testator uidetur dedisse licentiam le-
gatario capiendi rem legatam propria auto-
ritate,ut & naturalem,& actualem possessionē
consequatur, quia uno concesso, omnia con-
cessa uidentur sine quibus illud esset inutile.l.
1474 2.cum ibi not.ff.de iur.om.iud.) † Sextum
succedit exēplum, quādo testator in uita tra-
didisset rem legatario prout est de mēte Ange
li,& Alexādri in l.filiam.ff.ad Treb.& clare po-
nit Ripa in d.l.j.nu. 14.ff.quor.leg.(Alex. in l.
filiā fratrib.ff.ad Treb.Gozad.con.94,nu.10.
& Menochius in allegato sæpius secūdo reme
1475 dio,nu. 55 .†dicens, q̄ huius exempli prior
illa rō adferri solet,q̄ rō interdicti,q̄ in teme-
ritate legatarij sua autoritate occupantis uer
satur, hoc in casu cessat, si quidem non ex sua
uoluntate, sed testatoris occupāre dr̄, unde si

Quid si testator constituerit possidere rē legatā nomine legatarij.

Item quid si testator ī uita rē legatario dederit.

cessat rō interdicti, pariter & illius dispositio
cessare debet.l.adigere.§.quāuis.ff.de iure pa-
1476 tro. cum uulgatis similib.† Secunda quoq;
rō cōsiderari pōt,ut inquit Ripa,quia illa tra-
ditio uim habet donationis cā mortis.l.lega-
tum.secunda.ff.de leg.2.debentur.n.hæc lega-
ta ēt hæreditate non adita,secundum Bal. in l.
j.col.fi. C. si quis omissa cau.test. Ang.ī l.eam
quā,col.2.C.de fideic. sed in donatio.cā mor.
cessat hoc interdictū.l.j.§. si quis ex mortis.ff.
quo.leg.& infra dicemus.igitur & in hoc casu
1477 tu quoque tertiam rōnem adiungas.)†nā
tali casu.perinde est ac si præstiterit hæres rē
legatario:testator.n.qui non tenebatur trade
re,uīr hæredem præuenisse,arg.tex.in l.cū quo.
in fi.ff.ad l.falci.declarant Bal.& Cast. in l. Lu-
cius.ff.de leg.2.& Faber superius in hac glossa,
in secūda differētia,ubi plenius dixi,nu.1206.
cum seq. merito nil mirum si cessant dicta iu-
1478 ra. † idem quoque dicendū esset, si testator
rem,quam postea legauit, deposuerat, uel cō-
modauerat legatario,& sic tpe mortis erat pe
nes legatarium de uoluntate testatoris,ut de-
clarat Soc.consi. 71. col. 3.in prin.uol.j.Ripa,
1479 in d.l.j.nu.15.†(& ad hoc tendit aliud exē-
plū magis generale quando res legata reperi
tur penes legatarium sine uitio tpe mortis te
statoris,qđ esse pōt in dictis casibus,uel ī aliis
puta sibi locata, uel precario concessa, non.n.
concederetur hæredi interdictū quorū legato
rum contra legatarium, ut uoluit Bar.in l.j.§.
si quis ex mortis.ff.quor.leg. Cast. & Alex.ī l.
lineam.ff.ad leg.fal.Soc.cōs.11.circa p̄sētē,col.
2.uer.& maxime hoc,& cō.131.col.2.Ripa,in
d.l.j.in pri.nu.15.Alcia.respō.350.ī fi.& respō.
607.nu.3.quos refert Menoch.in 2.remedio,
nu.57.qui pro rōne deducit temeritatē cessa-
re,cū res sit penes legatariū de uolūtate testa-
1480 toris.†Septimū est exemplū)quando q̄s es
set institutus ī re certa dato cohærede uniuer
sali, (nam aduersus eū non cōpetit interdictū
quorū legatorū,ea nimirū rōne,nam licet ius
multis habeatur loco legatarij,attamē quoad
occupandam rei legatę possessionē hęredis p-
sonam sustinet)ita Bar.in l.ex facto,la grande,
col.2.ff.de hęr.insti.Alex.& Ias.ī l.quotiēs.C.đ
hær.inst.& ī d.l.nō est dubiū. Rube. cōs.43.nu.
5.Rip.ī d.l.j.nu.16.Cro.in d.l.nemo p̄t,nu.26.
ī 3.cōclu.Guil. Bened. loco p̄allegato,nu.258.
& in uerbo,si absq; liberis.secūdo, nu. 146.cir-
ca fi.(Menoch.ī antedicto remedio secūdo,nu.
65.ubi citat ēt Tiraq. in tract. le mor.saisit, le
1481 uif.par.2.decla.4.nu.11.)†ut.n.declarat Ale.
& Ias.satis apparet tacita uolūtas testatoris,q̄
institutus in re certa sua,& propria autoritate
capiat ex quo eū īstituit, & istō directa hoc im
portare videt̄, quo argō utitur ēt Nic.Bell.idē
teuēs supputationū suarū li.4.c. 17.n.18.(sicut
1482 & Bero.cō.75.n.15.uol.2.)†cōfirmatur p̄-
ter oēs hęc limitatio, qa īstitutus ī re certa est
una tertia spēs, q̄ parti capit a natura hæredis

Quid si prius eā deposuit uel commodauit, quā legaret.

Quid sit de instituto ī re certa dato cohærede uniuersali.

uniuersalis, partim a natura legati, & sic habet mixtam naturã, ut tradit Bar. & alij sequuntur in dicta l. ex facto, & in dicta l. non est dubium.
1483 † merito dispositio maxime dictæ l. non est dubium, loquens de simplici legatario, tamquam pœnalis, & sic odiosa non debet extendi ad hunc casum mixtum, iuxta notata per Bar. Baldum, Angelum, Alexandrum, & cæteros, in
1484 l. 2. in prin. ff. de uer. ob. († & hoc est etiam regulare, quòd dispositio pęnalis de casu ad casum non extenditur. l. pater Seuerinam. & ibi Bar. ff. de cond. & de. Dec. consi. 273. col. fi. Soc. consi. 259. col. 3. Ias. in l. cum quidam. ff. de lib.
1485 & post. Natta, consi. 508. nu. 12. † unde Bal. in l. Gallus. §. & quid si tantum, col. 3. ff. de lib. & post. dicit, quòd pęnæ non extenduntur ad casum similem, licet alias fieret extensio, sic intelligendo textum in ca. susceptum, de rescri. idemque Bal. in l. cum proponas. circa fi. C. de hær. insti. inquit, quòd casus pęnales non recipiunt interpretationem extensiuam seu similitudinariam. l. mol&a. l. in testamento. ff. de cõdit. & demon. Alex. cõsi. 115. col. fi. uol. 2. Dec. consi. 290. col. pen. pluraque confirmans cumulat Roland. à Valle, consi. 59. col. pen. uolu. 3. ad quem in gratiã breuitatis, cupidos lecto-
1486 res delego. † unum tamen post illum notatu dignum addito, quòd dictæ leges de simplici legatario loquuntur, non autem de qualificato, qualis est legatarius institutus in re certa. igitur in eo cessare debent, quia pęna locũ non habet nisi expresse dicatur. §. cum igitur, ibi, [*nec est lex tale quid dicens*,] in Aut. de nõ eligen. secun. nub. & in l. at si quis. §. diuus autẽ Marcus, ibi, [*pœnam a lege non esse statutam*,] ff. de relig. & sump. fun. plura ponit Fel. in c. 2. col. j. de rescrip. Dec. in c. ex parte, primo. num. 5. de rescrip. & in rub. de iud. col. j. ubi pariter Ripa num. 15. Dec. consi. 19. num. 3. in prin. consilio 164. col. 2. uer. & hoc confirmatur. Cephal. consilio 39. num. 44. Senat. Pedemon. Decis. 77. nu
1487 me. 3. † hinc eleganter Bal. consi. 14. filiusfamilias liberauit, uol. pri. scriptum reliquit, ꝙ si falsus procurator liberauit debitorem nomine creditoris, nullo modo punitur criminaliter: licet enim non faciat secũdum bonos mores, tamen nulla lex est, quæ puniat eum, & erubescimus sine lege loqui. §. consideremus, in
1488 Aut. de tri. & se. † & idem Bal. cons. 15. ad euidentiam premitto, uol. j. subdit non esse nouũ, quòd quidam inhoneste fiant, & tamen ultionem non habeant, quia non omne punitur illicitum, sed id demum, quod lex statuit esse deli
1489 &um, sequitur Natta, cõsi. 597. nu. 10.) † Declaratur tamen hæc limitatio nouiter præter omnes, ut procedat quãdo institutio in re certa, facta fuit in testõ, secus si in codicillis: cũ. n. ea ibi fieri non possit, ut ualeat iure institutionis, sed relicti tantum, ut declarat Bal. in l. non codicillum. q. fi. C. de test. & sequitur Alex. in l. 2. nu. 2. C. de codicil. est impossibile, ꝙ institu-
1490 tus possit capere propria autoritate, † quia capere propria autoritate ius directum denotat, ut per Bar. in l. cẽturio, nu. 27. & col. pen. ff. de uul. & pu. quod ius directum nõ cadit in codicillis ẽt in re particulari, secundum Baldũ, & Quid si testator falcidiã phibuit
1491 Alexandrum proxime citatos. † Octauum est exemplum, quando testator prohibuit falcidiam detrahi: tunc enim legatarius põt rem legatam propria autoritate apprehendere. ita tradit Alex. in add. Bartoli, in d. l. j. ff. quor. leg. ubi citat Fulgosium, cons. 60. qui de hoc nihil dicit ĩ meo libro, (sed forte uoluit allegare Cumanum, cons. 61. Petrus hæres, in fi. cui se bene subscripsit Fulg. & illum refert, & sequitur Menoch. loco memorato, nu. 77. & ultra prędi
1492 &os,) hoc dictum confirmo. † Quia causa finalis huius interdicti fuit, ut hæres falcidiam suam detraheret, ut notatur in d. l. j. & probatur in l. lineam margaritarum. iũcta gl. in uerbo restituatur. ff. ad l. fal. sed prohibita falcidia cessat dicta causa finalis, igitur & interdictum, c. cum cessante, de app. l. adigere. §. quamuis. ff.
1493 de iure patro. † (comprobatur, nam prohibitionis causa cessante cessat prohibitio. l. j. & ibi Bal. C. si rect. prouin. c. & si Christus, & ibi Bal. & Butrius, de iureiu. Andre. de Isern. in rubrica, quæ sint regal. col. 3. uer. hæc pedagia, & post eum Afflictus, col. fi. dicens, ꝙ cessante cã prohibitionis finitur autoritas statuti, & inducitur dispensatio, ut inquit Bal. consi. 54. statuto cauetur, in fi. uol. 2. sequitur Tiraq. in tract. cessante causa, prima parte, nu. 215. si ergo testator prohibuit falcidiam detrahi, dicitur cessare prohibitio legatarij capiendi rem legatã propria autoritate, merito dicitur a testatore tacite dispensatus, ut illam propria autoritate
1494 capere possit.) † Idem iuris existimandum esset non prohibita falcidia, si tamen legatum non erat defalcabile, uelut ad pias causas factũ tunc. n. pariter cessaret hoc interdictum, ita D. meus Riminal. consi. 133. (Capra, cons. 3. circa hoc plura sunt, in fi. Corn. cons. 140. ad fi. uol. j. Tiraq. in tract. de priuil. piæ causæ. priuilegio Quid si legatum nõ erat defalcabile, ut ad pias causas.
1495 45. & Menochius loco p̃dicto nu. 86. † mouentur illa rõne, ꝙ de legato piæ cãæ facto falcidia nõ detrahitur. §. si aũt hæres, in Aut. de ecclesi. titu. & in aut. similiter, ubi notant oẽs. C. ad leg. falc. late idem Tiraq. in d. tract. de priuileg. piæ cau. priui. 26. igitur cũ hoc interdictũ non concedatur nisi cũ hæres habet detrahere de legatis falcidiam, sequitur hoc in casu illi locum nõ esse, idque ex tacita licentia testatoris, qui uidetur se uoluisse conformare cũ dispositione iuris, iuxta no. p Bar. & alios in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. ut cessante falcidia legatarius suo iure legatum consequi pos
1496 set. † Idẽ iuris insup esset, ex eadẽ rõne, quã do p̃p aliqd emergẽs hæres priuaretur falcidia ueluti quia non satisfecit uoluntati testatoris infra debitũ tp̃s, iuxta tex. in aut. hoc amplius. C. de fideic. ubi priuatur oĩ cõmodo, & lucro hę-

redi-

reditario,nā tali casu si legatarius occuparet legatū ,ppria autoritate nō incideret in interdictū quorū legatorū,ita uoluit Cast.cō.292.cir 1497 ca primum dubium,in 6.dubio.uol.2.†ubi pariter idem determinat, si hæres non confecit inuentarium:perdit enim falcidiam.§.sancimus, in Aut.de hæred. & falc. scribunt Bart. & alij,in l.Marcellus. ff.ad Treb.& hunc casum sequitur Ripa,in dicta l.j.num.24.ff.quor.leg. sicut & utrumq; Menochius,loco suo,de quo 1498 supra,num.71.cum seq.†Quin & hoc idem uult Castre. in Trebellianica,qua priuatur hæres ob non confectum inuentarium,nam si fideicommissarius propria autoritate uniuersa bona uendicauerit,non erit locus interdicto quorum legatorum,ex quo propter defectum inuentarij hæres non poterat detrahere Trebellianicam,secundum Castrensem,qui sequitur in hoc opinionem Baldi, in aut. sed cū testator.C.ad l.Falcid.quam crebriorem,& ueriorem testatur Rui.consi.115.in fi.consi.118. num.28.& consi.159.num.j. uolu.3.sequiturque Menoch.ubi supra,num.74. & hoc quoq; dici poterit causari ex tacita licentia testatoris, qui præsumitur se uoluisse conformare cū dispositione iuris,ut hærede priuato Trebellianica propter omissum inuentarium fideicom 1499 missarius res suo iure uendicet.†Sed huius illationis Castrēsis ueritas latiorem requirit indaginem:pendet enim ab illo suo præsupposito,quòd propter omissionem inuentarij priuetur hæres Trebellianica, quod nō ita facile 1500 debuit ad firmari,†nam sic ardua reperitur & apud Doctores controuersa illa quæstio, quæ indigeret declaratione Principis, ut concludit Cassador. decis.3.de testa.in fine. non solū enim alijs,sed sibi metipsis contradicūt,quos enumerat Craue.consi.17.colum.j.& Moder. Galli,in addi. Alexandri,consi.67.colum.2.uo 1501 lum.4.†cumque de facili perscrutari non possit,quæ sit magis communis opinio,ut refert Dec.consi.236.quinto dubio,ideo Beroius consi.108.num.4.uol.2. dixit quæstionem esse pro amico, cum utraque opinio asseratur cō 1502 munis. †Tantaque reperitur in utranque partem Doctorum copia, quòd illos recensere, laboriosum potius,quàm subtile foret.Quonus Octauiano Cacherano Iurisconsulto præstantissimo,& autori decisionum Senatus Pedemontani,missum facio,qui diligenter,& docte decisione sua 147.nedum enumerauit Doctores 48.pro parte negatiua, & pro affirmatiua 60. sed in utranque partem rationes ad 1503 ducit, atque discussit:†nec sane maiorem numerū recenset Gabrielius Romanus , licet alias copiosus,in suis conclusionibus, lib.4.titulo 1 Trebellianicum.conclu. 10.& si quis excedere uellet opus esset mea quidem sententia,non uulgari, sed exactissima diligentia ac 1504 indefesso labore,†clarissimi Iuris utriusque lumiais,D.Pauli Banniati Bergomensis, tanta familiaritate, atque amicitia mecum coniuncti, quòd eam nulla unquam tēporis obliuio delere posit:sæpius enim dum suas,& amenissimas, & nectare dulciores ad me scripsit litteras,tantam in eis eruditionem, & dicendi copiam,& in abditis,arcanisque Doctorum locis reuelandis miram dexteritatem inueni,quod huic oneri subeundo nullus aptior illo cense-1505 ri posset.† Interim igitur (dum ille forsan hoc faciet) post messorū terga spicas aliquas, quæ in agro tam fertili remanserunt colligēs, addam, quòd partem affirmatiuam tenet Alexan.de Neuo,consi. 28.num.6.& consi.76.num. 7. putans esse uerissimam. Bertran. consi. 23. nume.71.uolumi.1.priorum,dicens hanc esse ueriorem,& communiorem, nisi consuetudo de qua constet contrarium seruet,& consi.75. 1506 uolu.2.† ubi æquissimam appellat,quando hæres attigit res hæreditarias propter suspitionem fraudis, & surreptionis earum.Corset.in tract.de Trebellia.§.4.in fine.ubi concludit,quod 1507 hęc uidetur magis communis,†adeo quòd Bartolus,& Oldra.mutauerunt sententiam,& tenuerunt hanc partem consulendo. Moder. Galli loco citato, qui dicūt,quòd hæc pars est crebrior,& fundatior,& quòd idem tenet Marefilan. notab.158.Soc.in l. Marcellus. §.j.in fi. ff.ad Treb.ubi concludit,quòd secundum hāc 1508 partem consuleret, & iudicaret,†cui Bellonus accedit,consi.64.col.2.dicēs,quòd est magis communis opi.& quòd in iudicando practicatur,& Ang.Aret. noster in §.extraneis.infra de hær. qual. & diffe. dicens secundum hāc opinionem fuisse Ferrariæ iudicatum se aduo 1509 cante,†quem perpendit ad hoc Iacob. Emilianus, conciuis noster,ægregius suo tempore Iur.consi.consi.127.nume.7. & cum prædictis quoque concordat Grat.respon. 21.num.16. respon.77.num.13.resp.88.per totum,& resp. 160.uol.2.pōderans casum legis ad hanc opi. in §.si uero non fecerint.in Aut.de hære.& fal. in uer.legatarios, & fideicommissarios,inducendo latius,ut per eum:quinimo non desunt qui particulariter hanc conclusionem probāt in filijs,uolentes,quòd & illi propter inuentarium non confectum Trebellianicam perdant considerantes mentem Doctorum, qui generaliter loquuntur,& rationes quas adducunt, 1510 que pariter in filiis militant.†Imo uero maior ratio subesse uidetur in filijs, ut priuari debeāt Trebellianica,quia detrahunt duas quartas,ut in terminis dicit Corneus. cōsi.168.col. 4.uol.3. quem sequitur Dec.consi.236.col.4. consi.480.num.17.& consi. 495.num.26.sicut & Didac.Couuaru.in c. Raynutius. §.11.num. 1511 10.de testa.† & in filio loquitur Corn.cōsi. 22.colum.pen. & si.uol.2. Paris.consi.j.nume. 88.uolu.3.consi.18.nu.107.uol.2.Vasquius,in tract.de successionum creati.lib.pri.§.8.numero 13.Alexan.de Neuo, dicto consi.76. nume. 6. sicut & Viuius in suis communibus opinio nibus

Aut nō confecit inuentarium.

An hæres ob non confectum inuentarium priuetur Trebellianicam.

nibus, i uerbo, hæres extraneus, ubi sic ampliat
opinionem prædictam, quòd procedat, licet
hęres sit filius restatoris, citans Baldum consi.
mihi 403. in substitutione, uol. 2. in nouis, &
Andręam Siculum, consi. 46. col. pen. & fi. uol.
3. rationes huius opinionis affirmatiuæ non
adduco, quia nimis esset in infinitum procede
re, & penes Doctores memoratos, uel eorum
1512 maiorem partem, uideri possunt. † Sed ad cō
trariam partem negatiuam transitum facio,
quam tenuerunt quamplures cumulati per
Roland. à Valle, consi. 27. nume. 26. uolu. j. qui
eos sequitur, & repetit ante Ias. in dicta l. Mar-
cellus. demumque Gabriel. Roma. & Senatus
Pedemontanus locis supra commemoratis,
1513 quibus omissis addendi sunt & alij, † uideli
cet Capra, consi. 143. col. fi. dicens, quòd ita cō
muniter tenetur, late Bologninus, consi. 29. p
totum. Ang. Aret. in tract. de testa. glossa 89. di
cens, quòd ita semel consuluit apud Triuisiū,
tuncquàm plura consilia uidit de Padua, eiq;
magis sic consulendo tenenti credendum est,
quàm contrarium aduocanti in dicto §. extra
1514 neis, † cum potissime, quæ consulendo dicū
tur, sint magis appensata, & digesta, Cuma. cō-
silio 86. in prin. Cur. consi. 76. super motiuis,
ad finem. Landrianus in prin. suarum apostil-
larum, ad Ang. de maleficijs, & ad Geminianū
super 6. Alex. cons. 185. uiso titulo quæstionis,
1515 col. 11. uol. 2. † idque procedit, licet lectura
sit posterior, ut per Andre. Sicu. in c. nullus. co
lum. 17. de so. compe. & latius ad hoc plura re-
fert Neuizan. in sua silua nuptiali, lib. 5. titulo,
quomodo iudicandum, num. 26. & ad rem no
stram redeūdo partem negatiuam pariter sen
tit Craue. consi. 219. col. pen. se remittens ad
dicta per eum, consi. 17. Franciscus de Porcel-
linis, in tract. de inuenta. cap. 6. ubi pluribus ra
tionibus, & argumentis in oppositum respō-
det: demumque, col. fi. tenet hanc partem quā
1516 cōfirmat, ut per eum. † Sicut & pulchre Nat
ta, consi. 220. ubi relatis pluribus dicit, ꝙ pro
ista parte non solum militant plures numero
Doctores, sed etiam autoritate, & scientia præ
stantiores, inter quos sunt Bartolus, & Ioan.
Andr. quorum alter in iure ciuili, alter in cano
num interpretatione primas tenet, tum etiam
quia contrarij Doctores, qui priuant hęredem
Trebellianica propter non confectionem in-
uentarij, non habent pro se legem hoc proban
tem, prout latius demonstrat, illis, quæ citan-
1517 tur respondens, † demumque citat Corneū
consi. 180. 8. dubio, uol. 4. qui post Baldū, cōsi.
403. in substitutione. uol. j. in nouis, dicit ꝙ ita
communiter, & de consuetudine magis obser
uatur hæc opinio negatiua. unde ab hac inter
pretatione, quam consuetudo demonstrat, di
1518 scedi non potest. l. minime. ff. de legib. † nec
id tantum Bal. & Corneus dixerunt, sed & Bar.
in aut. sed cum testator. C. ad l. Fal. & ī d. l. Mar-
cellus. dicens, ꝙ ita communiter obseruatur,
& in hoc uim facit Soc. Iun. consi. 137. col. pe.
uol. j. dicens hanc opi. seruandam esse, quia eā
admisit consuetudo, quæ est optima legum in
terpres, nec id tantum firmat ibi, sed latius, &
luculentius, consilio 88. uol. 4. ubi post multos
1519 nouiter adductos meminit † de Stephano
Aufrerio, qui fecit additiones ad decisiones
Capellæ Tholosanæ, ubi concludit hanc opi-
nionem propter autoritatem Bar. in practica
seruari debere, & ita alias in curia parlamenti
seruata fuit, & in prouincia sua sic seruari de.
consuetudine testatur Bertran. consi. 219. præ
supposito tenore, nu. 10. uol. 3. posteriorum,
quem citat ipse Soc. Iun. & prætet eum Neuiz.
cons. primo, in fine, pariter inquit, quòd obser
1520 uatur in patria sua, † unde bene concludit
Soc. Iun. quòd communis obseruantia illam
approbauit, hincque sequitur illud, quod in-
quit Natta loco citato, quòd licet dicatur nō
esse standum dicto Illust. Doctorum attestan-
tium de consuetudine, quia testibus, & non te
stimonijs fides est adhibēda. l. 3. §. item diuus.
1521 ff. de testi. † Tamen in huiusmodi conflictu
opinionum, illa præferri debet, quæ huiusmo-
di pro se habet attestationes, sicut in pari cau-
sa is uincit, qui pro se testem habet de auditu,
uel quamlibet aliam leuem præsumptionem,
ut per glossam, Bar. & alios in l. si duo patroni.
1522 ff. de iureiuran. † nec illud postremo prætet
mittendum censeo, quod concludit Cassad. in
prædicta decis. 3. ꝙ hæc opinio magis est pia,
& securior, quare bene dixit Castrē. cons. 198.
uol. 2. in nouis, ad finem, tutum non esse rece
dere ab hac communi opinione in consulēdo
& iudicando, & Butigella, consi. 154. nu. 34. pri
mo tomo ultimarū uoluntatum. secutus Bar.
in d. l. Marcellus, & cons. 2. ad finē, concludit, ꝙ
licet hæres non conficiens inuētarium perdat
falcidiā, non tamē perdit Trebellianicam. & il
la regula, quæ dicit ibi cessare Trebellianicam,
ubi cessat falcidia, procedit quādo falcidia ces
sat ex natura, & potestate testamenti, secus qñ
1523 cessat ex delicto personæ. † & hæc opinio si-
gnanter admitti debet in filijs, prout uoluit
Guido Papæ. q. 53. & Ioannes de Castelliono
Epūs Vicentinus, inter consilia Baldi, & ab eo
comprobatus, con. 229. in pri. arti. uol. 3. in no
uis. Bologni. in addi. Ioann. Ananiæ, consi. 61.
Rubeus, cons. 43. col. 3. Craue. in d. cons. 17. ad
fi. & late Bero. consi. 138. uol. 2. demūque Soc.
Iun. cōs. 88. uol. 4. post Cagno. in l. Papinianus.
1524 §. meminisse, nu. 15. ff. de inof. test. † ubi dicit
ꝙ hæc opinio est æquior, benignior, & magis
cōis, & tenenda, & ita uidit sē per seruari, & ser
uatur ꝑ totū mūdū ī liberis primi gradus qua
les sunt filij. concludens, ꝙ ab ista opinione nō
1525 recederet in iudicādo, & cōsulēdo. † & qđ in
quit Ang. Are. in d. §. extraneis, ſm affirmatiuā
fuisse iudicatū Ferrarię, potuit esse ī extraneis,
qđ & an bñ factū fuerit cogitādū reliquo: aius
.n. meus secus sentit. nec illud omitto, qđ in-
quit

quit egregie Bal.consi.97.super primo quæsito,col.2.uol.2.in antiquis.quem licet non ex presso numero, nec uolumine,refert & sequitur Corn.consi.180.3.dubio.num.10.uolu.4.
1526 †ubi concludit,quòd in filijs satis est æqua opinio,quòd nō amittatur Trebellianica,quia in eis continuatio dominij potius est, quam noua hæreditas.l. in suis.ff.de liber. & post.ergo saltem de æquitate canonica, quæ maxime fauet liberis, debet ab eis etiam detrahi Trebellianica non facto per eos inuentario sicut ex facto,subditque sæpius ita passim cōsuluisse, & ita tenere de æquitate canonica usu ap-
1527 probatā,† quæ decisio satis deseruit locis ubi ius canonicum seruatur,ut Ferrariæ,secundum Cardi.cōsi.2.Fulg.in l.quid sit fugitiuus. §.idem celsus. ff.de ædil.edic. Et hæc opinio, ꝑ filijs posita sanis insuper rationibus comprobari potest præter uulgatas à Doctoribus adductas,& in primis illa quam ponit Guido Pa
1528 pæ in dicta.q.57.ubi†constituens rationem differentiæ inter filium, & extraneum hæredē dicit, quòd filius non debet amittere Trebellicam per non confectionem inuentarij, sed extraneus sic, nam filius agit quodāmodo de damno uitando, quia si filius,ergo hæres. c.si.17.q.8.extraneus uero tractat de lucro captādo,unde facilius ille per non confectionem in
1529 uentarij debet perdere Trebellicā,†& hanc rationem non uidisse dissimulauit Dec.in con filijs suis supra citatis,aliam aggressus parum tutam, & hanc fortiorem omittens,quam bene perpendit Bero. in dicto consi.138. uol.2. propterea dicens absque dubio uerioram esse hanc opinionem in filio,latius id confirmans ut per eum,eamque pariter prælensit Bald. in dicto consi.97. dum dixit in filijs non amitti Trebellicam, quia in eis est potius continuatio dominij, quàm noua hæreditas, & sic tractāt de damno uitando, non de lucro,ut dixit
1530 Guido Papæ.† Secunda ratio est,quæ colligitur ex dictis Domini mei Riminaldi, consi. 231.in fi. ubi tangens hunc articulum, & opinionem affirmatiuam, dicit in filijs eam forte non procedere, quia in eis cessat prohibitio Trebellianicæ per testatorem,quæ in alijs locū habet, iuxta no.per Baldum,Saly. & alios in l. iubemus.C. ad Trebel. noluit enim dicere, ꝙ cum testator extraneis prohibere possit Trebellianicam,merito toleratur, quòd per omissionem inuentarij Trebellianicam perdant,cū pariter eam perdidissent si testator eam prohibuisset. at in filijs non idem iuris esse debet, quia sicut testator non potuisset illis prohibere Trebellianicam,pari modo nec ex omissio
1531 ne inuentarij eam perdere debent.† Accedit quoque tertia ratio non modo filijs,sed & extraneis conueniens, quam ponit Bal.consi. 403.in fi.uol.2. dicens, quòd fideicōmissarius uniuersalis compellere potest hæredem ad cauendum de faciendo inuentario cum specifica tione rerum.l.cum Archimedorā.C.ut in poss. leg.si igitur hoc non fecit, imputet sibi,uā culpa hæredis, & culpa fideicommissarij uniuersa
1532 lis compensantur.† Imo maior est culpa fideicommissarij, qui obtinet instar petitoris, ut & in simili casu Neuizan. arguit, consi.42. num.17. & cum fideicōmissarius ita fuerit negligens in petendo cautionem prædictam ab hærede, sicut hæres in non faciendo inuentarium, fideicommissarius non debet ascribere posse culpam negligentiæ, in qua pariter ipse reperitur.l.item illa.ff.de const.pec.l.uiro atq; uxore.ff.sol.ma.l. in arenam. C.de inoff.testa. tradit Rip.in l. admonendi.num.56. in fi.ff.de iureiur.& in pari culpa melior esse debet con ditio rei,qualis est hæres.ca.in pari. de reg.iu. in 6.Ias.in §.in bonæ fidei, nu. 81.infra de acti.
1533 sequitur Cephal. consi.230.num. 24.†Nec opinio contraria sapit æquitatem propter suspitionem fraudis, & surreptionis bonorum, ut dixit Bertran.in d consi.75. quoniam respō sio patet ex his, quæ ponit Rui.consi. 112.col. pen.uol.2. dicens, quod hæres perdit falcidiā si non confecit inuentarium propter præsumptionem subtractionis. §.si uero nō fecerit, in Aut.de hære.& falcidia.talis ergo præsumptio inducta uno casu,scilicet quando agitur de detractione falcidiæ, non debet extendi ad aliū casum, uidelicet quando agitur de detractio-
1534 ne Trebellianicæ.† Quia lex procedens per præsumptiones non extenditur etiam in casibus,in quibus alias extenderetur,secūdum Abbatem in c.si.de spons. tantoque magis hoc esse debet in hac quæstione,quæ trāctat de priuatione Trebellianicę propter omissionem inuē
1535 tarij,†quæ priuatio iuris sui dicitur pœna. l.non usque.ff. si quis a paren.fuer. ma.l.testamento centurio.ff. de manu.test.l. si is qui hæres.§. si.ff. de uulg.& pup. quem notat ad hoc Cast.ibi.sequitur Crot. consi.90.nu.12.Paris.
1536 consi.73.nu.44. uol.j.† at licet quandoque fiat extensio de dispositione principali, non tamen fieri debet, quo ad illius pęnam.glossa in clem.secunda,de hęret.in cle.j.de reb. eccl.nō alie.& in l.fi.ff.de in ius,uoc.Soc.consi.275.nu. 12.in prin.uer.nō omitto. uol.2.& alios citat Alcia.in trac.de præsump. reg.3.præsump.45. nu.5.Craue.in tract.de antiqui.temp.4.parte, nu.88.uer.ad idem facit, Grat.responso.35.nume.24.& respon.45.num.18.uol.j.& Ceph. cō silio 226.nu.19.& ad tex.in §.si uero non fecerint,quem Grat.ponderat,in suis responsis.respondet Alex.in consi.64. col.2. uol.4. ꝙ cum non dicat expresse de fideicommissarijs uniuersalibus,& uerificari possit in particularibus id uerbum uniuersales, subaudiri non debet, ut latius per Alex. quem Gratus non uidit,aut non uidisse dissimulauit.quare ut tandem concludam (longius enim uagatus fui quam debuissem) fideicommissarium non putarem defendi posse ab interdicto quorū legatorum

per hæredem intentando, licet inuentarium facere prætermisisset hæres cũ ob id eum Trebellianica priuari durum atque asperum mi-
1537 hi nimis esse uideatur ex prædictis.† Nonũ est exemplum, in quo tacita licentia data uidetur legatario capiendi legatum propria autoritate, meritoque cessat interdictum prædictum quorum legatorum,) in uxore relicta domina, massaria, & usufructuaria, quo casu stantibus liberis tale legatum resoluitur in alimẽtis secundum consuetudinem Bulgari, de qua per glo. Bar. & omnes passim, in aut. quod locum. C. si secun. nup. Bar. consi. 6. super eo. consilio 56. Bar. fecit testamentum. Anch. consilio 237. Roman. consi. 118. Dec. cons. 526. in princ. consi. 537. in prin. Paris. consi. 97. num. 10. uol. 2. Grat. respon. 24. num. 15. respon. 68. num. 1. uol. j. late Ias. consi. 44. num. 5. & consi. 90. uol. j. late Picus post omnes in rep. e. l. Titia. §. Titia. ff. de leg. 2. (cum similibus, quæ studiosus quisque Lector poterit indagare.) † nam tale le-
1538 gatum alimentorum potest uxor propria autoritate uendicare, nec incidit in interdictũ quorum legatorum, ut noluit Bar. in d. aut. qd locum, col. 3. uer. & ista alimenta. Ang. in l. j. ff. rer. amo. Alex. in d. l. nemo potest, num. 15. ubi plures antiquos refert, idemque Iason, ibidem num. 37. Rui. colum. 11. Moderni Bononi. nu. 533. Crot. num. 26. in 2. conclusione, Dec. consi. 418. num. 3. Gozad. consi. 95. num. 11. Paris. cõsilio 21. num. 11. uolum. 2. & consi. 98. nume. 2. uol. eo. Soc. Iun. consi. 86. num. 7. uolum. j. Rubeus, consi. 43. num. 5. D. meus Riminal. consi.
1539 116. num. 30. & consi. 188. num. 13. † mouẽtur omnes argumento textus in l. fundi Trebatiani, in fine, iuncta glossa, ff. de usufr. leg. & qa ut dicit Alex. in d. l. nemo potest, si testator dixerit, Titius, hæres æsto in tali re, propter illud uerbum, hæres, intelligitur habere licentiam capiendi propria autoritate, secundum Bar. in d. l. ex facto, & supra diximus, num. 1480. igitur idem uidentur importare illa uerba, Domina, &c. quæ æquipollent illi hæres. l. his uerbis. in prin. ff. de hær. insti. §. fina. Inst. de hær. qual.
1540 & diffe. † (accedit quoque ratio, quòd si de manu filiorum teneretur hæc alimenta consequi mulier, & illi recusarent, aut differrẽt ea præstare, posset interim fame perire, qua ratio ne constitutum est, ut diebus feriatis in eis procedatur. l. de alimentis, ubi Bar. & alij, maxime D. meus Riminal. C. de transact. Iason, in l. 2. §. excipiuntur. ff. de ferijs, ideo dici debet, ut ea quoque propria autoritate capere possit.
1541 † Decimum est exemplum, in quo tacita licentia data uidetur à testatore capiẽdi legatum proprio marte,) quando periculum esset in mora, puta in legato pro sepultura defuncti, uel pro alimentis alicuius pauperis, nam periculum moræ facit licitum, quod alias esset illicitum. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. cre. (vnde uidemus, quòd † debitor suspe-
1542 ctus de fuga potest per iudicem personaliter capi, & incarcerari etiam tempore feriato in honorem Dei, ut est gl. singularis in l. fi. uer. fideiussiones. C. de fer. quam Bal. & alij sequuntur, ibi. Bar. in dicto §. si debitorem. Bald. in l. j. C. qui bon. ced. poss. & in l. fi. C. de exhi. re. eam que glossam dicit Alberic. in l. si feriatis. ff. de fer. de consuetudine approbatã, & in iure singularem reputant Ang. & Fulg. in l. j. §. sed excipiuntur, eo. tit. ubi plenius Iason, colum. 2. unde in terminis nostris) ita declarat Ripa, in dicta l. j. num. 17. ff. quor. leg. (& post eum Menochius in secundo remedio. de adipisc. poss.
1543 num. 58. † moti, quia huiusmodi legata dilationem non recipiunt, ut de legato pro sepultura tradit Specul. in tit. de app. §. in quib. nec. octauo, Mantua, in l. fi. lectura. 2. nume. 173. C. de edic. diui. Adr. tol. & Grammati. decis. 82. numero 2. ubi ob id ait eo casu non appellari;
1544 † & de legato pro alimentis pauperum scribit Bar. in l. 2. num. 5. ff. de re iud. nam ueteri prouerbio sancitum est, uentrem dilationem nõ recipere, nec ferre posse, ut ponit Menoch. lib. 2. de arbitra. iudi. casu 52. num. 12. & interest nostra ne pauperes fame moriantur, quia sine pauperibus non est ciuitas perfecta. l. j. ff. de nũ di. Roland. à Valle, consi. 80. nume. 19. uolu. 3.
1545 † & certe pauperes digni sunt hoc, & aliis priuilegijs, de quibus late ponit Cornel. Benincassius, in tract. de paupertate, & eius priuilegijs, quoniam paupertas durior est morte, secundum, Bal. in l. certa forma. C. de iure fisc. lib. 10. & pauperibus uita est supplicium, mors solatium Bald. in l. cum & filij. C. qui bon. ced. poss. Roland. à Valle, consi. 87. num. 42. uolu. 2.
1546 † Nec repugnat prædictis illud diuinorum præceptorũ, [*non misereberis in iudicio pauperis,*] ut enim declarat Connanus in cõmentar. suis iuris ciuil. lib. 1. cap. 11. colum. 9. id significat pauperi de alieno largiri, meritam pœnam remittere, quæ ipsa non iudici, qui remittit, sed patriæ, sed actori, qui eam exigit, debetur, qui solus habet ius, & potestatem ignoscendi, nam qui parcit alteri, fatetur aliquid se omittere, quod factum oportuit, & pœnam, quæ debebatur condonasse, at condonare, nisi is cui luenda est, nemo potest.
1547 † Et in summa dici potest, quòd intuitu paupertatis, seu pietatis alicuius personæ non debemus alijs iniustitiam facere. capitu. ex tenore, de foro compe. capitu. nuper. §. quod autem, de donati. inter uir. & uxo. Bero. consilio septuagesimo, ad finem, uolumine tertio, at hic non agitur de auferendo alteri, & illi iniustitiam ministrando, sed dilationes, & ordines iudicij resecando fauore paupertatis.
1548 † Comprobatur insuper, quod de legato sepulturæ dictum fuit: id enim) continet piam causam, lege, & si quis. §. sed interdum. ff. de relig. & sumpt. fun. ibi, [*quis enim sine pietatis intentione alienum cadauer funeratur.*]

Quid in vxore relicta dña & usufructuaria.

Et quid si periculũ esset in mora.

&

& l. pro hærede, ff. de acquir. hæred. ibi [*aut pietatis causa, ut puta patrem sepeliuit.*] (confirmatur ex sententia Xenophontis apud Stobæum
1549 dicentis. † meum corpus o pueri simulac e uita cessero, neque in auro ponatis, neque in argento, neque in alio quouis, sed quam primum terræ mãdatote. quid enim beatius quàm terra misceri rerum omnium pulchrarum, omniumque bonorum parente, ac nutrice? Sicque refert Ioannes Baptista Asinius in l. 2. §. prætor ait, nume. 22. ff. de relig. & sump.
1550 fun. † cui conuenit & illud Socratis, de quo meminit Connanus in suis Commētar. li. 3. c. 6. col. 2. is enim iterrogatus cuias esset, respondit se mũdanum esse: hoc est, ut inquit Tullius, nõ unius circundatum aut septũ mœnibus, popularem ue alicuius certi loci, definitique, sed ciuem totius orbis tanquam unius ciuitatis: est enim terra communis omnium parens, & ut Africanus in somnio Scipionis loquitur, sedes aut domus hominũ, (& ut quid addam,) ne dicam uiuentium, sed &
1551 morientium, † cum nos singulis annis prima die pœnitētię nos moneat sacerdos dicēs, Meme nto homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris. accedit quod idem Asinius scribit in l. uel quæ paterfamilias, ff. de relig. & sumpt. fun. quòd cum sepulchra religiosa sint diuini, non humani iuris sunt, §. nullius, supra de rer. diui. & l. locum, C. de relig. & sum. fun. & quemadmodum pium est cadauera sepelire, sic insepulta relinquere inhumanum, & iniuriosum est, l. ꝙ si nulla, ff. de relig. & sum
1552 pt. fun. † maximum enim dedecus existimarunt maiores nostri corpora insepulta iacere, id quod ita penes eos potuisse legimus, ut inimicos etiam, & hostes sepeliri curauerint. de Dauid exemplum habemus qui audita morte Saulis hostis, cum prius luculentam de eius laudibus orationem habuisset, uiros Tabes Galaad, qui eum, & filios sepulturæ tradiderunt summis laudibus prosecutus est.
1553 † & de Hieu Rege Israel, qui cum insolentissimam Iezabel, propterea quòd eius causa domus Regis Achab esset dissipata, occidi iussisset, eam tamen sepeliri regali pompa man-
1554 dauit. † idem de Annibale prædicatur, qui licet Romani nominis inimicissimus esset, Romanis tamen Ducibus plerumque pias exequias celebrauit, nam Paulum Emilium apud Cannas trucidatum, quantum in eo fuit inhumatum iacere passus non est, & Tiberio Gracco splendidissimè funus duci curauit ossa ue in eius patriam deferenda militibus Romanis tradidit, & M. Marcelli in agro Brutio interempti summo cũ honore exequias fecit, pluraq; id genus in hancrem commemorat Ioann. Bapt. Asinius in dicta l. quod si nulla, quibus facile suaderi potest legatum in sepul
1555 turã piam causam continere.) † pariq; modo legatum alimentorum pauperi factum dicitur ad pias causas, ut tradit Bart. in l. alio, col. 2. ff. de ali. & cib. leg. latè per Alexand. & Ias. in l. cum his. §. si mulier. ff. de condic. iud. Bal. in l. illud, C. de sacrosan. eccl. Barbat. in c. relatum, primo, col. 10. de testamen. (Bartol. in tracta. alimentorum, col. 3. uersiculo, quæro utrum. Aug. & Imo. in l. si sticum, §. Stipulatio, ff. de uerb. obli. Alex. in l. hæreditatum. in princip. ff. ad leg. falcid. Bello, conf. 16. vbi testatur communem. Benincas. in tracta. de paupert. q. 10. 7. speciali. Probatur in l. Mella. ff. de ali. & cib. leg. ibi [*pietatis intuitu,*] & in l. sancimus, C. de sacrosan. eccl. vbi causa redēptionis captiuorum, & causa alimentorum æquiparātur, demumque in §. interdicimus, in Aut. de eccle. tit. ibi [*egentium pabula, & alias*
1556 *piæ causæ.*] † vnde Baldus in aut. similiter, C. ad leg. Falcid. dicit, quòd pia causa dicitur, cum per eam releuatur corpus animatum, ꝙ quidem fit per alimoniam, & expresse uoluit Glossa in l. si cum annuum, ff. de annu. leg. Cuman. cons. 30. statuto cauetur, columna 2. Angel. Imo. & Alexand. in l. diui. ff. ad leg. Falcid. Dec. consil. 72. col. 3. pleniusque Tiraquell. in tracta. de priuileg. pię causę, præfatione illius uersiculo, item legatum alimentorum.)
1557 † sed in legatis ad pias causas cessat falcidia vt notant Doctores in l. 1. §. ad municipum, ff. ad l. falcid. & est casus, & ibi notant omnes in aut. similiter, C. eodem. Ias. in aut. si qua mulier, num. 4. C. de sacrosan. ecclesi. Curt. iuni. cons. 120. num. 13. (Benincas. loco citato, nu. 16. qui dicit esse textum expressum, & à nemine, quem uiderit, allegatum ad hoc, in c. 1. ante fi. de priuileg. in extrauagan. commu
1558 nibus. † deinde subdit, ꝙ procedit etiam si pia causa in eo testamento sit hæres instituta, ut eleganter consu luit Corne. consi. 140. circa, col. 2. uol. 1. quia legata priuilegiata nõ defalcantur, sed integraliter soluuntur. l. si miles. ff. ad l. Falc. l. si certarum, §. fi. cum. l. sequē. ff. de testa. mil. & per Rotam Decis. 12. quędā
1559 mulier, de testa. in anti. † sed & præter Corneum aliud scitu dignum adiũgo, quòd neque mediate, nec immediate detrahitur falcidia de relictis ad pias causas, exempli gratia, Sempronius hæres institutus debet soluere legatum Titio, Titius ecclesię, certè Sēpronius non detrahit Titio, nam illi detrahendo, detraheret ecclesiæ, & de hoc est bonus textus in simili, in l. cum dotem maritus, & ibi Cast. & in l. si seruus, cum sequent. ff. ad leg. Falcid.
1560 † Sicque tenet in specie Barb. in c. Raynaldus, col. 15. uers. 4. de testam. & prius illo, licèt non allegat, Bal. in l. auia, §. Titio, per illũ tex. ff. de condit. & demonst. & in l. cum tale, §. non est, eo. tit. Rom. in aut. similiter, C. ad l. Falcid. qui dicit hoc esse singulare, Roman. Ale. & Ias. in l. Marcellus, ff. ad Treb. & copiosè Tiraquell. in tract. de priuil. piæ causæ, priuilegio 26. ubi latiùs prosequitur hanc conclusionem

de

de falcidia, quę non detrahitur de relictis ad pias causas declarans, vt per eum, quod breui
1561 tati consulens omitto.) † Sic etiam cessat (in relictis ad pias causas per fideicommissum) Trebellianica, secúdum Bart. Angelum & reliquos in l. Marcellus, ff. ad Trebel. Decis. Tolosa. 83. & ibi latè in apostillis, (longè uerò latiùs Anton. Gabrielius Roman. in suis conclusionibus, lib. 4. titulo ad trebellia. conclusione. 11. ubi citat inter alios Angelum in
1562 dicta l. Marcellus, † dicentem, quòd hęc opinio in practica communiter est recepta, eam que secutum fuisse legendo, & consulendo. Cuius quoque sententię Romanus reperitur in cons. 239. col. j. dicens, quòd est cómunis opinio, à qua in iudicando, & consulendo non est recedendum, sed omnium latissimè quos viderim confirmat, & exornat infinitis autoritatibus eam Tiraquell. in tract. de priui leg. pię causæ, priuil. 27. & inter eos quàplures
1563 qui testantur esse communem. † demum uerò relatis ab eo nonnullis contrariæ scolę subiungit, ꝙ hic est alter Gordij nodus, cui soluendo non satis esset unus Alexádri gladius: adeo enim latentes sunt, inexplicabilesque in eo recessus, ut in utramuis partem te uertas, quid tibi diffiniendum sit nescias. sunt enim textus in utramque partem, sunt & rationes propè infinitę, quæ te facile possunt huc, uel
1564 illuc impellere, † ut non temere Paulus Castrensis super hac re consultus ueritus suũ iudicium interponere consuluerit partibus controuersiam potius concordia quàm iudicio finiri, uerum tamen concludit, ꝙ cũ prima sententia sit communior, & ut fateretur aduersarij consuetudine obseruetur, ideò illam sequendam fore arbitratur, nam si de interpretatione legis quæratur, inspiciendum est quo iure ciuitas retro in huiusmodi casibus usa est: optima enim legum interpres est consuetudo, obtinetque uim legis in ambiguitatibus quæ ex legibus proficiscuntur, l. si de in
1565 terpretatione, ff. de legib. † & ultra Tiraquellum duo quoque sunt, quæ me in eius sẽtentiam trahunt. primum est, quòd fatentur omnes hanc esse communem opinionem. unde succedit, quòd illa sequenda est, & amplectẽda, cum plurium magistrorum autoritate comprobetur, l. 1. ibi [*sanè crebrior*] & ibi Baldus notab. 5. ff. de off. quæst. sequitur Alex. cons. 95. nu. 6. uolum. 2. Ias. in l. re coniuncti, ff. de leg. 3. Rolandus à Valle, cons. 16. nu. 24.
1566 uol. 3. † Alterum est, quòd cum Corneus in aut. similiter, C. ad l. Falcid. dicat hanc opinionem esse benigniorem, & ideo in praxi seruandam, nos itidem hoc dicere, & obseruare debemus, nam in dubijs debemus, maximè in iudicando, sequi opinionem beniguiorem, regula, in pęnis, de reg. iur. in 6. l. si pręses, ff. de pœn. idque confirmat Paris. cõsilio 72. num. 41. uolum. 1. post Curt. consil. 1.
1567 † ubi dicit, quòd licèt opiniones Doctorum in aliquo articulo sint uarię, tamen quando aliqua opinio corroboratur æquitate, illa in iudicando, & consulẽdo sequẽda est. idemque Paris. cons. 32. nu. 4. uol. 2. breuib. inquit, quòd opinio ęquior, benignior, & magis humana est amplectenda, l. in bello, §. codicilli, ff. de capti. ibi [*humanitatis rationi congruũ est*] & rursus cons. 3. nu. 7. uol. 3. dicit, quòd in terpretatio, quæ est humanior, & æquior, amplectenda uenit, l. in his, ff. de condit. & dem.
1568 † Quin. & accedit Abb. in c. 1. de constit. dicens, quòd in uarietate opinionum pro ęquitate contra rigorem pronunciãdum est, nam in re dubia benigniorem interpretationem sequi nõ minus iustius est quàm tutius, ut dicit text. in l. proximè, ff. de his quæ in testam. delen. l. si fuerit, in fi. ff. de leg. 3. ibi [*hoc ualere benignum est.*] sequitur Roland. à Valle, consil.
1569 64. columna fi. uolumi. 3. † & ad hoc maximè tendit, quod respondit Modestinus, in l. nulla ratio, ff. de legib. dicens [*nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione producamus ad seueritatem,*] quod perperam Accursius, & cæteri transferunt ad ea tantum quę quorundam gra-
1570 tia inducuntur: † nam, ut existimat Connanus in Commentar. iuris ciuilis, libro primo, capit. 11. colum. 2. imò de omni iure scripto loquitur, quod ad hominum utilitatem cum sit introductum, non debemus in duriorem sententiam exponere, ne perniciosum sit ijs ipsis quorum commodo scriptum esse re-
1571 peritur. † Quod qui faciunt & tamquam machina aliqua scriptum legis contorquent ad seueritatem, & duritiam, perinde faciunt ac qui bonis, & salutaribus medicamentis ad perniciem ægrotantium abutuntur. Hi Græcis appellantur acerbi, & maligni iuris interpretes, ꝙ nimis callida, & maligna iuris inter
1572 pretatione utantur. † unde Tullius inquit illud, summũ ius summa iniuria, factum est iã tritum sermone prouerbium, quod Terentius summam malitiam, Columella summã crucem esse putauit. & ne rem nostram deferamus, si benigna iuris interpretatione nobis utendum est, id potissimè religioni condonandum est, ut nos monet elegans textus Papiniani iuris consultissimi in l. sunt personæ, ff. de relig. & sump. fun. in hæc uerba [*strictam insuper rationem habemus quæ nonnumquam in ambiguis religionum quæstionibus omitti solet, nam summã*
1573 *esse rationem, quæ pro religione facit.*] ideo † cõmuniter notãt ex illo textu Doctores, & semper allegatur ad hoc, ut testatur ibidem Ioannes Baptista Asinius, in dubio semper eligendam esse eam partem, quę religioni, & pię causæ fauet, ut etiam tradit Ale. cons. 204. colum. 3. nu. 17. uol. 6. & cons. 190. eo. uol. Cur. iun. cõ
1574 sil. 35. col. 3. in fi. † pariq; modo Rom. in dicta

cta aut.similiter, in primo, & secundo speciali piæ causæ circa iudicia, testatur ex pluribus probationibus, uel sententijs repugnantib. illam debere prævalere, quæ fauet piæ causæ, sicque concludit alibi quoque Dec. cons. 15. & Tiraq. in trac. de priuil. piæ cau. priui. 94. un de patet Trebellianicā cessare debere in lega tis sepulturæ, ac pauperū ueluti pijs, & ob, id

Quid si maritus legauit usufructū uxori, & post ei⁹ mortē aliū hæredem instituit

1575 propria autoritate uendicari posse. † Undecimum est exemplum, in quo tacita licentia data uidetur capiendi legatū propria autoritate, sicque cessat interdictum quorum legatorum,) quando testator legauit usumfructum omnium bonorū uxori, & post eius mortem alium hæredem instituit: cum enim eo tempore, quo hæres institutus adibit, legatum ususfructus extinguetur, l. Titio cum morietur, ff. de usufru. ut potè tunc uxore mortua, ante uerò non adest quis, ex cuius manu capiat illum uxor, utique manu propria illum capere poterit, tamquam possessione bonorum uacante, ita uoluit Bald. & Salycet. in l. extraneum, C. de hæred. insti. Roman. cons. 71. uisis dubijs, Alex. cons. 58. uol. 3. Ripa in d. l. i. nu. 18. ubi etiam citat Castrensem, cō sil. 391. uisis dubijs, idem uoluisse. (quibus accedunt Ang. & Ias. in dicta l. extraneum, nu. 4. & 5. Soc. consi. 131. colum. 4. uers. nec obstat, uol. j. Picus in l. Titia §. Titia cum nuberet, numero 137. ff. de leg. 2. Rebuf. in tract. de pacifica possess. nu. 299 & Menoch. in allegato secundo remedio de adipisc. possess. nu. 67. alia ratione confirmans, ut per eum post Picum, nu. 86. ad quem lectores delego, ut aliud in-

1576 terim moneam,) † Quòd ista limitatio patitur aliquam difficultatem, cum in proposita quæstione, & exemplo plerique tenuerint tale legatum ususfructus esse nullum, quos latè refert Alexand. & Iason in dicta l. extraneum, uersi. quarta, & ultima opinio, inter quos primus fuit Ioann. Andr. in additio. Speculat. titulo de pigno. §. fina. uers. porro usufructuarius. nam si ita est, frustra quæritur an cesset hoc interdictum, cum legatum non ualeat.

1577 † tamen in superiore sententia magis inclino, quoniam, ut inquit Romanus, uidetur testator sensisse, quòd uxor legataria, postquam hæres fuit institutus sub conditione, & ipsi pure factum legatū, posset illud hæreditate non adita accipere propria autoritate, qđ testator potest. d. l. Titia cum testamento, §. j. ff. de leg. 2. si enim diceremus expectandam esse additionem ipsius hæredis fieret inutile le-

1578 gatum ususfructus. † (id enim mulier iam defuncta consequi non posset, cum mors omnia soluat, §. deinceps. in Aut. de nup. & ob id non ualeret, cum nullam utilitatem adferret, l. hæreditatem, ff. mand. l. j. §. pen. C. comm. de legat. Rolandus à Valle, cons. 79. colum. j. uol. j.) & sic testator elegisset uiam ad impugnā dum suum testamentum, quod non est præsu

1579 mendum, l. 3. ff. de testam. milit. † Duodecimum est exemplum, quando relicti fuerint alicui fructus annui talis fundi, quo casu tenetur hæres colere, & seminare fundum illū suis expensis. l. fundi Trebatiani, ff. de usufr. leg. si enim negligat, potest legatarius propria autoritate possessionem talis fundi apprehendere ex tacita, siue præsumpta uoluntate testatoris, quia nō tam facit causa possessionis adipiscendæ quam iuris sui conseruandi, ita Bal. in l. unica, §. excepto, C. de cad. toll. & post cū Guil. Bened. in c. Raynutius, de testa. in uerbo

Quid si fructus annui relicti sūt

1580 si absque liberis. secūdo, nu. 147. † (quorum sententia ratione quoque noua confirmatur, namque negligenti iura non sub ueniunt neque succurrūt, l. si pupillus, in fi. ff. de his quæ in frau. cred. l. non enim, ff. ex quibus caus. maio. l. ueteres. in fi. ff. de iti. actuque priua. cum similibus per Guid. Papæ, q. 473. Alec. consil. 105. colum. 2. uolum. 5. Cephal. consi. 235. num. 21. Roland. à Valle, consilio 72. nu. 23. uol. 3. igitur huic hæredi negligenti colere, & seminare fundum iura subuenire non debent, ut ab eo legatarius accipiat possessionem, sed à seipso eam capere posse debet.

1581 † sed & alia ratio pulcra satis annecti pōt, nam negligēs in præambulis, excluditur a petitione sequentium l. j. l. scimus. C. de inoff. testam. ubi negligentia in querela excludit à petitione hęreditatis, cuius querela est pręparatoria sequitur Senatus Pedemontanus, Decisione 115. nu. 4. at hæres in exemplo de quo agitur, si uult uti interdicto pro falcidia detrahenda, debet implere pro parte sua colendo, & seminando fundum, iuxta regulam l. Iulianus, §. offerri, ff. de acti. emp. ita, quòd illud implementum dici potest præambulum quodam petitionis ipsius hęredis merito, cum negligens in eo sit, non debet admitti petitio sua super sequenti, quod est interdictum quorum legatorum pro detrahenda falcidia dele

1582 gato. † Tertiam quoque rationem nō prætereo, quòd hic hæres negligens colere ac seminare prædium legati ususfructus dicitur non habere animum illum possidendi, nam per actus exteriores animus deprehenditur. l. 3. §. diuus Adrianus, ff. de sicarijs, si non uerè saltem fictè, ut declarat Rolandus à Valle,

1583 cons. 11. col. 2. uol. 3. † quare per hunc modū dicitur uacare possessio fundi, ex quo nec animo nec corpore hęredis possidetur, iuxta Glo. in l. idcirco, C. de fi. instru. in l. improba. C. de acquir. poss. Alex. & Ias. in l. in conuentionalibus, §. si quis uacuam, ff. de uerb. obli. Oldrad. consi. 311. allegationes, columna 2. Ruin. consi. 94. nu. 2. uol. 1. Dec. consi. 282. nu. 3. uers. & ista. Goz. cons. 24. Balb. in l. Celsus, nu. 80. ff. de usucap. & post prædictos Menochi. in 13. remedio recuperan. possess. colum. 2.

1584 † igitur inde sequitur, quòd legatarius habens titulum legati, sua autoritate potest

hanc

hanc possessionem uacantem ingredi,& appræhendere impune,iureque permittente, prout docet Bar.in l.cum solus,ad fi. ff.de usuc. Bal. in l.iudicia.col.j.C.de rei uend.Roman.conf. 312.Ang. Aret.noster,in §.sed istę,col.penul. uers.quæro an agens, infra de actio. Gozad. conf.93.nu.4.Galliau.in l. centurio, nu. 105. ff. de uul.& pupil.Menoch.in 4.remedio, de adipi.poss.nu.589.& has rationes uti nouas, & ab alijs non excogitatas menti teneas.

Quid si relictū factū fit cū clausula omni meliori modo.

1585 † Decimum tertium, & ultimum exemplū adferri potest,in quo tacita licentia data uidetur accipiendi legatum propria autoritate) quando legatum esset relictum alicui cū clausula,omni meliori modo: is enim posset propria autoritate id capere, ut tradit Curt.iun. in l. fi. numero 49. C. de edi. diui Adri. toll.

1586 † Si enim supplet titulum institutionis, per Bal.& alios in l.quotiens,C.de hęr.instit. Cuman.in l.his uerbis,ff.eo.Soc.conf.66.nu. 18.uol.3.Fulgo.conf.90.Cur.iun. conf.71.Iason,in aut.nouissima,8.limitat. C.de inoff. testam.Marf.singul.36.Dec.conf.14.col.2.conf. 77.col.3.D.meus Rimin. conf.41.nu. 19. (Alexand.in l.cogi.§.non omnis,col.4.ff.ad Treb.

1587 † Bero.conf.4.nu.5.uol. 2.modo uerbo relinquo, non autem,lego,fit adiecta,ut per eūdem,conf.118.nu.27.eo.uol.qui & alio modo limitat, ut per eum.unde sicut regulariter illud operatur, ita, quòd propria autoritate capi possit, ex his habes primum dictum huius Glossæ satis locupletatum, & expeditum, (& quid iu eo post Menochium nunc ego scripserim facile patet, qui me longe prius impressum uidere potuit, & uidit, ut est uerisimile, nullam tamen de me mentionem fecit, sed ego semper alios autores libenter refero, cū laudes alienæ minimè cędant mihi, & inde data

Quid de mortis causa capione.

1588 turansa lōgius cogitādi. † Superest, ut ad secundum dictum Glossæ deueniam de donatione causa mortis,in quo) tenet Glossa in ex dictum interdictum quor.lega. locum nō habere,prout etiam tenet in l.fi.C.de don.causa mortis,quod sanè intelligendum est, ut inqt hic Faber,& Aretin.quo ad eam totam auocādam à donatario, secus quatenus est ultra falcidiæ modum penes eum, ut etiam notat ibidem Glossa,& probatur in textu, prout eum declarat Ripa,num.6.de menre Iacobi de A-

1589 re.& Bartoli, quos citat. † Præter quos etiam probatur in l.pe.C.ad l.Fal.ubi dicitur in donatione causa mortis, quod hæres repetit eam pecuniam, quæ ultra modum legis Falcidiæ corporaliter data est,& sic non totum: nō enim intelligitur prohibita detractio Falcidiæ,licèt legatario sit etiam expresse data licētia ingrediendi propria autoritate secūdum Salycet,in l.1.C.de pact.per l.cum certum, C. ad l. Falcid. quem refert, & sequitur Ruin. in dicta l. nemo potest,ff. de legat.1.colum. 17. in prin. (& ita quoque concludit Menochius in illo suo secundo remedio, de adip. poss.nu.

1590 81.) † Extra Glossas quærit Aret.an & quādo donatio cā mortis ęquiparetur contractui uel ultimæ uoluntati, & ex eius dictis uariæ colliguntur conclusiones, quarum prior est, ipsam quo ad ordinationem, seu ineundi modum æquiparari contractui,& ita intelligitur Glossa in l.2.ff.de do. præle. hanc conclusionē firmat in primis Bal.in l.2.ff.de leg.j.& Aloys. de Perus.inter consilia Baldi,consil.248.an cę

Donatio causa mortis quo ad modum, æquiparatur contractui.

1591 cus,uol.5. † cęterique sequuntur magis cōmuniter in dicta l.2.prout Cumanus, Alex.Ias. Ruin.Ripa,Guil.Pontanus,& Soc.iun.testantur,& ut uerbis Iasonis vtar,totus mūdus ita tenet, sicque firmat Guil.Bened. in c. Raynutius, de testa.in uerbo testamentum, 4. num. 34.Paris.conf. 97.nu.5.uol.3.Corn.conf.129. nu. 7. uol. 2.Guil.Mayner.in l.in testamentis, 2.ff.de reg.iur.Cassane. in consuetu. Burgun. titu.de successions, Rub.7.§.13.nu.9. (Didacus Couuaru.in Rub.de testa.parte.3.in principio.Alciat.in l.2.in princip.nu. 10.ff.de uerb. obl.Iulius Clarus de donati.quæst.5.& in suis communibus opinionibus, uerbo donatio cā mortis,ubi citat Boerium,conf. 34.nu. 12.& Marsilium singul.136.Natta,cōs.578.nu.7.& conf.587.nu.4.Demumq; Emanuel Suarez,In Thesauro receptarum sententiarum, uerbo donatio,nu.278.) atque alibi sępè Doctores.

1798 eo Fulg.in d.l.etiā.†(nec eſt ut illis addam
licitū in iure diuinare, l.ſi putator,ff.ad l.Aq.
Cor.cōſ.191.uol.3.dixi,cōſ.194.nu.97.) unde
Ruin.aliter dicit.quòd d.iura loquūtur in do
natione facta ante teſtamētū,quæ intelligitur
in eo tacitè cōfirmata ex quo potuit in eo re
uocari,& nō fuit reuocata iuxta Gl.in l.cū hic
ſtatus,§.1.ff.de don.inter uir.& uxo.& per A-
lex.in aut.ex teſtō.C.de colla. nil mirū ergo ſi
requiritur aditio,qa de illa iudicatur ſicut de
1799 alia relicto in teſtō.†(ſed & hęc ſolutio mi
hi nō placet,nam Gl.in d.§.j.quę de tacita cō-
firmatione donationis loqtur ex quo nō fuit
teſtō reuocata,locū hēt in donatione de ſe in
ualida & reprobata à lege,qualis eſt inter ui-
rū,& uxorē,l.1.ff.de don.int.uir.& ux.nā cū de
bilis ſit,indiget illa tacita cōfirmatione,uel ex
preſſa.de qua in l.donationes C.de don.inter
uir.& ux.at nō idē iuris dici dēt in don.cauſa
mor.de ſe ualida,nec à iure reprobata,ſed ad-
miſſa,talis.n.nō indiget ea tacita cōfirmatio-
ne teſtamēti reſultāte ex illo ī quo nō reuoce
1800 tur.† cū,qđ de ſe ualet,nō indiget cōfirma
tione,ut per Decian.Reſp.65.nu.18.uol.2.qua
re uelut à teſtamēto ſeparata,morte ſola donā
1801 tis firma manet.† Melius ergo dici pōt ad
d.l.ſi ſub cōditione,& ad.§.ſi quis bonorū,ru-
pto teſtō per cōtratabulas annullari quoque
don.cauſa mortis,licèt extra teſtamētū factā,
quia in cōtra tabulas diſputatur de iure pa-
tris,& filij.Itē patroni,& liberti,l. filio,§.j.ff.đ
inoff.teſt. ut no.in l.ex duob.§.fi.ff.de uulg. &
pup.merito cōtratabulans repelli dēt ab om-
ni cōmodo,qđ hēret à patre,uel liberto, ita
reſpondet Bar.in d.l.poſt legatū,& Alb.cōſē-
1802 tit.† Vel & ſecundò dici pt, ꝙ quando quis
egit contra teſtamentū, & obtinuit, quod vo
luit, conſequens eſt,ut priuetur don.cā mort.
non quia ſit indignus,quia non perderet niſi
ea quæ ex iudicio defuncti habuit, ſed quia
non eſt ueriſimile, quòd teſtator noluerit ei
dare,quod dedit, ut ipſe hoc caſu illud hēret,
quoniam infringit teſtamentū,ita reſpondet
1803 in effectu Fulg.in d.l.etiam. † Ad textū ue
ro in d.l.3.cui nō conueniūt dictæ ſolutiones
cū ibi contratabulans non erat donatarius,
ſed alius,dico quòd ille tex.loquitur de dona.
cauſa mor.in teſtamento facta.probatur ex.l.
j.ibi,[*ut qui patris iudicium reſcindunt per contra ta
bulas,*] quod expouit Alber.poſt Rayner. iudi
1804 cium ab inſtituto relictum.†ergo in teſtō,
nam inſtitutio ſignum eſt teſtamēti facti,l.nō
codicillū,C.de teſtam. (& ex inſtitutione vim
recipit teſtamētū,& ob id ueluti caput atque
fundamētū intelligitur totius teſtamēti, hæ-
redis inſtitutio,ut Iuſtin.ſcribit in §. ante hæ-
redis, Inſt. de legat. hinc Marcellus, in l.pro-
ximè, ff.de his quę in teſta.delē.refert illa uer
ba Antonini Cęſaris dicētis [*uidetur tibi noluiſſe
teſtamētū ualere qui nomina haredū induxit?*] Et
Calphurnij Lōgini qui ſubiūxit [*poteſt illud te-
ſtamentū ualere,quod haredē nō hēt?*] quaſi ſic in-
terrogādo ſēſerit uterq; ꝙ nequaquā, put fir
mat Baldni. in d.§.ante hęredis citās inſup Iu
lianū relatū à Paulo,in l. fi. ff. de iure cod. qui
dixit [*tabulas teſtamēti nō intelligi,quibus ſcriptus
nō eſt,*] & magis codicilli quā teſtamētū exiſti
mādi ſunt,nec eo tantūmodo, quo dixit Albe
ric. probatur ibi,quòd eſſet factū teſtamentū
1805 ſed & alio pleniori.) cōfirmatur,†nam uer
bum,iudiciū,pro teſtō capitur,l.j. C.de ſacro
ſan.ecc.l.uel negare,ff.q̄ teſ.aper.l.ſi fratres,§.
idē reſp.ff.pro ſoc.Itē q̄a dicit [*iudiciū reſcindūt*

per contra tabulas.] hoc enim remedium inuentum fuit ad impugnandum testamentum,l.ut liberis,C.de coll.l.maximũ uitiũ,C.de li.pręt. deinde subdit [*ex iudicio eius quibusdam perso-*
1806 *nis legata, & fideicommissa praestarent.*] † illa enim dictio, Ex, denotat originem causamq; proximã, Bar. in l.j.§.ex incẽdio,ff. de incẽd. rui.& naufr.Bar.& alij in l.ex hoc iure, ff. de iu stit.& iu. (Parif.consi.47.nu.85.uol.3.dixi,cõ sil.97.nu.8.) si ergo illa legata sũt ex iudicio, & sic testamẽto,patet,q in eo sunt facta, meri to dum continuando se Iulianus in d.l.3.sub-dit [*sed & si mortis causa donationes collatae sunt,*]
1807 debet intelligi in testamẽto, † nã praecedẽtia declarant sequentia, l.si seruus pluriũ,in fi. ff.de leg.j. (& adersatiua,sed,cum copula ibi posita denotat diuersitatẽ facti nõ autẽ iuris. Castr.in l.sed & si,in princ.ff.de pet.haer. Ias.in l.si is qui pro emptore,nu.181.ff.de usuc.& in l.j.nu.16.ff.de acq.hęred.) & q ille tex. loquatur de donat.causa mor.in testamẽto facta tenet Soc.iun.in d.l.2.num.84.licẽt nõ sic deducat,vnde nil mirũ si tali casu requiritur aditio cũ depẽdeat ex testamẽto. (idem quoque cõ firmat ibidẽ Ripa, col.fi.post Imol. in l.fi.ff.de don.causa mor. qui concludũt cõem sententiam, q donatio causa mor. non requirat aditionẽ,procedere quando facta fuit extra testamẽtũ,secus si in testamẽto,sicq; debere intelligi dictam cõmu.opinionem. † & ex praedi
1808 ctis infero ad unũ satis notabile, & à nemine tactum quẽ uiderim,q licẽt in testamẽtis passim consueuerit apponi clausula, si nõ ualet iure testamẽti ualeat iure codicillorũ seu donationis causa mortis,tamẽ uigore dictę clausulae talis donatio nõ dicetur in testõ facta,cũ supponatur illud nõ ualere,& ita potuerit aliquo respectu contingere, sed de ipsa iudicari debebit ueluti de facta extra testamentum, & propterea sola morte donãtis cõfirmabitur, nec ullam requiret aditionẽ haereditatis quo
1809 ad sui confirmationem. † Verum quia operatur talis clausula, q relicta debeantur à uenientibus ab intestato, l.ex ea.§.j.& ibi Bart. & alij,ff.de testa.Gl.& scribentes, in l.ex testamento, C.de fideicomm.Decius, cons.242.& cons.320.in prin.D.meus Rimin.con.123.nu. 17.si donatio cã mortis erit immodica uidelicet supra modũ falcidiae,poterũt ueniẽtes ab intestato uti beneficio legis falcidiae, l.si mortis causa,& l.pen.C. ad leg.Falcid.l.2. C.de donatio.causa mortis.sin minus secus,& hęc incidenter sint dicta. Postremo loco, & ad terminos quaestionis nostrę redeũdo) patet utram que opinionem ex deductis non probari.
1810 (unde resoluendo hunc articulum sum in tertia opin. quòd donatio causa mortis quo ad sui cõfirmationem non aequiparetur ultimae uoluntati,ut omnes tenẽt,quia non requirit aditionem, sed nec aequiparatur cõtractibus,cum morte tãtum confirmetur, ut probatur in l.non uidetur.ff.de don.causa mor.& alijs supra citatis, nu.1786. quod repugnat cõ tractibus,qui (regulariter) in uita confirmãtur ,nec mortẽ expectant, (sed facti statim ligant,l.sicut,C.de act.& obl.l.ab emptione, ff.
1811 de pact.cum sim.) † Tertia succedit ex Aretino conclusio, q si consideramus donationẽ causa mortis quo ad effectum aequiparatur ultimae uoluntati quantum sit respectu rei uendicationis: sicut enim datur rei uendicatio p ultima uolũtate, puta pro legato, l.à Titio,in fi.ff.de furt.ita pro donatione causa mortis, l. si mortis causa refert.ff.de don.causa mortis, in uerbo [*uendicare*] & in uerbo [*donatum*] iũ
1812 cta Gl. † & licẽt Aret. non dicat, hoc idem tenuit Bal.in l.cum hi,in princip. circa fi.ff.de transf.per illum text. ubi relicti nomine donatio causa mortis continetur, ut ipse dicit, qd ille textus non dicit, sed loquitur de alimentis relictis ab eo cui mortis causa donatio facta fuerat. Idem etiam tenet Bald. in l.2.C.si quis alte.uel sibi.Sal. in l.traditionibus,in 6. opp.C.de pact.Ang.in d.l.à Titio.Imò à l.1.ff. de don.cau. mort. Bald. Are. Alex.Rain.& alij in l.2.ff.de leg.1.Guil.Bened.in c.Raynutius, in uer.testamentum, 4.num.39.de testamen. quatenus dicunt in donatione causa mortis dominium ipso iure transire mortuo donante in donatarium, moti per tex.in l.1.cum sequen.ff.de public.in rem act. hinc ergo colligitur sibi rei uendicationem competere quae datur domino,l.in rem, ff.de rei uend. (sicq; firmat insuper Didac.in Rubr. de testa.3.par. nu.16.post Ana.in c.quia in omnibus, colu. 15.de usur.Io.Lup. in Rub. de don.inter uir. §.77.Alexand.& Ias.in d.l.2.) confirmatur ultra Doctores haec conclusio per tex. in l.fi. C. de don.causa mor.ibi, [*ut omnes effectus sortiatur,quos ultimae liberalitates,*] sed legata habent effectum de quo supra, ergo & donatio causa mortis . Secundo accedit textus, in l.si mortis causa donatus,in uerbo [*uendicantes*] & in l.qui mortis causa. ibi [*in rem actionem habet,*] ff.de donatio. causa mortis, ubi resoluta donatione causa mortis competit donanti uendicatio, quod arguit retranslatum esse dominium in eum, sicut fit in legatariũ.
1813 dicta l.à Titio .† contra tamen hanc conclusionem obstat ratio Baldi, in l.si mortis, C.ad leg. Falcid. nam pro donatione facta pacto nudo datur condictio ex l.si quis argentum, §.finali, C. eod. quae condictio competit ad dandum, §.appellamus.Inst.de actio.ergo uidetur, quòd dominium non sit translatum, sicque rei uendicatio non competat do
1814 natario. † Sed respondet idem Bald. & latiùs declarant Ale.& Soc.iun.in d.l.2.nu.109. (istud non inconueuire per l.j.C.de don.quę sub modo , ubi pro rebus donatis sub modo nõ seruato rei uendicatio pro restituendo pristiuo dominio, & insuper condictio in personam

Donatio causa mortis quo ad effectum quid aequiparetur ultimae uoluntati.

personam competit idque procedit, quia dominium transit de iure speciali, uidelicet ipso iure contra regulam leg. traditionibus. C. de pact. quo casu toleratur id quod non procederet si iure communi quis esset dominus. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. & post.) sed fortius stringit tex. in §. per traditionem, Inst. de rer. diui. ibi, [*si quidem ex causa donationis tradantur sine dubio transferuntur,*] ergo sine traditio
1815 ne sentit esse secus.† tamen respondeti potest inclusionem unius non esse exclusionem alterius, quando constat de contraria uoluntate disponentis, ut per illum textum no. Iason, in l. prima, §. adipiscimur. ff. de acquirenda poss. colum. 2. quod procedit nedum si de contraria uoluntate eiusdem disponentis cōstet,
1816 ut Ias loquitur, sed & alterius.† quia unius inclusio non excludit alios, qui alia uia, & alio modo comprehenduntur, alias sequeretur, quod lex de uno loquens censeretur in casu non expresso leges alias corrigere, quod non est dicē dum, ita Saly. in l. de crimine. 2. oppo. C. qui ac cu. Dec. consi. 11. num. 18. D. meus Rimi. cons. 529. num. 26. cum ergo constet alibi in donatione causa mortis sine traditione dominium transire. d. l. j. & 2. ff. de publicia. utique inclusio facta per Imperatorem, de traditione ex causa donationis per quam dominium quaeritur, non excludit idem esse quando donatur sine traditione, (accedit, quòd Iustinianus dixit [*si ex causa donationis tradantur sine dubio transferuntur,*] sentiens sine quoque traditione dominium transferri, sed indubitanter idem euenire medio traditionis, unde casum magis clarum noluit Imperator explicare non negans
1817 idem in alio.† Quod si quis obijceret Imperatori, cur talem casum indubitabilem deciderit cum quaelibet lex debeat esse de dubitabili. l. quod Labeo. ff. de Carbo. edic. cum gl. l. ancillae. C. de fur. ibi, [*nulla iuris quaestio est,*] & ibidem glo. confirmatque Roccus de Cur. in c. fi. de cō
1818 sue. in gl. super uerbo utilis, tali ratione, † quia lex ob necessitatem edi debet. c. erit autē lex. distin. 4. ergo in casu claro, & indubitato, & sic sine necessitate edi non debet. Respondetur, quod Imperator in d. §. per traditionem, dicens, sine dubio, sicut & in l. unica. C. quan. non pet. pat. in dubium non uenire, uel alibi, clari, & indubitati iuris esse, intelligi debet, ut ibi declarat Cur. Iun. & post eum Cagno. num. 6. quantum ad legislatorem cui omnes legum rationes apertae sunt, & in quo prudentia iuris est, secus quo ad alios, apud quos probabilis potest cadere dubitatio, quae fuit solutio Bartoli, & antiquorum, licet Cur. non adducat in l. ubicunque, colum. 6. in ulti opp. ff. de Inter. acti. & ita respondetur ad §. nec enim, Inst. de socie. & ad l. quaeris. ff. de nat. rest. ibi, [*eares nec dubitationē habet, nec unquam habuit.*] intelligi nāque debet quo ad legislatorem quamuis alij rationabiliter dubitare potuerint. sed ut ad ipsam con-
1819 clusionē reuertar, unde digressus fuerā, † limitatur, ut procedat in donatione causa mortis impropria, quae in legatum seu fideicommissum transit, ut absenti facta: cum enim talis donatio in effectu habeat uim ultimae uoluntatis, nil mirum si transit dominium ipso iure, sicut in legatis, at secus in donatione causa mortis, proprie, & stricte sumpta, ut praesenti facta, quae olim requirebat stipulationem, hodie uero pactum nudum etiam sufficit, sicut n. dominium non transibat olim sine traditione, ita nec hodie, cum iure cautum non reperia-
1820 tur. † merito adhaerendum est regulae legis, traditionibus, C. de pact. (nisi de exceptione doceatur. l. ab ea parte. ff. de pb. l. suus quoq; uersi. puto generaliter. ff. de haer. inst. c. ad decimas, de rest. spol. in 6. c. uenerabilibus. uer. potest quoque. de sen. excom. in 6. cum simil. per Nattam, cons. 199. num. 10. & in terminis nostris) ita uoluit Imola, in l. ex hac scriptura, colum. j. ff. eo. & ante ipsū Bal. in l. licet. C. de pac.
1821 † sed hanc limitationem damnat Alexan. in d. l. 2. ff. de leg. j. colum. 3. Soc. Iun. post eum, num. 110. & Guil. Pontan. num. 27. quoniam per eam nimis uiolatur, & restringitur dicta lex 2. cum praeced. ff. de publicia. quae loquitur in donatione causa mortis diuersa a legato. ibi, [*puta legatum, uel donationes causa mortis,*] & tamē subdit, quod ad exemplum legatorum capiuntur donationes causa mortis, unde sentit, quòd in eis dominium transeat sine traditione, ut in legatis prout diligenter adnotat Ang. ibi dicēs, quòd hoc alibi non reperitur, & cōsentit Ful. propter continuationem illius legis ad praecedentia. & licet donatio causa mortis proprie sumpta fiat praesenti stipulationemque, pactū ue requirat, nō tamen inde sequitur, quòd dominium sine traditione non possit transire, ut patet ex l. si. C. de sacros. eccl. sieque ratio Imo-
1822 lae tollitur per Soc. Iun. in d. l. 2. † Secundo limitatur ista conclusio, ut procedat in donatione causa mortis expressa, secus in tacita uelut in donatione inter uiuos facta inter uirum & uxorem, uel patrem, & filium, quae cum ab initio non ualeat, sed morte confirmetur. l. donationes. C. de don. inter uir. ob id dicitur tacita donatio causa mortis: in hac enim donatione non transit dominium recta uia sine traditione, & ob id nec rei uendicatio competit donatario, ita uoluit Ang. in Aut. de haere. & fal. in prin. col. 3. sequitur Alex. in d. l. 2. ff. de leg. j. col. 3. Dec. in d. l. traditionibus, col. fi. nu. 16. mouentur ex l. Papinianus. ff. de don. inter uir. & ux. ubi ex promissione facta uxori animo donandi non potest haeres mariti conueniri, licet durante uoluntate maritus decesserit, ergo patet dominium sine traditione non
1823 transferri. † Secundo mouentur per tex. iūcta gl. i l. 2. C. de dote cau. ubi mortuo marito datur actio cōtra haeredes eius, quia in illa donatione facta uxori licet non interuenerit traditio,

ditio, tamẽ interuenit quid loco traditionis,
quia in dotem accepto tulit, ut inquit glo. uel
ut tradit Fulg. in d.l. Papin. maritus ibi confeſ
ſus eſt rem in dotem habere animo donandi,
cui confeſſioni ineſt tacita traditio ſicut con-
tingit in donante fundũ retento uſufructu,
quæ retentio uim traditionis fundi habet. l. qſ
quis. C. eo. tit. (ſicut & alibi patientia loco tra
ditionis eſt in uſufructu, & in alijs ſeruitutib.
l. 3. §. dare, & ibi gl. & Doctores, ff. de uſuf. l. j. in
fi. ff. de ſerui. ruſt. præd. cum ſim.) ſi nihil ergo
interueniſſet, ceſſaret actio ſicque nõ eſſet trãſ
1824 latum dominium. † Tertio cõfirmatur hæc
limitatio, nam uidemus dominium legati taci
te relicti ipſo iure in legatarium non transfer
ri. l. ſernum filij. §. fi. ff. de leg. j. ſecundũ intelle-
ctum Iacobi de Are. quem Bar. Bal. Ang. & ma
gis communiter ſcribentes ſequuntur, ut ibi
refert Alex. & Iaſ. & cæteri paſſim in l. j. eo. titu.
Pariter ergo dicendum eſt, quod in donatio-
ne cau. mor. tacita dominium ipſo iure non
tranſeat in donatarium, cum de legatis ad eã
ualeat argumentum. l. illud. ff. de don. cã mor.
1825 † (Vltimo cõfirmatur, nam ſi diceremus in
tali tacita donatione dominium ſine traditio
ne tranſire, duo ſpecialia concurrerent contra
legem j. C. de dot. pro. cum ibi not. Primum, ꝙ
ubi uere donatio cau. mortis nõ præceſſit, ſed
inter uiuos tantum. tacita cau. mor. præſuma-
1826 tur ex ſilẽtio moriẽtis. d. l. donationes. † qđ
eſt contra regulam dicentem, donationem in
dubio non præſumi, glo. in l. generaliter. C. de
non num. pec. & ibi Bal. & Ang. Anch. con. 32.
Alex. conſi. 13. colum. 2. uol. j. & Decian. reſpõ.
117. nu. 40. uol. 3. Secundum, ꝙ dominium ſi-
ne traditione tranſiret ipſo iure contra regu-
lam legis, traditionibus. C. de pact. ergo ne ſe-
quatur hoc inconueniens inuſitatum, dici dẽt
in tali tacita donatione cauſa mortis dominiũ
ipſo iure non tranſire. licet tamen hæc ſubtilia
1827 ſint, nihilominus) contra † hanc limitationẽ
ſtringit tex. in l. apud Celſum. §. Iulianus. ff. de
exc. doli. iuxta intellectum, quem ſupra dedi ad
illum textum. ibi enim illa donatio cauſa mor
tis tacita facta fuit per promiſſionem etiã ual-
latam ſtipulatione, ut patet in uerbo, [*ſpopon-
diſſet*,] (Inſt. de uerb. obl. §. j.) & tamen quia cõ-
ualuit donator, dubitat an uti poſſit exceptio
ne ſi conueniatur: cum enim ſupponat eũ con
ueniri poſſe, datur intelligi, quòd erat transla
tum dominium in donatarium, & actio nata,
1828 † maxime cum exceptio. quæ datur, ſit actio
nis excluſio. l. 2. ff. de excep. ergo eſt ibi caſus,
quòd in donatione tacita tranſit dominium
ſine traditione. Secundo adduco textum in l.
cum hic ſtatus. §. j. ff. de dona. inter uir. & uxo.
ubi dicitur, [*oratio de confirmandis donationibus per
tinet ad omnes donationes inter uirum & uxorem*,] er
go etiam ad tacitas, deinde ſubdit, [*ut ipſo iure
fiant eius, cui donatæ ſunt*.] ſi ipſo iure, ergo ſine
1829 traditione, † (lex enim id operatur, prout
poteſt. l. raptores, & ibi Bar. C. de epiſ. & cler. l.
fi. C. de ſacroſan. eccl. homo uero nequaquam,
Cy. & Bal. in l. ea lege. C. de cond, ob cau. Bal. in
d. l. traditionibus, in fine, & in l. j. colum. 3. C. ſi
plur. una ſen. Ang. & Imo. in l. qui uniuerſas. §.
j. ff. de acq. poſſ. cum ſimilibus per Tiraque. in
l. ſi unquam, uerbo reuertatur, nume. 187. C.
1830 de reuo. donatio.) † Tertio accedit regula,
quòd taciti, & expreſſi idem eſt iudicium. l. cũ
quid, & ibi no. ff. ſi certum pe. (Cephal. conſil.
272. num. 87. Balthaſſar Quintins, conſi. 177.
num. 146. primo tomo diuerſorum ultimarũ
uoluntatum, Alcia. reſpon. 590. num. 2.) ſicut
ergo in expreſſa donatione cauſa mortis, do-
minium tranſit ipſo iure, pariter in tacita tran
ſire debet. ſed & quarto loco Soc. Iun. in d. l. 2.
ff. de leg. j. nume. 111. contra hanc limitationẽ
inſurgit uelut impertinentem ad regulam de
qua ſupra traditam in donatione cauſa mor-
1831 tis, † cum hæc non poſſit aliquo modo dici
donatio cauſa mortis, ueluti mentione mor-
tis non facta. lege, ſenatus. §. mortis cauſa. ff.
de donatio. cauſa mortis, merito non poteſt
in ea limitari regula loquens de donatione cã
mortis, cum limitatio debeat eſſe de terminis
regulę. l. nam quod liquide. §. fin. ff. de pe. leg.
Dec. late, & poſt eum Cagno. in l. j. ff. de reg. iu.
(Cephal. conſi. 155. num. 5. Bero. conſi. 38. nu.
14. uolu. j.) † Iſtis tamen non obſtantibus ab
1832 hac limitatione non recedo per ſuperius
deducta, & ulterius hac ratione, quoniam talis
obligatio, quæ in donatione facta per maritũ
uxori contingit, nulla eſt ipſo iure. l. j. ff. de do.
inter uirum, & uxorem, merito ſi traditio non
interuenerit, ſicut obligatio prædicta non cõ
firmatur morte, d. l. Papinianus, ita nec tranſit
1833 ex ea dominium. † (quod enim nullũ eſt, nul
lum producit effectum. l. 4. §. condemnatum.
ff. de re iudi. Iaſ. in l. j. colum. 4. C. de iur. & fac.
igno. cum ſimi. per Rolan. à Valle, conſi. 49. nu
me. 29. uolumi. 4. Imo idem ſunt, nullum eſſe,
uel nullum effectum habere: nam quod caret
effectu, nomine etiam caret. Bal. in l. cum pre-
cibus. C. de prob. Beccius, conſilio 66. nume. 7.
1834 † & ex nullo nulli, & nullum præiudicium
infertur. l. non dubium. C. de legib. Bal. in l. ea
quidem. C. ſi manci. ita ſuer. alie. Bello. conſilio
1835 74. nume. 3. † hinc uidemus, quòd ſicut ex
alienatione nulla, non præiudicatur alienan-
ti, nec res in commiſſum cadit. Bar. in l. 2. nu-
mero 3. C. de epiſco. and. conſilio 9. numero
5. uolumine j. Patiſ. de Put. de ſeu. reinteg. ca
pitu. 42. in fine, Pariſienſ. Moderni in conſue-
tu. feudal. §. 22. numero 32. Clarus, in §. feudũ.
quęſtio. 31. in prin. cum ſequen. Mari. Freccia
de feud. libro ſecundo, prima autoritate, nu-
1836 mero 4. † ita nec agnatis præiudicat quomi
nus habeant ius redimendi nulliter alienata,
ut concludit Burſat. conſilio 82. numero 7.)
Sed (ut ad rem noſtram redeam) ſi traditio in-
teruenerit, quia eſt (aliqua) ſaltem quantum

ad

ad possessionem.l.j.§.si uir.ff.de acqui.poss.merito morte confirmatur transitque dominiũ,
1837 † ita Bal.in d.l.Papi.qui etiam dicit non interueniente traditione donationem non esse perfectam,sed imperfectam, nil ergo mirum si dominium non transit ex ea. Nõ obstant cõtraria.& primo textus in d.§. Iulianus.nam illud dubium,nunquid maritus ille possit uti exceptione, non erat translatio dominij, sed quia uidebatur donatio inter uiuos,ut pote mẽtione mortis non facta, & per consequens, quòd reconualescentia non prodesset, sed contrarium deciditur, quòd imo prosit reconualescentia sitque locus exceptioni uelut in donatione causa mortis, cũ ut donatio inter uiuos ualere nõ posset, prout illum textum declarat Rom.in l.quæ dotis .ff.sol.matri.Soc. consilio 130.colum.pen. consi.137.colum. 2. uolum.j. Crot.in rubri. ff.de leg.j. colum.pen. uersi.fal-
1838 lit prædicta † (sic enim fieri solet interpretatio, quod actus ualeat potius, quam pereat. l.quotiens. ff.de reb.dub.l.quotiens,& ibi Ias. concordantes allegat.ff.de uerb.ob.dixi con-
1839 silio 31.numero 107.) Ad secundum † respõdetur,quia tex.in d.§.j.loquitur in donatione in qua demũm fuit ad traditionem, sicque Baldus iterpretatur ibi per dictam l. Papinianus, & probat ibi [*fiant eius cui donatæ sunt*.] nõ enim dicit,cui donationis causa promissæ sunt,ut diceredeberet si non interuenisset traditio, & dum textus inquit [*ut ipso iure fiant eius*] respectũ habuit ad tempus quo donatio confirmatur, tunc enim transit ipso iure dominium in eum cui donatæ sunt absque noua traditione,cum
1840 ante iam diu fuerint traditæ. † Ad tertiũ respondetur illam regulam procedere quando tacitum procedit secundũ regulam iuris cõmunis,secus si contra,ita declarat Imo.& post eum Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus,num. 12.ff.ad Trebel. Ias.in d.l.cum quid.nume.20.
1841 † Cuius est ratio,quia dispositio tacita non potest inducere correctionem iuris communis,ut no.in l.cum prætor.ff.de iud.& in l. maritus.in fi.C.de procu.tradunt Cy.& alij in l.3. C.de sepulc.uio. (Decian. respon.16.nu. 36.uolum.j.) sed ista donatio causa mortis tacita inducitur contra regulam iuris communis, secũdum quam requiritur mentio mortis ad inducendum donationem causa mortis,l.Seia.in fi. ff.eo.ergo non debet in ea par. uirtus esse quo ad translationem dominij ipso iure, quæ repe
1842 ritur in expressa. † (cum potissime diuersa ratio militet inter expressam donationem causa mortis,& tacitam propter mentionem mortis.in prima factam non in secunda, quo casu non est par uirtus taciti,& expressi,quãdo militat diuersa ratio,ut no.in d.l.cum quid.& po
1843 nit Bero.consi. 128.nu.20.uol.2.) † Rursus actus, & uoluntas taciti nõ sic late interpretantur,sicut expressi,ut tradit Cast.consi. 334. uisa appellatione,colum.3.uer.nam actus, uol. j.in nouis.alias 25.in anti. prout citat,& sequitur Ias.in d.l.cum quid, num. 8. Craue.latius, consi.123.colum.fi.in prin.(Rol. à Valle,consilio 97.nu. 26. uol. 2. reddens rationem,quia non debet extensio fieri de minori ad maius, & cũ prædictis etiam concordat Beccius,consilio 39.nu.25.) ergo ex tacita donatione causa mortis,non debet ipso iure dominiũ transire,sicut in expressa transit,ne sic late interpre-
1844 tetur prout expressa. † Non obstat ultimum quod inquit Soc.Iun.in d.l.2.namque imo ista reputatur donatio causa mortis, licet mentio mortis non sit facta, ex quo ut donatio inter uiuos ualere non potest secundum Doctores supra citatos,& sic limitatio dicitur esse pertinens ad regulam, sicque corruit, quod inquit
1845 Soc.Iun. † (Postremo,quæ dicta sunt de dominio, quod ipso iure transit in donatarium causa mortis, procedunt donec durat ipsa donatio causa mortis, sed quamprimũ cessat causa donationis, quod est cum perit, & euanescit redit illud dominium ad donantem saltẽ quo ad utilẽ in rem actionem.l. si mortis causa res donata cum sequente. ff.de don.cau.mor.ubi Bar.& Cast.hoc notare uidentur.Rip. in d.l.2. conclu.3. ff.de leg.j. & sequitur Didac. in rub.
1846 de test.3.par.nu. 16.ad fi.† Nouissime ne uideatur inutilis fuisse conclusio supra firmata, quòd in donatione causa mortis, dominium transeat ipso iure in donatarium dico, quòd hinc effectus sequitur, quòd ab ipso die donationis celebratæ fructus donatario debeantur,
1847 † Licet uidemus si a lege,uel Canone bonorum,beneficij,uel dignitatis priuatio ipso iure fiat, cõmisso crimine fructus a die criminis perpetrati fisco debentur. l.eo qui,in prin. ff.de his,quib.ut ind.glo.notab.in auct. de incest.nup.§.j.uer. immineat,quia Doctores ibi communiter sequũtur, & singularem dicit Repertorium inquisitorum,uerbo, confiscatio, aureamque Petrus Belluga, in Speculo principum, tit. de amort. §. nunc uideamus,num. 8.Paul. à Monte Pico, in l. post contractum, colum.pen.ff.de dona.Fel.in c.Rodulphus,nu. 38.de rescr.& in c.de quarta,num.33. de præscri. sicut & alij, quos congerit Tiraquel.in l.si unquam.uerbo reuertatur, num.219.C.de reuo.dona.demumque Didac. in Epito.secundæ
1848 partis,de testa.cap.6.num.8.† Quod si contingat donationem causa mortis,reuocari ob cessans periculum quo facta fuerat, quia talis reuocatio pariter fit ipso iure,prout supra uidimus in tertio notab. num.38. propterea fructus quoque restitui debebunt donatori per donatarium percepti, ut ibi subiunxi,nu. 42.
1849 † Quod optima sane ratione cõstitutũ fuit ut cẽseo,quia nihil tam naturale est,quam eodem genere quodque dissoluere,quo colligatum est,l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.unde tex.quem citat ibi Decius in c.j. eo. titu.dicit, quòd omnis res per quascunque causas nascitur

Donatio causa mort. quo ad ius accrescendi æquiparatur ultimæ uoluntati.

tur per easdem dissoluitur, unde sicut per do
nationem causa mortis ipso iure dominium
fructusque donatario quęruntur, cõsentaneũ
fuit, quòd per reuocationem illius ipso iure
dominium fructusque reuertantur ad donan
1850 tem.) † Secundo quo ad ius accrescendi
pariter concludit Aret. hic donationem cau-
sa mortis ultimæ uoluntati, non autem con-
tractib. æquipararì, l. unica, §. fi. C. de cad. toll.
ubi postquam dixit de iure accrescẽdi, quod
in legatis locum habet, §. ĩ primo, cum sequẽ
ti, subdit hæc omnia etiam in donatione cau-
sa mortis locum habere, & sic ius accrescen-
di, prout in specie Bat. Bal. Sal. & Fulg. notãt.
1851 † hoc autem ius accrescẽdi cessat in contra
ctibus, l. si mihi & Titio, & ibi not. Bar. Castr.
Imo. Alex. & Ias. ff. de uerb. ob. Secundo idem
confirmat Bart. ratione in l. re cõiuncti, in fi.
ff. de leg. 3. hic enim casus non est inter enu-
meratos hic per glo. in uerbo Ferè, in quibus
est differẽtia inter donationem causa mortis
& legata. ergo remanet æquiparatio utrius-
1852 que in hoc: † (quia, quod non corrigi-
tur, id stare non prohibetur, l. sancimus, C.
de testam. l. præcipimus, C. de appellat. cum
uulgaribus.) Tertio corroboratur ex l. fi. C.
de donatio. causa mortis. ibi, [*ut omnes effe-
ctus.*] sicut ergo in ultima uoluntate locus est
iuri accrescendi, ita etiam in donatione cau
1853 sa mortis. † (quia, qui dicit omne, nihil
excludit, l. Iulianus, ff. de leg. 3. Dec. & D. meus
Riminaldus, in l. omnia, ff. si cer. pet. Bartol. &
Doct. in l. serui electione, §. fi. ff. de leg. j. & ge
neralis sermo nihil intactũ relinquit, Bal. con
sil. 305. uerba Principis, uol. j, & uerbo gene-
rali omnia includuntur, Bald. cons. 191. in te-
stamento, uol. j. Crau. consi. 133. num. 5. dixi,
1854 cons. 61. nu. 37.) † Quarto regulariter id,
quod est tributum legatis, censetur etiam tri
butum donationi causa mortis, l. illud, l. Mar-
cellus, §. Paulus, l. omnibus, ff. de don. causa
mortis, (unde uidemus, quòd sicut in lega-
tis habet locum Falcidia, Inst. de le. Falc. in
princ. ff. & C. eod. tit. sic & in donatione causa
mort. l. penult. C. eod. l. 2. C. de donat. causa
mort. & ibi Glo. & Doct.) cum ergo in legatis
sit locus iuri accrescendi, ita etiam in dona-
1855 tione causa mortis. † Postremo hanc par-
tem tenent ultra supra commemoratos, Imo.
Alexand. & Ias. in dicta l. si mihi & Titio, & in
l. 2. ff. de legat. j. Bald. in l. 1. ad fi. C. quan. non
pet. par. Ias. Cro. & Rip. in d. l. re coniũcti, qui
dicunt esse commu. Ias. in l. senium, colum.
7. C. qui testam. fac. poss. Cassan. in consuet.
Burgund. Rubr. 7. §. 5. in tex. ne ordinanze.
1856 num. 5. Natta, consil. 587. nu. 3.) † Contra
riam uerò partem tenet solus Ruin. ingenio-
sè satis, in dicta l. 2. colum. 27. arguens à suffi
cienti partium enumeratione, quod argumẽ
tum solet esse frequens, ualidum, & necessa-
rium, l. patre furioso, & ibi Bartol. Bald. An-
gel. & alij, ff. de his qui sunt sui, uel alie. iur. c.
cum dilectus, & ibi notat Abb. de iure patro.
Instit. de oblig. quæ ex quas. deli. & ibi nota.
Aret. noster in princip. latè Euerard. in locis
1857 suis legalibus, c. 51. † aut enim, inquit Rui.
consideramus ius accrescendi respectu repu-
diationis, & hoc contingere non potest, quia
donatarius post acceptationem repudiare
non potest, ut tradit Bal. in l. cum hi, in fi. prin
cip. ff. de trans. per Glo. in l. cum pater. §. 2. ff.
de leg. 2. & declarat Castr. & Aret. in d. l. 2. col.
1858 4. † Ante uerò acceptationem, cum dona-
tio non sit nec dari possit, l. absenti, in uer. [*ac
ceperit,*] & ibi not. Castr. Cuman. & alij, ff. eo.
repudiatio dari non potest, quoniam cum do
natio tacitam in se habeat conditionem, si do
natarius acceptauerit, utique pendente con
ditione nullum ius habet in re, l. cedere diem,
ff. de uerb. signifi. ergo non potest illud a se ab
1859 dicare, † quia priuatio præsupponit habi
tum (l. manumissiones, & ibi not. ff. de iust. &
iure, l. decem, ff. de uerb. oblig.) sicq; arguit
Castr. ad aliud propositum, in l. 1. colum. 3. nu.
6. C. de pact. (& est pulcherrimus textus in l.
si ita scriptum, §. si sub conditione, ff. de lega.
j. ubi legatum conditionale ante conditio-
nem repudiari non potest, nam nec pertinet
ad nos antequam conditio existat, inquit Põ
pon.) Aut uero, subdit Ruin. donatarius ex-
cluditur morte, & tunc aut in eum ab initio
fuerat translatum dominium iuxta l. 2. ibi,
[*ut statim fiat accipientis,*] & in l. si mortis causa
res. ibi [*si uero sic,*] ff. de donatio. causa mor-
tis, ius accrescendi locum habere non potest,
1860 † Quia post emolumentum quæsitum ces-
sat excepto tamen usufructu, l. 1. §. interdum.
ff. de usufr. accres. Bar. & alij, in d. l. re coniun-
cti, Dec. in Rub. C. quan. non pet. par. nu. 6. Pa
ris. consi. 63. colu. fi. uol. 3. (Emilianus noster
Conciuis, consi. 33. num. 4. Natta, consi. 306.
colum. j. in fi. cum sequenti. Ang. Aret. consil.
35. num. 9. ubi num. 2. subdit de usufructu
in quo bene post ius quæsitum locum habet
1861 ius accrescendi.) † Aut uerò ab initio do-
minium non fuit translatum in donatarium,
& idem dicendum est ea ratione qua cessat in
contractibus uidelicet, quia imputandum est
contrahenti, qui potuit apertius legem dice-
re, l. ueteribus, ff. de pact. & de qua per Imo.
Alex. & alios in dicta l. si mihi, & Titio. hęc. n.
ratio militat etiam in donatore secundũ Rui.
ergo omni respectu patet communem opi-
nionem collabi. Ad l. unicã, in fi. C. de cad. toll.
& l. fi. in fi. C. de donat. causa mort. respondet
1862 Ruinus, ut p eum in d. l. 2. † Mihi uerò ma-
gis placet communis conclusio: efficax enim
est in primis pro ea tex. in d. l. unica, §. fi. sufful
tus illa iuris regula, ꝙ Clausula in fi. posita re-
fertur ad omnia præcedentia, de qua in l. talis
scriptura, §. fi. ff. de leg. j. in l. 1. C. de lib. pter. in
c. secũdò requiris, de app. quib. l locis id abun-
de

de notant, (& ponit Emilian.consil. 156.nu.
5.& abunde Gabri.Rom.cum suis limitatio-
nib.in suis conclusionibus,li.6.de clausulis,cō
clu.9.in prin.sicut & Porti.Imolēs.lib. 2.con-
1863 clusione.38.) †Secūdo, quia text. ibi dicit
[*prædicta locum habere tam in testamentis, codicillis,*
& in oī ultimo elogio,nec nō in mortis cā donationib.]
sed quo ad illa sine dubio repetitio intelligi-
tur facta de iure accrescendi,ergo etiam quo
ad don. cau.mor.quia una determinatio plu-
ra respiciens dēt æqualiter determinare,l.nā
hoc iure,ff.de uul. & pup.l.quamuis, C.de im
1864 pub.cū simi. † Tertio,quia dicit [*hæc autem*
omnia locum habere censemus,] ergo etiam ius ac-
crescendi,quia qui dicit omne,nihil excludit,
l.Iulianus,ff.de leg.3.l.à procuratore,C.mād.
l.omnia,& ibi Dec.ff.si cer.pet.Secundo prin-
cipaliter non leuiter stringit tex.in d.l.fi.in fi
ne ibi, [*ut oēs effectus sortiatur quos ultimæ habent*
liberalitates.] cum enim constituatur ibi re-
gula,ꝙ quicquid in legatis est dispositū etiam
in donat.causa mort. intelligatur esse statutū,
de qua pariter in d.l.illud, utiq; d.regula locū
hēre dēt exceptis casibus in quib.ab ea reperi
tur esse recessum,qui enumerantur per Gl.ibi
& hic in verbo fere,inter quos iste de quo agi
tur nō reperitur,merito standum est, regulæ
prędictę quo ad hūc casum, prout benè tradit
Bar.in d.l.re coniuncti,ad fi.sicque Ruin.met
in alia tamen q.argumentatur in dicta l. 2. ff.
de legat.1.col.18.in fi. (& præter eum confir
1865 matur. †Quia exceptiones confirmant re-
gulam in casibus non exceptis,l.nam quod li.
quide,§.fi.ff.de penu.leg.Bar.in l. quęsitum,§.
denique,ff.de fun.instr.& in §. ut autem. post
Gl.in Aut.de non alie.Ang. cons.239.quidam
emptores,Rom.cons.337.quo ad primū,Dec.
in l. 1.colum.3..& post eum Cagnol.ff.de reg.
1866 iu.Senat.Pedem.Decis.108.nu.8.) †Tertio
me mouet una ratio: nam ius accrescendi ēt
in contractibus locum habet quando constat
ex uerisimili mēte contrahentium, Gl.& Do-
ctores in d.l.si mihi,& Titio, per l.fundus, ff.
de contra.empt.Dec.in l.unica, nu.5.C.quan.
non pet.par. (& ibi dixi,nu.53.inducendo d.
l.fundus,post Gl.& Sal.& Ripam,in d.l.re cō
1867 iuncti,nu.78.ad fi.) † Sed in don.cau.mort.
facta duob. mens uerisimilis donatoris fuisse
uidetur ut altero excluso, illius portio accre-
scat alteri,non aūt,ꝙ reuertatur ad hęredē ip-
sius donatoris. sicut. n.prędilexit utrumque
donatarium respū totius, quod donauit ma-
gis quam hęredem suum,ut hic in fi.principij,
ita quoque respectu partis uacantis censetur
alterū donatariū prędilexisse, argumento de
1868 toto ad partē,l.q̄ de tota,ff.de rei uēd.†nec
obstant quę Ruin.in oppositum tradit:ad pri
mū namque de repudiatione primo dici pōt
Doctores de hoc casu nō sēsisse,quia extrema
nō sunt habilia post acceptationem ad indu-
cēdū ius accrescendi,cum sera sit repudiatio,

1869 l.1.§.decretalis,ff. de succ.edi.†& quæ extre
ma sūt sp pręsupponēda,l.qui testō,ff.de testa.
tradit Dec.in c.1.col.9.lect.j.de iudic.(& in a-
lijs plerisq; locis cumulatis p Cagn.in l.vinū,
1870 nu.3.ff.si cer.pe.dixi,cōs.202.nu.37.) †Se-
cundo dico,ꝙ ubi præter repudiationē dona-
tarij cōcurreret,ꝙ ipse nollet petere donatio
nē,prout ad eam petēdam cogi nō posset, l.1.
C.ut nemo inui. age. quo casu respū effectus
uidetur repudiari,ut declarat Soc.in d.l. 2. de
leg.j.& post eum Soc.in.nu.102.certè tali casu
crederē ius accrescendi locū hēre,argū tex.in
l.ex contractu,ff.de re iud.in uerbo [*uel ad co-*
1871 *hæredem.*] † ubi secundum Bar. Ang. Imo.
Alexandrum,Ias.in d.l.re coniuncti, nu.234.
Rip.nu.169.Soc.in.cōs.152.nu.9.uolu. 2.post
acceptationē hæreditatis hēt locū ius accre-
scendi si deficit acquisitio per restitutionem
in integrum,per quam quis in effectu nō uult
esse hæres, (& hoc est regulare,ꝙ ius accrescē
di locū hēt deficiente penitus portione,l.3.in
fi.cum sequēti,ff.de bon.pos.l.unica,§.in his,
C.de cad.toll.Dec.Cag.& ego dixi in l.unica,
nu.202.C.quan. non pet. par.) pari namque
modo dico, quòd eo ipso, quòd donatarius
non uult petere, quia sibi nolenti non potest
liberalitas acquiri,l.hoc iure,§.non pōt,ff.eo.
utiq; dicendū est alteri accrescere ex effectua
li quadam repudiatione alterius,cū talis uolū
tas petendi sit ordinata ad repudiationis ef-
fectum,secundum utrumque Soc.in dicta l. 2.
1872 †Ad secū dū,qđ inquit Rui. dicò illud pro-
cedere quando emolumētū perfecte fuit quæ-
situm,aliàs secus:exemplū patet in d.l.ex con-
tractu.ubi quæsitum fuerat emolumentum hę
reditatis pupillæ,non tamen perfecte, & irre-
uocabiliter propter restitutionem in integrū,
ideo si per eam desinat in effectu esse hęres,ha
1873 bet locū ius accrescēdi. † (nec mirū,quia
natura restitutionis in integrū oīa illęsa con-
seruat perinde ac si nihil actū fuisset, l.qđ si mi
nor,§. restitutio,ff.de minor.l.uideamus, §.in
Fauiana,ff.de usur.l.j.ubi Sal.& alij,C.de sent.
pass.l.j.& 2. C. si aduer.trans.& ibi scribentes,
Cyn.in l.si quidē,C.de pręd.min. Bar.in l. qui
proprio,§.idē quęritur,opp.1.ff.de proc.& in
l.Gallus,§.& quid si tantū,col.3.uers.redeo ad
Gl.ff.de lib. & post.Alb.in l.q res,§.areā,num.
2.ff.de solutio.Gl.in c.quamuis.in uer.cū talis
in prin.de rescr.in 6.Bal.in c.cū causam,colu.
j.de testi.Ang.cōs.258.col.j. pluraq; congerit
ad hoc,Andr.Sicul.cōs.9.col.pe.nu.4.Dec.cō
1874 sil.436.nu.3.) †Sic ēt tradit in no.casu Soc.
in. cons.152.nu.10.uol.2.ubi determinat,ꝙ si
filiæ adiuerit hęreditatē qua si fierēt moniales
ueniebant priuādę ex dispōne testōris, si qdē
fiāt monachę,locū hēt ius accrescēdi, quia ta-
lis hęreditas nō fuit pfecte, & irreuocabiliter
eis quęsita,cū euenire poterat ꝙ monacharen
tur.Sic & in casu nostro dici pt,quòd licèt do
miniū ab initio translatū sit in donatarium,
non ta-

non tamē perfectè, sed reuocabiliter tantum
fuit translatum, l. 2. iunc. Gl. ff. de don. cā mor.
1875 † hinc don. causa mor. ante mortē donan-
tis nō dicitur perfecta, l. nō uidetur, ff. eo. me-
rito si morte donatarius excludatur dēt habe
re locū ius accrescendi, quia emolumentum si
bi fuerat quęsitum reuocabiliter tantum, uel
eius morte, uel donantis pęnitentia, uel con-
1876 ualescentis. † Ad tertium dico, ꝙ imò ratio
illa quæ militat in contractibus, non habet
locum in don. causa mor. quia regula dictæ le
gis, veteribus, in qua fundatur dicta ratio non
habet locum in beneficijs, l. ex facto, in princ.
& ibi not. Bar. col. j. in fi. ff. de uul. & pup. sequi
1877 tur Ias. in d. l. ueterib. † Sed donatio benefi
cium appellatur. c. cum dilecti, in fi. & ibi no.
Canonistæ, de don. remanet ergo communis
opi. ab obiectis Ruini defensata. Nec obstat
solutio sua data ad l. unicā, in fi. C. de cad. toll.
dum dicit, ꝙ relatio quæ fit ibi ad præcedētia
respectu don. cau. mort. intelligitur facta quo
ad ea quæ possunt in illa locum habere, argu-
mento l. j. §. lex Falc. & quod ibi no. Bart. ff. ad
leg. Fal. uolens cōcludere Rui. ꝙ dicta relatio
non potest intelligi quo ad ius accrescēdi, ex
quo id in donat. cau. mort. locum habere non
1878 potest. † (Simile uidemus ultra Ruinum, ꝙ
quando relatio fit ad instrumentum, quod ef
fectum sortiri nō potest, uel ratione defectus
solēnitatis, uel aliter, nihil operatur sicut nec
instrumentum ad quod fit relatio, ut per Bal.
in l. 2. nu. 4. C. de erro. aduo. Ias. in l. admonen
di, nu. 36. in 1. lect. ff. de iureiur. Dec. in l. certi
condictio, §. si nummos, nu. 12. ff. si cer. pe. in l.
edita, nu. 85. C. de eden. & in auct. si quis in ali-
quo, num. 32. eo. tit. Fel. in c. ex parte, 1. nu. 13.
de rescri. in c. cum uenerabilis, nu. 24. uers. un
de dicit Bald. de except. & subinde Dec. num.
28. Alex. consi. 3. in causa post pri. vol. 2. Rom.
consil. 294. nu. 2. uersic. & hoc modo, Dec. con-
silio 118. nu. 6. consil. 278. col. fi. consi. 463. nu.
14.) quoniam talis resolutio Ruini confun-
ditur ex triplici consideratione ad illum tex-
1879 tum per me supra facta. † cumq; rōnes Rui
ni cessent, ut superius docui, cessant quoq; no
tata per Bar. in d. §. lex Falc. per illum textū. fit
.n. restrictio illius prouisionis ꝙ statuta loquē
tia de coniunctis habeant locum in oībus, &
per oīa in extraneis, ut intelligatur in casibus
in quibus potest habere locum, & sic, ut non
comprehēdat casum compromissi inter eos.
1880 † quoniā de iure cōi extranei non tenētur
compromittere, l. si dictū, §. si cōpromisero, ff.
de euict. & inter coniuctos tantū aliud statu-
tum ad compromissum arctabat, & sic cū quo
ad extraneos reperiretur contrariū clarè pro
uisum, mirum non est si d. prouisio restringi-
tur ad eos casus in quib. pt hēre locū: at in q.
nostra nō reperitur expresse contrariū proui-
sum in don. cau. mor. quo ad ius accrescendi,
nec id cōcludenter probāt argumenta Ruini
imò ex deductis pro cōi patet oppositū, meri-
to d. relatio fieri dēt ad precedētia respū don.
1881 cau. mor. etiam quo ad ius accrescēdi. † Mi
nus etiam stringit resolutio Ruini ad l. fi. in fi.
C. de don. cau. mor. mouentis se per Gl. ibi dū
subaudit uerbum, ferè, quoniam illud tempe-
ramentum fit ibi pp alios casus de quib. ibi, &
hic in Gl. Ferè, inter quos iste non connumera
tur, unde standū est in eo regulę de qua ibi, &
1882 alibi, prout supra deduxi. † & hæc commu
nis opi. sic defensata tanto magis procederet
in don. cau. mor. facta duob. à Principe: sicut
enim in donatione inter uiuos ab eo facta lo-
cum hēt ius accrescēdi, ut tradunt Bart. Imo.
Alex. & Ias. in d. l. si mihi, & Titio. Ias. in d. l. re
coniuncti, nu. 223. Rip. num. 157. (& nouissi
me Bero. cons. 70. nu. 6. uol. j. per tex. in l. 1. C.
si liberalitatis Imperialis, li. 10.) ita & in do.
causa mor. locum habere debet; tum quia non
1883 ita absolutè contractus est, sicut illa: † tum
etiam, ꝙ cōuenit eorum ratio per quam id cō
cludunt in donatione inter uiuos, nempe ꝙ
beneficia Principum latissimè sunt interpre-
tanda, l. fi. ff. de consti. prin. ergo idem ius esse
debet l. illud, ff. ad leg. Aq. l. fi. C. ad l. Falc. cum
1884 sim. † (cōfirmatur, nā uidemus fauore dona
tarij constitutum, ꝙ donatio Principis ei fa-
cta cuiuscūq; sit summę nō indigeat insinuatio-
ne, ut respondit Bal. cons. 300. uol. 2. & probat
in l. sancimus, uers. exceptis, C. de don. ubi pa-
riter Bal. & alij notant. Oldr. cons. 231. quem
tacito autore refert Io. And. in add. ad Specul.
de instr. edi. §. porro, ī ultima addi. magna, qua
si. s. nullę donationes à Principe factę immēsæ
censeantur, neq; liberalitate exercenda Princi
1885 pes circūueniri dicātur. † Pariq; modo do-
nationes à principib. factę commensurari nō
debent ad unguē ad merita sicut donationes
priuatorū, qa liberalitas, q̄ Principes decet,
supplet oīa, & maior esse dēt quā priuatorū.
ita tradit Andr. Sicul. in c. sedes, col. 2. de resc.
ubi dicit se sustinuisse quandā donationem à
Principe factā ob merita, q̄ ob id impugnaba
tur, ꝙ merita nō respōderēt tantæ donationi,
idē ur̄ tenere Corn. cons. 144. co. 2. uol. 2. & in
l. si dou. col. 2. uer. ex quo videt. C. de coll. & u-
trūq; ponit ac seqtur eleganter Decia. res. 25.
nu. 67. & 79. uol. 1. quare pariter don. cau. mor.
à Prīcipe facta fauore donatarij dēt ius accre
1886 scēdi continere.) † Tertio subiūgit Aret. hic
ꝙ don. cau. mor. quo ad actionē hipothecariā
quę pro legatis cōpetit, l. j. C. comm. de leg. &
j. de leg. §. j. nō ęquiparatur eis, cū ꝑ ea nō cō
perat hipothecaria, idēq; tenet Bal. in d. l. 2. ff.
de leg. j. & post eū Cas. Ale. Ponta. & Rip. Aloy.
d' Perus. iter cōsilia Bal. cōs. 248. an Cęcus, vol.
7. Guil. Bened. i c. Rayn. in uerb. testa. 4. nu. 37.
de testa. fundamētū eorum est, ꝙ nullibi hoc
reperit expressū, & lex hoc nō dicit, ergo nec
nos dicere dēmus, l. si seruum, §. nō dixit, ff. de
1887 uer. ob. l. si uero, §. de uiro ff. sol. ma. † (simile
facit

Donatio cau. mortis quo ad hipotecariā non æquiparatur legatis.

facit argumētū.Rip.post Alex.in l.in quartā, num. 114.ff.ad l.Falc.de legitima pro qua filio non datur hypothecaria in bonis paternis, quia nullibi reperitur expressum, vnde stādum est, regulæ, ꝙ hipotheca non cōceditur nisi expresso iure caueatur, l.ante omnia, ff.de prob. ad cuius tamē Alexandri declarationē uideatur Rubeus, consi.156.nu.16.& Roderi cus Suarez, in l.quoniam in prioribus, ampli. 11.nu.2.& 12.C.de inoff. testam. quia sic il-
1888 lum simpliciter non admittūt. † Et ad quæstionem redeundo,)secundo confirmatur, nā talis actio specialiter, & in priuilegiū fuit inducta pro legatis, & fideicommissis.d.l.j.C. comm.de leg.ergo sequitur, ꝙ in alijs casibus dari non debet ubi in iure non exprimitur, l. quod uero, ff.de legibus, ita Soc.iun.argumētatur in d.l.2.nume.91. Tertio post alios moueor ego, nam hipothecaria in legatis inducta fuit prosecuritate eorum, quæ relicta sūt,
1889 dicta l.1.iuncta Glo. in uer.super his.† sed in donatione cessat securitas, patet, qa donator tradens de euictione nō tenetur, l.Aristo, §.fi.& ibi not.omnes, ff.eo.notat Glo.& Aret. in §.1.infra eod. ubi suo loco dicemus, ergo non debet hipothecaria dari, quæ pro securi-
1890 tate fuit inducta.† Quarto pinguius donatori succurritur quam si qui uerum debitum per soluere compellitur, nēpe ne teneatur ultra quam facere possit ne liberalitate sua inops factus pericliteτur, l.inter eos, §.j.& l.& exhæredatum, cum sequen.ff.de re iud. ergo etiam succurri debet ut detur hipothecaria.
1891 † Contrariā tamen opinionem tenet egregie Ruin. in d.l.2.col.27.per tex.in l.fi.in fi.C. de donat. causa mortis, ibi, [*ut omnes effectus sortiatur, quos habent ultimæ liberalitates, nec ex qua cunque parte absimilis eis intelligatur.*] ergo pro ea debet hipothecaria competere, aliās non haberet omnes effectus ultimæ uoluntatis, ilicq; absimilis foret in hoc contra illum textū, nec obstat Gl. ibi quæ subaudit uerbum, ferè, quia quantum ad hoc non reperitur de iure
1892 cautum contrarium.† standum est igitur regulæ illius text. (iuxta Glo. in l. filiū quem habentem, C.fam. erc. Decium, & Cagn. in l. singularia, in princip.ff.si cer.pe.Gozad.& Fabius Anchorombonus, in l.qui se patris, ubi
1893 quoque dixi, nu.355.C.unde lib.) † nec ad uersatur, quod inquit Soc.iun.in d.l.2.nume. 35.nēpe, ꝙ donatio causa mortis ex defectu insinuationis non debet inefficax, nec inutilis reputari magis quā ultimæ uoluntates: sicut enim illæ sine insinuatione ualent, ita & donatio causa mortis, & sic defectus insinuationis nullū ei aufert effectū quē habent legata, nec facit eā illis absimilē i aliqua parte, an autem in alijs, ut in q. nostra differat à legatis, uel eis conueniat, id ibi non dicitur, sed alibi uenit declarandū, huncq; intellectum putat Soc.iun. esse multum probabilem, & ad
1894 mentem Imperatoris. † Quoniam si respū insinuationis tantum uoluisset Imperator loqui, non in plurali, nec ita uniuersaliter dixisset, ut omnes effectus habeat quos habent ultimæ liberalitates, sed in singulari, magisque strictè dixisset, ut supradictum effectum habeat, & sic quòd insinuatio non requiratur, (nam curandum est, ꝙ in sermone sit bona Grammatica, l.Plautius, & ibi Bart.ff.de au. & arg.leg. quod non fecisset Imperator locutus superius in singulari de insinuatione, postea uero de effectib.in plurali.) Præterea cū supra dixisset de insinuatione ibi, [*& sine monumentorū accessione res gesta maneat*] frustra fuisset propter idem dumtaxat subijcere, [*ut omnes effectus &c.*] cum iam clarum erat ex supra dictis in hoc eam ultimæ uoluntati æquiparari, (& in iure nostro superfluitas damnatur, §. quibus, prima consti.Cod.) subiunxit igitur illa uerba in plurali, & uniuersalia propter alios multos effectus ultimarum uoluntatum quos donationi cā mor. uoluit cōmunicare.
1895 † Quin imò dici non pt ea uerba fuisse posita propter insinuationem: loquitur n.tex. de donatione in esse deducta ibi [*res gesta maneat firmitate uallata.*] sed insinuatio requiritur, & interponi solet in donatione, prout est in fieri cum respiciat ordinationem, & fio modum, & formam faciendi donationem, ita tenet, & bene Ripa in d.l.2.nu.6.uer.3.obstat, & idē Soc. iun.nu.33. ergo illa uerba, [*ut omnes effectus*] &c.nō fuerunt apposita propter insinuationē, quę non respicit effectum, sed ob alia effectum respicientia, ut est rei uendicatio, ius accrescendi, & hipothecaria, unde patet uerio-rē esse Ruini sniam, quā Soc.Iu.ad illū textū p eūq; hanc opinionem contra omnes probari.
1896 † Quæ & scdo confirmatur optima ratione, nam hipothecaria pro legatis fuit inducta ex tacita uolūtate testatoris, q. cum legata iô reliquerit, vt psonę ab eo honoratę ea pciant, uidetur uoluisse dictam actionem contra res suas competere, ut oib.modis eius uoluntati satisfiat, ita dicit tex.in l.j.§.fi enim, C. comm.de lega.sed ista ratio militat ad unguē in don.cā mor. ī qua donans mauult eū hęre cui donauit quam hæredē suū, ut hic in fi. pri. in l.1.& in l.Senatus, §.j.ff.de don.cau.mor. ergo uidetur ēt uoluisse dictam actionem contra res suas eo mortuo competere, ut uolun-
1897 tati sue satisfiat.† (& cū militet eadem ratio, militare debet eadem dispositio l.illud, ff. ad leg. Aquil.l.à Titio, ff.de uerb.obl.l.fi.C.ad
1898 leg.Falc.cum simil.) † nec me quicquam mouet, qđ aduersus hanc rationem Soc.iun. adducit in d.l.2.nu.99.nēpe, ꝙ in legatis hipothecaria fuit inducta, quia ęquū fuit subuenire legatarijs per eam, de qua sibi prospicere non potuerunt, cū legata ex sola disponentis uolūtate pendeant, quod secus est in don. causa mor. cui dēt imputari, si quādo dōatio sibi

S facta

facta fuit de hipotecha sibi non prospexit, ar-
gumento leg. ueteribus, ff. de pac. ex quo con
cludit diuersam esse rationem inter legata, &
1899 donationem causa mor. †Quoniam respō
detur hipotecbariam pro legatis inductam
non fuisse, quia legatarij potuerint, uel non
potuerint sibi de illa subuenire, ut inquit So-
cin. iun. probatur, nam & aliquando legata, &
fideicommissa præsenti fiunt, l. peto, in princ.
ff. de leg. 2. l. fideicommissa, §. si quis ita, ff. de
1401 *Filia ingrata patri si fuerit postea benefica censetur pater illi ingratitudinem remisisse.*

1403 *Pœnitentia non recipitur per quam res ad pristinũ statum non reducitur.*

1404 *Donator offensus non tenetur donatario ueniam petenti remittere actionem iniuriarum.*

1406 *Ingratitudo filij, uel donatarij, quando cessare dicatur.*

1407 *Contraria contrarijs curantur.*

1408 *Pœnitentia sola non inducit satisfactionem.*

1410 *Donationis reuocandæ ius ad hæredes donantis non transit, & est communis.*
Fallit si donator reuocare non potuit.
Vel ex ignorantia, uel morte repentina. 1414.
Vel quando donator exciperet de ingratitudine ne rem traderet hæredibus donatarij. 1416. 1421.
Vel quando reuocatio fit ob pacta non seruata. 1423.
Cui limitationi licèt Ripa contradicat. 1424.
Auctor tamen eam defendit. 1426.

1411 *Dominus tacens uiuente uasallo non potest eius hæredes molestare super priuatione feudi.*

1412 *Mater quæ transiuit ad secunda uota filio non conquerente, eo mortuo non priuatur eius hæreditate.*

1413 *Vxor non priuatur dote propter adulterium si maritus sciuit, & tacuit uiuens.*

1415 *Ingratitudo non potest dici remissa ex taciturnitate defuncti qui ignorauit, uel aliter fuit impeditus.*

1417 *Excipiens tractat de retentione.*

1418 *Exceptiones fundantur in æquitate.*
Et sunt fauorabiles. 1419.
Secus in exceptione præscriptionis. 1420.
Quæ odiosa dicitur & præsidium temporis.
Et contra naturalem æquitatem.

1421 *Hæres una & eadem persona cum defuncto reputatur.*

1422 *Promittens de facto suo tantum tenetur etiam de facto defuncti cuius est hæres.*

1424 *Ingratitudinis causa maxima est, pacta non seruare.*

1425 *Dictio præfatis, est relatiua præcedentium.*

1426 *Reuocatio donationis ex quattuor causis positis in l. finali, C. de donat. differt ab ea quæ fit ex quinta.*

1427 *Fortiora sunt quæ duplici iure nituntur quam quæ uno tantum.*

1427 *Funiculus duplex plus operatur quam simplex.*

1428 *Dominus qui uiuens tacuit hæredes uasalli molestare non potest super caducitate feudi.*
Licèt ob pacta non seruata fiat, & cur in donatione diuersum. 1429.

1430 *Vasallus an teneatur ad annuam præstationem domino sub pœna priuationis feudi.*

1431 *Qui in uno grauatur in alio debet releuari.*

1432 *Donans ob pacta non seruata reuocans quomodo agat, Ripa distinguit.*
Sed auctor alium modum ponit tutiorem. 1433.


1433 *Clausula super præmissis omnibus, & singulis ius fieri, & iustitiam ministrari, quid operetur. 1434. & 1435.*

1435 *Libelli conci non narratio debet attendi.*

1436 *Donatio facta liberto solo obsequio non præstitore uocatur.*

Liber-

1437 *Libertus patrono tenetur ad operas obsequiales.*
1438 *Libertas an reuocetur ex solo obsequio non praestito. glo. quod l non, & Connanus. 1440.*
Sed auctor contra. 1441.
1439 *Libertus ingratus, digne reuocatur in seruitutem.*
1441 *Intellectus. §. j. in Auct. ut libe. de caetero cum sequentibus.*
1442 *Geminatio magis enixam mentem ostedit.*
1443 *Verbum liberam, importat sine aliquo impedimento.*
Et absolute. 1444.
1445 *Intellectus l. 2. C. de liber. & eorum lib.*
Et in eo gl. male sensit. 1446. 1450.
1447 *Verbum contumacia, denotat absentiam personae.*
1448 *Alternatiua una pars declarat etiam.*
1449 *Constantinus ab auctore taxatur. 1450.*
1451 *Negatiua quoscunque comprehendit.*
1452 *Dictio penitus, nullam recipit limitationem neque restrictionem.*
1453 *Parentibus etiam naturalibus reuerentia praestanda.*
1454 *Ratio eadem ubi uersatur, & idem ius. 1458.*
1455 *Intellectus l. solo. C. de liber. cau.*
1455 *Ingratitudo probari debet a patrono, qui uult libertum in seruitutem reuocare.*
1456 *Dictio solus, caeterorum exclusiua.*
1457 *Feudum reuocatur iisdem causis quibus donatio.*
1459 *Intellectus. §. praedictis ante. j. quae fuer. prima cau. benef. ami. per Iacob. Beluis.*
Quem taxat auctor, & aliter declarat. 1460.
1461 *Illatio de diuersis ad diuersa non tuta.*
1462 *Indulta ad augmentum non debent operari diminutionem.*
1463 *Ratio iudicem mouere debet sicut lex.*
1464 *Legem quaerere, quando ratio naturalis est promptem denotat infirmitatem intellectus.*
1465 *Donatio praeter animum, & ignoranter, non reuocatur.*
1467 *Vxor propter adulterium scienter commissum priuatur dote, secus si ignoranter.*
1468 *Animus, uoluntas, & propositum distinguunt maleficia.*
1469 *Ignorantia crassa, & supina. Scientiae aequiparatur. 1473.*
Non tamen omnino punitur, ut scientia.
Sed leuius. 1479.
1470 *Attenta uero grauius aut aeque sicut scientia punitur.*
Et qualis ea sit.
1471 *Ebrius, quando delinquens puniatur, ut sobrius.*
1472 *Donatarius quid, contra donatorem committens iusta de causa excusatur.*
Si uero ex crassa ignorantia, punitur arbitrio iudicis. 1472.
Si uero fuerit affectata ignorantia, punitur sicut sciens.


VMMATVR, & diuiditur, ut hic p Aretinũ. Casus ãt licèt aliter nõ figuretur, vt inquit Aldobrandinus, cũ solũ declarẽtur notissimi termini donationis iter uiuos, reciteturq; constõ Iustiniani, ꝓ tñ pleniori iuuenũ institutione sic adaptari põt, (ꝓut etiam firmat eũ Tobias Nouius
1 me referẽs, & sequens.) † Quęsitum fuit quando donatio inter uiuos perfecta dicatur, vt inde dignosci possit, quando reuocari nõn potest, ut hic dicitur. & uidebatur, quòd à die traditionis tantum hæc pfectio induceretur, prout in uenditione tradit Gl. in l. 1. C. de peri. & commo. rei uend. & Glo. infra de emp. & uend. in prin. quas refert Decis. Neap. 280. colum. 4. (propterea priusquã traderetur res — Positio casus.
2 donatio uidebatur imperfecta. † tempus enim traditionis eam perficiens, vt excludens tempus ante traditionem, causare uidebatur, quòd eo tempore pręuio traditioni donatio diceretur imperfecta, l. Emilius, ff. de minor. sicut in simili casu ponit Paris. cons. 31. nu. 82. uol. j. quem sequor, cõs. 33. nu. 18. de Principe quodam qui assumpserit iurisdictionem iudicandi inter quosdam milites ea quæ cõtingerẽt postquam essent in steccato, & in manibus haberent arma. dicit enim Paris. ꝙ cum iurisdictio dicti Principis fuerit ad ea tãtũ limitata, quę per utramq; partem contingerent dici, uel fieri postquam constituti essent in campo duelli, nõ potuit ille Princeps iudicare de his quæ dicta & gesta fuerunt ante, & extra ingressum campi.) Secundo uidebatur hoc suadere textus, in §. per traditionem, in fi. supra de rerum diuisi. ibi [*si quidem ex causa donationis tradantur, sine dubio transferuntur:*] si enim traditio est causa acquisitionis rei donatæ, ergo
3 non ante perfecta dicitur donatio. † Tertio confirmari potest, quoniam nihil actum credimus donec aliquid superest addendum l. cum Syllanianum, in fi. & ibi not. Castr. Alex. & alij, C. de his quibus, ut indi. hinc est, ꝙ stante statuto, quòd bannitus in fine anni debeat rebanniri, certã summã soluerit Camerę fiscali, si quidem bannitus soluerit excepto uno denario, nõ debebit rebãniri, ita no. Alex. ibi, Ang. Imo. Alexan. & alij, in l. in executione, §. itẽ si ita, ff. de uer. ob. Ang. & Ale. in l.
4 si seruus, §. j. in fi. ff. si quis caut. † Parique modo videmus, quòd si emphiteota obligatus ad soluendum canonem soluerit excepto uno nummo, res incidit in commissum, ut notat Bald. in Rubr. C. de contrah. empt. q. 10. Oldrad. consilio 29. Alexan. latè in dicto §. item si ita. Ias. latiùs qui dicit esse commu. in l. 2. num. 54. C. de iure emphi. Gozad. consilio 57. num. 15. consi. 69. nu. 9. Dominus meus Riminald. consi. 381. num. 5. (de quo ponit etiam Brun. in tracta. quod stanti.

mascul.

5 mascul.artic.9.num.107.) † &: est Glo.notab.
in l.res bona fide, ff. de contra. emp. uolens re
uendita hoc pacto, q nisi certa die totum pre
cium fuerit solutum, eam inemptam esse pre-
cio soluto infra tempus, excepto uno num-
mo inemptam reputari. sic igitur & in dona-
tione uidebatur, quòd ante traditionem per
fecta dici non posset, cum traditio superesset
6 expedienda. † Quarto accedit, quòd dona-
tio dicta est à dono, quasi doni datio, l. Sena-
tus. §. j. ff. de donat. causa mor. (unde Decius,
in l.2. §. appellata, ff. si cert. pet. colligebat in
ea ueram ethimologiam uocabuli, cum se nõ
habeat in plus nec in minus quam uocabulũ:
ualet enim argumentum si dicamus, est doni
datio, ergo est donatio, prout & negatiuè di
cendo, non est doni datio, ergo non est dona
tio,) quamdiu ergo non interuenit ista da-
tio, non uidebatur posse dici donatio, tanto
minus ergo perfecta donatio, (& huius sen-
tentiæ fuit omnino Franciscus Connanus in
Commentarijs suis lib. 5. capi. 9. col. j. dicens
quòd donatio non propriè dicitur nisi præsta
tio rei cõsequatur cum donatio dicta sit à do
no quasi doni datio, d. §. j. nam Græci dicunt
donum dare. unde Paul. ibi uoluit non polli-
citatione, neq; uerbis, sed doni, & pmissi da
tione pstationeq; donationẽ pfici. & appella-
ri, ut non prius dicatur esse donatio quã res
quę donetur, detur, & tradatur, unde Conna-
nus eodem cap. circa fi. interpretando Iusti-
nianum, in l. si quis argentum, in fi. C. eod. lo-
quentem de donatione promissa, quam neq;
stipulatio secuta fuerit, nec usus fructus reten
tur dicẽtemq; nihilominus ex lege nostra ne-
cessitatem ei imponi etiam tradere hoc, qđ
donare æstimauit intelligendum fore de do-
natione quæ actis iudiciorum inserta est, cũ si
bi sanè persuaderi non posit ualere posse do
nationem, quam nec traditio rei, nec stipula-
tio, nec horum actorum fides comprobauit.
& hæc opi. cõmuni longè prius Bartoli, fuit
Castr. & aliorum in l. iurisgen. in princip. ff. de
pact. qui dixerunt donationem esse de cõtra-
ctib. qui perficiuntur ab executione, uidelicet
traditione, idemque Alex. & Soc. in Rubr. ff.
solu. mat. Cephal. consil. 312. nu. 68. unde pa-
tet quam dubitabilis casus hic propositus es-
7 se uidebatur.) † Istis tamen non obstantibus
contrarium determinat hic Imperator ibi, pfi
ciuntur autem, iuncto ibi, ut etiam si non tra
dantur, & in l. si quis argentum, §. fi. C. eodem
ibi, [*nec confirmetur ex traditione donatio,*] & ibi
[*perfectissimè constitutam,*] ratio decidendi po-
tuit esse duplex, quia donatio ex liberalitate,
& munificentia procedit, l. j. ff. eod. sicut, ergo
donan. fuit largus in donando, ita præsumi-
tur, q intellexerit uerba sua plenissimè, ut
tradit Abb. in c. cum dilecti, colum. 3. eod. tit.
ergo debet dici perfecta ex sola prolatione
8 uerborum. † (simile uidemus in beneficio
Principis quàm plenissimè interpretando, l.
fi. ff. de consti. princip. quod ut Ang. & Docto
res ibidem dicunt, latissimè capi debet, qua-
tenus respicit ius cõcedentis.) Secunda fuit
ratio, quam ponit Imperator in dicto §. fi. di-
cens (cum enim in arbitrio cuiusq; sit hoc fa
cere, qđ instituit opportere ei, uel minimè ad
hoc prosilire, cũ ad hoc uenire properauerit,
nõ qbusdã excogitatis artib. suũ ppositũ de-
fraudare, tantàque inductionem quibusdam
quasi legitimis protegere uelamentis:) puta
dicendo, quod uerbis tantum donare dixit
9 non autem rem tradidit. † Non obstant con
traria, nam ad primum dicitur quando res
traditur, quòd eo casu dicitur impleri uendi
tio potius quam perfici, l. si quis alienam, ff.
de acti. emp. Glo. not. in l. contractus, in uer.
perficere, C. de fi. instru. (& infra de empr.
in princ. Glo. ad fi.) resque dicitur esse in fi-
nali executione, ut inquit Bald. in d. l. 1. C. de
10 peric. & commo. rei uend. in princ. † & Glo.
Bal. & Sal. triplicem perfectionẽ considerant,
primam conuentionalem, secundam obliga
tiuam, tertiam uerò acquisitiuam. de primis
duabus loquitur textus noster ibi [*perficiuntur
autem cum donator suam uoluntatem scriptis, uel sine
scriptis manifesta uerit.*] sensit. n. de perfectione
nedum conuentionali, sed obligatiua, cum ue
niat ad declarationem eorum, quæ supra di-
xit, quòd si fuerint perfectę temere reuoca-
ri non possunt, & sic inducitur obligatio ad
non reuocandum. postea subiunxit, necessita
tem traditionis imminere ad denotãdam per
fectionem ultimam quæ acquisitiua nuncupa
tur, seu implementum quoddam, & executio
ut supradictum fuit, & de hac perfectione pa-
ri modo loquitur tex. in d. §. per traditionem,
secundo loco citatus, sed non sequitur quo-
minus ante donatio dicatur perfecta quoad
11 uinculum eam non reuocandi. † Non obstat
& tertium cum duob. similibus annexis: pro-
cedit enim ubi lex ultra non processit, aliàs
secus, ut hic, & in §. fi. declarauit Imperator p
fectã donationẽ dici, licèt tradõ nõ fuerit sub
secuta, (nec adhęrere possum Connano supra
citato id intelligẽti secutis actis: nã qđ ibi di-
citur [*monumentorum obseruatione in his modis se-
cundum specialiter à nobis in huiusmodi casibus pradi
ctum est obseruanda:*] dictum fuit ab Imperatore
respectu quantitatis excessiue, secundum Gl.
nõ aũt respũ perfectionis.) Ad ultimum respõ
detur id solum probare, unde deriuetur uer-
bum donatio, sed quando donatio dicatur
perfecta, hoc alibi uenit declarandum, non ex
illa simplici donationis allusione: (& quod
12 attinet † ad doctrinam Bartoli in d. l. iurisge
tium. dicentis, quòd donatio est contractus
nominatus & denominatur ab actu exequen
di, quia de iure Digestorum si perueniebatur
ad traditionem, perficiebatur contractus, ue
nit intelligenda de perfectione acquisitiua

quæ est implementum, sed & ante donatio pfecta dicitur conuentione, & obligatione, ne possit reuocari, ut supra latiùs deduxi.)

13 † Rursus secundo loco quæsitum fuit, an istæ donationes inter uiuos saltē respectu ingratitudinis reuocari possent? & uidebatur dicendum, quòd non per tex. in l. si pater, §. j. ff. eodem. ubi captus ab hostibus quid redimenti donauerit, hæc donatio irreuocabilis est etiā respectu ingratitudinis, secundum Glo. com-
14 muniter receptam. † Secundo uidebatur huic reuocationi obstare posse, nam quando per legem cōtractus ex post annullatur aliqua de causa, non per hoc intelligitur abdicarū dominium quæsitum parti uigore dicti contractus, ut per plures rōnes concludit in disputatione sua Doctor antiquus D. Macagnanus de Azzoguidis de Bononia, quem refert, & sequitur Bald. in l. j. colum. 3. ff. solu. mat. ubi dicunt, quòd si statutum dicit, quòd omnes uēditiones factæ ab uno mense citra sint nullæ ipso iure, & contingat quem ab uno mense citra quid uendidisse, & tradidisse, certè non per hoc intelligitur abdicatum dominium illi emptori, quia ad annullationem contractus non sequitur rescissio dominij, & ad destructionem unius separatorum, nō sequitur corruptio alterius, l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poss. l. fi. ff. de calum. idemq; repetit Bal. in l. cum mulier, colum. 10. uer. in contrarium, ff. sol. mat. & post eum Alexand. col. pe. & in cons. 199. col. 1. uol. 6. Are. noster infra in Rub. de excep. co. 18. uer. 2. quæro, Bar. in l. si ita quis, §. ea lege, & post eum Ias. num. 40. ff. de uerb. oblig. Tiraquell. abunde, in l. si unquam, C. de reuo. donat. in uer. reuertatur, nu. 15. licet ergo donatarius fiat ingratus, & lex dicat donationem reuocari, non per hoc abdicatur ab eo dominium sibi quæsitum, merito donanti ad reuocationem agenti uidetur obstare ius dominij tanquam potentius iure donantis qui dominium non habet, nec possessionem rei, quam petit, unde non uide
15 tur, quòd donās obtinere possit. † istis tamē non obstantib. cōtrariū determinatur hic ibi [*si tamen ingrati existant homines, in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionē licentiam præstauimus certis ex causis eas reuocare.*] quas causas enumerat ipse Iustinianus, in l. fi. C. de reuoc. donat. ubi est illa constitutio de qua hic meminit. Ratio decidendi fuit quam hic ponit Imperator dicens [*ne illi qui suas res in alios contulerunt, ab his quandam patiantur iniuriam, uel iacturam,*] & ibi similibus uerbis explicat [*ne sit cuidam licentia, & alienas res capere, & frugalitatē irridere donatoris, & iterum ipsum donatorem suasque res pdere, & præfatis malis ab in*
16 *grato donationis acceptore affici.*] † Vel & secunda ratio decisionis annecti potest, quòd ingratitudo est uitium enorme, multumq; detestabile, diciturque uentus urens, & siccans fontem misericordiæ, ratione pietatis, & fluenta gratiæ, ut Diuus inquit Bernardus in cāticis secundum Ioann. Andr. Abba. & Andream Siculum in c. fi. eo. tit. & Ang. Arer. noster idem tradit in tract. de malefi. in uerbo, & ad querelam, uers. 9. repellitur. nu. 26. Lup. in repetit. Rubr. de don. int. uir. & uxor. §. 78. num. 18. Guil. Bened. in c. Raynutius, de testa. in uer. in eodem testamento relinquēs, 2. numero 35.
17 † alibique refert idem Guil. in q. de homicid. num. 32. Diuum Thomam 2. 2. q. 106. quòd ingratitudo est peccatum mortale cum sit quando redditur malum pro bono, (quod pulcre confirmat Areostus noster, cantu 32. de Bradamante, Rugerium ingratum appellante, sic dicens.

Se d'ogni altro peccato assai piu quello
Del'empia ingratitudine l'huom grava,
Et per questo dal ciel l'Angel piu bello
Fu relegato in parte oscura, & caua,)

merito consentaneum fuit donatarium propter ingratitudinem donatione priuari.
18 † simile uidemus in filio, qui propter ingratitudinem potest priuari bonis paternis, §. est & aliud, in Auct. ut cum de app. cogno. adeo quòd si uelit rem à patre uenditam ex cōsuetudine patriæ offerendo preciū tanquam proximior retrahere, repetitur opposita sibi ingratitudine, ut tradit Guiliel. Bened. in dicto c. Raynutius, loco præallegato, nu. 27. argumēto textus in c. 1. §. quæsitum, de capi. qui cur. uend. & in c. j. §. insuper, de prohi. feu. alie. p Federic. inducēdo, ut per eum, quod & tradit And. Tiraq. de utroq; retra. §. j. Glo. 8. nu. 37.
19 † Melius ad rem nostram uidemus filiū legitimatum ad pristinam naturalitatē propter ingratitudinem posse reuocari, ut uoluit Bal. in c. j. §. filij. si de feu. fuer. contro. inter domi. & agna. sequitur Rom. singul. 122. Glo. & ibi Bal. in l. 2. C. de lib. & eo. lib. Ias. in l. ex hoc iure, num. 54. ff. de iustit. & iu. Franc. Crem. singul. 19. D. meus Rim. cons. 559. nu. 18. (Marsil. singul. 413. & Catrel. Cotta, lib. memorial. in uerbo legitimatio reuocati. Emilianus conci
20 uis meus, consi. 56. nu. 8.) † declarando tamē ut per Bal. & Roma. de quibus supra, & per Ferdi. Loazes, in l. filiusfamil. §. diui, nu. 77. ff. de leg. 1. id procedere in legitimatione facta per rescriptum Principis, secus per subsequēs matrimonium, quod & tradit Guil. Bened.
21 loco citato. † Sic & filius emancipatus propter ingratitudinem potest ad patriam potestatem reuocari, l. 1. C. de ingr. lib. Spec. in tit. de nat. ex lib. uer. sed ut liberi. Ferdi. & Guil. Bened. locis citatis, Mars. in singul. 413. & Moder. Galli in consuet. Parisi. §. 30. num. 3. & de hoc est etiam text. & ibi tradit Coras. in
22 l. qui liberatus, ff. de adopr. † (sic & Constantinus Imperator i l. 2. C. de lib. & eor. lib. disposuit, quòd si manumissus ingratus circa patronū suum extiterit, à patronis suis sub imperiū ditio-

ditioneq; mittatur,& hanc ingratitudinis pę
nam omnes liberti subibant etiam si milites
essent, ut in l.fi.C.eo.ti.dicitur, libertinę con
ditionis homines,vel eorum filij si militantes
docebūt īgrati ad seruitutis nexū,ꝓculdubio
23 producētur.† unde Philipp. Macedonū Rex
militi aduersus hospitē ingrato stigmata inu
ri iussit,quæ testificarētur eum ingratū hospi
tem extitisse, quod exemplum memorabile
refert Connanus in Commentar. iuris ciuil.
24 lib.2.c.7.col. 3.†sicut & alia detestatur Valer.
Max.li.5.de ingratis, cap. 3. ut quòd Senatus
Romulum urbis parentem in curia lacerauerit,ꝙ CN. Pōpilius Lenates à Cicerone de-
fensus,eū proscriptū persecutus,eidem caput
amputauerit,demumque de Lycurgo Lacede
mone, cui Apollo Pythius oraculum petenti
respondisse fertur,nescire se utrum illum ho-
minum an Deorum numero aggregaret. il-
li tamen neque uitæ summa sinceritas, neq;
constantissimus erga patriam amor, neque
leges salubriter excogitatę auxilio esse potue
runt quominus infestos ciues experiretur, sę
pe enim lapidibus petitus, aliquando eie-
ctus,publico furore etiam priuatus oculo,ad
25 ultimum ipsa patria pulsus est. † & ut ad no-
stros redeam,) postremo uidemus uasallum
propter ingratitudinem feudo priuari, illud-
que ab eo reuocari, c. de forma,circa finē 22.
q.fi.c.1.quæ fuer.j.cau.benef.amit.Decis. Nea
pol.282.2.dub.Paris.cons.j.nu. 10. uol. j. latè
Mod.Galli,in d.§.30.idque ad similitudinem
donationum statutum fuit, quæ iure perfectę
reuocantur ex ingratitudine,prout dicit tex.
in d.c.1.uers. prædictis, & latius prosequitur
Crauc.in tract.de anti.temp.in 4.parte, num.
108. his enim exemplis adducti dicere debe-
mus pariter donationem reuocari propter
26 ingratitudinem. † Quin imò dato, quòd in
instrumento dictum fuerit, quòd propter in-
gratitudinem non possit reuocari donatio,
tamen superueniente ingratitudine poterit
reuocari,Bald.in l.fi. uersi.extra quæro.C. de
bon.quæ lib.in cap.1.colum.pen.de feu,guar.
Alexand.in l.stipulatio hoc modo.col. pen,ff.
de uerb.obli.Rom.cons.26.pro decisione,co
lum.fi.Imo.cons.35.In casu pręmisso, colum.
6.uers.an autē.Bal.Castr.& Dec.in l.fi. nu.23.
27 C.de pact.Bal.in §.fi. infra eo. † adeo, quòd si
dictum fuerit,ut reuocari non possit ratione
alicuius ingratitudinis etiam futurę, & super
uenientis,tale pactum non ualet quo ad futu
ram,sed ad præteritam restringitur, ut tradit
Angust. Berq.in c. j. de consti, nu.47.(cuius
28 ratio in promptu est, † nam ingratitudo futu
ra remitti non potest,Bal.in d. l. fi. C.de bon.
lib.Bal.Bar.Castr.& Ias.in d.l.fi. C.de pact.Spe-
cul.in tit.de don.§.1.uers.quid si actum.Rom.
in d.l.stipulatio,& Alexand.ibidem.Roma.in
d.consi.26.Tiraquell.in l. si unquam,in præfa.
num.140.C.de reuoc.don.Fely.in c.si diligen
ti, colum.7.de fo.compe. Bertran. consil. 46.
uiso casu,col.1.uol.2.Ale.consil.40.super pri-
mo,col.fi. uolum.4.Rube.cons.114.Anto. An
ch.& Card. Florent.in c. fi. de donat. quorum
sententiam communem testatur Vasquius
de success.crea.libro 3.§. 21. numero 165.
29 † Simile uidemus in dolo futuro,qui remitti
non potest, l.1.§.si conueniatur, ff.depos.l.in
commodato,in princip.ff.commo.l.contra-
ctus, ff.de reg.iur.& hoc ea ratione ne detur
occasio delinquēdi,l.cōuenire,ff.de pact.dot.
30 † unde non modo testator imò nequidem
Princeps potest remittere pœnam infligen-
dam ante reatum commissum, quia hoc es-
set inuitare ad delictum,ut inquit Sal. post Ia
cob.Butrig.in l. castitatis,C.ad l.Iul.de adul.
31 † & dicit Bal.in l.1.q.52.ff.de rer.diuis.quòd
si actum sit inter dominum, & uasallum,quòd
propter felloniam non perdatur feudum, in-
telligitur illud pactum de fellonia, quæ est in
omittendo,nō autem de illa quæ est in cōmit
tendo,quia crimen antequam sit admissum in
dulgeri nequit,cū huiusmodi remissio inuita
ret ad delinquendum, sequitur Aluar.in capi
tulo primo, §. porro, circa fi. qual. olim feu.
32 pot.alien.& Natta,consi.528. nu.16.† hinc &
uidemus,quòd non obstante liberatione le-
gata à futura administratione, cōpelli potest
quis ad restituendum quicquid reperitur ad
eum peruenisse ex bonis administratis, quia
nec à dolo, nec a præstatione reliquorum in
telligitur liberatus,sed à scrupulosa inquisi-
tione,& sic à culpa leui tantum,l.si seruus ne-
titus,ff.de leg.1. ita Cast.cō.370. ad primum,
33 in anti. † imò fortius, sicut non potest dire-
cto quis à ratione futuræ administrationis li
berari quo ad effectum,ut de dolo, & ad præ-
stationem reliquorum non teneatur, ita etiā
non potest per indirectum,ut contingit quā-
do testator ulterius procedit legando quic-
quid apparebit deberi ab illo qui administra
uit, uel quando absoluit ab administratione
futura, & grauat hæredem illum absoluere
34 à præstatione reliquorum, † seu quando pro
hibuit tutores rationē administrationis red-
dere, & si etiam occasione dictæ tutelæ, &
administrationis bene,uel male gestę,omissę,
uel neglectæ siue dolo, culpa, uel negligentia
in aliquo teneretur,uel damnaretur, illud to-
tum,uel tantundem de suo illis tutoribus iu-
re legati reliquit,talis enim liberatio nō por
rigitur ad ea quæ dolo, uel quasi relicta sunt
penes ipsos tutores, vt tradit Auch.cons.117.
casus talis est,quem sequitur Rui. consil. 69.
nu.5.uol.2.non enim pręsumitur de mēte te-
statoris dolum futurum remittere, quia præ-
stitisset causam maleficio, quod non potuit
facere,unde pariter in casu nostro nec ingra-
titudo futura remitti potest, & si cōtingat iu
35 donatario donatio reuocari potest.) † Non
obstat d.l.si pater, quia ꝓcedit in donatione
remune-

remuneratoria secūdū Doc.ibi,(suadetq; casus ꝓpositus, ꝙ qs aliquē à latrūculis,uel ho stib. captū eripuit,& sic à seruitute ad libertatē redegit, §. sed si ab hostib.Inst.q b.mod. ius pat.pot.sol.& aliqd ꝓ eo ab ipso accipiat quia eū liberauit,ut exponit Gl.igitur ī remu nerationē merito bene subiungit, ꝙ illa donatio irreuocabilis est:merces enim laboris eximij appellāda est, quod cōtemplatione salutis certo modo ęstimari nō pōt) nos aūt loquimur in don. pura, & simplici (q̄ bene ꝑꝑ
36 ingratitudinē pōt reuocari.) † Ad secūdū uerò respōdetur aduertendū esse,ꝙ dominiū, & possessio trāslata in donatariū ex cā donationis,eo ipso,ꝙ donatarius factus fuit ingratus redijt ad nō causam,merito nō dēt obstare donatori reuocanti; quominus agere possit cōdictione sine cā ꝓ reb.retro cōsequendis sic tradit Bar.in l.si ita qs,§.ea lege,col.j.ff.de ver. ob.Alc.cōs.199.col.j.uol.6.;& est tex.in l.j. in fi.ff.de cond.sine cau.ubi cōdici pōt inqt tex. qđ uel ex nō iusta causa ad aliquē puenit, uel redit ad nō iustam causam, & ibi clarius Castr.dicit illam cōditionem competere qū aliquid datur ob causam ueram,q̄ postea reduci tur ad nō causam, ꝓut in casu nostro cōtingit ad unguē.hic ē casus in textu nostro (cui simpliciter,& breuioribus uerbis subscribit Tobias:ego uero latiorib.uti uolui pro pleniori donationis q̄ tractamus doctrina, & ornamē
37 to.) †Super quo textu cōsidera priusquam de ueniā ad notabilia Aretini dū dicit[*quæ non oīno cōparātur legatis*] fortassis hoc loco melius fieri si legeretur] *oīno nō comparantur legatis*] ut inquit Balduinus hic:nescit.n.qua in re cōparari possint legatis ꝑterq̄ in prima origine q̄ pariter proficiscitur ex liberalitate. & licet ipse nō dicat in antiquiorib. impressionib. de Tortis sic ad unguē legitur, at ipse forsan Iuniores tantū uidit,(ut Lugduni, Venetiarū,& Pandectarū) quæ negatiuam uerbo [*oīno præ*
38 *ponūt*.] †Ego sanè priorē legēdi modū uerio rē puto ea ratione,ꝙ Impator aduersatiuè sine copula præcedentib. loquitur ibi [*aliæ aūt donationes sūt quæ sine illa mortis cogitatione fiūt*]igi tur istę donat.inter uiuos aduersantur dona. cau.mor.in facto,& in iure,l.sed & si.ubi Cast. ff.de pet.hær.at supra dixit Iusti.don. cā mor. ad exēplū legatorū redactas esse per oīa,ergo bene cōuenit,ut istę donationes inter uiuos oīno nō cōparētur legatis hoc ē ī nihilū l.Grę ce,§.illud de iu.iūc. Gl.ff.de fi. qđ secus erit si præposita negatiua textū nostrū legamus nō oīno cōparantur legatis,q a sētiret in aliquo
39 eas legat s cōparari. †(nec mihi placet cōside ratio Balduini,ꝙ ambo ꝓficiscantur ex liberalitate,ꝑꝑ qđ surgit ęquiparatio,uāq; in donat.nulla subest alia cau.q̄ liberalitatis, & mu nificētię exercēdę.l.j.ff.eo.at ī legatis subest cā ꝙ a testatore fiāt, q a aliud uelle nō ꝑt morte superueniēte,l.j.iūc.Gl.C.de sacrosan.ecę.& sic nō adest mera liberalitas & ꝑꝑea cū misterio Iust.met,infra de legatis, in prin.dixit,ꝙ legatū est donatio q̄dam,ad differentiam don.hu
40 ius īter uiuos,ut ibi ꝑ gl.& Doctores.) †Septē colligit Are.ex hoc textu notabilia satis leuia circa tertiū,ꝙ donatio in scripti , & sine scriptis,fieri ꝑt,ita ꝙ scriptura nō ē de substantia. cōcordat tex.in l.in extraneos,& in l.in donationib.in fi.C.eo.& est Gl.not.in l. donatio.in uer.opportet. eo.ti. ideq; sētit alibi ī l.contrahitur,ff.de pign.quatenus limitat illum textū ī don. ultra 500.aureos in qua uult reqri scripturam,sentit enim intra dictam summā scri
41 pturam non requiri.†& hęc conclusio in don. iustificatur ex regula l. pactum, quod bona fide, C.de pact.ubi notant omnes, & semper ad hoc allegatur, prout inquit Dominus patruus meus magnus Rim. ibi, ꝙ tantum operatur conuentio, & pactum factum sine scriptura quantum si factum fuerit interuenien
42 te scriptura. †Ratioque est in promptu secūdum ipsum post Bald. quoniam scriptura regulariter non fit in huiusmodi conuētionib. nisi ad faciliorē ꝓbationē iuxta ea q̄ hēntur in d.l.contrahitur, & ꝑꝑea si alijs ꝓbationib. ipsa cōuētio ꝓbari pōt nō dēt,referre qua spē ꝓbationis res ipsa demōstretur,l. certum.ff.si
43 cer.pe.(†quib. addo , ꝙ scriptura neq; est de substātia cōtractuū,q cōsēsu cōtrahūtur,neq; ēt est de natura uerę probationis,cū ī ore duorū,uel triū stet oē uerbū, Matthei 18.credēdū est.n.uoci uiuę,non chartę,uel mēbranę insensibili,ut inqt Inn.in c.cum P.tabellio, de fi. instr.sequitur Oldr.cons.75.Bal.cons.447.circa fi.uol.5.Cor.cons.32.col.2.& cons.55.colu. 8.
44 cons.64.col.pe.uo.3. †ideo quilibet contractus,& qđlibet pactū modo consēsu contrahatur,ꝑt ita ꝓbari ꝑ testes sicut ꝑ instr.l.ī exercē dis,C.de fi.instru. c.cū Ioann. eremita. eo.tit. Gl.& alij ī d.l. pactū,Paris.cons.13. num. 73.& cons.120.nu.j.uo.j.Decia.res.64.col.2.uol.3.)
45 † hincq; Specu.in tit.de positi.§.uero.uer.itē ponit. reprobat opi.quorūdam faciētiū differētiam an positio fuerit in scriptis facta,uel sine scriptura,cū hoc iure cautū non repiatur, & tantū operatur dispositio facta sine scriptura quātū cū scriptura.d.l.pactū,ubi sequitur hoc dictū Speculatoris idē D.meus Rimi.nil mirū igitur ex ꝑdictis si donatio sine scriptura ꝓcedit,(& ita firmat hāc conclusionē Bero.cons.
46 176.nu.37.uol.j.)†circa uerò penultimū, qđ no.Are.uidelicet,ꝙ si donatarius fuerit ingratus datur licētia donanti reuocandi dona. ex quo infert, ꝙ ualet donō priusq̄ reuocetur,sētit Are.ꝙ requiritur declaratio donātis, ꝙ uelit don.reuocare,non aūt,ꝙ ipso iure reuoce
47 tur si taceat.†& hoc ostēditur dū citat Are.in l.secūda cum notatis ibi, C.đ iure emphyteut. non soluēs canonē demū cadit si dominus uelit ibi uolēti ei licere, & ibi no.Bar.Bal.Sal. & alij,maximè uerò Ias. in 5. not. latè Dec.cons.

38.col. 2. consi.146.nu.5.consil.206. colum. 2.& consi.389.nu.48.Grat.resp.55.nu. 25.uo. 1.Tiraquell.abundè in l.si umquam, uetbo reuertatur,nu.8.C.de reuoc.don.Rui.cōsi. 103.
48 in princ.nu.14.consi.153.in princ. vol.j. († & pulcre Decian.resp.4.nu.16.uol.j.subdens esse secus si emphyteuta alienet irrequisito Domino,q.ipso iure nec requiritur declaratio Domini post But.consi.22.& Ruinum in d.cōsi.
49 143.)† idē uidemus in Vasallo,qui feudo priuatur propter aliquam iustam causam,namq; intelligitur si Dominus uelit,& hoc petat, ut declarat Bal. in l.fi.in fi.C.de reuoc.don.sequitur Alex.consi.79.col.fi.uol.j.Dec. consi. 185. num.9.consil.341.colum.fi.Tiraq.loco memorato,nu.9. (Ruin.consil.2.col.2.uol.2. cōsi.70. col. 2.uol.5.Soc.iun.consil.11.col.2.uolu. 2.
50 Rol. à Val. consi.81.nu.7.uolu. 3.† Sententiaque Pricipis declaratoria requiritur, & Vasallus priuetur feudo,c.fi. quo temp.mil.ca. j.de feu.sine culpa non amitt.Bal.& Ang.quos refert Alex.consi.92.nu.22.uers.& posito,uol.6. Cur.consi.48.sub.nu.49.uer. uel possumus respondere,Iacobi. de S.Georgio de feud. uers. dictiq; uasalli,nu.9.Ceph.cōs.301.nu.126.) ex quibus hęc illatio Aretini bene comproba-
51 tur.† Sed ultra non eundo à remotis probatur hoc in d.l.fi.C.de reuoc. donat. ibi [*ex his enim tātūmodo causis si fuerint in iudicium cognitionaliter probatæ*] ex quibus patet, q donator comparere debet ad allegandum, probādumque causam ingratitudinis, & sic, quòd uelit donationem reuocare(cum iudex à se illam imaginari nō possit, nec impartiri soleat officiū suum non petitus,l.4.§.hoc autem iudicium, ff.de dam.infe.)idemque probatur in fi.tex.in uerbo.tacuit, cui conformis est tex. in c. finali de don.ubi silentium, & taciturnitas donantis operatur,ut hæredes sui non possint reuocare,quod utique secus esset si citra eius declarationem reuocatio induceretur . possent .n. petere licèt ille tacuisset(cum regulariter soleant actiones ad hæredes transire, C.ut actio
52 ab hære. l. j. cum uulgar.) †confirmatur adhuc ratione:nam ubicumque lex mandat aliquid fieri post actum perfectum, & si id non fiat,dicit actum non ualere, intelligitur non ipso iure,sed l effectu,& si sic dicatur,uel apponatur.Gl. est notab.in l.uniuersa,C.de prec.imper.offer.sequitur Bar. Cast.& Ias.latè,num. 7. Fel.in c.quoniā frequēter. uer.tu uero attende,ut li. non cōtes.idemq; Bar. & Aret.in l. 1. col.6.ff.de test.Dec. abūde in c.in nomine Domini,nu.12.de testi. Bar.in l.si quis ita quis, §.
53 ea lege col.j.ff.de uer.ob.†& post eū Ias. q dicit esse cōm.Ale. in l.j.ff.de lib.& post. & consi. 125.col.fi.uol.1.quod est repetitum,consi.53. uol. 3. Ias.in l.nemo pōt,ff.de leg. j.in ea q. an numerus septem testiū sit de forma substantiali testamenti.Bertach.in tract.de Gabel. in 3. mēbro 8.partis prin.q.24. loquens in statuto disponēte cōtractū esse nullum, gabella nō soluta intra x.dies:cōcludit.n. contractū non esse nullum ipso iure ea non soluta, sed ope tātum exceptionis,ex quo dicta Gabella post cōtractū contingit secundū Bar.in d.l.uniuersa, & cū prædictis ēt conc. Tiraq.in l.si umquam,
54 uer.reuertatur.nu.61.C.de reu. don. † sed sic est, q post donationē factā lex mandat, q donatarius sit gratus:patet,quia eum obligat ad remunerandum,l.sed & si lege.§.consuluit,ff. de pet.hered.(decet enim donatarium donatori esse fidelē,qd à fortiori probatur,nam si feudatarius recipiēs utile tantū dominium,tenetur fidelitatē pręstare,longe magis tenetur merus donatarius,qui recepit etiā directum, d.§.cōsuluit.tenetur.n.donatarius antidorali obligatione,ut ibi,Ias.in l.si non sortem, §. libertus,ff.de cond. ind.& tex.in signis,in l. si pignore,ff.de furt.ubi qui donat, sibi acquirit donatariū debitorē beneficij, cui si non satisfaciat, donatio reuocari pōt, d. l. fi.C.de reu. don.Rip.in l.in quartam,nu. 105.uer.2.q2, ff. ad leg.Fal.Ceph.consi.369.1 19.) ergo talis reuocatio intelligitur nō ipso iure sed demum
55 si uelit donator idq; dicat,& opponat.† prædictis insuper accedit,quod dicitur de emphyteuta nō soluēte,qui non expellitur nisi prius liquidato, q res sit emphyteutica, & dominus expellens,ut tradit Bal.conf. 177. ad euidentiam,col.j.uol.j.in nouis.hinc enim pariter dici potest non ante donatarium expelli, quam prius constito rem esse donatam, dominumque expellentem, ex quo manifestè colligitur declaratoriā uolūtatis donatoris super reuo-
56 catione donationis interuenire.† Postremo prædicta corroborantur, & quidem fortius, nam donatio de qua in d.l.si unquam,reuocatur ipso iure,ut tradit Bat.Bal.& Imo.& Cast. in l.Titia Seio,§.Imperator,ff.de leg.2.Barto. & Sal.in l.j.C.de inoff.don.& in l.si totas , ubi pariter Cyn.Ful.g.Aug.& Cast.eo.tit.Gl.Bart. & cęteri in d.l.si unquam.ubi Tiraq.quam plu-
57 res citat in uerbo reuertatur, nu.j.† & tamen hoc intelligitur ita demum si pater uelit,& uolūtatē suā declaret,ut fuit de mēte Baldi in l.j. col.fi.C.de inoff.don.& uoluit Alb. in dicta l.
58 si unquā,& sequitur Tiraq.nu.8.†idq; etiam pro regula tradit Bal.in l.fi.in fi. C.de reuoca. dou.q in casibus,in quib.priuatio fit ipso iure,intelligitur si dominus uelit, sequitur Ias. in l.2.nu.3. C. de iure emph.(D.meus Rim.cō fil. 389.nu.48.) ergo tanto magis in casu nostro, ubi lex non dicit donationē reuocari ipso iure,dicendū est uolūtatē donatoris requiri(sicq; tenet Decian.resp.4.nu.20.uol. j.in ca
59 su nostro.†)Quin imò requi ritur ultra snīa iudicis declaratoriam super ingratitudine donatarij,& sic, q donatarius fuerit ingratus aduersus donatorē ex tali cā, quoniam in pęnis ēt ipso iure incursis, licèt snīa priuationis nō requratur,& q pęnā inferat,requiritur tamen decla-

declaratoria, quod tale delicti fuerit cōmissū, pœna aūt sequitur à iure, ita Bar. in l. apud delatorē, ad fi. prin. ff. de iure fis. Ideóq; tradit Io. And. & Domi. in c. j. de homi. in 6. Abb. in c. uerū, ad fi. de fo. cop. latè Fel. in c. Rodulphus, in uer. sed declaratoria, nu. 25. de rescr. Dec. in c. cum non ab homine, col. fi. de iudic. Bal. & D. meus Rim. in l. si qs maior, col. fi. C. de trāl. Rui. consil. 153. col. pe. uo. j. Bal. in c. j. §. j. qb. mo. feu. ami. Card. con. 74. in discussione, col. j. per textum in c. sancimus, quo tem. mil. & idē Card. cons. 92. fauendo pupillis, col. 3. uer. itē nō est verū. Ale. cōs. 124. col. j. uol. j. Barb. cōs. 51. nu. 14. vo.
60 j. Dec. cōs. 185. n. 9. & con. 341. col. fi. † imò fortius arbitror sniam reuocatoriā donationis reqri, & sic quod iudex dicat donationē reuocādam esse, & ita eā reuocet, quia cū simus in dubio, qa non apparet expresse quomō hęc pœna reuocationis imponēda, fieri debet interpretatio, quod in ipsa imponatur, snia reuocationis requiratur. uō aūt, quod ipso iure fiat, ut est Gl. not. in c. quicūq;. in uer. innocetur, de hęr. in 6. & in c. in pœnis, de reg. iu. eo. li. plene Doctores in c. si diligenti, de fo. compe. & tradit
61 Ale. cōs. 123. col. j. uo. j. † unde iudex in snia sua debebit declarare donatariū in uitiū ingratitudinis incidisse; & ad tollendas difficultates declarare donationem fuisse, & esse reuocatam, & quatenus opus sit eam reuocare condemnando donatarium ad relaxandū libere rē sibi donatam donatori, quod diligenter notanda sunt in actu practico post Aretinū, & cæteros hic ieiune magis loquentes. † Venio ad
62 Glossas capioq; Glo. manifestauerit, quod diuido in duas partes prout dupliciter textum declarat, secūda ibi, uel præsentis tēporis. circa primā Faber, & Are. hic dicūt ad illa uerba, dabo uel donabo, suppleri debere aliqua uerba præsentis tēporis, ut promittis dare, vel donare: nam si tu dicas, dabo, uel donabo, ualet donatio uel uerò; stipulatio ex quo præcessit interrogatio, secutaq; fuit responsio, vt intra de uerobl. in prin. sed si interrogatio nulla præcessisset, nō ualeret, cū pactū non fiat per uerba de futuro, sed præsentis tātū temporis, ut inquit Gl. in 2. parte, merito ne sibi contradicat sup-
63 pleri dēt. nisi fuerit; sed tu concepta, quod allucināt Faber, & Are. super intelligentia Glossæ, quod priore sui parte non dēt intelligi de don. facta per stipulationem. probatur ibi [*ad instar stipulationis.*] ergo nō per stipulationem, cū simile nō sit idem, l. quod Nerua, ff. depos. loquitur ergo Gl. de donat. facta pacto nudo per uerba de futuro, quod dr ad instar stipulationis, cum pactū nudū loco stipulationis succedat, l. si quis argentū, §. fi. C. eo. sicq; Gl. nulla indiget suppletione, vt tradit Fortunius in l. iurisgentiū, in pri.
64 nu. 31. ff. de pact. & Silu. † Aldob. hic. † (& licèt Constan. hic nitatur saluare Fabrū, cū Gl. intelligat de pacto ad instar stipulationis facto, & id subintelligi debet interrogatio, tamen grauiter errat, & cōtra terminos, nā pactū cōsistit in nudo, & informi cōsensu duorū, uel pluriū sine aliqua solennitate uerborū & sic sine interrogatione pvia, ut sētit Alb. in d. l. iurisgentiu. §. quin imò, col. 2. ff. de pact. & plenius Iaf. in Rub. ff. de uer. ob. si. ut & And. ab Exea, lib. pactorū, nu. 269. cū seq.) † secūdo pariter errant
65 Fab. & Are. dū putant Glosā uelle posteriore parte pactū nō posse fieri pverba de futuro. cū tit. n. gl. cōtrariū illa implicatiua ēt ibi, & pactū ēt fiat per uerba præsentis tēporis, ergo & fu-
66 turi. † nam dictio etiam, implicat idem in cōtrario, l. etiā, ff. de leg. j. Bar. in l. suus quoq., col. 2. ff. de hęr. inst. Corn. cōs. 136. co. j. uo. 2. sed ultra Gl. clare pbatur hęc opi. in l. pe. C. de pac. ubi s uerba de futuro ibi [*si qs cōfessus fuerit se nō usurū priuilegio fori.*] & tamen dicitur pactū ibi [*pactus ē.*] & ibi [*sua pacta*] ato; id illa cōfessio inducit pactū, qa continet eaq; respiciebant futurū, nam confitebatur ille se non usurū priuilegio fori, ut ibi D. meus Rim. declarat & autore tacito Dec. ad idem text. in l. cū postea. C. de pac. in uerbo [*moturā*] inito ibi [*in pactū*] & in l. pacta nouissima eo. tit. in uer. [*usurā*] & tamen
67 appellat pactū. † Quin imò, ut inquit Bar. in l. tale pactū, in prin. ff. de pac. quē Fulg. sequitur ibi, & Christop. hic, licèt eū non citet Dominusque meus Vberti. Zuccardus in Rub. C. de pact. nu. 58. pactū fit sēper per uerba de futuro expressē, vel tacitē intellecta. ii. n. dico pfiteor te nō teneri, tacitē subintelligitur, quod nō petā, quod qdē est de futuro, quod tacitus intellectus utiq; foret absonus, si per uerba de futuro, pactū fieri non posset. ex qb. patet Fabr. & Are. & una cū eis Gl. in d. l. tale pactū, & in l. 5. §. stipulō, ff. de
68 uer. ob. quod idē sētit, male loq. † in Gl. uendōnis, in pri. col. igitur conclusio, quod uenditor non tenetur pcise tradere, sed liberatur pstando itē resse per tex. in l. j. ff. de ac. emp. ubi concordat l. ex empto, §. etiam, uer. idem ait. e. tit. de quo Venditor an teneatur præcise rem tradere.
69 se temittit Are. hic, † alibi uero Gl. distinguit in §. ptiū], de emp. & uend. quod uēditor tenetur pcise tradere, si eam habet, alias liberetur pstādo interesse. quod Gl. meliorem de corpore iuris appellat Are. ibi, & eius opin. dicit equiorem Gl. in d. l. j. eamq; sequitur ibi Bar. Bald. Cast. & Ful. Bar. in l. stipulōnes no diuidūtur, in 8. q. ff. de uet. ob. & post eū Rom. nu. 58. Alex. nu. 30.
70 Iaf. nu. 35. Claud. Aqueu. nu. 40. Rui. nu. 30. † quod dicunt esse comm. Idemq; dicit Ale. in l. certi condō, ff. si cer. pe. nu. 12. Dec. nu. 11. Castr. in l. si tradō, C. de act. emp. Iaf. in l. quotiens, nu. 34. C. de rei uend. Fel. post Imo. in c. cū Ioannu. nu. 35. de fi. instru. Boer. Decis. 48. co. j. Pet. Andt. Gamm. in trac. de pm. nu. 29. Fab. de mōte
71 in trac. de emp. & uend. in 6. q. prin. nu. 38. † ubicitat infinitos, & dicit hanc esse uerā, & cōm. opi. (quibus addi possūt Aret. noster in §. actionū aūt, nu. 14. Iust. de ac. Soc. consi. 16. nu. 26. no. 4. Aff. ic. & alij in c. j. §. si facta, si de feu. iner. contro. Cepli. consi. 407. nu. 39. Thobias hic

hic idem firmans sub nu. 4. & multis autorita
tibus exornans Arius Pinel.iur.consul.Egre-
gius in l.j.3.parte,sub nu.25. C. de bon.mat.
72 ubi me hoc loco nominat.)† fundatur ista cõ
clusio ratione Bartoli in d.l.j.& in d.l.stipula-
tione, hæc.n.obligatio, qua tenetur uẽditor
participat de natura obligõnis dandi, & obli
gationis faciendi: cum enim rem tradit, &
est dominus, facit rẽ accipientis, & in hoc sen
tit de obligationibus dandi: si uero nõ est do
minus transfert usucapiendi conditionem,
l.ex empto, in prin.& ibi not.ff.de act. emp. e-
ligitur ergo media via in tali obligatione par
ticipia, (ut utar uerbo Bartoli,) quòd si rem
habet cogatur præcise tradere ad instar obli
gationis dandi, si uero eam non habet libere
tur soluendo interesse ad instar obligationis
faciendi, hancque rationem præter Doctores
supra citatos seqtur Christophorus Porcius
73 in d.§.pretium, circa fi. †sed quoniã de illius
ueritate Soc.& Dec.in d. l.certi cõdõ, Alc.in l.
unica, C.de sent.quę pro eo, ꝙ inter.laté disse
runt, & ob id dubitabilis redditur, merito sup
ea non immorabor, ut citius ad donationis
74 tractatum redire possim. † Secundo igitur
citatur tex.in l.2.ff. de his quis sũt sui uel alie.
iur.ubi dominus serui ꝑꝑ eius sęuitiam cogi
tur eũ uẽdere, ergo uidetur, ꝙ teneatur illum
ꝑcise tradere, alias remediũ illud esse uanum,
nec ibi specialitas ulla cõsideratur respũ tradi
tionis, sed ꝙ inuitus cogatur uendere, l. nec
emere, C.de iure delib.& ita Dec.inducit ĩ d.l.
75 certi condictio.† Ego uero specialitaté quo
que respectu traditionis perpẽdo, dum dicit
tex. [*uenire iube ita ut in potestatem domini non re-
uertantur*.] poterant enim stare simul, quòd co
geretur inuitus seruum uendere, & ꝙ præcise
non teneretur illum tradere, sed liberaretur
76 præstando interesse. † (cum electio duorum
soleat esse debitoris, l.plerumque, ff. de iure
dot. & alterum facere seu adimplere sufficit,
l.si is qui 200. §.utrum, ff.de reb.dub.l.si quis
ita, in fi.ff.de uerb.obl. Bero.cõs.121.nu.5.uo
lum.1.) nec ob id remedium uanum dici po-
77 tuisset, †cum interesse plerũq; ualoré rei tran
scendat, l.j.in fi.princ. ff.de act.emp. sic enim
illud præstando satis punitus esset in sua sęui
tia, sed ut potius seruo consulatur, uoluit eũ
omnino tradi, unde illa pręcisa traditio spe-
ciali fauore serui eo casu cõstituta est, & sic re
spũ rei uenditę nõ aũt respũ uẽditoris, quare
78 text. ille nõ me multũ mouet. †Quin imò cõ-
tra hanc communem opi. ualde stringit text.
in l.si iactum, ff. de act. emp. ubi uenditor, q
cepit pisces, nõ cogitur illos tradere, & tñ il-
los tradere potuisset, & ꝑ illũ textũ Cumanus
tenet cõtra cõem in d.l.stipulationes, & Alc.ĩ
d.l.unica, tollẽdo solutiones doctorum ad il-
79 lũ textũ, prout infra dicetur. †sed ultra illum
textũ accedit alius in l.si traditio. C. de actio.
emp.ubi si traditio rei uẽditę procacia uendi
toris nõ fiat idest cõtumacia, & superbia sua
quia rem hẽt, & non uult tradere, ut Gl.& O-
dofr.exponit, subdit tex. quanti interest eum
condemnari. hẽbat igitur ibi uenditor facul
tatem rei tradendæ, & tamen non præcise co-
gitur ad tradendũ, sed liberatur præstando in
80 teresse. †Tertio stringit text.in l. contractus
uer.adeo.C.de fi.instru. prout eũ Rom. indũ-
cit in d.l.stipulationes.dicit enim text.ꝙ pre-
tio statuto uenditori necessitas imponitur
uenditionem perficere, & sic ꝑ sequelã tradi
tionis, uel qđ emptoris interest persoluere: cũ
enim text. ille referat hanc orationem alter-
natiuam ad personam uenditoris, cõsequens
est, ut eius electio sit, d.l. plerũq;, ad fi. ff. de iu
re dot.& per cõsequens, ꝙ præcise tradere nõ
81 teneatur. †Tertia fuit Hos.op. in c.cũ Ioãnes.
de fi.instru.in Gl.j. ꝙ de iure ciuili uenditor ꝑ
cise nõ teneatur tradere, sed sufficiat interes-
se ꝑstare. Scđm uerò Canones ꝑcise teneatur
ad traditioné, q̃ opinioné tenet Galu. Doctor
Bonon.in trac.de differ. legũ, & Cano. nu.78.
& Hiero.Zaneti.in trac.de differ.iur.ciu. & ca
82 no.nu.316. †Nihilominus adhuc mihi magis
placet cõis opi. de qua supra nõ distinguẽdo
aliter ius ciuile, & Canonicũ, (qa nõ dẽt inter
ea differentia cõstitui nisi quatenus reperitur
expressa, c.cũ expediat, de elec.li.6. l.j.C. de i-
noff.dot. & utrobique no.& tradit Prosdoci-
mus de Comitib. ĩ trac.de diffe.inter ius ciu.
& Cano.in prin.moueor) primo ea rõne, nam
donator indubitãter ꝑcise cõpellitur rẽ trade
re, si eã hẽat.tex.est in c.j.§.si facta, si de feu.cõ
tẽ.fit ĩter do.& agna.Vas.ubi dominus cõpel-
litur feudũ tradere, nec liberatur ꝑstando in-
teresse, & per illũ textũ no.Gl.in c.j.in pri. si đ
83 inuest.feu.cer.cõtro.† Qđ feudũ saltẽ large do
nationẽ esse palam ẽ, cũ sit beneficiũ quoddã
uel actio beniuola tribuens gaudiũ capiẽtib.
84 c.1.in fi.in qb.cau.amit.feu.† (& diffinitio feu
di est, quòd sit beneficiũ ex liberalitate proue
niens, ut ꝑ Host.in sũma de feud.& per Bal.&
alios, & Ias.in ꝑlud.feud.Decia.resp.45.nu.11.
uol.1.qđ cõuenit donationi, l.j.ff.eo.ĩ uerbo li
beralitaté, & l.hoc iure. §.nõ ꝑt liberalitas. i.
donatio, scđm Gl.eo.tit.) Sed ultra clare ꝓba-
tur hic ibi, [*& traditionis necessitas incũbat donato
85 ri.*] †uerbo namq; necessitatis intelligitur de
ꝑcisa.l.obligamur, §.necessitate, ff.de actio.&
ob.(hinc uidemus tpe necessitatis licitũ fura-
ri quando tanta subest necessitas, ꝙ qs aliter
sibi subuenire nõ ꝑt.Gl.Abb.& Ana.in c.3.de
furt.Cagn.in l.q̃ ꝑꝑ necessitatem, nu.5.ff.de
reg.iu.& sic quando ꝑcisa est, ut ĩ alio casu po
nit Ceph. cõs.451. nu. 305.) tantoque magis
(hoc in casu nostro) dici dẽt, quoniam tex.in
l.si qs argentũ, §.fi.C.eo.dicit, [*& necessitatem
86 hẽat donator oĩmodo rẽs tradere.*] illa namque di-
ctio oĩmodo, pręcise significat quod intendit,
l.si possessor, in prin.ff.de pet.hęr.& supra đ tu
tel.in fi. ꝑ quæ iura sic tradit Alb.in dictiona-
rio

rio suo.Sal.in l.2.col.3.C.de iure emph.(Ias. in l.si quis in conscribendo, nu. 6.C.de pact.
87 † & in l.quod te.ff.si cer.pet.dicens, φ significat indistinctè, & ex omni parte, & præcisam adæquationem,ut habetur in Cle.1.de fo.cõpet.& per Fel.in c.auditis,col.4.de præscr.Decian.respon.5.nu.54.uol.1.unde Gerard.Mazollus,cõs.30.nu.10.post Bal.in Rubr.de consti.col.j.& in l.si causam, col.2.C.de exec.rei iud.exponit dictionem præcise idest omnimodo,& indistinctè quòd ambæ sint sinonimæ,&cum prædictis etiam concordat Ruin. cons.133.nu.8.uol.2.Rol.à Valle, cons.61.nu
88 me.38.uol.3.† nec sanè mirum cum talis dictio omnimodo,sit geminata quæ habet latissimum significatum iuxta Gl. ordinariam in Cle.1.uers.omnimodam, de fo. comp.Angel. in l.Imperium,ff.de iu. om.iu.& ex no.p Ang. Rom.in l.si duo,ff.de acq.hæred.& in l.qui bo
89 na,§.qui damni, ff. de dam. infe.† ubi stante statuto, quòd iuramentum facit probationē omnimodam,excluditur probatio in contrarium,quia perinde est si dixisset plenissimā probationem, sequitur Rol.à Val.cõs.76.nu. 34.uolu.3.quare, ut domum redeam eo,unde digressus fui) si donator tenetur præcise rem tradere quando habet facultatē tradēdi,mul-
90 to fortius & uenditor teneri debet, † cūminus soleat sibi subueniri quam donatori, qđ inde patet,nam venditor tenetur regulariter de euictione, l.j.ff. de euict.donator secus, ut infra dicetur .rursusque uēditor non deducit ne egeat,donator secus,l.inter eos,§. 1.ff. de
91 re iud.†secunda quoque accedit ratio,nam si aliter diceremus sequeretur ,quòd uenditor posset pœnitere circa traditionem rei nec ob id conueniri posset ad interesse ubicumq; emptoris interesset , sicque fieret elusoria l.sicut, C.de actio. & obl. quod minimè dicendū
92 est. † Tertio cõfirmatur hæc cõclusio per tex. in l.si quis alienā,ff.de act.emp.ubi si quis alienam rem uendiderit, & medio tēpore,hoc est post uenditionem,ante tamen traditionē hæres domino rei extiterit, cogetur implere venditionē,hoc est rē tradere,ut inquit Glo. nec excusatur pp nouū dominium,ergo nec si uelit interesse præstare,alioquin frustra diceretur ibi,φ medio tpe dominiū suscepisset , ut inquit Christophorus in d. §.pretium, igitur præcise tenetur rem tradere quia eam habet.
93 † Quarto corroboratur ex l.si cum fundū , ff. de contr.emp.ubi actio ex empto competit non ut uenditor uacuam possessionē tradat cum multis modis accidere poterit,ne tradere posit, igitur à cõtrario sensu,([*qui uidet, & admittitur*] in l.1.ff.de offi.eius,& ibi no.omnes lateq; dixi,) ubi tradere potest, actio bene competit,ut uenditor tradat, & sic præcise
221 dens cauſam lucratiuam,† ſed temperamen
ta ſupra deducta loquũtur affirmatiuè, quòd
ſicut in illis emptor agit de euictione pariter
& donatarius agere poſſit in illis caſib. licet
culpa ſua res euicta fuerit, quod argumentũ
non procedit à maiori ad minus in diuerſis
perſonis,ut ſi diceremus,Rex poteſt expugna
re Caſtrũ,ergo & priuatus: emptor enim po-
teſt in illis caſibus agere de euictione qui tra
ctat de damno,at donatarius non poteſt,quia
222 tractat de lucro.† ſicut in ſimili uidemus , ꝙ
inuentario confecto per hæredem , nõ poteſt
ultra uires hæreditatis à creditoribus mole-
ſtari, ſed legatarij ſic,quia primo caſu tractat
hæres de damno , ſecundo uerò legatarij de
lucro, l.fi.§.ſin uerò creditores , C. de iure de
lib.non enim par eademque ratio uidetur a-
Donatio quādo incœpta à promiſſione an donans teneatur de euictione.
mittere debita,& lucra non capere, l. fi.§.pe-
nult. C.de codicill. unde declaratio de qua ſu
pra ſine prædictis temperamentis debet pro
223 cedere.) † Tertio ex eadem gloſſa notandũ
eſt , quòd ubi donatio incepit à promiſſione
donator tenetur de euictione.Idem gl.Bart.
& cęteri communiter tradũt in dicta l. Ariſto.
§.fi.ubi Conſtan.Roger.plures caſus conſide
rat.Probatur in primis arguendo de dote ad
donationem per text.in l. j.C. de iure dot.iux
ta primum intellectum glo. ſecundę, quẽ Cy.
Bartol.& Bald.ſequuntur ibi & gl.hic.ſi enim
dos incipit à promiſſione uenit euictio,ergo
& in donatione.Secundo probatur in l.vbi au
tem non apparet,in fine,ff.de uerborum obli
gatio. ubi ſtipulatio de dando fundum con-
tinet, ut dominium fiat omnino ſtipulantis ,
& ſic , quòd promiſſor teneatur de euictione
argumentum tex.in l.qui concubinam, §.ſi hę
224 res,ff.de leg.3.† cum enim textus ille ſic ge-
neraliter loquatur poteſt intelligi etiã de pro
miſſione à ſciente facta ſine cauſa quæ dona-
tio dicitur , l.Campanus ,ff.de ope. lib.gl.ma
gna in l.qui cum alio, ff.de regulis iuris.An-
gel.Imo.& Alexan.& in l.à Titio, colum. 2.ff.
225 de uerborum obligat. † Tertio probatur ex
Azonis ratione quam refert Cyn.in dicta l. 1.
nam quando donatio incipit à promiſſione ,
tunc donator habet animum ſe obligandi ,
(quod etiam probatur in l.ſi quis argentum,
§. finali,C. eodem,ibi [*hoc quod donare æſtima-*
226 *uerit* ,] & ibi [*ſuum propoſitum defraudare.*] † ne
moque æſtimandus eſt dixiſſe , quod non mẽ
te agitauerit,l.Labeo,§. idẽ Tubero.ff.de ſup.
lega . nullumque magis eſt mentis noſtræ te
ſtimonium , quàm qualitas inſpecta uerbo-
227 rum, Bald.in capitu. j. de teſti. † Et ex loque
la hominis animus eius indicatur,Bald.in l.
ſed & reprobari,in principio,ff. de excuſ. tut.
Rolandus à Valle,conſi.61.num.7.uolum. 2.
de contractu loquens,& ego duobus exẽplis
Socratis , & Diogenis exornaui,conſi.52.uo-
228 lum.2.† nunc addens , quòd uerba cum effe
ctu ſunt intelligenda,l.placet , §.differentia ,
ff.ne quis eum qui in ius uoc.l. j.§.hæc autem
uerba , ff.quod quiſ. iur.l.2. C.commu. de lę-
ga.Crott.conſ.411.num.16.Hiero.Gig.conſ.
159. num. 3.& multis exornat Natta, conſil.
468.num. 7.& 8.) merito ſi donator promit
tens rem non fecit accipientis,tenetur quaſi
229 nec datum ſit,d.§.ſi hęres.† Quarto moueor
& alia ratione , quia ſicut in uenditione ue-
niunt acceſſiones,l.emptorem,§.ſi quis rem ,
ff.de act.emp.l.euicta re , in princ. ff.de euict.
ita & in donatione, l.Neſennius , §.j. ff.de re
iudic.ſicut ergo primo caſu datur acto de eui
ctione , l. 1. ff. de euict.ita & ſecundo dari de
230 bet. † Contrariam tamen partem tenuit gl.
final.in l. Iulianus, §.qui fundum,ff.de uerbo.
oblig.Iacob.de Are.& Alberic.in d.l.j.C.de iu
re dot.Cuman.in d.l. Ariſto.in fi. Fulg.in l. ad
res donatas , ff. de ędil.edic.& in l.ſi tibi, §.pa
ctum,ff.de pact.Bartol.in l.ſi id quod aurum ,
in prima oppo,ff.de uerb. ob . Manſuerius in
practica ſua, ſub hoc tit.de donat.num. 7.ubi
ponit regulam negatiuam non diſtinguens
an donatio cęperit à traditione, uel promiſ-
ſione,excipitq; duos caſus, inter quos hũc nõ
ennumerat, ideq; ſentit Ripa l.3.reſp.cap.18.
nu.2.

num. 5. excipiendo dolum, & promissionem de euictione, sed clare præter alios firmat Io.
231 Faber hic. † mouetur ex dicta l. Aristo. in fi. & ex dicta l. ad res donatas. quæ dicunt donatorem non teneri de euictione nec fine diuinatione restringi possunt ad donationē quæ cęperit à traditione (propterea debent indistincte procedere, l. si uerò, §. de uito, ff. so lu. matrim. l. j. §. & generaliter, ff. de legat. præstand. l. de pretio, ff. de publi. in rem act.)
232 † Secundo per text. in dicto §. qui fundum, ubi donatio cępit à præcedenti conuentione & tamen subdit, traditione protinus reum liberari, sicque de euictione non teneri. sed hæc duo me parum mouent à communi Doctorum sententia, namque ad primum dico, quòd illa iura loquuntur casu quo donatio cępit à traditione quatenus loquuntur de re mihi donata (ergo mihi ab initio tradita, l. Senatus, §. j. ff. eod. ubi donatio dicitur quasi doni datio. Secundò quia dicitur in dicta l. Aristo. nullam contra donatorem mihi actionem competere. appellat enim donatorem
233 non autem promissorem donationis. † Secundum uerò de reo loquitur, hoc est de promissore qui tradēdo Titio adiecto liberatur, sed ille promissor Titio non donabat, sed qui ab eo fuerat stipulatus, qui numquid de euictione teneatur textus non declarat. Tertio quoq; pro hac parte mouebatur Iac. de Are. quem refert. Cyn. & Alber. in d. l. j. C. de iure
234 dot. ea ratione, †nā in donatione quæ à traditione cępit principium, secundum ordinē intellectus præcedit conuentio, aliàs esset nuda traditio quæ dominium non transfert, l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. dom. idemque tradit etiam Cristophorus, hic, colum. 2. licèt prædictos non alleget, sicut igitur eo casu donator de euictione non tenetur, ita nec
235 isto teneri debet. † Sed hæc ratio non placet Baldo in dicta l. j. atque præter ipsum manifestè conuincitur, nam licet donator ante traditionē proponat in animo donare, id tamen suum propositum cum non fuerit cum donatario communicatum, sed in mente sua tantum retentum, non est conuentio, quæ simultaneum plurium, consensum desiderat, l. j. §. conuentionis, ff. de pact. ergo corruit fundamentum Iacobi de Are. [*tantoque magis.*]
236 † quòd propositum in mente retentum nihil releuat ad operatur l. si repetendi, & ibi not. C. de condit. ob cau. unde uidemus à fortiori, quòd in ultimis uolūtatibus quæ latius interpretantur, l. in testamentis, ff. de regulis iuris, non sufficit dicere testatorem tale quid in mente cogitasse nisi transfuerit ad dispositionem quoquo modo, l. quidam cum filium, ubi Bald. & Imo. ff. de hæredi. institu. Soc. iun. consf. 11 1. num. 28. uolum. j. & ego di
237 xi, consil. 42. nu. 120. † ergo pariter in materia donationis quæ stricti iuris est, l. eum qui. ff. eod. idem dici debet.) Quarto pro hac parte Fulg. in dicta l. ad res donatas, adducit, textum in l. quæ de legato, iuncta l. præcedenti in fi. ff. de legat. j. ubi dicta de legato in specie relicto, quòd non debeatur euictio, locum habent in eo qui Stichū dare promiserit. quæ uerba sic indistinctè prolata possunt intelligi
238 etiam ex causa donationis. † Et hic sensus est melior ad illum textum quam exponere uerbum dare, pro tradere, prout glo. & Doctores ibidem faciunt, & Veronens. in dicta l. ad res donatas, colu. 3. quod manifeste destruit textum, & litteram uiolat, ut Petr. & Cuman.
239 dicunt. † (Et præter eos confirmatur, nam dare, importat dominium transferre, l. ubi autem non apparet, §. fi. ff. de uerborum obligatio. §. sic itque. infra de acti. tradere uero uerificari potest etiam citra translationem dominij, l. traditio. ff. de acquir. rerum
240 domin. † Sed & ille facile declinari potest, nam in l. præcedenti ubi de legato loquitur Pomponius non disputat an hæres de euictione teneatur, sed an promittere debeat seruum legatum furtis, & noxijs esse solutum, (quod uitium in seruo quoque proprio ad esse potest) concludens in legato generis hæredem ad id teneri, secus in legato speciei. Quatenus ergo subdit, quæ de legato dicta sunt eadem repetenda in eo qui Stichum uel hominem dare promiserit, sensus est, ut eadem distinctio seruanda sit in deciden do numquid promissor debeat promittere talem hominem esse furtis, & noxijs solutum, ut si promiserit in genere, id promittere teneatur, si in specie secus, non autem de promissione euictionis quicquam uoluit dicere, atque ob id ad rem nostram non facit. Sic illum textum subtiliter interpretatur Cuman. ibi, & est mera ueritas, licet Ias. dicat, quòd nihil congruum Cumman. uidetur afferre, atque ob id transit cum expositione Glo. & communi de uerbo dare pro tradere, sed allucinatur, ut patet, cum sensus Cumani litteræ multum conue-
241 niat. † Putarem tamen hanc partem contra communem sustineri posse alijs fundamentis, & primo quidem duabus rationibus de quibus supra, numero 150. & 155. quæ sine dubio conueniunt etiam donationi, quæ à conuentione principium capit, ut facile possumus intueri, secundo, quia in quæstione nostra duo concurrunt principiū quod est promissio ex causa donationis, finis qui est traditio, sed attento secundo donator non tenetur de euictione, ergo nec
242 attento primo. † Quia idem iudicamus de principio, quod de descendentibus ab eo, ut in pulchra quæstione dicunt Castrens. & Alexand. quos refert Ias. in l. maritus, colum. j. in fine C. de procurat. (ubi recepta emphyteusi pro se, & liberis suis ex

linea masculina descendentibus, & mortuo emphyteuta relicta sola filia ipsa excluditur, quia ipsa est principium lineæ fęminineę, unde sicut descendentes ab ea remouentur, sic & ipsa, quoniam idē de principio iudicamus, qđ de descendentibus ab eo. sic igitur & in casu nostro, si propter traditionem quæ descendit à promissione non debetur euictio, pari modo nec propter promissionem deberi de-
243 bet principium traditionis. † nec istam rationem bene diuellit Constant. dicens in q. Iasonis, filiam excludi non ex uirtute descendēris, sed ex alia, quia est de linea masculina, nā ꝗ ipsa filia sit de linea masculina procedit respectu sui patris, nā ipsa dicitur esse ex linea patris, uel ex parte patris, ut post Bart. ponit Cur. iun. consi. 5. nu. 24. & Cephal. consi. 591.
244 in princip. † sed ipsa filia per se considerata secus est, quoniam per eam ueluti fęminuam rumpitur linea paterna, & ab ea incipit origo cognationis, & sic linea fęminina, l. iurisconsultus, §. cognationis origo, ff. de gradi.
245 † unde substitutio reciproca facta inter descendentes ex linea, uel lineis fęmininis, pariter facta censetur inter ipsas testatoris filias, quæ sunt linearum principium, & de quibus idem iudicamus, quod de ipsis lineis, l. nō eo minus, C. de hæred. instit. l. familiæ, in princip. ff. de uerbor. signific. Alex. cons. 53. colum. 2. uolum. 3. Ias. in l. Gallus, §. nunc de lege. col. j. ff. de liber. & posth. Cur. iun. consi. 154. nu. 13. consil. 172. num. 5. Cephal. consil. 430. num. 9.
246 † Et quod subdit Constant. sequeretur si filius fęminam procreasset, quòd admittendus non esset, quod est falsum, dico secus esse in eo casu, quia filius caput est lineæ masculinæ, non autem fęmininæ, ut est filia, & ob id ille secum trahit suos descendentes, non autē trahitur ab eis, & ita cessant quæ dicit Thob.
247 † Quin imò redeundo ad casum nostrum,) ubi quid ordinatur ad aliquem finem debet regulari secundum naturam ipsius finis, ut
248 tradit Crau. conf. 137. ad fi. † (& ideo finis intentionis inspiciēdus est, quia omnis agēs agit propter finem, ut inquit Aristo. in primo posteriorum, textu 5, quem sequitur Bal. in l. eamquam, C. de fideicom. & in l. si pater, C. de hæredit. instit. Bar. in l. properandum, §. j. C. de indic. & in l. si is qui animo, ff. de acq. possess. Decia. respon. 4. num. 32. uolum. 3.) sed promissio ex causa donationis ordinatur ad finem traditionis, (& talis esse creditur donatoris intentio) ergo debet regulari secundum naturam traditionis, quæ est, ut donator non teneatur de euictione.
249 † Et tenendo hanc partem non obstant contraria, & primo dicta lex prima, C. de iure dot. quia debet intelligi secundum ultimum intellectum Glo. quem sequitur Iacob. de Are. & Salycet, quòd illa promissio fuit interposita super euictione, non autem super dote, hicque sensus confirmatur, nam textus loquitur de re euicta, quæ fuerat in dote data. dum ergo subdit quòd promissio fuit interposita nō potest intelligi de dote danda, uel tradenda, ut primo dicit glo. cum textus iam dicat fuisse datam, quare necessario debet intelligi de promissione de euictione præstanda, ut postremo Glo. interpretatur, (& ita quoque superius intellexi, nu. 184. & me tacito cōfirmat Constant.
250 hic.) † Tantoque magis hic intellectus est tenendus, quòd ultimo loco per Glo. reperitur positus unde censetur in dubio per eam receptus, l. si idem cum eodem, §. fi. & ibi nota, Bald. Angel. Ias. & cæteri, ff. de iurisd. omni. iud. (Cephal. conf. 278. num. 12. Bero. consil. 93. num. 27. uol. 1. Decian. respon. 44. nume. 28. uol num. 3. qui loquitur in terminis Glossæ ponentis ultimo loco aliquam opin. quòd censeatur approbata per eam. Idemque uoluit Bartol. per illum tex. in l. bona fides, ff. depos. Bald. in auct. ex testamento, C. de coll. Ang. Aret. in §. pretium. Inst. de empt. & uen-
251 dit. Crott. consi. 137. num. 2.) † Secundo respondetur, quòd ille textus loquitur de dote quæ continet causam onerosam, l. pro oneribus, C. eod. tit. l. ex promissione, ff. de act. & obl. nos autem loquimur de donatione, quæ continet causam lucratiuam, §. si res aliena. infra de lega. merito de uno ad aliud non ualet argumentum, ita Salycet. ibi & Fulg. in d. l. res donatas (quibus & me tacitis, idem ponit Constant. hic dicens tantum, quòd melior est præcedens solutio considerando totā legem, quod nihil est: cum licèt illa sit bona, ta-
252 men nec ista sit contemnenda.) † Ad text. in l. ubi autem non apparet, in fine, ff. de uerborum obligat. respondet hic Faber, quòd procedit in stipulatione ex causa onerosa, secus in lucratiua, de qua in quæstione nostra
253 agitur. † Hæcque solutio confirmatur quoniam cum textus ille simpliciter loquatur nō debet in dubio præsumi titulus lucratiuus ꝑ regulam leg. cum de indebito, §. finali, ff. de
254 probat. † imo potius in dubio præsumitur stultitia, quam donatio, uel similis titulus lucratiuus, ut tradit Bald. in l. generaliter, C. de non numer. pecun. Ias. in l. si à substituto,
255 ff. de legat. primo. † (& error potius præsumitur quam donatio. Glo. in dicta l. generaliter, & Angel. in 3. opposit. Dec. consi. 350. colum. 1. consi. 571. num. 3. consil. 644. colum. 1. Cra. consi. 74. num. 14. consi. 142. nu. 26. consil. 192. num. 7. cum similibus per Rolandū à
256 à Valle, con. 64. nu. 13. 14. uol. 4.) † uel & secundo si nolumus à generalitate uerborum recedere, intelligo illum textum, quod omnino res fieri debet stipulātis, idest quod promissor tenetur præcise, nec liberatur præstando interesse, prout sic cum Glo. Bartol. & omnes intelligunt, imo semper ad hoc allegatur ut inquit Castrens. an autem de euictio-
ne

ne teneatur, hic ille textus non intendit determinare sicque ad rem nostram non facit, (& hanc solutionem, & intelligentiam ad illum textum sequitur ad unguem Thobias me nõ
257 referens.) † Ad rationem Azonis dico, ꝙ ille animus obligãdi eum ad traditionem sit ordinatus durat usque ad traditionem exclusiue, & per eam tollitur obligatio illa, per regulam textus, infra quibus mod. tol. oblig. in princ. (unde si traditio liberat animum donantis ab illo uinculo quo tenebatur tradendi, non debet eadem traditio nouam obligationem donantis inducere, quòd de euictio-
258 ne teneatur. † inducta namque ad diminutionem non debent operari augmentum, l. legata inutiliter, & ibi Bartol. ff. de adi. lega.) &
259 licèt † tradens ex causa promissionis donãdi perseuerare præsumatur in eadem uoluntate, c. maiores. de baptis. Roma. consil. 295. in fi. Dec. in l. si ego, num. 3. ff. si cer. pet. hæc tamen uoluntas non est ordinata ad hoc, ut de
260 euictione donãs teneatur, (propterea ꝙ præter eius intentionem non debet ad eam teneri, l. non omnis, ff. si certum petatur, l. multũ interest. C. si quis alt. uel sibi, capi. cum super Abbatia, de offi. de leg. Bero. consi. 21. nu. 36.
261 uol. 2.) † Ad aliam rationem dico non ualere argumentum de uenditione ad donationẽ nam primo casu ueniunt accessiones passim licèt res nondum sit tradita, l. id quod, ff. de peric. & commo. rei uend. §. cum autem. in fi. in-
262 fra de empt. & uendit. † Secundo casu secus nisi post litem contestatam, l. in ędibus, §. 1. ubi Glo. Bartol. Ang. Imo. Rom. & alij in l. cum de donatione, ff. eod. tradit Alex. in l. Nesennius, §. j. nu. 4. ff. de rei ud. Grat. qui dicit esse
263 commu. nu. 8. uol. j. † (nec utrum est, ut putat Cõstant. ꝙ ego dixerim in uenditione uenire accessiones respectu fructuum, cum iura quæ citaui de alluuione loquantur, sicque de dominio, §. præterea. Inst. de rer. diu. unde debuit intelligi secũdum leges à me citatas iuxta Doct. Bartoli uulgatam, in l. non solum, §. liberationis uerbo, ff. de lib. leg. & non ali-
264 ter. † Nec quod Constant. subiũgit mihi uenit ascribendum, ꝙ etsi donatio, & uenditio sint in aliquo casu æquiparatæ, non sequitur, quòd & in alijs, id enim non dixi nec dicere cogitaui. Imò uero negando ualere argumẽtum de uenditione ad donationem, negare
265 uolui earum æquiparationem, † quia negatio destruit omne quod sibi obstat, unde dicitur, quòd negatiua de proprietate sermonis; & non ex interpretatione equipollet uniuersali, ut inquit Fulg. in l. iurisgen. §. sed si fraudandi, per Glo. ibi, ff. de pact. Natta, consi. 469.
266 nu. 14. † & negatiua dispositio nõ adimpletur in primo actu, sed trahitur ad infinitũ, gl. in l. hoc genus, ff. de cond. & de. quã sequũtur ibi Cum. Imo. Cast. & alij. ponit Oldr. cõs. 16. Thema tale est. Gramma. Decis. 102. num. 83.)

267 Retenta tamẽ cõi. † eam limita nõ procedere in donatione facta per libertum in fraudẽ patroni: licèt enim patronus eam reuocet, tamen donatarius non habet actionem de euictione contra libertum, posito ꝙ donatio ceperit à promissione. casus est singularis secundum unum intellectum Gl. quem Bartol. Angel. Castr. Imo. cæteriq; sequuntur in l. qui res, §. j. ff. de soluti. & Roma. in d. l. Aristo, §. fi. inferens idem esse in patre reuocante alienata titulo donationis per filium in eius frau-
268 dem, ut ibi per eum. † (Ratioque prædictę limitationis esse potest, quia cũ donatio prædicta reuocetur per patronum seu patrem, l. j. ff. si quid in frau. patr. ibi [*ut enim modo reuocatur*] tale remedium redderetur superfluũ contra l. hæc stipulatio, §. diuus, ff. ut leg. no. ca. si concederetur euictio, q a loco rei donatarius
269 consequeretur ęstimationem.) † Secundo limita non procedere in donatione facta inter patrem, & filium in potestate: cũ enim promissio non fuerit obligatoria, nec de iure ualida, non debetur euictio, ita Bal. in l. 2. C. de inoff. don. & in auct. ex testamento, col. 2. C. de coll. sequitur Roma. in d. §. fi. & Ale. in add. Bart. And. Sicul. in l. j. C. de iure dot. in addit. Bal. (Gaspar Cabalinus in tractat. de euict. §. 4. nu. 6. citans insuper Ias. in §. fuerat, nu. 35.
270 infra de act. † qui licèt subiungat super dicta limitatione amplius deliberandum censere, mihi tamen parum dubitationis habere ui detur: quoniam cum nascatur euictio ex obligatione contractus præambuli, l. ex empto, in princip. ff. de act. emp. ibi [*rem præstare uenditorem oportet*] quod uerbum necessitatis est, & obligationis. l. j. cum ibi not. ff. de iust. & iu. iuncto ibi [*euictionis nomine uenditorem obligat*] unde cum in donatione prædicta patris facta filio in potestate non cadat obligatio, nec in
271 de sequi potest euictionis actio,) † quia cessante causa cessat effectus, capit. cum cessante, de appell. Tiraquellus in tracta. suo ces-
272 san. causa, in princip. cum similibus.) † Tertio limita quando donator promisit tradere non dare, ut post Bartol. not. Castrens. Aret. Alexand. & Ias. in d. l. si à substituto, §. fi. cum l. sequenti, ff. de leg. j. quod tamen in eo textu non probatur, ut superius ostendi,
273 nu. 240. † (sed hac ratione melius suaderi potest, nam quando quis dare promisit rem ex causa donationis, quia de natura donationis est, ut transferatur dominium, cum donatio dicatur doni datio l. Senatus, §. j. ff. eo. tunc debetur euictio si res facta non fuit accipiẽtis, si uerò promisit tradere, cum tali casu recessum fuerit à natura donationis, non
274 debetur euictio. † Quòd si dicatur naturalia contractus pacto conuento mutari nõ posse. l. pacta cõuẽta, ff. de cõtra. emp. & ꝙ naturalia sunt mutari non solent, l. tutelas. ubi Bartol. ff. de cap. dim. §. sed naturalia, ins. de iure nat.

Et de leg.agna.tut.in fi.Cephal.consil.431.nu
275 mero 49.†Respondeo secundum distinctionem notabilem Zasij, li.1.respon.cap.12. quædam esse naturalia, quæ per naturam cohęrēt & ex uisceribus cōtractuum sumpta quasi intrinseca qualitate insunt, quæ forte rectè duxerimus uirtutem esse à propria contractus specie productam, Logici propriam passionem rerum nominant, uelut ab essentialibus
276 principijs enatam. †& ea pacto tolli nō possunt, ut quòd in emptionis contractu dominium actu uel habitu non transferatur, est enim intrinsecum naturale, l.cum manu sata, §.fi. ff.de contr. empti. ut quòd in contractu societatis alter socius lucrum, alter damnū héret, l.si nō fuerit, ff.pro soc. esset enim Leonina societas contra inseparatam naturam so-
277 cietatis. †Quædam uerò sunt naturalia contractus, extrinsecæ habitudines, quæ à consuetudine quodammodo in naturam cōtractus accedunt contractui, & ea pacto tolli possunt ut, quòd in emptione non debeatur euictio, quòd culpa leuis, aut periculū suscipiatur in deposito, l.1.§.si conueniatur, & §.sępe, ff.de
278 pos.†Igitur in proposito nostro quando donator promisit tradere ad hunc effectum ne teneretur de euictione, dicitur per tale pactū mutasse, quod erat de natura contractus extrinseca qualis est euictio, uelut accedens contractui iam formato, merito tale pactum ualere debet, ut per illud sublato, quod erat de natura contractus accidentalis, & extrinseca,
279 non autem intrinseca.†Quarto limita quando euictio secuta fuit uirtute hypothecę ignoratæ, ut quia res fuerat obligata per antecessorem donatoris. ita Castrens. in l.si rem meam ad fi. ff.de soluti. sequitur Afflict. in c.j. in principio nu.8. de le. Corra. (quę limitatio confir-
280 mari potest.†nam si sciuisset donator de tali hypotheca, forsan eam nō promisisset donare ne illa euicta cogeretur eam reluere, & pręstare, uel eius ualorem, arg.tex.in l.unum ex familia, §.fi. ff.de leg.2. igitur talis ignorantia facti alieni probabilis, l.qui in alterius, ff.de reg.iur. debet excusare donantem ne damnū sentiat, l.2. l.error, ff.de iur. & fac. ignor.)
281 † Postremo dum Aretinus constituit differentiam cōstituit differentiam inter actionē de euictione, quæ datur pro donatione. & illam quæ datur pro uenditione. prima namq; uetus est, secunda noua, allegando Bartolum in pluribus locis. adde eundem Bartolum Cast.& Cumanum in d.l.Aristo. §. fi. Castr.& Ias.in l.Iulianus, §.qui fundum, ff.de uerb.ob.
282 †Et quatenus Aret. infert ad nonnullos esse ctus adde circa ultimum Castrensem, Ang. de Periglis, & Ias.in l.si domus, §.de euictione, in fine, ff.de leg. primo. in Gl. necessitas. ibi [*per*
283 *constitutionem ex lege.*] † habes hic glossam à nemine ponderatam pro opinione Bartoli quem communiter sequūtur Doctores, ut ibi

An ex pacto nudo donationis

refert Alex.& Ias.in l.legitima, ff. de pact. ꝙ hodie ex pacto nudo donationis hodie non oritur actio, sed propter pactū lex introducit condictionem ex lege. ita sane sentit hæc Glo. dum textus noster dicit, quòd imponitur necessitas donanti tradere. deinde glo. exponit per condictionem ex lege, non ergo pactum nudū producit actionem, sed lex propter pactum condictionem ex lege. Conformem habes aliam glossam in l.naturales, ff. de act.& ob. ibi que eam not. Bar.& in l.fideiussor, §. 1. & post

hodie detur actio, uel à lege detur ꝑ illud.

284 eum Imo. ff.de fideiuss. † Lex enim in donatione non fouet pactum, imò illud nudum remanet, nec actionem parit, sed lex propter pactum producit actionem secundum Bar. ibi,
285 & in l.legem, colum.2. C.de pact. †obseruat que lex in hoc casu, quod Rex quandoque qui tametsi possit unum paruum Comitem potentem facere sic, ut ipse per se faciat bellum, id tamen non facit Rex, sed illo paruo Comite in sua paupertate dimisso propter ipsum facit bellum, ut tradit hoc exemplum Bar. in d. l.legitima. quem cęteri sequūtur, & Ias. etiam testatur, in §. in personam, nu.58. inf. de acti.
286 & Christophor. hic nu.3. † contrariam tamen opinionē uidelicet, ꝙ imò ex pacto nudo donationis oriatur actio, tenuit Gl. in d.l. legitima, & in l.iuris gentium, §.igitur nuda, ff.de pact. subditque Fulg. in d. l. legitima, ꝙ subtilitas Bartoli cæterorumque perniciosa
287 est & quòd gl. scientissimè loquuta est.†mouetur Fulg. quia oīs condictio quæ personalis est, §. appellamus, ifra de act. oritur ex obligatione: obligatio aūt ex contractu, uel quasi, ex maleficio, vel quasi, §.fi. infra de obligat. nō autem ex lege, (quod unquam legerit) ergo fateri opportet, quòd condictio ex lege, quæ competit in pacto nudo donationis, ex ipso pacto nudo, & ex eius obligatione nascatur.
288 †Secundo mouetur per tex. in l.si quis argentum, §.fi.& per textū nostrum inducendo, ut per eū, & latiùs auctore tacito Fortunius, Garzia post eum deducit, nam in d. §. fin. dicitur [*nec confirmetur ex traditione donatio, sed liberalitatem plenam, & secundum legem nostram perfectissimam cōstitutam necessarius effectus traditionis sequatur.*] si enim plena est ipsa donatio, igitur ex ea
289 non autem per eam nascitur actio. †Rursus si perfectissima est, dicendum est, ut hunc defectum non habeat, ut actionem non possit parere, cum dicatur id esse perfectissimum quo aliud perfectius dari non potest, l.ubi autem non apparet, in princ. ff.de uerbo-
290 rum obligat.†Textus uero noster inquit, ꝙ [*ad exemplum uenditionis, eas in se habere necessitatem traditionis uoluit nostra constitutio,*] sed sic est ꝙ ex uenditione nascitur actio, d.l. iurisgentiū, i prin. igitur.& ex pacto nudo donationis. hęc sūt q̄ Fulg. & Fortunius cōtrà cōem dixe-
291 rūt. (†Quorū sn̄ia Constant. sequēs tertio loco subiungit, quòd illud ex quo aliquid fit di-

citur

citur materia secundum Philosophum, & est tex. in §. si quis ex aliena, supra de rer. diui. sed obligatio ex qua oritur actio l. licet. §. ea obligatio. ff. de proc. ex cõuentione proficiscitur, quia ista est causa materialis eius, cum nulla sit obligatio, quæ non habeat in se conuentionem, uel consensum. l. j. §. adeo. ff. de pac. ergo causa materialis illius actionis erit pactū non
292 autem ipsa lex. † Quarto cõfirmat idem Cõstanti. nam quotiens lex aliqua pactum adiuuat, illud actionē ex se parit. d. l. legitima. sed lex, si quis argētum, adiuuat pactum donationis. igitur illud dicitur actionem parere, non ipsa lex. unde uidetur ex prædictis hæc opin.
293 contra communem satis probabilis.) † Quibus tamen ego non assentio, sed communem sequor, quam confirmo ex dicto. §. si, inquit enim primo loco, quòd [*si stipulatio donationi in serta sit, ex eius auctoritate traditionem compelli fieri*,] & sic actione, quę oritur ex illa stipulatione, [*sin uero*,] subdit textus [*prætermissa sit stipulatio*,] & sic pacto nudo sit facta donatio, [*nihilominus ex lege nostra necessitatem ei imponi tradere*,](pondero primo † illa uerba sin, uero.
294 nam illa aduersatiua uero, sine copula ponit diuersitatem in facto, & in iure, ut inquit Castren. in l. sed & si lege, in prin. ff. pet. hæred. unde si primo casu, quando stipulatio interuenit ex illa datur actio. secundo casu, quando non interuenit, sed pactum nudum, cōditio datur ex lege, non autem ex pacto, sicque sur-
295 git diuersitas iuris, & facti. † Secundo pondero, quod inquit tex. ex lege nostra necessitatem ei imponi tradere,) ecce, quòd non dicit auctoritate pacti nudi cogatur tradere sicut supra dixerat de stipulatione. hinc ergo patet illam condictionem ex ipso pacto non oriri, sed propter illud a lege dari, prout Bar. & cæ-
296 teri docent. † Tertio pondero rursus illa uerba textus, [*ex lege nostra compelli &c.*] nā dictio ex, denotat causam immediatam. Bar. & alij in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. in l. j. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & nau. Doctor. in l. non dubium. C. de legib. ergo non ex pacto nascitur actio, sed immediate a lege propter pactum,
297 † (nec istam ponderationem bene tollit Cõstanti. dicens auctoritate stipulationis tanquam certæ traditionem fieri, dum uero subdit ex lege nostra, sic dixit, quia non apetit Iustinianus, quæ conuentio fuerit nec an pactū
298 nudum. † Quoniam cum primo dicat si stipulatio donationi inserta sit, deinde sin uero, & hoc prætermissum sit, opportet intelligere de pacto nudo, quo donatio facta sit, & allegata incertitudo per Constantinum cessat, arguendo a sufficienti partium enumeratione. l. 1. ff. de his, qui sunt sui, & supra, eodem titu.
299 † non enim fuit constitutum cum illud donationi nō conueniat cum de debito fiat id. l. 1. §. 1. ff. de consti. pec. illa uero ex liberalita
300 te tantum, l. 1. ff. eo. † Nec pollicitatio fuit pariter donationi non conueniens, cum illa sit solius offerentis promissio. l. pactum. ff. de pol li. donatio uero præsentiam requirit, nuntiū,
301 & id genus. l. absenti. ff. eod. † sed nec precariū fuit uelut a donatione diuersum, cum id renocabile. l. 1. ff. de preca. donatio secus, ut hic, igitur si pactum fuit, & dicit Imperator in d. §. si. ex lege nostra traditionem fieri, pacto nudo donatione facta, datur intelligi con dictionem ex illa lege dari, non autem ex pa-
302 cto proficisci. † Et tenendo hanc partē non obstant contraria, namque ad rationem Fulgosij dici potest imo etiam ex lege obligationem nasci. casus est in l. 1. ff. de condic. ex lege ubi dicitur, [*si obligatio lege noua introducta sit, nec cautum sit quo genere actionis experiamur, ex lege agendum est*,] unde non inconuenit ex tali obligatione legali actionem per legem induci, ut subdit ille tex. & glo. dat exemplum in donatione citans dictam legem, si quis argentum
303 in fi. [† ubi certe hoc probatur: nam ubi prætermissa fuerit in donatione stipulatio sicsicque pactum nudum dumtaxat interuenerit, dicit Imperator nihilominus ex lege nostra necessitatem ei imponi etiā tradere hoc, quod donare ęstimauerit. quòd enim imponatur necessitas tradendi nihil aliud est, quā obligatio, ut infra. de oblig. in prin. ubi dicitur obligatio uinculum iuris, quo necessitate astringimur alicuius soluendæ rei. & quòd illa obligatio legalis sit, probant illa uerba ex lege nostra, non autem conuentionalis ex pa
304 cto nudo. † Confirmatur insuper ponderando diligenter implicatiuam, etiam, in eo textu positam, quæ solet implicare casum minus dubium, & exprimere magis dubium. l. qui se patris, ubi not. Fulg. Cast. Ias. D. meus Rimin. & alij, quos ibi retuli. C. unde lib. nam quando stipulatio donationi fuerat inserta, minus erat dubium, quòd ex eius auctoritate tradere
305 re teneretur promittens donare, † cum contractus stipulationis sit firmior, & fortior cõtractus, qui fit in iure, ut dicit Cyn. in l. si ex placito. C. si cer. pet. Ias. & omnes in rub. ff. de uerb. ob. unde Connanus in Commentar. iuris ciuilis, lib. 6. cap. 1. colum. 2. scriptum reli-
306 quit, † quòd quicquid ita dicitur, ut uerbis ipsum per se suis satis firmitudinis habeat ad obligādum, appellatur stipulatio, quòd in eo similitudinem quandam gerat stipitis cui boues, & cætera animalia alligarentur, ut retinerentur certo loco, & arbusculis non nocerent qua similitudine Iustin. infra, de uerb. obliga. in prin. stipulationem existimauit dictam esse, de qua uerisimile est hunc in primis factum esse uersiculum, Verba ligant homines, tauro rum cornu funes. at si funes, ut plurimum stipitibus obligantur, hæc pulchre Connanus. ex quibus apparet, quòd parum nedum, sed nihil dubitationis probabilis esse poterat stipulatione donationi inserta, si competeret

actio

actio ex illa, qui est casua inclusus sub dictio-
307 ne etiam.† plus autem dubitationia esse po
terat in casu expresso stipulationis prætermis
sæ, sicque quando pactum nudum duntaxat in
teruenisset, quoniam dixerat Vlpian. in l. iuris
gē. §. igitur. ff. de pact. quòd nuda pactio obli-
gationem non parit, meritoque nec actionē
cum obligatio sit mater actionis. l. licet. §. ea
obligatio. ff. de proc. & sine matre non datur
filia. Q oa sciens ac prudens Imperator in d.
§. fina. mederi uoluit donationi sic infirmæ,
propter interuentum pacti nudi tantum di-
cens, [*nihilominus ex lege nostra necessitatem impo-
ni etiam tradere,*] quæ proprie dicitur cōdictio
ex lege, ex quo nō exprimit quo genere actio
nis experiri debeat donatarius cui pactum
donationis factum fuit, ut dicitur in d. l. 1. ff.
de cond. ex lege, cui cum Constantinus nihil,
quod obstet, nec relatu dignum dicat ex īdu
308 stria missum facio.)† Quo uero ad pondera
tiones lactas super dicto. §. fi. dico donationē
plenam, & perfectissimam appellati respectu
pænitentiæ, quę hodie in ea licet nudo pacto
facta cessat, & allegari nō potest, probatur ex
ratione, quam subdit textus ibi, [*cum enim in
arbitrio cuiuscunque sit hoc facere, quod instituit, op-
portet eum, uel minime ad hoc prosilire, uel cum ad
hoc uenire properauerit non quibusdam excogitatis ar
tibus suum propositum fraudare,*] puta dicendo pa
ctum esse nudum, actionemque non parere at
que ob id sibi licere, uti pænitentia: hoc enim
non obstante uult donationem esse plenam,
perfectissimamque introducendo condictio-
nem ex illa lege, quia donator compellatur ad
309 traditionem.† Confirmatur, quia si uoluis-
set intelligere donationem esse plenā, & per-
fectissimam respectu actionis producendæ,
uel hoc dixisset prout alibi dicit in d. l. iuris-
gen. in prin. in l. licet. §. ea obligatio. ff. de pro
cu. atque alibi sæpe, & in specie dicit in d. §. fi.
de stipulatione donationi inserta, quod ex eius
auctoritate fit compulsio, unde dixisset si sti-
pulatio fuerit emissa, & sic donatio facta pa-
cto nudo, nihilominus eam plenā esse, & actio
nem parere, & non dixisset ex nostra lege il-
lam necessitatem imponi, quę uerba includūt
actionem ex lege nasci, eiusque natiuitatem a
pacto remouent. l. cum prætor. ff. de iudi.
310 † (nec istis inductionibus aliquo modo re-
spondet. Constantinus, sed illis tantum rela-
tis tenet contra communem per illas duas ra
tiones supra relatas, quæ nihil ualent: nam, quod
attinet ad primam pro uera illius resolutio-
ne præmitto singularem doctrinam Bartoli
in l. iurisgen. §. 1. ff. de pact. qui per illum tex-
tum notat, quòd actionum aliæ natiuæ sunt
aliæ datiuæ: natiuæ sunt illæ, quæ habent mā-
teriam sufficientem præexistentem a qua o-
riuntur: datiuæ sunt, quæ præexistentem suffi
311 cientem materiam non habent. † simile ui-
demus in hominibus, nam Adam potest dici
datiuus: fuit enim simpliciter a Deo produ-
ctus: alij uero homines, qui ex patre, & matre
nascuntur possunt dici natiui. similem ponit
doctrinam Bar. in l. 1. col. 1. ff. de act. & oblig.
ubi posito exemplo memorato Adam homi-
nis datiui, ut immediate a Deo facti, & aliorū
hominum natiuorum, quia ex patre, & matre
nascuntur, subdit, quòd ita actio natiua dici-
tur, quando nascitur ex matre, scilicet ex obli
gatione. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. sed
quando immediate a lege cōceditur sine ma
tre dicitur actio datiua. Idemque repetit Bar.
in alijs locis cumulatis per Ias. in d. l. iurisgen
312 tium, in prin. not. 5. † in proposito igitur no
stro licet regulariter ex conuentione uelut
materia nascatur obligatio, & inde actio: ta-
men non est uerum, quòd in casu legis, si quia
argentum, in fi. causa materialis actionis sit
pactum, id enim non habet iure ciuili præexi-
stentem sufficientem materiam, ex qua possit
nasci actio, cum nuda pactio obligationem
non pariat. d. §. igitur nuda. sed Imperator
immediate concedit actionem sine matre. pro-
pterea dicit ex lege nostra compelli, unde lo
cutus fuit de actione datiua, non autem de
natiua, ut putauit, & male, Constantinus ad
313 doctrinam Bartoli non aduertens. † Circa
uero secundam illius rationem, pariter est be
ne consideranda doctrina Bartoli in dicta l. le
gitima, col. 2. dicit enim, quòd ex pacto nudo
donationis hodie non oritur actio, sed oritur
condictio ex lege propter pactum, nam quan
doque lex non agit in ipsum pactum roborā-
do illud, ut actionem producat, sed propter
ipsum lex producit actionem: d. l. si quis argē
tum. §. fi. quandoque uero lex agit in ipsum
pactum ipsum roborando, & tunc ex ipso pa-
314 cto oritur actio. l. etiam. ff. de usur. † similem
doctrinam ponit ipse Bar. in l. fideiussor. §. q.
certo loco. ff. de fideiuss. & in l. legē. C. de pact.
ubi dicit, quòd quandoque lex fouet pactum
non contemplatione pacti, sed personæ pa-
ciscentia. tunc ex tali pacto quantumcunq;
nudo oritur actio: d. l. etiam, & potest eo casu
pactum dici uestitum legis auxilio. quando-
que uero lex non fouet pactū, seu contractum
sed contemplatione pacti, seu contractus pro-
ducit actionem, tunc ex pacto, uel contractu
non oritur actio, sed agetur condictione ex le
ge, sicque concludit Bartolus Iacobū de Are.
intelligere d. legem, si quis argentum. §. fina.
315 † igitur in quantū dicit Constantiuus actio
nem oriri ex pacto, quotiens lex adiuuat pa-
ctum per d. l. etiam concedo, quia nōn est ca-
sus noster. dum uero subiungit, quòd l. si qs
argentum, adiuuat pactum donationia, nego
per doctrinam Bartoli in dictis locia contra
quam dixit, ergo corruit eius consequentia,
quod ex tali pacto oriatur actio. id enim Bar-
tolua aperte negat in memoratis locis.)
316 † Quo uero ad textum nostrum dico quòd
aperte

aperte dicit, quòd [*nostra constitutio uoluit eas in*
se habere necessitatē traditionis,] ergo talis neces
sitas non oritur ex ipso pacto, sed ab ipsa con
317 stitutione quæ cōdictionē introduxit.† (a-
ctus enim attribuitur ordinanti, non enim
ei qui exequitur, l. pater ex prouincia in fi. ff.
de manu. uin. l. item eorum, §. si decuriones,
ff. quod cui. uni. no. Roma. consil. 566. Quæri-
tur numquid, per text. in c. super litteris, de re
scrip. & in notab. casu sequitur Natta, consil.
675. nu. 24. quare condictio quam exercet do
natarius contra promittētem pacto nudo, at
tribui debet ipsi Iustiniano, qui eam ordina-
uit, & introduxit, non autem donatario eam
exequenti uigore pacti, quia non inde nasci
tur, sed ex ipsa lege, ut clare dicitur hic, & in
318 d. §. fi.). bene uerum est, † quòd hæc necessi-
tas (imposita promittenti donare tradendi,
quod promisit) est ad exemplum uēditionis,
nam sicut in uenditione tenetur præcise uen-
ditor (l. ex empto, in princip. ff. de acti. emp.
ibi, opportet uenditorem rem tradere,) sic &
donator, at ipsa actio qua uterque necessita
tur, ex diuerso fonte proficiscitur, cum in uen
ditione nascatur ex ea, in pacto uero donatio
nis ex ipsa lege. sicque text. noster retorque-
tur contra Fulgosi. & Fortunium, & commu-
nis opinio remanet optimè defensata.
319 † (Et quoniam satis superius ostendi condi
ctionem quæ competit in pacto donationis
esse datiuam non natiuam, non omitto, quòd
Fulgosius post Christophor. de Castelli. ac
Fortunius in d. l. iurisgentium, tenuerunt, ꝙ
omnes actiones sint natiuæ, nullaque actio re
periatur, quæ datiua sit, cū nulla sit actio quæ
non habeat materiam præexistentem, quod
quam sit a ueritate remotum, pactum nudum
donationis ostendit insufficiens materia pa-
riendi obligationem, & actionem, dicto §. igi
tur nuda. vnde fateri opportet condictionem
quæ datur in eo, datiuam non natiuam appel
320 lari. † hancque communem defendens De-
cius in l. cum mota, num. 7. C. de transf. certo
fœdere distinctionis concordat Doctores me
motatos à cōi cęterorū schola dissentiēs, in-
quit. n. ꝙ quælibet actio dicitur natiua largo mo
do, quia actio numquā datur sine causa, sicq;
procedit opin. Fulgosij, & sequacium, qui di-
321 xerunt non dari actionem datiuā. † sed pro
priè, & strictè, prout magistraliter Doctores
loquuntur, illa actio natiua dicitur quæ datur
à lege secundum regulas iuris communis, ui
delicet quando factum præcedit ex quo obli-
gatio causatur quæ actionem producit, dicto
§. ea obligatio. sed datiua illa dicitur, quæ da
tur à lege ex æquitate, & ex aliqua causa præ-
ter regulas iuris communis, & ideo datiua di
citur, quia in ea plurimum operatur disposi-
tio legis quæ illam immediatè dare uidetur,
sed in natiuis principaliter factum pacti consi
deratur, ex quibus dictis Decij confirmatur
conclusio cōmunis supra defensata, quòd in
pacto nudo donationis, non oriatur ex eo a-
ctio, sed a lege detur, & competat immediatè
322 uelut datiua. † Quæ disputatio ne uideatur
inutilis fuisse reperio, quòd Iason in d. l. iu-
risgentium, nu. 5. dicit, ꝙ magna est utilitas
an actio sit datiua, uel natiua, quia actiones
datiuæ non sequūtur naturam aliarum actio-
num quantum ad transmissionē ad hæredes.
323 † nam cæteræ actiones ex contractibus trās
mittuntur ad hæredes, l. ex contractibus, ff. de
actio. & obliga. l. unica, C. ut act. ab hære. §. ex
conditionali. Inst. de uerb. obl. Glo. in l. 2. C.
de pact. inter empt. & uendi. sed actiones da-
tiuæ non transmittuntur ad hæredes, ut decla
rat Gl. peregrina paucis nota in l. cum preca-
324 rio, in Gl. fi. ff. de preca. † sed hoc dictū Glos-
sæ prædictę damnat Dec. in d. l. cum mora, q a
non probatur iure, & regula est in contrariū,
quia regulariter actiones in hæredes transse-
runtur, l. j. C. de hęred. act. & ita residet nullā
de Iasone mentionem faciens dictam Glos. se
325 quente. † Mihi uerò magis placet sententia
Glo. posito namque, quód iure non probare-
tur, tamen satis erit rationibus efficacibus eā
cōfirmare: ut enim dicebat Aristoteles 8. Phi
sicorum, textu contin. 22. qué refert Ias. in l.
quotiens, num. 25. C. de rei uend. Quærere le-
gem ubi ratio naturalis subest nihil aliud est
quam infirmitas intellectus. dixi, consi. 269.
326 nu. 31. † at siue pactum donationis non fue
rit acceptatum per donatarium, siue sic, per
eum tamen nō fuerit exacta donatio non de-
bet hoc ius ad hæredem transmitti. probatur
in primo casu, nam licèt ea quæ permittūtur
principali concedantur etiam hæredi, l. hęre-
dem, ff. de reg. iur. fallit hoc tamen in his quę
sunt facti, l. idem Iulianus, §. si quis, ff. de leg. j.
327 † Exemplum dat Alc. in l. 2. §. ex his, in prin.
ff. de uerb. ob. quòd animi declaratio non trā-
sit ad hæredes. Bar. in l. inter stipulantem, §. Sti
chum, ff. de uer. obl. quia animus est facti, l. ꝑ
hærede, ff. de acquir. hær. quare si donatarius
cui pactum donationis factum fuit non acce-
ptando animum suū non declarauit, sequitur
ut ius illud declarandi non transeat ad hęredē
328 suum. † Si uero donatarius declarauit ani-
mum suum consentiens pacto, non tamen in
tentauit condictionem ex lege, & cum illa si
bi concessa fuerit in priuilegium ab Impera-
tore cōtra regulam iuris communis, quòd ex
pacto non datur actio, d. §. igitur nuda. sequi
tur, ꝙ in tali priuilegio cōcesso à Principe ꝑ
sonæ donatarij non continetur persona hære
dis, quia cum ꝑsona finitur. c. priuilegium. de
329 reg. iur. in 6. † cum enim strictè sit interpre-
tandum, non egreditur personam nec rem
comitatur, ut Imo. Alexand. & Aretin. dicunt
in l. quia tale, ff. sol. ma. nec in priuilegio venit
hæres nisi expresse nominetur secundum Bar
tol. in l. 1. ff. de const. pri. Ang. in l. fi. col. 3. uer.

i.casu,ff.e. Cy. in l.hæredē, C.ad Vellei.Natta
cōſ.164.n.10.quare ceſſat quod dicebat Dec.
in d.l.cum nota,regulariter actiones trāſire
ad hæredes,nam procedit in actionibus iure
ordinario competentibus,ſecus prætor illud
iure ſpeciali,& in priuilegiū, prout condictio
ex d.l.ſi quis argentum, quæ ſigillatim nota-
330 bis,ut pulcra,& ſcitu digna.) †In eadē Glo.
ibi [*quæ ſtricti iuris eſt*] hoc intellige dictum de
donatione per.l.eum qui,ff.eo.quam citat Gl.
ſecundum quam eius dictum debet intelligi
iuxta doctrinam Bartoli in l. non ſolum,§.ſi
liberationis, ff.de lib.leg. (& in l.cum quidā,
ff.de his quibus,ut indi.Ioann.Andr. in c.cū
nuncius, de teſtib.Decian.reſpon.j.nu. 373.
331 uol.j.Cephal.conſil.420.nu.44.) † uel & ſe-
cundo poteſt intelligi dictum Gl. de cōdictio
ne ex lege,per eandem rationem, cum citet le
gē ſi quis argentum,§.fi.C.eo.de illa loquen-
tem , item propter relatiuum,Quæ, immedia
te poſitum , & hoc habito reſpectu ad dona-
tionem pro qua datur, ſicque uidetur argue-
re textus in d.l.eum qui , dum inquit donato-
rem ad uſuras non teneri , & ſic actionem ſtri
cti iuris eſſe,cum ipſa donatio ſit ſtricti iuris .
332 † Quod ſecus eſt in actionibus,& contracti-
bus bonæ fidei ubi ueniunt uſuræ, l.quia, & i-
bi not.ff.de neg.geſt.l.Iulianus,§. ex uendito.
iuncta l.ex empto,in princip.ff.de act. emp. l.
mora, §.in bonę fidei,ff.de uſur.not.gl.& Do-
ctores in §. actionum quædam. in ſ. de actio.
333 Imo.in c. P.& G.de off.del.†Et ultra glo.hic
ꝙ donatio,& eius actio ſit ſtricti iuris proba-
tur argumento quo utitur Glo. in d. §.actio-
num. ubi dixit omnes actiones enumeratas
ibi eē bonę fidei, cęteras omiſſas ſtricti iuris.
ſed donatio & eius actio non exprimitur eo
loco,ergo ſtricti iuris eſt ,& ita propriè conſi
derat Caſtr.in d.l.eum qui, mecumque prius
334 cogitaueram.† (& licèt Conſtant.hic dicat
ſe non uidere ad quid hoc dixerim, quia ſiue
intelligamus de cōtractu, qui ſtricti iuris eſt
opportet , & actionem ſtricti iuris eſſe , ſi-
cut ſi intelligimus de actione quæ ſtricti
iuris eſt, opportet & contractum eiuſdem iu-
ris eſſe, tamen replicari poteſt hoc me dixiſ-
ſe ad declarationem Gloſſæ, quæ dum textus
dixit traditionis neceſſitas incumbat dona-
tori,ſubiunxit per condictionem ex lege quæ
ſtricti iuris eſt,non exprimēdo quid per illud
relatiuum , quæ,ſignificare uoluerit an dona-
tionem,uel condictionem ex lege.labor ergo
meus non fuit uanus in declarando , qđ erat
335 dubium. † nā uerba quæ proferuntur ad tol
lendam dubitationem tolerātur licèt ſuper
flua ſint,ut not.Abb.in c.ſolitæ, in gl.tanquā.
in fi.de mai.& ob.& ſatis operantur,quia tol-
lunt dubitationem, ut idem Abb. dicit in ca.
certificari,colum.penult.de ſepult. Dom.in c.
ſi Papa, de priuil.in 6.Dec.in l.quæ dubitatio
nis , ff. de regul.iuris. Decian. reſpon. 51.nu
mero 117.uolum.2.Cephal. conſi.303. num.
336 94.† ubi pariter dicit,ꝙ ſatis operatur auſe
rens dubitationem,l.qui mutuam,in princ.ff.
mand.Soc.conſ.102.nu.11.uol.3.Ruin.conſi.
337 169.nu.15.uo.j.)†limitatur nunc iſta cōclu
ſio non procedere in donatione Principis q̄
dicitur bonæ fidei,ſicuti cæteri contractus cū
eo celebrati,ut tradit Bal.in cap.j. §. ſi qua,de
pac.Conſtan.Iaſ. in d.§. actionum,colu.j.Cre
mens.ſingul.55.Card.Alex.in c.j.de nat.feud.
338 Goza.conſ.j.nu.43.† (& pulchre Boſſius in
tit.de confeſſ.per torturam,nu.10. motus ex
eo quia in Principe maximè debet exuberare
339 bona fides .† & ideo etiam pactum nudum
coram Principe habet executionem paratā.
Ale.in l.iuriſgentium, §.ſed cum nulla,propè
fin.ff.de pact.Item in ore Principis firmior eſ
ſe debet ueritas,quia eſt Deus,& lex animata
in terris,Cur.conſi.66.colum.6.& cum prædi
ctis etiam concordat Fernand.Vaſqui. li. 3.de
ſucceſſ.crea.§.26.nu.27.dicens, quòd licet a-
lias differentia ſit inter contractus bonę fidei
& ſtricti iuris,hoc eſt uerum niſi cōtractus ſit
factus à Principe, nam omnes contractus fa
cti ab eo cenſentur bonæ fidei quo ad effectū.
citat Baldum de quo ſupra & Iaſ. in diuerſis
locis.ex quo concludit,quòd per te poteris in
340 ferre ad multa.) † Secundo limitatur nō pro
cedere in donatione cauſa mortis quæ dici-
tur bonæ fidei,ut eſt caſus,& ibi not.Gl. Bart.
Caſtr.Cuma.& Imo.in l.Seia,in princip. ff.de
donatio. cauſa mortis . Cuma. in dicta l.eum
qui probatur ibi ([*bonæ fidei autem iudicio con-
ſtituto*]) idque ſecundum eos , quia donatio
cauſa mortis habet inſtar legatorum, uel ulti
mæ uoluntatis, quæ omnia diligenter nota .
341 † Succesſiuè extra hanc glo. quærit Aret. hic
an l. ſi quis argentum, §.fi. C.eod.locum ha-
beat in donatione facti. & relatis opinionib.
hinc inde tenet diſtinctionem Imolæ in l. in
ædibus , §.j.col.2.ff.eod.quæ tamen non fuit
ſua,ſed Baldi in l.ex placito, q. 9. C.de rer.per.
& in tract.de pact. nu. 33. quam etiā ſequitur
Caccial.in tract.de pact.in 6. q.n. 45. ſibique
illam uendicauit Imo.prout perpendit And.
Sicul. in d. l. ex placito in addi. Baldi,Alex.&
Iaſ.in l.iuriſgentium , §. ſed cum nulla, ff. de
342 pact.† (dicebat enim Bald.quòd aut eſt fa-
ctum in ſe dationem includens,& tunc in eo
locum habet dicta l. ſi quis argentū . aut eſt
factum abſtractum,& ſeparatum à datione, &
in eo locum nō habet illius legis diſpoſitio.)
343 † Duo ſunt ergo caſus conſiderādi, primus
quando donatio continet merum factum, ut
ire Romam, quod animo donandi tibi pro-
mitto (facere pro alieno tuo negocio pro te
ibi tractanda.) Secundus quando factū mix-
tam habet traditionem puta,quòd animo do
nandi promitto tibi,quòd cretam , uel lapidē
poſſis eximere de fundo meo: uideor enim
donare tibi cretam illam uel lapidē per te exi-
mendum

mendum, & patientiam eximendi promitte-
344 re, ut Imola declarat in d. §. j. † Circa primũ
casum Bar. post Guil. & Rayn. in d. §. sed cum
nulla. tenuit partem negatiuam. Idéque plu-
res alij quos refert Ias. nu. 29. hancque opi. di-
xit esse magis communem Rui. in l. 2. col. 22.
ff. de leg. j. mouetur Bar. duplici fundamento
cui respondere nititur Fortunius in ca. j. de
pact. ante num. 40. uer. sed perspicacius. con-
trariam uero partem tenuit Bal. Fulg. & alij
plures quos cumulat, & sequitur Ias. in d. §.
sed cum nulla, & Soc. Iun. in d. l. 2. nu. 44. quo-
rum fundamenta tollit Fortuni. in d. c. j. num.
39. ego uero misso eorum cõflictu parum fru
ctifero, breuitati quoque simul consulendo, p
345 hac parte † præter eos adduco textum in d.
§. fi. ibi, [*cum enim in arbitrio cuiuscunque sit hoc fa
cere, quod instituit,*] pondero illud uerbũ facere
ex quo plane colligitur illum textũ donatio-
nem quoque fieri comprehendere. secundo
moueor ex illa lege, in §. sin autem donator.
ubi si donauerit quis argentum, uel seruos,
& neutrum habet, uel non tantum quantum
donauit, vult textus eum teneri ad extimatio
nem. Si ergo lex illa loquitur etiã in casu quo
quis non tenetur præcise, ergo & in donatio-
ne facti, ubi quis non tenetur præcise. l. stipu-
346 lationes, uer. Celsus. ff. de uer. ob. † licet ta
men hæc satis stringant mihi magis placet in
pũcto iuris opinio Bartoli negatiua, moueor
quia dicta l. si quis argentum, loquitur de
donatione rei certæ. probatur in prin. ibi [*si
quis argentum donauerit certumque pondus nomina-
uerit.*] item ibi, [*sin uero redditum certum ex posses
sionibus donauit.*] rursus ibi, [*similique modo si quis
certum numerum seruorum donauerit.*] & ibi, [*sed &
si quis uniuersitatis faciat donationem siue bessis, siue
dimidiæ partis suæ substantiæ siue tertiæ, siue quartæ,*]
postea subdit quòd [*in omnibus supradictis casi-
bus si quidem stipulatio fuerit inserta donationi ex e-
ius auctoritate traditionem compelli fieri: si uero fuerit
prætermissa nihilominus ex lege nostra compelli tra-
347 dere.*] † pondero, quòd se refert ad supradi-
ctos casus (prout denotat dictio supradictis,
relatiua pcedentium cum omnibus qualita-
tibus suis. Bar. in l. j. in fi. ff. si famil. fur. fec. dic.
& in l. si quis seruum in fi. ff. de leg. secundo. D.
meus Riminal. consi. 118. num. 8. & ego post
eum consi. 306. num. 13.) ubi semper loqui-
tur Imperator de donatione rei certæ, & in
eis casibus tantum decidit, ergo non habet
locum in donatione meri facti, quod est incer
tum. l. ubi autem non apparet. §. qui id quod.
ff. de uerb. obli. quia eius donatio dicitur in-
348 certa. † Secundo perpendo, quòd ille textus
in fine dicit, [*non solum donatorem, sed etiam eius
heredes teneri tradere,*] ergo non loquitur de do
natione facti, cum factum unius non sit factũ
alterius. l. si non sortem. §. libertus. ff. de cõd.
inde. Tertio considero illum textum ibi [*monu
mentorum obseruatione in his modis obseruanda.*] cũ
349 † enim in donatione de qua loquitur, requi
rat insinuationem, datur intelligi, quòd lo-
quitur in donatione quantitatiua (pro qua
inducta fuit insinuatio, ut olim a solidis 300.
supra. l. sancimus, hodie a quingentis ultra. l.
pen. C. eo.) quę quantitas facto non conuenit
350 o quod est incertũ, d. §. qui id qđ. † Et ultra ui
detur impertinens dicere, quòd si donandi
animo pmitto tibi merum factum, ut ire Ro
mam, quòd requiratur insinuatio (quæ pro
magnis quantitatibus inuenta fuit, vt inquit
Bart. in l. Modestinus, ff. eod. quæ non cadunt
in facto) unde dicendum est, quòd in tali do-
natione facti textus ille locum non habeat.
& tenendo hanc partem non obstant contra
ria per me supra deducta, nã quo ad primum
351 de uerbo facere, † dico quòd restringi dẽt
ad donationem rerum, uel quantitatum de
quibus supra propter pronomen hoc, quod
est demonstratiuum ad oculum, l. hoc arti-
culo, ff. de hæred. instit. Bar. & alij in l. j. ff. de
oper. no. nunc. unde debet intelligi, cum in
arbitrio cuiuscumque sit hoc facere, quod in
stituit, idest donare rem, uel summã de quib.
supra, non autem ob merum factum prolata
sunt illa uerba. Non obstat etiam. §. sin autem
donator, in ductus ut supra: ibi enim deue-
nitur ad ęstimationem in subsidium ne dona
tio fiat elusoria ex quo donans rem dona-
352 tam non habet. † (confirmatur, nam uide-
mus, quòd licèt forma præcise seruanda sit, ut
not. Bald. & alij in l. 1. ff. de lib. & posth. l. hære
di, §. Meuius, ff. de condit. & demonstra. late
Felyn. in c. cum dilecta, de rescr. Rol. à Valle,
consi. 49. nu. 16. uol. 3. & ego dixi, consi. 126.
353 nu. 11. † tamen istud non procedit quando
talis forma obseruari non potest, nam ua-
let actus illa forma non seruata, ut scribit Io.
And. in reg. in toto, de regu. iur. in 6. sequitur
Abb. cons. 25. col. 2. ad fi. uol. 2. Ale. cons. 206.
354 in ultimo dubio, uol. 6. † similiter mandatũ
debet pręcise & ad unguem impleri in for-
ma specifica, l. diligenter, ff. mand. d. cap. cum
dilecta. ubi Mod. tamen id locum non habet
quando præcise, & in forma specifica impleri
non potest, quia sufficit illud impleri, prout
est possibile, Abb. cons. 65. secundo dubio, uo
lu. 2. & utrumque ponit Cra. consi. 12. col. 2.)
355 † sed in quæstione nostra licèt quis possit
facere, tamen liberatur soluendo interesse, di
cto uersic. Celsus. merito textus ille semper
loquens de obligatione præcisa præter illum
casum specialem, non debet habere locum in
in facto ubi regulariter solui potest interesse,
& ita primus casus in hac q. remanet expedi-
356 tus. † circa uero secundum casum Bal. in d.
l. ex placito, & in dicto tract. de pac. & post eũ
Caccial. tenuit partem affirmatiuam, idemq;
Imo. in l. in ædibus, §. 1. ff. eod. & Aret. hic per
glo. in l. permisisti, §. 1. ff. de præscr. uer, & in
l. si cum mihi, ff. de dolo. & postremo Alex. in
d. §.

d.§.ſed cum nulla.col.2.& fuit de mente Bar-
toli,in l.qui ſaxum,ubi etiam ſentit Imo.ff.eo
357 dem.† Probatur ultra Doctores, in d.l.ſi qs
argentum,in §.fi.ibi,[*& neceſſitatem habeat do-
nator,uel res,uel partem ſubſtantiæ tradere.*] ponde
ro uerbum [*res,*]aptum comprehēdere facta.
l.j.iunc.glo.in fi.& ibi Doctores.ff.ſi cer.peta.
tradit Alci. & Rebuff.in l. rei appellatio.ff.de
358 uer.ſign.† Secundo moueor,quia ſi permit-
to donandi animo, quòd cretam eximas de
fundo meo, tale factum mixtam habet tradi-
tionem,quia illa patientia mea,quòd eximas
ad quam teneor,ut inquit Imo.in d.l.in ædi-
bus.§.j.loco traditionis eſt.l.3.§.dare.ff.de u-
ſufr. merito debet comprehendi ſub diſpoſi-
tione dicti.§.fina.qui loquitur de traditione.
359 †contrariam tamen partem, & in hoc ſecun
do caſu ueriorē puto: moueor ex illo tex.ibi
[*& neceſſarius effectus traditionis ſequatur,*]ibique
[*& neceſſitatem habeat omnino donator tradere.*]
360 †pondero uerbum neceſſarius,& neceſſita-
tē,quod de præciſa intelligitur. l.obligamur.
§.neceſſitate.ff.de act.& ob.& infra de oblig.
in prin.in uerbo[*neceſſitate*] iuncta.l. debitor
361 in uerbo[*inuito*].ff.de uer.ſig.†Secundo pon
dero dictionem,[*omnino*] quæ præciſa eſt.l.ſi
poſſeſſor,in princ.ff.de pet.hær.Alber.in uer.
omnimodo.Iaſ.in l.precibus,num.2.C.de im
pub.Dec.conſi.j. num.4.Grat. reſpon.66.nu.
7.uol.2.(Bero.poſt Bal.Saly.& Fely.quos alle-
gat,conſi.23.num.10.uol.ſecundo.)Ergo nō
poteſt ille textus procedere in donatione fa-
cti,ubi non cadit præciſa compulſio.d.l. ſtipu
362 lationes,uerſi.Celſus.†Tertio moueor,nam
ille textus loquitur de donatione rei,quæ fie-
ri poteſt retento uſufructu.probatur ibi, [*ſed
ſi quidē in omnibus ſupradictis caſibus uſusfructus fue
rit a donatore retentus,*]& ibi,[*& uſusfructum mini-
me detinuerit.*] ſentit enim, quòd poterat deti-
nere,talis enim donatio licet durante uſufru
ctu nō afferat utilitatem donatario,finito ta-
men uſufructu allatura eſt utilitatem.§.ne ta-
363 men,ſupra de uſufr.†ſed ſi permitto tibi do
nationis cauſa,quòd eximas lapidem de fun
do meo retēto mihi vſufructu dicti lapidis exi
mendi, puta quia uolo illum lapidem iunge-
re ædificio meo, nec interim durante uſufru-
ctu talis donatio tibi afferat commodum,nec
364 eo finito, † cum ædibus iniuncta ab illis ſe-
parari non poſſint.l.cætera.in prin. ff.de leg.
j.ergo non eſt dicendum,quòd dicta l. ſi quis
argentum,uoluerit loqui de tali donatione
365 facti nullam utilitatem allatura. †(lex enim
non prouidet in actu nullius vtilitatis.l.fina.
in fi.C.de bon.quæ lib.imo inter cæteras pro
prietates legis continetur, quòd ſit utilis. c.
erit autem lex. 4. diſtin.)Et ſi dicatur uſufru-
ctu non retento argumentum ceſſare, repli-
cari poteſt ſecūdum hoc, illum textum in ta
li donatione facti qñq; procedere, quādoq;
non,nam uſufructu non retento locum habe
bit alias ſecus,ſicque deciſio ſua non erit per
366 petua nec generalis.† (Contra naturam le-
gis genuinam , quòd generalis ſit.l.leges.C.
de legib.)& contra mentem Imperatoris cla
ram,qui tam retento uſufructu quam non re-
tento diſponit. unde dicendum eſt, illum lo-
qui de donatione alterius rei,quā facti, quę
ſiue retento, ſiue non retento uſufructu com
modum ſit allatura. & tenendo hanc partem
non obſtant contraria,& primo uerbum[*res*]
ut ſupra ponderatum , quia non poteſt facta
comprehendere eo loco propter uerbum ne-
ceſſitatem,& omnino,quæ facta excludunt,ut
mox dixi (nec inconuenit,quòd cum Iuſtinia
nus uelit donatorem præciſe tradere, quòd
exiſtimauit donare, uerbum, Res,ab eo poſi-
tum reſtringatur ad eas res in quibus dona-
367 tor præciſe cogi poſſit, † quia uerba quātū
uis generalia reſtringi debent ad cauſam pro
pter quam prolata ſunt, ut docet Bal.in l.3.§.
ex hoc edicto.ff.nau.caup.ſtab.& in l.fina.ubi
368 quoque Sal.C. ad Sylla.† ubi ſtante ſtatuto,
quòd pater obligetur pro filio mercatore,in-
telligitur quando filius contraheret ob cau-
ſam mercantiæ,ſequitur Decian. reſpon. 29.
369 num.78.uol. 2.) † Ad ſecundum reſponde-
tur, quòd illa patientia non eſt uera traditio,
ſed ficta, ut not.glo. in d.§. dare. ergo dictus
§.fi. qui loquitur de uera traditione donato-
ris non debet in ficta locum habere.l.3.§.hæc
uerba.ff. de neg.geſt.& ibi not.& ex his habe-
tis hunc articulum plene diſcuſſum in puncto
iuris,præter ſuperius dicta in prin.num. 713.
370 & 835.† Nunc præter Aretinum ſuccedit alia notabilis quæſtio, maxime neceſſaria ad intelligentiam d.legis,ſi quis argentum.§.fi. C.eo. uidelicet,an habeat locum in pacto nu do de donando, (& aduerte ne uerſemur in æquiuoco, † quòd in quantum ſuperius, nu- *An lex ſi qs argētū. C. de don. hēat locum in pacto nudo & donando.*
371 me. 283. cum ſequentibus diſputatum fuit
an ex pacto nudo donationis hodie naſca-
tur actio,uel propter illud lex ꝓducat actio-
nem,fuit ſuppoſitum in pacto nudo donatio
nis legem,ſi quis argētum , bene locum habe
re, ſed de actione competente diſcuſſum fuit
an ſit natiua,uel datiua,ut ibi diximus,at nūc
illud ſuppoſitum reuocatur in dubium, & ſic
an in pacto nudo de donando textus ille pro
cedat, & ita termini ſunt diuerſi, diuerſæque
372 ſunt omnino quæſtiones.†in hac igitur quę
ſtione tres caſus diſtinguendi ſunt.) primus
quando quis donat actualiter,ſecundus qnā-
do donat, & non tradit, ut abſenti. Tertius
quando per pactum nudum promittit dona-
re,& ſic facit pactū nudum de donando,quos
caſus diſtinguit Aret. noſter in §.in perſonā.
columna 5.infra de acti. & Conſtantius Ro-
gerius,in l.Ariſto. §.Labeo.nume.8. ff. eo.(&
attingit etiam D.Deſiderius de Guidonibus
iuriſconſ.egregius ac ſingularis amicus me-
us,conſi.170.num.120.primo tomo diuerſo
rum

373 rum ultimarum uoluntatum.)† In hoc igi-
tur postremo casu (cum superiores sint extra
rem) Bar. in l.iurisgentium, in prin. columna
2.ff. de pact. tenuit, partem affirmatiuam (quã
& communem testatur Ripa, libro 3. respon.
capi. 12. sicut & Arius Pinel. multos cumulãs,
in l.2.C. de rescin. uend. num. 30. secundæ par
tis.) dicit enim Barto. quòd de iure Digesto-
rum pactum de donando non erat donatio,
sed erat nudum, nec producebat actionem ni
si uestiretur solemnitate uerborum, hodie ue
ro lege inuatur, quia per legem, propter pa-
374 ctum actio producitur. † Et hanc opinionẽ
Bartoli confirmat Aret. in d. §. i personam põ
derando textum in d.l. si quis argentum. §. fi.
ibi, [*si quidem stipulatio,*] iũcto ibi, [*si uero, & hoc
prætermissum sit.*] si enim primo casu iteruenit
stipulatio de donando, in secundo uero non,
utique fuit pactum nudum de donando. in
quo textus ille disponit actionem producen-
375 do. † Secundo ponderat illum textum, ibi,
[*quod donare æstimauerit,*] & sic in futurum, uel
suspensiue loquitur, quod non uidetur posse
fieri (non interueniente stipulatione) nisi pa-
cto nudo promittendo donare. Tertio confir
mat ratione, quia quando quis simpliciter
donat licet non tradat, non dicitur destina-
tio donationis de qua loquitur ille textus, sed
376 est perfecta donatio, ut hic, † ergo fateri op
portet illum textum locum habere in pacto
de donando, quod nihil aliud est, quam desti-
natio donationis de qua textus ille loquitur.
hanc insuper opinionẽ tenet Fortunius Gar
zia, in l. legitima, col. 6. uersi. nota tamen, & in
d.l. iurisgentium, in prin. nume. 31. ff. de pac.
ubi præter fundamenta Aretini, quæ refert au
377 ctore tacito, mouetur † etiam ex d. §. fina. ibi,
[*& necessitatem habeat donator omnimodo res, uel
partem substantiæ, quam nominauerit tradere.*] satis
ergo uidetur, inquit Fortunius, ꝙ causa do-
nationis faciendæ res nominetur. Item ibi,
[*cum enim in arbitrio cuiuscunque sit hoc facere, quod
instituit.*] quæ uerba inferunt ad propositum
378 donandi.† Rursus ibi, [*tantoque magis hæc fir-
ma esse si pijs actibus, uel religiosis personis donatio
deputata sit.*] ex sola ergo donationis deputa-
tione, quis efficaciter obligatur, (& hanc par
tem tenet Arius Pinel. in l.2. numero 30. se-
cundæ partis. C. de rescin. uend. plures enim
diuisiones, ut ille dicit, constituendæ non sũt
inter donationem incipientem a traditione,
& donationem incipientem a promissione:
partes enim utuntur uerbo futuri temporis,
eo tantum, quòd res statim non traditur.)
379 † Contrariam partem tenuit Franciscus
de Ramponibus quem refert, & sequitur Imo
la in dicta lege, in ædibus. §. primo, (& plures
cumulat Tiraquellus, de tetractat. conuen.
in fine, numero quadragesimoseptimo, sicut
& alios Rolandus à Valle, cõsilio sexagesimo
nono, numero decimooctauo, uolumine ter-
tio, maxime uero Alciatum, in l. prima, nume
ro uigesimoprimo, ff. de uerborum obliga-
380 tionib.) Qui communem testatur, ibique ple-
nius Rolandus hanc partem confirmat, & pre
381 ter eum suadetur,) † quia aliud est donare
aliud facere pactum de donando, sicut aliud
est uendere, aliud facere pactum de uenden-
do. l. in bonæ fidei, iuncta glo. ff. de eo, quod
cet. lo. c. penul. & ibi glo. de electio. libro sex-
382 to. † Super quo fundamento se inuoluit For
tunius, namque inquit ipse, imo qui promit-
tit donare donat sicut quando quis dicit, uo-
lo uendere tibi talem rem pro decem, fit uen
ditio, ut not. glo. & Doctores in l. in uenden-
383 tis. C. de contrahen. emp. sed erat: nam quã
do dico, nolo uendere, & tu respondes, uolo
emere, ideo, contractus est perfectus, quia in
dependentibus ex sola uoluntate uerbum uo
lo, hincinde prolatum rem præsentem ac per
fectam in illo instanti significat, argu. textus
in §. fina. infra de sing. reb. per fide. rel. tradit
Bal. in dicta l. in uendentis, columna fina. q. 5.
confirmaturque præter eum per textum in-
fra. de obli. ex conse. ubi postquam dixit cõ-
sensu fieri obligationes in emptionibus &c.
subiungit. [*Ideo autem istis modis obligationes di-
cuntur consensu contrahi, quia neque scriptura neque
præsentia omnimodo opus est, at nec dari quicquam ne
cesse est, ut substantiam capiat obligatio, sed sufficit eos
qui negocia gerunt consentire,*] quod est uno di-
cente, tibi uolo uendere talem rem pro cen-
384 tum, tuque consentias emere uelle. † Sed
non idem iuris est si dico, promitto tibi dona
re, nam licet donatio dependeat a uoluntate
donantis, & donatarij, tamen illa uerba pro-
mitto donare, non inferunt rem perfectam,
& præsentem, nisi respectu promissionis, non
autem respectu donationis, (quæ est doni da-
tio. l. senatus. §. j. ff. eo. & quæ datio non con-
385 currit tempore promissionis. † In o futurũ
tempus respiciunt hęc uerba, promitto dona-
re respectu donationis, sicut illa, promitto da
re pro futuro ponũtur, scilicet id tempus quo
est facienda solutio, ut no. gl. & Doctores in l.
5. §. stipulatio. ff. de uer. ob. stat ergo fundamẽ
tum Imolæ post Franciscum de Rampo. quic
386 quid Fortunius contradixerit. † Secũdo mo
uetur Imola, nam tota lex, si quis argentum, si
bene põderetur, non loquitur, de pacto de do
nãdo, sed qñ fit donatio, & res donatur: igitur
ad pactũ de donando non dẽt extendi. (con-
tractus. n. qualis est donatio, non recipiũt in
terpretationẽ ampliatiuã, sed arctatiuam ẽt si
sine ea promissio stare nõ posset, ut p Bal. cõsi.
145. casus talis est, in quodã instrumẽto, col.
pe. uol. 3. Rol. à Val. cõs. 58. nu. 64. uo. 3. Ceph.
387 cõs. 370. nu. 55. † subdẽs, ꝙ quicquid est omis-
sum in contractib. censetur omissũ, ita ut alte
ra partiũ nõ possit dicere se hoc modo intelle
xisse, & nõ illo, ubi nihil fuit dictũ. l. si extra-
neus. ff. de cond. ob cau. l. si cum dotem. in pri.

ff.solu.matrim.Parif.confi.117. num.6.uol.j.
388 †nihil enim præter id, quod in instrumento scriptum est, in contractibus inquiri debet.Bal.per illum textum in l. fi.C.de fal.cau. adiec.leg. quòd igitur dicta l.si quis argentum, de donatione loquitur, non autem de pacto de donando,) probatur ex principio legis ibi, [*si quis argentum donauerit, certumque pondus nominauerit,*] iuncto ibi, [*necessitatem imponimus ei omnino præfatum pondus argenti dare,*] rursus ibi, [*similique modo si quis certum numerum seruorum donauerit,*] iuncto ibi, [*mediocris figuræ seruos tradere.*] Sicque progreditur ille textus usque ad.§.finalem, ponendo uarios casus, quando quid donatur de præsenti non tamen traditur, postea subiungit. §. finalem, referendo se ad supradictos casus, ibi, [*sed si quidem in omnibus supradictis casibus,*] in quo loquendo de donatione facta sine stipulatione introducit conditionem ex lege. igitur ex isto discursu patet, quòd loquitur de donatione facta de præsenti, non autem de pacto de donando,
389 quod respicit donationem futuram, † alias loqueretur extra supradictos casus (nam dicta uerba in supradictis casibus dispositionē restringunt ad præcedentia tantum, ut in alio casu per Alex.consi.59.colum.fi.uersi.non obstat, uolum.3.Dec. consi. 291. colum.4.consi.
390 636.Ceph. consi. 269.nu.48.†Tertio moueor ultra Francis. de Rampo. & Imolam per textum nostrum ibi, [*aliæ autem donationes sunt, quæ sine illa cogitatione mortis fiunt,*] postea subdit de constitutione sua Iustinianus, hoc est de dicta l.si quis argentum, quæ in eis statuit, ut in ea disponit.si enim loquitur de donationibus, quæ fiunt, ergo de pacto de donando, quia tunc non dicitur fieri donatio, sed promissio
391 donandi alio loco, & tempore. †Quarto pōderat & aliter hunc textum Constantius Roger.in dicta l.in ædibus. §.j. sub nume. 15.ibi, [*& ad exemplum uenditionis nostra constitutio.*)] si enim uoluit donationem hodie esse ad instar contractuum, qui solo consensu perficiuntur, ergo sicut in illis aliud iudicamus facere de præsenti, & aliud promittere de faciendo.d. l. in bonæ fidei, ff.de eo, quod cer.lo.iun.glo.ita in donatione & pacto nudo de donādo aliud
392 esse debet.†Tenendo hanc partem non obstant contraria, & primo anctoritas Bartoli in d.l.iurisgentium, in prin.ubi locutus est in pacto de donando(supponens in eo dictam legem, si quis argen.tum, locum habere, nam cōtrarium patet ex tot ponderationibus ad illam legem cum textu nostro supra considera-
393 ratis, & factis.) † Non obstat etiam prima ponderatio Aretini, quia fallax est, & non ueranon enim loquitur de stipulatione de donando, ut quia dixerim tibi, promittis mihi donare, & tu responderis, promitto donare, sed loquitur de stipulatione donationi inserta.ibi, [*si quidem stipulatio donationi inserta sit,*] quod intelligo hoc modo, quòd tibi dixerim, donas mihi talem rem, tuque mihi responderis, dono, sicque de necessitate debet intelligi, cum se referat ad supradictos casus ubi semper de donatione locutus est, non autem de promissione donandi, merito dum subdit, [*sin uero & hoc prætermissum sit,*] debet intelligi, quando stipulatio non sit inserta donationi, tamen donatio de præsenti facta est
394 prout in superioribus casibus, † quia una pars legis aliam declarat.l. qui filiabus, & ibi not.ff.de legatis primo. Non obstat, & secunda ponderatio Aretini.illa enim non sunt uerba donantis, sed Imperatoris dicentis ei necessitatem imponi tradere hoc, quod donare
395 existimauerit . † Cum enim iuris præsumptione nemo quid dicat aut faciat, quod prius mente non agitauerit.l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de sup.leg. (unde uerba dicuntur esse nuncij cordis nostri, prout tradit Dec. in l. semper in stipulationibus.numero quarto.ff. de regulis iuris, & post eum Cagno.Cra.consilio uigesimo, numero secundo, cōsilio 290. Tiraquel.abunde in l.si unquam.uer.libertis, numero 17. C. de reuo.don. Boer. quæstione prima, numero 8. Et Menoch.de arbi. iud. libro primo, quæstione septima, numero 75.) Iustinianus dixit donatorem teneri tradere, quod donare existimauerit antequam donaret.de donatore tamen clare loquitur in multis locis, non autem de promittente donare. sicque etiam tertia consideratio Aretini sol-
396 uitur.†Ad ponderationes uero Fortunij facilis est resolutio, nam quo ad primam textus clare loquitur de donatore ibi, [*& necessitatem habeat omnino donator.*] dum ergo subdit [*partem substantiæ, quam nominauerit tradere,*] intelligo quam nominauerit donando, non autem promittendo donare ne statim dicatur uariasse, argumen.l. non ad ea.ff. de conditio.& demonstra.(& hęc expositio iustificatur ex eius dem legis initio ibi, [*si quis argentum donauerit certumque pondus nominauerit,*] unde patet nominationem rei conueuire donationi.)Secūda uero ponderatio illorum uerborum [*hoc facere, quod instituit*] debet intelligi ante actum donationis, ut superius dixi circa illa uerba, [*quod donare existimauerit.*] Tertia quoque leuis est, quia loquitur de deputatione donationis de præsenti, ut dono talem rem tali hospitali, uel ecclesiæ, non autem de futuro, ut
397 promitto donare. † (Me quoque parum mouet, quod inquit Pinel. supra citatus, quia imo distinctio necessaria est, nam quando donatio incipit a promissione, dicitur esse præambulum siue præparatorium quoddam donationis futuræ, sicut actio ad exhibendum rei uendicationis, lege, prima, ff. ad exhiben. Et sic post se donationem desiderat, & expectat:at quando quis de præsenti donat, ammodo non est opus alia donatione

sequenti

sequenti, sed traditione tantùm si facta non
fuit,ut hic,& in d.§. fi. dicitur,) & sic opinio
Francisci de Rampo. & Imolæ tenenda est,ut
Quid sit insinuatio. 398 uerior atque probabilior: † In glo.insinua-
tione.ex Aretini cōmento.plures eliciuntur
conclusiones.prior est,quòd insinuatio dona
tionis nihil aliud est,quam eam facere redigi
in scriptis coram iudice.ita tradit Barto. in l.
Modestinus,num.2. ff. eo.quem Rom.Cast.&
399 alij sequuntur.† dicitque Cuman.ibidem,ꝙ
magis proprie loquendo insinuatio est redu
ctio donationis ad acta iudicis,idem quoque
tradit Bar.in l.donationis.C.eo.ti.Bal.in l.il-
lud.col.2.C.de sacrosan. eccl.in l. 3. C. eo. in
auth.si omnes.C.si min.ab hæred.abst.Oldra.
consi. 253.in fi. Alex.consi. 156. uiso instru-
mento donationis,col.j.uol.2.Soc.Iun.consi.
77.num.19.uolu.2.(& Decian.respon.37.nu
me.28.uolu.2.ubi dicit insinuationem dona-
tionis nihil aliud esse quam publicationem
donationis coram iudice iuribus per eum ci
400 tatis,)† eamque latius describit Anto.de Ca
nar.in tract. insinua.q.j.& Constan.Roger. in
d.l.Modestinus, num.14. ubi damnat Specu-
latorem in §. porro,de instr.edi. in aliquibus
ut per eum.probatur ista conclusio per l.do-
natio.C.eo.ibi,[*actis etiam annectendis,quæ apud*
401 *iudicem,uel magistratus conficiantur.*] Secun-
do per.l.in donationibus.C.eo.ibi, [*quæ actis
insinuantur,*] ergo coram iudice: acta namque
sunt scripturæ coram iudice celebratæ. l.fi. &
ibi gl.& Alex.ff.eo. (& pulchre declarat Pur-
pur.consi.593.num. 4. dicens requiri, quòd
acta scribantur per notarium à iudice depu-
tatum, & non per alium.l.in fraudem.§.quo-
402 tiens.ff.de iure fis.† per quem dicit Bal. in l.
j.circa finem, C.de sportu. quòd si alius scri-
bit non faciunt fidem cum similibus per ipsū
Pur pu. aliosque concordantes allegat.Natta
con si.138.nume.23. sicut & Crot.consi.151.
num.53.dicens, quòd nec consensu partium
potest adhiberi tertius per quem acta cōscri-
bantur secundum Bal.in l.repetita.C.de epis.
403 & cle.Roma.consi.281.)† Tertio confirma-
tur ex l.sancimus. C. de diuer. rescrip. in uer.
[*insinuantur,*] iuncta glo. quæ exponit id est in
iudicium,& ibi Bal.expresse notat,de quo tex
tu meminit etiam Roman.in d.l. Modestinus.
Quarto per tex.in l.sancimus.C.eo. ibi, [*non
indigere monumentis,*] & in §. exceptis.ibi, [*sub
obseruatione monumentorum fieri,*] & clarius in §.
alijs uero.ibi, [*& nisi actis interuenientibus corro-
boratæ sint.*] Quinto per textum in l.secundum
Di.i.C.eod. ubi de magistratu, & notario fit
mentio , quòd insinuationi interueniunt.
404 † hæc autem conclusio de plano procedit,
quando prius fuit facta donatio, deinde in
actis apud iudicem redigitur. sic enim fit insi
nuatio donationis, sed ultra quoque dicitur
insinuari donatio, si actualiter fiat coram iu-
dice deputato ad insinuandum nec alia parti
cularis insinuatio desideratur.ita uoluit sin-
gulariter Bal.in l.si tibi pecuniā, in fi.ff.si cer.
pet.Idemque tradit hic Christophorus,col.fi.
licet de Bal. mentionem non faciat , & ante
405 Christopho.Ioan.Plate.† (Quibus annecti
possunt Imo.in capi.cum contingat,col. au.
repen.de iureiur.& Bero.consi.50.nume.53.
uolum.j.dicentes, quòd sufficit pro insinua-
tione donationis si facta fuerit donatio in p̄-
406 sentia iudicis in loco ius dicentis, † qui ad
hoc fuerit specialiter requisitus suamque in-
terposuerit auctoritatem,quod temperamē-
tum bene notandum est,nam secus esset)ꝓp-
ter aliam solēnitatem in qua requireretur
præsentia iudicis esset aditus,tunc enim pro-
pter aliud uideretur aditus,hoc est propter il
lam solemnitatem adimplendam,atque ob id
ex illo aditu nō diceretur insinuata donatio.
ita pulchre declarat dictum Baldi Fran. Aret.
in d.l.si tibi pecuniam,in fi. quem refert,& se-
quitur Tiraquel.in tract. de utro.retra.in tit.
407 de retract. lignag.§. 36.nume.22.† moti ex
notatis per Bal.in l.cum propter.ff.de leg.præ
stan.ubi not. ex illo textu, quòd dispensatio
circa unum defectum non porrigitur ad aliū,
& ultra Bar.idem tradit Roma.in l. si uero. §.
de uiro.31.fall.ff.sol.matrim. & consi. 336.in
fi.Decis.Neap.320. num. 12.igitur aditus iu-
dicis pro adhibenda alia solemnitate non de
408 bet ad insinuationem extendi . † Quinimo
dato,quòd iudex propter hoc adeatur,non ta
mē pars nominatim dicat , quòd intendit do
nare,ita quòd iudici,quid agatur innotescat,
donatio non dicitur insinuata realiter,& sub
stantialiter,licet superficialiter cōtractus iste
fuerit coram iudice factus.ita Bal.consi. 375.
certum est,col.j.uol.3. Ant. de Canar.in trac.
insinu.q.10.num.22.Tiraquel.abunde de le-
gib.connub.in uer.de son mary.glo. 6.nume.
177.cum seqq. (quod etiam confirmatur,nā
† cum insinuatio fieri debeat coram iudice
409 non sufficit sola illius nuda præsentia,nisi pa
riter intelligat quid agatur. l. diem proferre.
§.corā.ff.de arb.ubi proprie Bal. notat, quòd
non intelligitur præsens ille,qui quòd agitur
non intelligit.ad idem text.in l.coram. ff. de
uerb.si.ubi coram Titio facere iussus aliquid,
non uidetur præsente eo fecisse,nisi is intelli-
gat inquit Florentinus, idque probat Alcia-
410 tus,† dicto Epicharmi Philosophi, mentem
eam esse, quæ uideat,non autem oculos . qui
411 igitur animo non adest,abesse uidetur,† un
de cum aduocatus ,ut ille subdit, in præsen-
tia clientis positionibus latino sermone re-
spondet,non debet notarius in actis profite-
ri coram cliente responsum fuisse , nisi sciat
eum latini sermonis peritiam habere, ut in-
412 tellexerit.† adducit doctrinam Baldi , in l.
prima , C. de erro. aduo. ubi consulit Tabel-
lioni, ꝙ non scribat hæc uerba parte præsen-
te nisi uulgarizet & sibi dictū aduocati , quā-

do clientulus est talis, qui non intelligeret li-
teralem loquelam, alias de facili cõficere pos
set instrumentum falsum, cum præsentia in-
cludat intellectum. de quo ponit insuper Soc.
consi. 189. columna 3. uolumi. 2. Decis. Neap.
192. & Petrus Rebuff. in d. l. corã. columna 2.
413 † Postremo) confirmatur, nam solemnitas
insinuationis est adhibita propter duo. pri-
mo ne fiant donationes clandestinæ, & homi
nes fraudentur. l. data. C. eo. secundo, quia in
magnis quantitatibus requiritur maior ob-
seruantia. l. fina. in auct. ibi posita. C. si cer. pe
tatur, quas rationes ponit Bar. in d. l. Modesti
nus, (& alias enumerat Constantinus hic, ex
quibus apparet nedum præsentiam iudicis
nudam, sed & eius intelligentiam requiri,
414 † indeq;) dubium uidetur, quod tradit Bar.
& Cuma. in d. l. Modestinus, & post eos Con-
stant. Rogeri. nu. 18. quòd in insinuatione nõ
requiritur aliqua causæ cognitio, contrariũ
namque suaderet, & rationes memoratæ, (&
intelligentia iudicis necessaria, qui pro rei
qualitate ac quantitate personisque donan-
tis, & donatarij considerabit an expediat do-
nationem insinuari salua maiestate Imperij
sui saluoque more maiorum, ut inquit tex. in
415 l. pen. ff. de iust. & iu.) † Nunc succedit secun
da conclusio, quæ colligitur ex Aretino, quòd
insinuatio fieri potest coram quocunque iu-
dice etiam cui non subsit donator, nec res do
nata, quam licet non dicat tenet Bar. & Rom.
in d. l. Modestinus. Sal. in dicta l. data, Alexan.
consi. 156. colum. 2. uolum. 2. Guid. Pap. cons.
23. num. 6. Ioan. Fab. hic, (& Thobias. Anto.
de Canario in tract. insinua. q. 12. Rogerius,
in d. l. Modestinus, & Viuius in suis communi
bus opinionibus, in uerbo, donario inter ui-
416 uos, ad fi.) † Et pro Doctorum intelligentia
considera, dum loquuntur de donatore iudi
ci non subiecto, quòd possunt intelligi de do
natore nõ subiecto ratione originis: sic enim
quis dicitur subiectus. l. j. l. origine. C. de mu-
nic. & origi. lib. 10. not. Abb. in capi. proposui
sti. not. j. de fo. compe. (glo. Card. & Anch. in
cle. pastoralis, uersi. rursus. de re iudic. Albe.
in l. quisquis. C. ad leg. Iul. mai. Bossi. in tract.
crimi. sub tit. læsæ maiest. num. 95. Bero. cons.
155. num. 17. uol. 2. Decian. respon. 18. nume.
417 339. uolu. j.) † Item de donatore non subie-
cto ratione domicilij: sic enim quoque quis
subditus dicitur, ut not. gl. in clemen. j. uerbo
subditos, in fi. de fo. compe. Abb. in d. c. pro-
posuisti. not. j. per illum tex. Ruin. consi. 120.
num. 9. uolum. 4. (Bal. in l. omnis. §. si uero. C.
de epis. & cle. Natta, cons. 4. in prin.) † Rursus
418 de donatore non subiecto ratione contra-
ctus, licet enim tali casu quis proprie subdi-
tus non dicatur, tametsi forum sortiatur, ut p
glo. in d. clem. j. supra citatam, quam sequun-
tur ibi Card. & Imo. Alex. in l. pen. col. fi. ff. de
iur. om. iud. & alij quos allegat Bero. consilio

Insinuatio an fieri possit corã quocunque iudice.

165. num. 3. uol. 3. Et propterea in statutis, &
materia odiosa, uel stricte interpretanda lo-
quente de subditis non comprehendatur, ut
per Abb. in d. c. proposuisti, & in c. nuper. co-
419 lum. fi. num. 11. de sent. exco. † large tamen
subditus dici potest atque in materia fauora-
bili comprehendi, ut colligitur ex mente glo.
420 & Abbatis in locis præallegatis. † merito cũ
materia insinuationis dicatur fauorabilis, ut
pote inuenta ad obuiandum fraudibus. d. l. da
ta. subditus etiam donator dici potest ratio-
421 ne contractus. † (postremo subditus dici po
test quando quis ciuilitatem acquisiuisset ex
suo contractu iuxta notata in l. ciues. C. de in
col. lib. 10. Bar. in l. j. colum. 4. ff. ad municip.
Bal. in l. quod fauore. 7. oppo. C. de legi. Ca-
stren. in l. si duo. ff. de acqui. hæred. Natta, con
422 silio 11. num. 2. † unde dicitur, quòd subditi
non debent se repræsentare pro prima vice eo
rum Domino manu uacua, Exodi. 23. & Deu-
terono. 16. & c. omnis, de consecra. dist. j. Fran
cis. Marci. quæst. 1025. primæ par. sequitur er-
go quòd) Bar. Aret. & alij supra citati loquen
tes de donatore non subiecto iudici, qui cõ-
ram eo potest insinuare donationem possunt
ac debent intelligi de donatore non subiecto
ratione originis, domicilij contractus, uel ci-
423 uilitatis adeptæ, † puta si Venetus Venetijs
constitutus rem eo loco sitam Titio donaret,
deinde Ferrariam ueniens uellet huiusmodi
donationem coram Prætore insinuare: id. n.
424 posset secundum eos. † Cõtrariam uero par
tem tenuit Imola in d. l. Modestinus, cui uide
tur adhærere Capici. Deci. 203. col. 7. per tex.
in l. secundum. C. eo. ubi dumtaxat apud ma
gistrum census fieri debet insinuatio. Idemq;
tenet Guid. Papæ decis. 325. uolens, quòd iu-
dex debeat esse competẽs, uel respectu rerũ, q
425 donatur, uel respectu donantis. † alias si pos
set insinuatio fieri coram alio iudice, quam
ordinario, nulla esset prouisio legis ordinan-
tis insinuationem fieri, quia talis iudex igno-
rans conditionem donantis non inquireret,
nec inquirere posset, utrum donans fuerit de
ceptus, inductus, uel seductus, imo nec de in-
quirendo curaret, uolensque donationem
excessiuam facere, uel sibi fieri legem de faci
li fraudaret eligendo aliquem iudicem igno-
tum (ignorantẽ personarum, & facti, ne dicã
scientiæ,) & incompetentem, ita Guido Pap.
subiungens, quòd huius opinionis uidetur
esse Bal. in l. illud, col. 2. C. de sacrosan. eccl. qua
tenus post Gui. de Cuneo. dicit, quòd insinua
tio est descriptio in actis facta decreto, uel au
ctoritate iudicis competentis. demumq; con
cludit, quòd ita uidit in pluribus, & diuersis
causis in curia parlamenti Delphinalis termi
426 nari. † Tertia fuit opinio Oldradi, consilio
253. columna secunda, quòd satis sit insinua-
tionẽ fieri corã iudice loci, in quo celebratur
contractus donationis, licet alias ipse non sit
compe-

competens iudex, ut non habens iurisdictionem in personis contrahentium, nec etiam
427 in loco, ubi res sitæ sunt, † nam ratione contractus iurisdictionem sortitur super contrahentes. l. j. C. de contra. emp. l. hæres absens. §. 3. ff. de iud. idemque sentit Bal. in l. in hac. C. eo. sumando illum textum, clareque firmat Fulg. ibi. & in dicta l. data. allusitque prædictis Imo. in d. l. Modestinus. quatenus respondês ad d. l. in hac. intelligit illum textum, quòd donatio facta in prouincijs potest insinuari apud præsidem cuiuscunque prouinciæ scili-
428 cet, ubi facta est donatio. † Ego uero priorem sententiam teneo, quam præter Doctores supra commemoratos late tenet etiam Dominus Anton. de Canario, in tract. insinu. quæst. 12. & sequitur Constan. Roger. in dicta l. Modestinus, numero decimonono, (& Thobias hic simpliciter) pro qua est textus in dicta l. data, ibi, [*gesta autem confici ubicunque sufficit super rebus etiam alibi sitis.*] puta si Romæ fundū Petro donaui, possum ego Romanus Ferrariam ueniens, uel alibi profectus apud iudicem illius loci dictam donationem insinuare licet res alibi sita per me collata fuerit præter illum locum Petro. nec ego ratione originis, domicilij, contractus, uel ciuilitatis adeptæ dicto iudici subiectus sim. & illum textū notat Saly. ibi dicens iudicem posse donationem auctorare factam de re in alieno territo-
429 rio sita. † Secūdo est textus in dicta l. in hac. ubi extra urbem Constantinopolitanam dicit textus, [*donator habeat libertatem donationes rerum suarum ubicunque positarum siue apud moderatorem cuiuslibet Prouinciæ, siue apud magistratum, siue apud defensorem cuiusque ciuitatis publicare,*] sicque uult donationem factam in una prouincia, uel ciuitate rerum, ubicunque positarum, & sic etiam extra locum contractus in alia prouincia, uel ciuitate insinuari posse, licet donator nec ratione rei, contractus, origi nis, domicilij nec ciuilitatis parte forum sortiatur ibidem, nec illi iudici subiectus sit, cum passim loquatur, nec patiatur restrictionem ad iudicem loci contractus, quam Bal. Fulgo. & Imo. supra relati sentiunt, sicque passim il-
430 lum textum intelligit Saly. ibi not. 2. † (Nec immerito, quia cum loquatur Imperator de donationibus insinuandis rerum ubicunque positarum, penes moderatorem cuiuslibet Prouinciæ, uel defensorem cuiusque ciuitatis sicq; tot uerbis uniuersalibus utantur tū ratione locorum rerum, tum iudicum, natura dictorum uerborum uniuersalium esse debet, ut omnia loca, omnesque indices comprehēdant, quæ, qui ue possunt excogitari, penes quos insinuatio fieri possit, licet alibi res sint. & donator alterius fori. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. ff. de usur. l. cum uirum. C. de
431 fideic. † & pulchre Castren. consilio 333. columna 1. uolumi. 2. Soc. consilio 26. columna 2. uolumi. 3. dicentes, quòd uniuersalia uerba restringi non possunt ad specificata, sed quòd comprehendunt ex ui sermonis omnia etiam maiora expressis, licet secus foret in uerbis indefinitis, & generalibus tantum.
432 † Quinimo consuluit Alex. consilio 30. columna pen. uolumi. 5. quòd uerba immunitatis & exemptionis prægnantia, & uniuersalia portigūtur etiam ad onera insolita, licet alias immunitas, & exemptio sit odiosa, & stricte
433 interpretanda, † cum sic conceditur simpliciter, & indefinite intelligitur a muneribus personalibus tantum. l. qui immunitatem. C. de mune. patri. libro 10. l. hi qui. ff. de uaca. mu. & tamen si addantur uerba uniuersalia comprehenduntur omnia cuiuscunque generis, ut per Alex. ibi, quanto magis igitur hoc erit in casu uostro dicendum fauorabili, prout est insinuatio fraudibus obuia, sicque Decian. arguit in alio proposito Respon. 35. nu
434 mero 49. uolumi. 2. † Confirmatur hæc facultas insinuandi donationem quocunque loco per exemplum, quod subijcit Imperator in eadem lege, in hac.) [*ut enim*] dicit textus, [*ipsa donatio sita est in uoluntate donantis, ita ei liceat donationem suam apud quemcunque ex memora-
435 tis uoluerit intimare.*] † Clarum est enim quòd donatio sita est in uoluntate libera donantis. §. disponat. in Auct. de nup. l. rem legatam. in fine, ff. de adi. leg. quis enim regulariter potest quantum uult, & cui uult, & ubi uult donare. ut ergo bona sit similitudo, & exemplū dicendum est dum subdit de donatione insinuanda per donatorem apud quemcunque noluerit, quòd hoc in eius libera uoluntate
436 sit constitutum. † tantoque magis, quòd utitur Imperator uerbo [*uoluerit,*] quod meram, liberamque uoluntatem significat. l. cum qui dam. ff. de leg. 2. l. fideicommissa libertas. ff. de fideicom. lib. l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de leg. 3. Barto. in extra. ad repri. uerbo uidebitur, columi. j. & in l. centesimis. §. fina. colum. pen. ff. de uerbo. oblig. Abb. in cap. j. not. 3. de his, quæ fiunt a maio. par. cap. Bal. in l. cum antea, columna 2. C. de arbi. Ang. Imo. & late Ias. in l. si sic legatum, numero 27. & in l. si domus, numero 24. ff. de leg. primo, (Decia. respon. 9. numero 54. uolumine j. † Corrobo-
437 ratur adhuc ex eo, quòd Iustinianus in eadem lege dicit, [*donator habeat libertatem &c.*] id enim uerbum denotat, quòd sine contradictione, & impedimento id facere possit. gl. in clemen. dudum, de sepul. Rui. consilio j. numero 21. uolumine j. consilio 121. columna j. uolumine 2. Goza. consilio 91. numero 7. & 27. Alex. consilio 14. columna 2. uolumine 2. Be-
438 ro. consi. 89. columna 3. uolumine j. † Corn. consilio 106. uolumine j. ubi uerbum libere intelligitur nihil obstāte. sequitur Rolandus à Valle, consilio secundo, numero 44. uolumine 4. & idem consilio 85. numero 31. eo. uol.

ubi dicit, quòd uerbum libere, importat præ-
cisam libertatem. Bal. in capitu. j. in fine, de in
uesti. de re alie. fac. nam appellatione liberta-
tis, intelligitur de omnimoda. l. cum uende-
res. ff. de acti. empti. quare patet, quod locis,
& medijs hæc opi. probetur in dicta l. in hac.
439 C. eodem titu.) † Tertio comprobatur hæc
conclusio per textum in §. illud, in Auct. ut
fra. filij, ubi dicit, [*donationes in prouincijs fa-*
ctas insinuari apud uniuscuiusque ciuitatis defensores,
aut apud quos omnia talia documenta confici possũt]
sentiens huiusmodi insinuationem fieri pos-
se nedum in loco rei sitæ, uel contractus, sed
& alibi, dum loquitur de defensoribus unius-
440 cuiusque ciuitatis, & alijs iudicibus. † Quar
to accedit, quòd insinuatio dicitur esse uolun
tariæ iurisdictionis, glo. in Auct. de defens. ci
ui. in §. nulla. Bal. in l. illud, columna secunda,
uersicu. notandum. C. de sacrosanct. eccl. Ro-
man. in dicta l. Modestinus, columna secun-
da, late Canarius in tracta. insinu. quæstione
sexta, Rui. consilio 23. numero 12. uolumine
441 secundo. † Sed iurisdictio uoluntaria nõ cir
cunscribitur loco. l. emancipari, & ibi notat
442 Bal. ff. de adop. (unde uidemus, † quòd nota
rius habens iurisdictionem uoluntariam sibi
concessam a Principe potest de iure commu-
ni ubique locorum instrumenta conficere, ut
est de mente Bartoli in l. cunctos populos. C.
de summa Trin. in l. nec ei. §. eorum. ff. de ado.
& in l. prima, ff. de offi. procon. Specu. in §. re-
stat, de instr. edi. Mod. in capitulo, cum P. ta-
bellio. de fide instrumen. Bero. consilio 89. nu
mero sexto, uolumi. 3.) ergo insinuatio quo-
libet loco debet fieri posse, sicque idem Cana
443 rius arguit, quęstione 12. † Et tenendo hanc
partem non obstant contraria, & primo tex-
tus in dicta l. secundùm, loquitur enim in ca-
su speciali, uidelicet in donatione facta in ur-
be Constantinopolitana, quæ debet insinua-
ri apud magistrum census, & non alibi pro-
ut etiam dicit textus in dicta l. in hac. primo
responso, ita respondet Roma. in d. l. Modesti
nus, colum. fi. unde non est dicta lex ad conse
quentias trahenda. l. ius singulare. l. quod ue-
444 ro. ff. de legib. cum uulg. † Non obstat ratio
Guid. Papæ, cum persuasiua sit potius quam
concludens, quoniam semper pro iudice præ
sumitur. c. in præsentia, de renunti. (l. Heren-
nius. §. Caia. ff. de euict. l. 2. C. de offic. ciuil.
iud. Natta, consi. 146. nume. 3. Soc. Iun. consi.
445 39. num. 4. uolum. 1. † Et pro illius facto. l.
2. uersic. quod non arbitramur. & ibi Bal. qui
pariter in l. errore, colum. j. C. de testa. notat,
quòd officium publicũm bonæ fidei præsum-
446 ptionem inducit. † Hincque spoliatus a iudi
ce non petit restitutionem in integrum, nec
tunc habet locum regula, quòd spoliatus sit
restituẽdus ante omnia, iux. l. si quis ad se fun-
dum. C. ad leg. Iul. de ui. prout tenet glo. in ca-
pitulo, præsentium. 7. quæstio. prima, & in ca-
pitulo, in nomine Domini. 22. distin. Abb. in
capitulo, dilectus filius. de rescrip. cum simili
bus per Ias. in l. iuste possidet, in princip. ff. de
acquiren. poss. & omnium latissime Menoch.
de recuper. posses. remedio. 8. columna j. & 2.
ubi pluribus modis id declarat, quod ut a ma
teria nostra separatum missum facio,) unde
præsumendum est, quòd iudex inquiret, & in
447 telliget omnia ne fraus fiat. † Non obstat in
super opinio Oldradi, & sequacium, quia cor
ruit ex inductione dictæ l. dara. legis, in hac.
448 & §. illud, de quibus supra. † Limitatur nunc
ista conclusio non procedere in donatione fa
cta in urbe Constantinopolitana, quæ dum
taxat apud magistrum census debet insinua-
ri. dicta l. in hac. & dicta l. secundum, ad idem
textus in l. testamenta, iuncta glo. & in l. con-
sulta. C. de testa. idque propter morem felicis
simæ uetustatis retinendum, prout dicit tex-
449 tus in dicta l. testamenta. † (nec immerito,
nam ueteres antiquitatem proxime accede-
re ad Deum uulgo arbitrabantur, adeo sola
eius effigies uidebatur esse ueneranda. Ideo
que latinis, antiquum uocabatur, quod esset
chorum, quia antiqua omnia, & admiramur,
450 & amamus, † in quo Masilienses tantopere
laudati sunt, ut nulla ciuitas moratior cele-
bretur, nulla antiquitatis retinentior usque
eo, ut a condita urbe unum haberent eundẽ-
que semper gladium, quo ferirentur capite
damnati rubigine quidem, & longo usu exe-
sum, nec satis rei cui destinatus erat idoneũ,
sed qui, ut ait Valerius, indicio esse posset, uel
in minimis rebus omnia ueteris moris mo-
menta esse obseruanda, quę refert Connanus
in Commenta. iuris ciuilis, libro primo, cap.
octauo, columna secunda, & ego dixi, consi-
lio 76. numero quarto.) & hoc procedit (ut ad
rem nostram deueniam) † nisi uacaret offi-
451 cium magistri census pestis causa, uel alia,
tunc enim coram alio iudice posset insinua-
ri, ita uoluit Ange. in repe. l. si uacantia, co-
lumna octaua, C. de bon. uacan. libro deci-
mo, per illum tex. secundum intellectum Bar
to. in prima oppo. & per l. ubi absunt. ff. de tu
to. & cur. sequitur Alexan. & Ias. in dicta l. te-
452 stamẽta, columna 2. † simile uidemus, quòd
si ex forma statuti debet actus celebrari cer-
to loco, alias alibi celebratus non ualeret, si ta
men copia non potest haberi illius loci pro-
pter iustum metum partium ualet, & tenet a-
ctus alibi celebratus, ita Roma. consilio 433.
quo ad primum, pluribus medijs id probans,
sequitur Ias. in dicta l. testamenta. Fely. in ca-
pitulo, cum dilecta, columna uigesimasecun-
da, uer. limita. septimò, de rescriptis, (& plu-
res alios concordantes allegat Horatius Mã
453 dosius in addi. ad Rom. supra citatũ.) † Rur-
sus si ex forma statuti in uxoris contractu re-
quiritur mariti consensus, intelligitur, quãdo
maritus est præsens cuius consensus haberi
potest,

potest,secus si abest in longinquo,nec eius cō
sensus haberi posset,nam ualebit cōtractus si-
ne consensu mariti,ita Bald.consi.488.sequēs
quæstio,uol.j.& con.394.statuto communis,
uol.5.Cra.cons.12.nu.4.merito uacante offi-
cio Magistri census consequens est donatio-
nē in urbe Constantinopolitana apud alium
454 iudicem insinuari posse. † Secūdo limitatur
non procedere quando in ciuitate statutus es
set index particularis,coram quo tantum de
beret insinuatio fieri, tunc enim alius adiri
non posset,nec eius iurisdictio prorogari,ita
Bald.in d.l.in hac, C.eo.in l.j.ff.de offi.consu.
in auct. habita.col.7.uers.de uno oppo.C. ne
fil.pro pa.in l.illud,col.2.uers.& si deputatus,
C.de sacrosan. eccl.& in l.unica,§.ubi autem,
col.2.C.de cad.toll.Ang.in d.l.si uacantia,col.
11.Fel.in c.pastoralis, col. 3.limitatione 2.de
offi.ordi.fundarur ista limitatio per tex. in d.
l. in hac,in princip. & in dicta l. secundum.
455 † Secundo ratione qua utitur Bald. & post
eum Ias.in d.l.testamenta, C. de testa.Canar.
in tracta.insinu. q.13. nam in causis, in quib.
propriè non est contradictor, nec fit aliquis
actus contentiosus qui habeatur pro lite con
testata, prout in insinuatione contingit quæ
est uoluntariæ iurisdictionis,ut supra dictum
fuit,non potest prorogatio fieri secundū Iac.
de Rauen.Petr.& Cyn.in l.ubi absunt,§.j.ff.de
456 tut.& cur.dat.ab his.†Tertio cōfirmatur ex
Angeli decisione in l.cum prætor,colu.2.ff.de
iudi.& in d.l.testamēta.ubi dicit, ꝙ si attribui
tur uni iurisdictio in genere, & alij attribui-
tur in specie contēta sub genere,tūc habens
generalem nonintromittit se de illa specie al
teri concessa.Exemplum,Potestas Paduæ ha-
bet Imperium uniuersale.Si creatur officialis
nouus cui datur arbitrium in robatores stra-
tę,amplius de eis non statuet Potestas, mouē
tur, quia generi per speciem derogatur, &
per c.studuisti,de offi.lega. ibi [*de causa alteri*
457 *commißa iudex generalis non se intromittit.*] († si
mile uidemus,ut aliquid addam,quòd magis
creditur duobus testibus in specie deponēti-
bus,quam pluribus deponentibus in genere,
ut ponit Nicol.de Neap.in l.turpia, in princ.
ff.de leg.j.sequitur Dec.cōs.454.Mars.in prac.
crimi.§.diligenter,nu.198.con.3.nu.22.cons.
44.nu.20.& seq.& in l.de minore, §.plurimū
num.100.ff.de quæst. Bossius de malefic. sub
tit. de inquisi.nu.35.& Decian.respo. 18.nu.
458 299.uolum.j.†Rursus habemus, quòd ma-
la fama alicuius in specie probata præualet
bonæ famæ illius generali tantum, ut uoluit
Innoc.in c.inquisitio,& in c.cum oportet,de
accus.quem sequitur Roma.consi.167. Anto-
nius accusatus,in fi.& post eum Horat. Mand.
citans Marsilium in pract.Crimi.§.diligenter
nu.197.in l.de minore,§.plurimum, nu.100.
ff.de quæst. cons.3.num.22. & cons.14.nume.
459 21. † & hoc est regulare,quòd licet bona ui
ta,& fama tanquam generale indicium elidat
aliquod indicium pariter generale,tamen nō
elidit indicia,& probationes,quæ in specie sa
ctum,& delictum obiectum attingunt, ut tra
dit Innoc.in c.auditis.de pręsum.Bal.in l. siue
possidetis col. 2.C.de probat.Rom.cōsi.167.
nu.10.Alex.cons.77.nu.6. uol.j.cons. 148.nu.
3.uol.2.cons.28.nu.10.& consi.150.colum.4.
uol.5.Decian.loco citato.quæ omnia fundan
tur in ea regula, quòd generi per speciem de-
rogatur, quare bene uidetur in terminis quæ
stionis nostræ,quòd iudex particularis depu
tatus ad insinuationem coram eo celebrandā
præferatur alteri generalem iurisdictionem
460 habenti,nec ille generalis adiri possit.†hęc
que conclusio confirmatur) rursus per textū
in l.j.C.de off.pręfe.urb. ubi in causa annonæ
commissa' pręfecto annonę non detrahitur
iurisdictioni pręfecti urbis generali, quia sic
Imperator ibi disponit. igitur a contrario sē
su si non ita declarasset bene diceretur detra-
461 ctum, (quod † argumentum ualet in legib.
& est fortissimū,l.j.& ibi no.omnes,ubi quo-
que dixi,ff.de off.eius cui mand.est iuris.) quē
sensum ad illum textum sequitur Alexand. in
l.Gallus,§.ille casus,col.3.in fi.ff.de lib.& pos.
Dec.in c.cęterum,col.3.ad finem, de iudic.Ias.
in l. quod in rerum,§.si quis post. nu. 8. ff.de
462 leg.j.& Rui.cons.7.nu.6. uolum.4.†Quarto
pro hac limitatione stringit tex.in §.& iudica
re,in Auc.de defens.ciui.ubi in causis 300. au
reorum commissis defensoribus ciuitatum,
pręses prouinciæ licèt sit iudex generalis, nul
lam habet iurisdictionem,ergo nec in casu no
stro iudex generalis debet posse cognoscere,
seque intromittere super insinuatione dona-
463 tionis alteri commissa.†Repetio tamen, ꝙ
Romanus in dicta l.Modestinus,colu.fin.uult
hanc limitationem procedere quando quis
uellet prorogare iurisdictionem iudicis aliā
potestatem habentis, secus si eandem, quia id
facere posset motus ex notatis per gl. & Bar.
in l.inter conuenientes,ff.ad munici.ubi uult
Bar.ꝙ prorogatio fieri debeat in his quæ sūt
464 eiusdem speciei.†unde si iudex habet iuris-
dictionem in causis pecuniarijs licèt non de
tanta summa,ut textus,& Glo.dicunt, tamen
potest fieri prorogatio:secus autem in causis
meri,& mixti Imperij,cum sint alterius iuris-
dictionis, sic enim uoluit ad casum nostrum
Romanus inferre quòd si quidem alius iudex
deputatus sit ad diuersas causas, ut crimina-
les tātū non possit apud eū insinuari dona-
tio.Si uerò ad ciuiles,& pecuniarias,& tali ca
su possit adiri pro donatione insinuanda pri
moque casu procedat limitatio de qua supra,
465 secundo secus.†Cuius opinionem cōfirmo
quoniam in dubio specialis iurisdictio alicui
concessa,censetur attributa cumulatiuè, nō
autem priuatiue,ut no.Bar.in d.l.j.C.de offi.
præfe.urb.Bal.in d.l.unica,§.ubi autem,col.2.
C.de

Iurisdictio specialis alicui concessa nūquid cumulatiuè, uel priuatiue censeatur concessa.

578 ſil. 52. num. 3. uolum. 4.) † contrarium tamen pleriq; tenuerunt, atque in primis Odofred. in d. l. donationes, Io. Andr. in add. Spec. in tit. de dona. in uerſic. hoc ſcias, Crot. in d. §. ſed ſi mihi, colum. 3. in l. frater à fratre, colu. 17. ff. de condi. indeb. Aret. conſ. 27. colum. 2. Rube. conſi. 123. Bellon. conſ. 4. colum. pen. & glo. j. quę per eos non citatur in c. fi. de do-
579 nat. inter uir. & uxo. † fundatur iſta pars in l. penult. §. fi. C. eo. ubi dicit cęteras donationes præter ſupra cõmemoratas minime inſinuatas ſine aliqua diſtinctione quingen-
580 tos uſque ad ſolidos ualituras. † id enim uerbum cæteras, omnes compræhendit, l. cæterorum, ff.de uerborum ſignifi. & ſic donationes quoq; inter patrem & filium, uxorem & maritum

maritum,illa uero uerba [*sine aliqua distinctione*] denotant sine donatio celebrata fuerit in
581 tra,siue ultra legitimam summã. † Secundo
deducitur textus in dicto c.fi.de don.int.uir.
& uxo.ubi donatio inter coniuges facta, do
natoris obitu confirmatur,generaliterq; loquitur ille textus, igitur etiam si facta sit in
ampliori sũma, (l.j.§.& generaliter,ff.de leg.
pręstan.l.de pretio,ff.de publi.in rem actio.)
582 † Tertio consideratur tex.in d.l.donationes.
dum dicit [*donationem amplioris quantitatis minimè insinuatam nec per silentium donantis confirmari.*] si enim amplior quantitas est illa quæ impedit confirmationem dictæ donationis.utique eatenus impediri debet ipsa cõfirmatio
quatenus donatio facta est in ampliori sũma.
583 † Quia secundum limites rationis intelligi
tur dispositio,l.nomen,§.fi.ff.de legar.3.l.cũ
pater,§.dulcissimis,ff.de leg.2.(Bart. & Do
ctores in l.cum hi,in princip. ff.de transf. & li
mitata causa limitatum producit effectum,l.
584 in agris, ff.de acquir.rer.domi.) † Quarto
consideratur,quòd textus in d.l.donationes,
statuit illam donationem patris & filij, uiri
& uxoris.si legitimam summã excesserit debe
re insinuari,sicque in hoc eam adæquauit do
nationi inter uiuos,quæ statim sortitur effe-
ctum.sicut igitur illa ualet usque ad legitimã
summã sine insinuatione, licet ultra summã
sit facta.d.l.sancimus,cum similibus, sic & ista
585 ualere debet. † Quinto,nam donatio inter
uiuos sustinetur usque ad legitimam summã
non obstanre pręiudicio donatoris,cũ sit irre
uocabilis ex pœnitentia,ut hic, fortius igitur
& hæc sustineri debet,cum si displicet donanti,potest pęnitere,& reuocare,sicque nullum
infertur ei præiudicium quòd ualeat intra sũ
586 mam legitimam omissa insinuatione. † &
ad inductionem Salyceti respondent Doctores, quòd cum ille textus ueniat interpretatiue ad d.l. sancimus, quæcumque dicuntur
in lege interpretata censentur repetita in lege interpretante.l.nihil,& ibi Bart. ff.de cõiũ.
cum eman.lib.§.fi.in Auct. de fil. ante dot. in
str.na. (Paris.cons.69.nu.34.uol.3.& ego dixi, cons. 29. nume 29.) sicut ergo l. sancimus,in donatione à principio ualida uult, ꝙ
usque ad legitimam summã ualeat donatio,
licet ulterius non teneat quando non est insi
nuata, ita dicendum est in donatione inuali
da ab initio respectu effectus confirmationis
ut eatenus confirmetur quatenus est infra
summã legitimam abinde uero supra dum
587 taxat infirmetur. † nec fundamentum glossæ de duplici impedimento facit, negatur
enim, quòd adsit impedimentum ratione rei
cum effectu considerato,quòd uim relicti ha
beat hæc donatio,ut per glossã, & Doctores
in auct.ex testamento, C.de coll. atque ob id
insinuatione non indiget. hæc sunt, quæ Cro.
Rube.& Aret.tradiderunt in hac quæstione.

588 † Quibus non obstantibus priorem partẽ
amplector per textum in dicta l. donationes,
nouiter ipsum considerando prout feci,con
sil.37.col.fi. pręter Alciatum in dicto §. sed si
mihi. uult enim textus ita demum firmas esse per silentium donatoris donationes illas
[*si usque ad legitimam summã, uel eam excedentes actis fuerint intimatæ:*] clarum est enim hoc
casu eas esse firmas nedum in excessu 500.
aureorum, sed intra excessum. dum igitur
aduersatiue subiungit [*nam amplioris quantitatis donationem minime intimatam, nec per silentium eius, qui donauit confirmari concedimus,*] debet intelligi non confirmari nedum in excessu,
589 su, sed nec intra excessum. † alias ille uersiculus non bene ueniret aduersando superiori, (prout debet, quia inducit repetitionem præcedentis qualitatis,secundum Bal.
notab. in l.omnes populi,colum.9.uersiculo,
3.modo possumus.ff.de iustit.& iu. ubi dicit,
quòd si statuto cauetur, quòd extantibus
masculis fęminę non succedant ab intestato
nisi in dote, facto uero testamento non succedant nisi quatenus eis testator reliquerit, intelligitur scilicet extantibus masculis.
sequitur Alexand.in l.filius à patre,columna
590 5.ff.de liber.& posth. † Ruin.consilio 176.
num.8.uolum.2. uolens id procedere, licet
aduersatiua posita sit inter duas orationes
perfectas, modo qualitas uniformiter conueniat utrique casui,ut in quæstio. Baldi memorata, & in casu nostro pariter: nam sicut
facta insinuatione firma tota remanet donatio, ita ea non adhibita tota donatio collabi debet in pœnam solennitatis non adhibitæ in dicta donatione inter personas suspe
591 ctas facta. † Secundo ponderatur, & breuius ille textus in dicta l. donationes.[*nam amplioris quantitatis donationem minime intimatam, nec per silentium eius qui donauit confirmari concedimus.*] illa namque negatiua, nec, magis destruit quam affirmatiua affirmat, glossa,Castrens. & Imo.in l. hoc genus, ff. de con
ditionib.& demonstrationib.dixi,cons.248.
592 numero 11. † nec à negatiua casus ullus di
citur exceptus, ut colligitur ex nota. per
glossam,in l.alienatum, §.donationis, ff. de
uerborum significatio. Bero. consi. 117.nume.5.colum.2.dixi,consi.263.nu.19. & hoc
593 patet ad sensum, † secundum Imo. in dicta
l. hoc genus nam si dico, Titius est artifex,
sufficit quòd in una specie sit artifex.
si autem dico, Titius non est artifex, ne-
594 go omnem speciem artificij. † hinc dixit Fulgos. in l. iurisgentium, §.sed si fraudandi, ff. de pactis, quòd licèt indefinita hominis regulariter non ęquipolleat uniuersali de proprietate sermonis, l. si serui-
595 tus, ff. de ser. urb. pręd. † tamen ubi profertur negatiuè ęquipollet propriè uniuersali, unde ista propositio, nullus faciat, æqui-

pollet isti, nullus quicumque faciat, sequitur
Fel.in capit.2.in fi.de treu. & pa.Dom. in cap.
ut circa, de elect.in 6.Natta, cons.66.in fi. Bec
cius, cons. 66.uum.6. quare cum dicat Impe-
rator in dicta l.donationes, donationem ex-
cessiuam non confirmari, datur intelligi, ꝙ
nullatenus confirmetur nec intra, nec præter
596 excessum. Tertio) moueor: † namque, ut
inquit ibi Glo. talis donatio patitur duos de
fectus, uidelicet ratione rei, & personæ, ergo
si non fuerit insinuata, solum silentium dona
totis morientis, non debet operari posse, sup
plerique duplicem defectum, prout in solo iu
ramento uidemus, quod duos defectus sup-
plere nō potest, ut colligitur ex not. per Dec.
cōs.239.colum.2.Ias.cons.118.col. 2.post me
dium, uolum.4.Cassan.consil.7.colum.6.nu.
26. Bello. cons. 4. colum. 2. (nisi geminatnm
sit, ut post Dec. de qua supra, ponit Ceph.
cons.409. num.46. de quo latius dicam infra,
quibus alie.licet, in princip.) merito dicta do
597 natio penitus collabi debet. † Nec uetum
est, ut dicebat Crot. quòd cessaret impedi-
mentum ratione rei, ratione supra dicta, quia
imò quo ad insinuationem æquiparatur di-
cta donatio alteri donationi inter uiuos, nō
autem ultimo relicto, prout ipse deducit, in
quarto fundamento supra relato, quod est
suum, metito dicitur pati defectum tatione
rei ubi facta est ultra legitimam summam, nec
598 interuenit insinuatio. † Non obstant addu-
cta pro contraria parte. & primo textus in
dicta l.pennlt.in fi.C.eod.nam respondet Ias.
in dicto §.sed si mihi, quòd quando lex di-
sponit aliquid generaliter, nunquam intelli
gitur loqui in materia in qua habemus legē
specialem, & particularem, l.in testamen-
tis, & ibi Salyc. notat, C.de testa. Glo. & Do-
ctores, in l.sciendum, ff.qui satis.cog.glos. in l.
599 de precio, ff. de publ. in rem act. † (idqne
confirmatur, quia generi per speciem dero-
gatur, capi. generi, de reg.inr.in 6. & clau-
sula generalis non refertur ad specificata, l.do
600 li clausula, ff.de uerborum obligatio. † com
probatur, nam uerba legis licet generalia re
cipinnt restrictionem de habilitate, ne alias
generaliter intelligendo inducatur aliarum
legnm correctio quæ est euitanda, l. unica,
C.de inoff.donat.capi. cum expediat, de e-
601 lect.in 6. † licèt secus sit in uetbis generali-
bus prolatis ab homine, quia cessat ratio cor
rectionis prędictę, prout distinguit Bald. in
l.fi.colum.j. C. sine cen. uel reli. Ias. in usibus
feud.capit.j.num.49.Rui.consi.3.in princ.uo
lum.j.consil. 86.num. 11.& cons.150.nume.
3.uolum.3.consil.161.num.35.uolum.5.Do-
minus meus Riminaldus, cons.575.num.9.
602 † sed nos habemus dictam legem, donatio-
nes, quæ specialiter disponit donationem
inter pattem & filium, uxorem & maritum
amplioris summæ non insinuatam nulla ex
parte confirmari, prout supra induxi, ergo
non debet ad illum casum specialem trahi di
cta lex penul. generaliter loquēs, ne illum cor
603 rigat. † Secundo respondetur, quòd illa uer
ba [*sine distinctione*] referuntur ad dicta supe-
rius in illa lege, ubi fuerat facta distinctio do
nationis factę pro redemptione captiuorum,
& similibus casibus, uel non, unde clansula
finalis ibi declaratur secundum prędecedentia,
l.si seruus plurium, §.fi. ff. de leg. j. nam usq;
ad legitimam summam uoluit dicere textus
non esse distinguēdum inter unum casum do
nationis, & alium, sed sempet ualere debet
donatio sine insinuatione, ita respondet Al-
604 ciat. in dicto §. sed si mihi. † cui addas tex-
tum non declarare quid iuris, ubi facta sit do
natio in cæteris casibus ultra summam sine in
sinuatione, an saltem quo ad summam legiti
mam sustineri debeat, uel non. unde textus
ille non facit, & ex alijs iuribus hoc uenit de-
605 clarandum (& ꝙ istud sit uerissimum, † pon
dero diligenter uerba quæ sequuntur [*hoc
etenim tantummodo ad augendas huiusmodi donatio-
nes addendum esse ex præsenti lege decernimus ante-
riori tempore nostra lege præcedente moderando quo
usque ad 300. solidos facta donationes, & sine insi-
nuatione firmitatem obtinere sunt iussæ.*] constat
enim, quòd Instinianus uoluit addere tan-
tum suæ legi, sancimus, quæ disponebat do-
nationes sine insinnatione ualere nsque ad
300. aureos ut usque ad 500. ualerent. si e-
nim tantummodo hoc induxit ibi patet, ꝙ
quid iutis esset in excedentibus 500. aureos
an in excessu tantum, uel in totum corrue-
rent, nihil ibi induxit, nec terminauit.
606 † Ad tex. in c.fi. de donat. inter uir. & uxot.
respondetur, quòd loquitur de donatione in
tra summam legitimam, & quæ illam non ex
cedit, probatur ex glo.j. quę ponit de excedē
te legitimam sūmam allegando textnm in di
cta l. donationes. Confitmatur pręter ipsam
glossam, nam cum textus simpliciter dicat il
lam donationem inter coniuges obitu dona
totis confirmari, datur intelligi, quòd loqui
tur intra summam, cum extra illam non con-
firmetur eius morte sine insinuatione, dicta
607 l.donationes. † sicque textus ille debet in-
telligi, nt concordet dicta l. donationes, &
euitetur correctio, c.cum expediat, de elec. in
6.l.j.C.de inoff.dot. & utrobique notatur, &
per Bar.in extrau.ad repri.uer. non obstan.
Ad tertium respondetur, quòd imò ex om-
ni parte confirmatio impeditur inducendo,
ut supra fecit, nec ibi ratio ponitur secun
dum qnam dispositio limitetur, ut puta
608 Cro. † Ad quartū concedo quidem donatio
nem illam inter patrem & filium, uxorem
& maritum quo ad requisitionem insinua-
tionis, si sit vltra summam legitimam, æquipa
ratam esse donationi inter uiuos, q̄ statim va
let, sed casu quo sine insinua. processetit, non

fuit

fuit ęquiparata.Imo diuersum ius constitutũ inter eam,& illam,nempe quòd ex nulla parte confirmetur,ut in d.l.donationes, inducta superius, secus in alia. d. l. sancimus, merito non ualet argumentum æquiparationis de casu,quo dicta donatio fuerit insinuata,ad aliũ quo non fuerit insinuata,(uelut ualde diuersum.l.Papi. exuli. ff.de minor.† Imo contra-
609 rium, si quidem uno ex contrarijs admisso tollitur aliud, ut per Bal.in l.j.C.de furt.Soc. Iun.consi.31.uum.9.uolumi.j.& ego dixi,cõsilio 133.nume.69.& contrarietas semper est euitanda, & fugienda, ut post Soc. ponit Paris.consi.7.nume.7.uolum.3.Alex. consi.141. colum.4.uolum.2.Decian.respon.7.num.75.
610 uolum.j.)† Ad quintum respondetur,quòd illa donatio sustinetur saltem usque ad legitimam summam propter bonum principium cum non sit prohibita, ut in ista de qua quæritur secus,quia prohibita est, & bonum principium multum solet operari, ut colligitur ex not.per Bar. Ang.Imo. Cast.& omnes in l. posthumus.ff.de iniu.resta. in l.2.C.de posth. hær.inst.Fab.Christoph. & Tolen.infra de ex-
611 hær.li.in prin.† Postremo mihi non placet, quod Aret. & Rubeus dicebant dictam l. donationes, uenire interpretatiue ad d.l. sancimus.id enim negat Alci.in d. §. sed si mihi,ex inductionibus suis, & ego ex meis confirmaui,nec est par ratio inter donationem ualidã
612 a principio cum inualida.† Sed & est diuinatiua eorum sententia, quòd dicta l. donationes, illam sancimus, interpretetur, quæ nullã prorsus de illa mẽtionem facit.(& in iure nostro diuinatio non conceditur.l.si putator.ff. ad leg.Aqui.Coru.consi. 192.num.j.uol.3.& ego dixi,consi.234.nu.84.Ceph.consi.293.nume.105.) tenenda est igitur superior limita-
613 tio.† Ulterius pro maiori declaratione iurium,quę summam donationi sine insinuatione constituunt considerandum est, quod de solidis loquuntur.probatur in l.sancimus,in pri. & in l.pe.in fi.C.eodem,in l.illud.C.de sacros.
614 eccl.† Hæcque solidorũ nominatio pro aureis capitur.l.quotiens.C.de susceptio.lib.10. ubi dicit esse casum Constantius Roger. in l. si pariter.§.fi. ff.eod. nam secundum eum dicitur ibi,quòd solidus legalis ualet aureum,(quod non est uerum, sed eius intentio sic iustificari potest:nam dicit tex. Quotiescunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur,aut auri massa transmittitur,in septuaginta duos solidos libra feratur accepta.pondero, quòd cum uelit Imperator libram illius summæ solidorum, in septuaginta duos solidos accepto ferendam esse sicut libram massæ auri,necessarium est, ut dicamus,quòd illa summa certa solidorum esset in auro, quia si fuisset æris aut argenti non tantum ualuisset
615 libra æris, aut argenti,sicut libra auri. †Sed &) melius probatur in §. fi. infra de pœna te-

Donatio sine insinuatione usque ad quantum ualeat.

mere liti.iunc. l.pen. & fi. ff. de in ius uoc.ibique gl.& Ias.notant, eaque iura sic unita pendit ad hoc Syluester Aldobran. §.sed hoc iure,nu. 3. supra de Atti.tut. ubi etiam simul ad idem connectit textum in l.si uero plures. §.prætor ait.ff.de his,qui deiec.uel effud.& §. cui similis,infra de oblig.ex qua. male. & idẽ tenet glo.Bal. & Sal. in l.quicunque.C.de ser. fug.& in l.fina.& ibi Bal.& Cast.C.commu.de leg.Io.Fab.& Nicol.de Neap.hic(demumque Petrus a Placa in Epitomes lib. j.cap.2.num.
616 13.)† Et solidi inde sunt dicti,ut putat Budęus,quem refert Aldobrã.loco citato,quasi iusti, & integri ponderis, uel & forte melius secundum glo. in l.j.C. de uete. numis. potes. libro 10.a soliditate, quia de solo auro fiunt.
617 † Hique dicuntur aurei legales quorum.72. libram auri constituunt.d.l.quotiens. secundum communem intellectum glo.in d.l.fi.§. fi.C.commu.de leg.& ibidem Iason, glo.in §. uos autem.uerbo solidos.Inst.de Atti.tut.Canar.in tracta.insinuat.2.par.quæst.31.col.fina.
618 † Merito ad unum infertur maxime necessarium,quod cum hodie aurei,quibus utimur, ut Veneti, Florentini, & id genus diminuti sint, quia minoris ponderis circunferuntur adeo,quòd 96. requiruntur ad constituendũ
619 libram auri, † sequitur donationem usque ad 700.aureos, & ultra ualere posse,sine insinuatione,sicque in maiori summa aureorum nunc decurrentium ita Cast.in d.l.fi.in princ. C.commu.de leg. Ias.in d.l. fi.ff.de iu ius uoc. colum.2. Soc. consi.48. colum. fi.uolumine j. Dec.consi.239.num.2.consi.432. num.15.Socin Iun.consi.118.nume. 10.uolumi.2. Bello. consi.4.colum.pen.& fi.Cassane. in consuetu. Burgund.rub.j.§.7.in tex.65. folz.numero 5. (Roland.à Valle,consi. 39.num.40.uolumi.j. Natta,consi.28.num.2.& Constanti.hic me-
620 rus relator.† ex quibus bene iustificatur doctrina Baldi singularis in l. quicunque, colu. pen.uer.deinde.C.de ser.fug. qui dicit,quòd ubi moneta est diffinita siue taxata per legẽ de illa est statuendum,non de moneta uulgari seu currente.Nec obstat inquit ille, si dicatur,quòd antiqua perempta est:non enim sic est,quia id non est peremptum , quod in sua initia redigi potest.l. quæsitum. §. illud, ff. de lega.3. & quia bonitas intrinseca est pondus, quod perire non potest,& quia genus non perit,& quia æstimatio succedit, quæ perire nõ potest.l.cum quid.l.uinum. ff.si cer.peta. cum enim lex in materia donationis insinuandæ, uel nõ monetam taxauerit,ut usque ad quinquaginta aureos non sit necessaria, excedens uero sic, ad aureos ueteres est recurrendum ut hodie tot æquiualentes eorum loco constituantur,ueluti nonaginta sex loco septuaginta duorum:sic enim pondus idem resultabit, quod ex pari numero non resultaret, & ita Baldum sequitur in terminis nostris Ioan.Sichardus

chardus in d.l.sancimus,columna 2.nume.5.
621 C.eo.tit.† Postremo circa insinuationem ne
cessariā donationi excessiuæ pulcherrime no
tandum est id non habere locum in donatio-
ne reciproca,quæ licet excessiua ualet sine in
sinuatione, ut uoluit Ang.consi.179.col.pen.
Ias.consi.173.sub nume.5.uol.4.Natta prædi
ctos non allegans,consi.609.num.9.& Ceph.
consi. 396. nume.44. & plures alios cumulat
Gabriel. Roma.lib.3.titu.de donati. conclu.
prima num.65. cuius rei ratio esse potest, qa
læsionem non continet,cum hinciude detur,
& recipiatur.l.de fideicommisso,cum ibi no.
622 C.de tranlac.† Sed & in alio casu crederem
donationem quoque sine insinuatione in ex
cessu habere, quando modicus esset excessus
ultra quinquaginta aureos.quoniam parum,
& nihil solent æquiparari. c.licet causā.§.quā
quam. in u r. nulla, uel modica, de prob. &
Inst.ad l. fal. circa prin. in uer. pro nullo aut
minimo lucro.Ias.in l. sciendum, colum.3. ff.
qui sat. cog.Mar . sing. 276.unde sicut quan-
do donatio in nihilo transcenderet,quinqua
ginta aureos ualeret sine insinuatione, pari
modo quando parum eos transcenderet, ua-
623 lere deberet. † Confirmatur in terminis do
nationis, quæ in parua sit non reuocatur per
superuenientiam liberorum, ut uoluit Bal.in
auct. ex cau. colum.3.uersi. item non obstat,
& ibidem Cast.colum.2.C.de lib.præt.& Cor.
colum.10.uersic.quinto quoque fallit. Bal.in
l.Titius in princ.& Aret.colum.fi. ff. de lib. &
post.cum simil.per Tiraquel. in l. si unquam.
in uer.omnia, uel partem, num.24. C. de re-
uo. don. sicut enim dicto casu nō rescinditur
donatio,pariter nec in nostro rescindi debet.
624 † Id uero solum superesset animaduertere
quando dici posset esse paruus excessus, qui
cum non sit a iure determinatus arbitrio iu-
dicis esset remittendus,iux.l.j.ff. de iure deli-
be.prout & in casu mox relato tradit Ang.in
d.l.si unquam.Soc.Rui.& Alciat. quos recitat
Tiraquel.ibidem,num. 28.& 29. sicut & alios
Menoch.in tract.de arbitra.iud.lib 2. centur.
2.casu. 133. quæ singula menti tenenda sunt.
An insinuationi renunciari possit. 625 † Sexta succedit ex Aretino conclusio.quòd
insinuationis solemnitati renuntiari non po
test,quam Bar. Bal. Saly.& Imo.tenent,quos
citat,& dicit hanc esse commu.quod & firmat
hic Bald.Alex. in l.nemo potest,num.12. ff.de
leg.j. ibi quoque Iason, num.41.Crot.nume.
21.Mod. Bono 415.Ripa.num.17.Aquens.
num.21.Ruin.col. 14.Fel in c.si diligenti,nu.
11.de fo.compe.Soc.consil.67.colum.5.uol.
j.late Cana. in tract. insinu.q.29.10. Lup.in
repe.rub.de don.inter uir.& uxo.§.17.colu.2.
num.6.Constan.Roger.in l. Modestinus, nu.
44.ff.eo.(Cephal.consi.208.num.15.Oldra.i.
consi.173.Io.And.in add.Specu.in titu.de in
strumen.edi.§.porro,in ulti.addi.Signor.con
silio 181.colum.6.uer.nec huic obst. Bal.in l.
data.colum.2.C.eo. & consi.451.columna j.
uolumi.j.Decian.resp.39.num. 32.uolumi.2.
& respon.j.nume.70.uolumi.3.Ang.consilio
179.uisis,& consi.59.in fi. ubi dicit se ita con
suluisse in ciuitate Castelli cū Baldo suo ger-
mano, ut Baldus de quo supra reperitur, &
626 consi.101.colum.fi. uolum.3.† Barb. consi.
16.uolumi. 2. qui testatur hanc esse commu.
Rolan.à Valle, consi.39.num.35.uolumine j.)
fundatur hæc conclusio pluribus rationibus
quas refert Sal.in l.pen. C.eo.& Doctores su
pra memorati,illa uero potissime quam po-
627 nit Aret.hic.† natura nanque insinuationis
introducta est ne fiant fraudes. l.data. C. eo.
igitur ei renunciari non potest,ut no.in §.qa
uero,in Auc.ut sine prohi.matri.(sicque dicūt
Bar. & alij , quos citat Aret.) † sed tu consi-
628 dera, quòd in d.l. data,non præcise dicitur,
quòd donatio facta sine insinuatione conti-
neat fraudem, sed quòd occasionaliter hoc
629 potest euenire,quòd insit fraus.† merito ta
lis fraus a lege præsumpta uidetur tolli posse
per renūtiationem prout tradit in terminis
Dec.consi.432.colum.fi.nume.23.qui licet lo
quatur stante iuramento in renuntiatione
idem tamen uidetur posse dici eo remoto.
630 † Quia dolus præsumptus etiā futurus sim-
pliciter remitti potest, licet in dolo uero se-
cus sit constitutum,ut no. Butri.in c.fraterni
tatis,colum.9.uersi.fallit quarto,de testi. Bal.
in l.j.C.de usufr Ias.in l. si unus.§.illud.in fi.ff.
de pact.Rui.in l.nemo potest,colum. 10.in fi.
ff.de leg.j.Dec. consi. 178.columna pe.(Soci.
631 Iun.consi.94.num.3.uolum.4. † quod adeo
uerum est, ut nec Princeps,ante reatum cō-
missum possit re mittere pęnam infligēdam,
quia esset inuitare ad delinquendum, ut post
Butrig.tradit Sal.in l.castitatis. C.ad l. Iul. de
adult.Natta,consi.528.num.15. & sic ad uer-
sandum in dolo uero data opera delinquen-
do propter impunitatem repromissam.
632 † Quinimo etiam si diceremus donationē
sine insinuatione factam dolum uerum con-
tinere, quia tamen ille dolus uirtualiter præ-
cessisset actum donandi supponendo, quòd
donator inductus sit ad donandum ex dolo
donatarij, utique per simplicem renuntiatio
633 nē insinuationis uidetur remitti posse: † do
lus enim uerus de præterito remitti potest,ut
not.Bar. in l.quidam decedens.in princ. ff.de
adm.tu.in l.Aurelius.§. Caius.ff.de lib.lega.
glo.& Doctores maxime Ias.in d.§.illud.Soc.
consi.73.uolumi.3.Decis.Neapo.220.nume.
8.Paris.abunde,consi.49.num.45.consi.90.nu
mero 34.uol.j.Bero. quæstione 21.num.4.un-
de uidetur ex prædictis periculosa satis hæc
634 ratio, quam posuit Aret.hic. † Diligentius
tamen aduerti debet super ea, procedit enim
de mente iuris eam deducendo prout tacit
Bar.in d.l.Modestinus.Imo.in c.cum contin-
gat,nume.40. de iureiur. & Canat.in dicta q.
29.

29. dicunt enim, quòd insinuationi renuntia-
ri non potest, quia quòd fiat insinuatio non
est in fauorem donantis inductum, sed, alio-
635 rum, ne fraudes fiant. d.l. data. † quæ lex con-
siderat cládestinas ac domesticas fraudes ad
aliorum agnatorum forte perniciem, qui nõ
facta donatione succederent, merito mirum
non est, si renuntiatio insinuationi nihil ope-
636 ratur, † quia non ualet renuntiatio, quando
agitur de præiudicio alterius, quam renuntiã-
tis, ut tradit Bar. Cas. & alij maxime Dec. in l.
pen. nu. 26. C. de pact. (Natta, consi. 609. num.
42. post Butri. & Abb. in c. si diligenti, de fo.
637 compe.) † Et posito, quòd renuntiatio cuius-
piam sibi noceat, nunquam tamen alteri no-
cet. l. j. C. commu. rer. alie. l. si post mortem. ff.
de bon. poss. cont. tab. Bar. in d. l. pe. colum. 2.
uersi. 2. casu. Bologni. consi. 43. Tiraquel. de re-
tract. in titu. de retract. linagi. gl. 2. numero 4.
638 † (Nam renuntiatio expressa restringi de-
bet ad personas expressas, nec ad alias exten-
di potest, ut late per Dec. consi. 379. colum. 2.
consi. 452. numero 21. & consi. 625. numero
6. Decian. respon. 8. numero 75. uolumine 3.)
639 † Non obstat modo, quòd simus in fraude
præsumpta a lege, ut dicit Dec. in d. consilio
432. quia ex quo super ea se fundat textus in
d. l. data, & ultra lex procedit actum annullan-
do, ut habetur in l. illud. C. de sacros. eccl. ibi,
[*non aliter ualeat nisi actis intimata fuerit.*] (il-
640 la † namque uerba, non ualeat, futuri tempo-
ris actui resistunt, ut per Bar. in l. cum lex. col.
2. ff. de fideiuss. & ubi lex prohibet, actus in cõ-
trarium factus est nullus. l. non dubium. C. de
641 legib. † Et illa dictio, Nisi, uim conditionis
habet. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de
cond. & demon. & ubi quid conditionaliter
exprimitur censetur esse de forma. l. prætor
in prin. ff. de coll. bo. Bal. i auct. matri. & auię.
C. quando mul. offi. tut. Rol. à Valle, consi. 49.
colum. 2. uol. 3.) certe renuntiatio nihil ope-
rari potest. c. is qui fidem, de spons. Rip. in l. ne
642 mo potest, numero 56. in fi. ff. de leg. j. † Nõ
obstat insuper quod supra dicebam de dolo
præsumpto, qui remitti potest: nã ultra quòd
contrarium tenuit Cast. in d. §. illud. & post
eum Igneus, in l. contractus, numero 29. in fi.
ff. de reg. iur. (sicut & Cephal. consi. 405. nu.
29.) dici † potest illam conclusionem proce-
643 dere in dolo præsumpto, qui in non facien-
do consistit, ut si tutor administrat non faciẽs
inuentarium, secus in eo, qui in faciendo con
sistit, ut in donatario, qui præsumitur indu-
cere donatorem ad sibi donãdum, nam talis
dolus in faciendo remitti non potest. Ita di-
stinguendo tradit Dec. & Cagnol. ille nu. 40.
644 hic 103. in d. l. contractus. † Qui Cagn. sub-
iungit aliter etiam distingui posse inter do-
lum præsumptum uersutiæ, & dolum præsum-
ptum desidiæ, & negligentiæ. primus enim
remitti nequit, secundus sic, quia primus in
doli crimen uere cadit in quo uersamur. d. l.
data. ibi [*si quidem clandestinis, ac domesticis frau-*
645 *dibus.*] († Quotiens enim quis se fingit ami
cum alicuius, & illum tacite ac secrete, ut ini
micum tractet, unumque corpore, & extrinse
cus, alium uero animo intrinsecus ostendat
unum ore dicendo, & aliud corde gerendo,
proditorie facere dicitur, argumẽto. l. j. ff. de
præuar. l. atletas, & l. pen. ff. de his, qui no. infa.
quibus ita dicit Bero. consi. 165. num. 12. uo-
lumi. 3. talis enim uidetur donatarius indu-
cens ad suum commodum donantẽ ad sibi
donandum, quod est perdere. l. filiusfami. ff.
eodem, sub colore, uel spe plerumque uanis,
646 & falsis.) † Vel & tertio modo distingui po-
test, quòd quando pars cuius fauore dolus p̃-
sumitur, dolum remittit, tunc admittitur, ut
suo fauori possit renuntiare, nam consensus
eius facit præsumptionem iuris cessare (. Nec
mirum, † quia spontaneus consensus purgat
647 omne uitium. l. si ob turpem. ff. de condit.
ob tur. causam. l. 2. C. quod met. causa. Imo li-
cet sententiæ, & rei iudicatæ maxima uis sit,
adeo, ut pro ueritate habeatur. l. res iudicata.
ff. de reg. iur. l. causas, uel lites. C. de transf. l. fi.
648 C. senten. rescin. non posse. † tamen renun-
tiatio plus potest, quam sententia, quia sentẽ
tia fertur in inuitum. l. inter stipulantem. §. j.
ff. de uerb. ob. l. & summa cum ratione. §. fi. ff.
649 de pecul. sed † renuntiatio præsupponit ani-
mum, & consensum renuntiantis. d. l. quæri-
tur, & l. si quis iusiurandum. C. de iureiur. c.
650 quam periculosum. 7. q. j. † Et ideo licet sen-
tentia contra rem iudicatam non ualeat. l. j.
C. quã. prouo. non est nec. c. exposita. de arbi. ta
men potest rei iudicatæ renuntiari, & ualebit
renuntiatio. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de
pact. Alex. in l. iudex postea quam. columna 2.
uer. sexto fallit. ff. de re iudi. consi. 77. in causa
& lite, colum. fi. consi. 212. uiso, in prin. uolum.
2. Paris. consi. 5. num. 43. uolum. j. consi. 5. nu.
16. uolum. 2. Decian. respon. 39. numero 46.
uolum. 2. huius autem consensus, qui facit p̃-
sumptionem iuris cessare, redeundo ad rem
651 nostram, † adferri potest) exemplum in hęre
de, qui potest legatario remittere cautionem
de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, ut
not. glo. & Doctores in l. j. C. de usufr. (Docto
res in l. nemo potest. ff. de leg. j. Aret. noster su
pra de usufr. in prin. Imo. & Doct. in c. fi. nu.
12. de pignor. Arius Pinel. in l. j. 2. par. nume.
76. C. de bon. mat. Franc. Marci, decis. 820. nu-
me. 4. prima par. Gabrie. Roma. lib. 5. de usufr.
conclu. j. nume. 43. Borgninus Caualcaneus,
in tract. de usufr. mul. relic. nume. 149.) quia
potest renuntiare fauori suo: lex enim, quæ p̃-
sumebat dolum futurum in legatario usufru
ctus ad fauorem hæredis, cessat, & eius præ-
sumptio consentiente hærede in cuius fauo-
652 rem lex dolum prædictũ præsumebat. † Itẽ
aliud exemplũ dari potest in terminis Butrij
in

in c. fraternitatis. de testib. dum uult, quod post didicita testificata, quis possit producere testes parte contraria consentiente, quia praesumptio timoris subornationis in nouis testibus inducendis, auct. qui semel. C. deproba. cessat parte consentiente in cuius fauorē lex ita praesumebat. Idemque tenet Marian. in d. c. fraternitatis, casu 30. num. 65. & Gabriel. Roman. lib. j. de testi. conclu. 21. num. 74. plu-
653 res allegans.) † Sed quando quis uult remittere dolum qui per legem praesumitur non fauore sui, sed alterius, tunc non potest, quia praesumptio doli, quae non est in fauorem remittentis inducta non cessat, & ideo illa durante, si ualeret remissio daretur occasio de-
654 linquendi. † exemplum in testatore, qui nō potest legatario cautionem praedictam remittere, ut not. in d. l. j. (Cast. consi. 221. colum. j. uolumine 2. Pic. in l. Titia, cum nuberet. §. Titia. q. 54. ff. de leg. 2. Neuiz. consi. 9. numero 12. Rolan. a Valle, consi. 92. colum. j. uolumi. j. Plot. in l. si quando, nume. 606. c. un. ui. uer. nec potest testator. Clarus, in §. testamētum, q. 64. & q. 66. Cra. consi. 187. num. 7. cum similibus per eundem Caualcaneum, num. 148.) cū non fauore testatoris, sed hęredis lex dolum praesumat. Ita distinguēdo pulchre declarat Rui. consi. 69. colum. fi. uolumi. 2. consi. 97. nume. 8. uolumi. 5. dicitque Salycetum sic distingue-
655 re in l. fi. C. arbi. tut. † modo in proposito nostro lex dolum praesumit non fauore donantis, sed aliorum atque ob id insinuationem introduxit secundum Bar. & sequaces de quibus supra, merito donans non potest renuntiando insinuationi talem dolum praesumptum remittere, quia praesumptio legis non cessat ex quo non est in fauorem donantis in-
656 ducta, sed alterius. † Non obstat, quòd de dolo uero pręterito dicebā, qui remitti potest: procedit enim si remissio specialis interuenerit, adeo, quòd uerba generalia non sufficiūt. l. actione. in uerbo, specialiter, & ibi no. Alex. Ias. & Doctores, Dominusque meus Riminal. C. de transf. sed hic dato, quòd insinuationi renuntietur, non tamen dolus dicitur specialiter remissus, ex quo de illo uerbum factū non
657 fuit. sic ergo rō Bartoli defensatur. † Vltra quam & caeteras, quae allegantur nouam adijcio: sicut enim quando quid alicui promittitur ob delictum iam commissum propter quod praemium rursus inuitatur ad delinquendum talis promissio non ualet. l. si plagij, & ibi Ias. columna fi. ff. de uerbo. obli. sic in quaestione nostra quando donans insinuationi renuntiat (donatario sciente, & assentiente) talis renuntiatio ualere nō debet, alias † donatarius
658 ob dolum suum, qui crimen est. l. j. iunc. gl. ff. de fid. tut. l. item exigit. ff. de dolo. Alber. in l. 3. ff. de crimi. stell. praemiaretur ex donatione per renuntiationem insinuationis confirmata. iterumque ad delinquendum inuitaretur, hoc est ad inducendum eundem, uel aliū
659 ad sibi donādū, quod esse nō debet. † (Quia dolus aut malitia alicuius sibi prodesse non debet, sed nocere. c. 2. de do. & contu. unde uidemus, quòd quamuis offerens, & interpellans moram suam purgare, & aduersariū in mora constituere dicatur, quando offerens seu interpellas dolum committit, sua interpellatio, & oblatio sibi non prodest nec aliū in mora constituit. l. sed & si per emptorem. §. fi. cum glo. ff. de act. emp. Alex. in l. si seruū. §. sequitur, columna 2. ff. de uerb. oblig. Bero.
659 consi. 196. numero 6. uolum. j.) † Septima succedit ex Aretino conclusio, nunquid ratione iuramenti ualeat donatio sine insinuatione. refertque duas opiniones, alteram Baldi & Saly. negatiuam, alteram Ioannis Andreae, & Imolae affirmatiuam, neutramque firmat subdens timore iuramenti noluisse consulere. tu praeter eum adde, quòd hanc conclusio nem late disputat Soc. consi. 77. colum. 5. cō-
660 silio 80. colum. 6. uolum. j. † (Et Horatius Mādosius in additio. ad Romanum consi. 12. plures enumerat partem negatiuam tenentes, sed longe numerosiores adducit in addi. eiusdem, consi. 26. qui que saepius communem testantur. Prioremque partem tenet) Cur. consilio 66. cum sequen. Crot. in l. nemo potest. nume. 21. ff. de leg. j. Canar. in tract. insinu. 2. par. q. 30. eamque communem dicit Baueri. in tract. de uir. iuramenti prima par. uer. 22. nume. 35. & Ferrati cautela sua. 33. colum. 3.
661 multos accumulans † opinio tamen Ioannis Andreae magis communiter recipitur, ut firmat Alex. in d. l. nemo potest, dicens, quòd ita saepe consuluit prout reperitur, consilio 4. colum. pe. consi. 125. colum. pen. uolumine j. consi. 31. colum. 3. consi. 82. in fi. uolumine 2. consi. 20. colum. 2. uolumi. 3. repetito consil. 217. uolum. 6. consi. 133. num. 10. uolumine 7. Idemque late tenet Aret. consi. 2. consi. 47. &
662 consi. 76. † Dec. qui magis communem dicit consi. 239. numero 2. consi. 432. colum. penu. consi. 488. nume. 6. Rube. consi. 59. numero 2. Soc. Iun. consi. 118. nume. 11. uolumi. 2. Ias. consi. 51. numero 3. uolumi. j. Paris. consilio. 33. numero 45. consi. 69. nume. 67. uolum. 3. Grat. respon. 70. numero 28. uolumi. j. Cur. Iun. consilio 47. columna 4. Rui. consi. 172. in fi. consi. 180. numero 14. uolumi. j. consi. 159. numero 15. uolumi. 4. Bello. consi. 60. colum. fi. Bertran. late consi. j. numero 19. uolumi. 2. consi. 78. numero 7. uolum. 3. priorum. Cagn. in l. j. numero 18. C. de pact. Io. Duranr. de arte test. titu. 2. caut. 10. colum. 2. (Bero. consi. 56. numero 9. uolumi. j. Rui. consi. 126. nume. 8. uolum. j. & alij copiose relati quorum plerique magis communem testantur per Gabrielium Romanum libro 3. titulo de donatio. cō clu. 2. numero 66. de quibus etiam dixi, consi. 341. numero 24. cum sequentibus, nunc.)

Ego

663 † Ego uero pro breui resolutione distinguo duos casus, primum de iure municipali secundum de iure communi. circa primũ stante statuto, quòd donatio debeat insinuari infra sex menses, alias ex nunc sit nulla. si quidẽ iuramẽtum simpliciter fuit præstitum super obseruantia donationis nulla de insinuatione mentione facta, dico, quòd tale iuramentum non confirmat donationem aduersus nullitatem, quæ surgit post donationem cele 664 bratam. † Quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus. c. cum P. de renunti. c. quemadmodum. de iureiur. Paris. consi. 110. nume. 35. uolumi. j. Cassane. in consue. Burgun. rub. 7. §. 2. numero 9. Boer. decis. 204. numero 21. Rui. consi. 170. numero 13. uolum. j. Menoc. consi. 84. numero 56. † quod regulariter in 665 quibuscunque contractibus, & conuentionibus obseruatur, ut habeant implicitã clausulam, rebus sic stantibus. l. continuus. §. cum quis. ff. de uerb. ob. l. quod Seruius, & ibi Ias. ff. de cond. ob cau. c. quemadmodum. iunc. gl. de iureiu. Natta, consi. 148. numero 22. post Anch. consi. 82. num. j. Rube. consi. 147. numero 3 post Corn. consi. 189. columna 3. uolum. 2. quos adduxi, consi. 262. numero 26. hac igitur ratione dicitur iuramentum non confirmare donationem aduersus nullitatem post eam causatam ex insinuationis defectu quã statutum requirit infra sex menses fieri nec 666 facta fuerit limitato tempore.) Ita † Fed. de Sen. consi. 281. Butri. & Imo. in c. cum contingat, in 7. memb. num. 79. de iureiur. Soc. consi. 77. colum. fi. consi. 80. columna antepen. uolumi. j. Bal. nou. consi. 78. colum. 2. inter consilia Soccini, uolum. j. Aret. consi. 2. columna 2. Cur. Iun. consilio 141. column. fi. Corn. consilio 186. num. 2. uolum. 2. Barba. consilio 43. numero 33. uolumi. j. & fuit de mente Alexã. consi. 125. columna peu. uolumi. j. & clarius ponit, consi. 170. numero 5. uolumine 7. (idemque tenet Gabri. Roma. lib. 3. titu. de dona. conclu. j. numero 67. demumque Mandos. in addi. ad Roma. consi. 26. uerbo iuramento, in fi. dicens ita cauert statuto Romano disponente donationes non insinuatas etiam iuratas nullius esse roboris, uel momenti, quod est clarius supra memorato de iuramento nõ loquente, & iam prædictis concordat etiam 667 Iul. Clarus in §. donatio. q. 18. in fine. † Non omitto tamen, quòd in illo pungit in contrarium Soc. Iun. consi. 130. numero 13. uolum. j. loquens de statuto requirente contractũ debere denuntiari, uel de illo solui gabellam, q̃ sunt solemnitate requisitæ post contractum, sicut & insinuatio, & tamen tenet post Rom. consi. 517. colum. fi. tale statutum non porrigi ad contractus iuratos, motus quia cum donator iurauerit donationem perpetuo ratã habere, & contra eam non facere aliqua ratione, uel causa, dicitur complecti etiam casus prædictos denutiæ non factæ, uel gabellæ nõ solutæ, uel ut in casu nostro insinuationis nõ factæ, quia uerba simpliciter, & generaliter prolata debent simpliciter, & generaliter intelligi de quacunque causa. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præst. & cum tale iuramentum seruari possit sine dispendio salutis eternæ, debet omnino seruari. capi. cum contingat, de iureiur.

668 † Sed a priore sententia non recedo quoniam tale iuramentum debet in dubio referri ad causam, quæ adsit tempore iuramenti c. cum inter, de renun. & rursus intelligi debet si res in eodem statu permanserit, ut not. in c. quemadmodum. de iureiu. & sic, quòd donatio insinuetur denuntietur, uel soluatur gabella, ut statutum mandat, quare his non factis tempore statuto surgit noua causa, quæ non erat tempore iuramenti in esse deducta, quodque fuit præstitum sub ea conditione si prædicta fierent, sicque res desijt esse in terminis suis, merito iuramẽtum ligare nõ debet.)

669 † Si uerò donans expresse iurauit seruare donationem non obstante, quòd postea nõ fuerit insinuata, tunc tale iuramentum cõfirmat donationem, ut tenent Soc. Bal. nouel. & alij in consilijs proxime citatis, (uel quòd nominatim fuerit ipsi statuto cum iuramento renuntiatum dicendo, quòd donatarius nullũ præiudicium incurrerit, si registrari donans non faceret instrumentum: tunc enim donatio ualidatur iuramento, ut tenet Federic. de Sen. in allegato consi. 281. uersus fi.) quem refert, & sequitur Imo. in d. c. cum contin-670 gat, numero 79. † Plus plerique uoluerunt idẽ iuris esse, si quis cum iuramento renuntiauerit omni iuris, & legũ auxilio, dato quòd expresse dicto statuto non renuntiauerit. Ita uoluit Rui. consi. 51. numero 20. & cõnsi. 180. numero 15. uolum. j. Gozad. consi. 87. nume. 13. & Cur. Iun. consi. 47. colum. fi. mouentur isti, maxime Ruin. quia per dicta uerba uide-671 tur renuntiatum dicto statuto: † nam iuris appellatione uenit ius municipale secũdum Abb. in rub. de consu. maxime uero in casu nostro, ubi si non ueniret ius statutarium sub illo uerbo iuris, id esset superfluum, quia sub uerbo legum, continetur ius commune. intelligitur ergo per dicta uerba renuntiatum iuri non tantum communi, sed etiam municipali, 672 ut euitetur superfluitas uerborum. l. si quã do. ff. de leg. j. c. si Papa, de priui. in 6. (glo. in l. j. ff. quod met. causa, & in l. 3. §. ait prætor. ff. de ui. & ui. arm. Dec. consi. 10. numero 14. & consi. 18. num. 4. Decian. respon. 30. num. 27. uolumine 3. Rui. consi. 68. numero 8. & 9. uo-673 lumi. 4. † nam sub dispositione generali non continetur id, de quo in specie prospectum fuit. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de uul. & pu. l. uxorem. §. felicissimo. ff. de leg. 3. l. Stichus. § prin. l. alimenta. §. basilicæ. ff. de ali. & cib. leg. l. doli clausula. ff. de uer. obl. l. sanctio legum. ff. de

ff.de pæn.Alex. consi. 25.colum. fi. uersic.sed quando.uolum.j.consi.11.colum.2.ad fi.uolumi.2.Rui.consi.101.num.5.consi. 122.uol. 2.Ias.in l.talis scriptura.colum. pen. uer.ad de.ff.de leg.j.Dec. consi.14.nume.5.uersic.& ad hoc.D.meus Zuccard.in l.j.numero 78.C. de pact.& Senatus Pedemon.Decis.167.nu.j.
674 † Cuius in promptu ratio est, ne quod est specificatum uideatur superfluum.Corn.con silio 229.uolum.4. unde cum fuerit renuntia tum omni iuris,& legum auxilio sub illo uer bo iuris, generali non debet comprehendi ius commune propter uerbum legum id spe cificans, ne quod est specificatum superfluũ remaneat, sed restringi debet ad ius municipale, & in terminis nostris hoc) argumento Romanus utitur ad unguem, consi. 251.col. 2.licet Ruinus eum non citet, quem sequitur
675 Dec.consi.452.colum.3.in fi.†Secundo mouentur Ruinus Gozad.& Cur. Iun. supra memorati ex not.per Bar.in auct. matri & auiæ. C.quan.mul.offi.tut.colum.pen. uersi. quid si renunriauit, & in l.si quis sub conditione, columna 6.uersi.quæro quid si.ff.de test.tut. vbi tenet, quòd per illam clausulam uidetur renuntiatum beneficio Velleiani,pariter ergo
676 dicto statuto.† Sed tu considera periculosam uideri hanc decisionem:cum enim Ruinus loquatur de dicta clausula indefinite posita, uidetur dunraxat ad præsens tempus referenda.l.si ita.ff.de auro,& argen.leg.sicque uidetur donans renuntiare beneficio statuti sibi tunc competenti, non autem in futurum competituro, quale est statutum de quo agitur donationem post sex menses non insinua
677 tam annullans:†merito cum misterio Alex. consi.21.columna 5.uolum.3.& Corn. consi. 221.colum.pen.uolumi.j. consi.69. columna 4.uolumi.2.uolentes hanc clausulam operari ponderaut,quòd in casu suo fuerat renuntiatum omni iuris,& legum auxilio competenti,& competituro,sic enim bene auxilio statu
678 ti futuro renunciatum dicebatur. † (Hinc Romanus, consi.472.in fi.negat per hãc clausulam simplicem censeri renuntiatum beneficio cedendatum, quod quis habiturus est non statim, sed post alicuius conditionis im plementum,sequitur Parisconsi. 110.colum.
679 fi.uolum.j.†Hinc& Alex.consi.108. num.6. uolumine 6. dicit,quòd simplex renuntiatio intelligitur de iure præsenti, non autem de ~~illo, quod postea~~ oriatur, quia prius non intelligitur renuntiatum, quam natum. unde Corneus,consi.55.in fi.uolum. 3. in terminis dictæ clausulæ dicit, quòd cum talis renuntia tio fuerit simplex,intelligitur de iuribus, & auxilijs, quæ tunc competebant,non autẽ de futuris.Idemque in alio casu dicit Alex.consilio 43.columna pen.uolumi.3.parique modo Romanus,consi.22.Dec.consi.379.nume. ro 9.& Grat.respon.29.numero 36.uolum.2,

680 †Ponderant dictam clausulam porrigi ad futurum quando dictum fuit,omni legum auxilio competenti,& competituro,alias secus.
681 Et ratio prædictorum est.†quia renunriatio nes sunt stricti iuris,& stricte interpretandæ, vt per Calder.consi.5.de præben.Card.consi. 120.in fi.Paris.consi. 7.num.73.uolumine 2. Soc.consilio 96.in fi.uolumine j.Grat. respõ. 66 numero 18.uolumi.j. Dec. consi.419.numero 9.consilio 461. colum. 2.consi.495.numero 19.cons.625.numero 6.Cra.consi.200. numero 10. Ceph.consilio 427. columna 2.
682 † Imo plerunque apponuntur cum parua causæ cognitione secundum Cardi. consilio 30.col 1m.pe. Dec. consilio 352. columna pe. Paris.in d.consi. 7.& contra naturam renũtia tionis est ut extendatur ad futura.l. si ita seri ptum.§.si sub conditione.ff.de leg.2.quam rationem facit Tiraquel. de retract.linag.§.j. glos.9.numero 121. quare conclusio Ruini
683 uidetur esse dubia.† nihilominus in casu statuti prædicti saluari potest dicentis,quòd donatio debeat infra sex menses insinuari, alias ex nunc sit nulla,pondero clausulam illam ex nunc, quæ retrotrahit dispositionem, & facit tempus futurum inesse tempori præsenti, & sic, quòd effectus actus tunc gerendi trahatur ad tempus præsens,cle.j.cum glo.de concess.præb.Ang. & Ias.in l.j.C. de codic. Doct. in l.huiusmodi. ff.de uerb.ob.& in l.lecta. ff. si cer.pet. Guid.Pa.q.588.Fel.in c.licet causam, columna 4.not.6.de probati. Soc. Iun.consi. 106.numero 28. uolumi. j. & ego dixi in alio casu,consilio 146.numero 23.propterea, quã do qs renuntiat omni iuris auxilio,dicitur re nunriare iuri sibi competẽti, de præsenti ex statuto,quod eo tempore donationem annullat si non fuerit insinuata in futurum tempore ab ipso statuto præfixo, & ita dicitur renũ tiare iuri sibi competenti de præsenti,non au
684 tem de futuro.† Præterea) saluando conclusionem Ruini,& sequacium dici potest, quòd ubi oratio indefinite profertur, & de magno præiudicio tractatur, siquidem per disponentem, quia indefinite locutus est, potuerunt præuideri omnia futura, tunc extenditur ad futura.Ita declarat Bar. in d.l. si ita, columna pen. & in l. fi.colum. j. C. quæ res pig. per l. si
685 seruitus. ff.de ser. urb.præ di.†Si uero nõ potuerunt præuideri, quæ futura erant, tunc ea non ueniunt, sed tantum præsentia. d.l. si ita. (Rursus, quando dispositio profertur ab homine siue sine tempore siue etiam per uerba præsentis temporis, si tamen res concessa sit uariabilis,uel dubitari possit,quòd varietur, extenditur etiam ad futura, probatur in l. qđ in rerum. §. si quis post. & in l. si ex toto. in prin.ff.de leg.j. l.cum fundus nominatim, ff. de leg.2.l. fi. §.fi.ff.de lib. leg. l. Mella.§. sed si alimenta,vbi etiam not.scribentes.ff.de alim. & cib.leg.Bar. & alij in d.l.si ita.canonis.post

glo.

gl.j.c.quia circa.de priui. & in c.fi.de rescrip. Decia.respon.123.nu.80.uol.3.) sed nos uersamur in primo capite, utriusque distinctionis Bartoli: donans enim, qui renuntiauit omni iuris, & legũ auxilio potuit præuidere nullitatem futuram donationis ob defectum in-
686 sinuationis a statuto inducendam,† cum statuti præsumatur scientiam habere.l. leges sacratissimæ, & ibi not.C.de legib.& actus insinuationis ad ipsũ spectet.l.i hac.C.eo.§.illud. in Auct.ut fra.fil.cum simil. per Canar.in trac. insinu.q.4.(Item dicta donatio ab eo facta uariabilis erat, ut ualitura si insinuabitur infra tempus statuti, uel nulla si non insinuabitur) merito per dictam clausulam intelligitur uoluisse renuntiare auxilio dicti statuti in futurum, sibi competituro ob defectum insinuationis, & illo statuto nolle uti dicto casu adue
687 niente, quod bene nota.† Pręterea, quod mirabilius est, etiam ꝙ donator de insinuatione mentionem nõ fecerit in promissione sua iuramento firmata, nec omni iuris, & legum auxilio renuntiauerit, si tamen æquipollentem fecerit renuntiationem, satisfactum dicetur
688 † cum non soleat curari, quid ex æquipollẽtibus fiat.l.mulier.ff.ad Treb.l.si mater. C.de in st.& sub.exemplum si promisit pure, libere, & mere, nec ullo unquam tempore reuocare, infringere, annullare, uel aliquã ingratitudinis causam allegare, uel aliam quancunque rationem quomodocunque, & qualitercunque opponere in iudicio, uel extra. ex quo enim pure promisit, ideo non sub conditione si in
689 sinuabitur, (actus enim† purus lõge differt a conditionali.§.omnis, infra de uer. ob. remanet que purus, ubi non sit in eo repetitio conditionis.Bar.in l.in repetẽdis. ff.de leg.3. Bero.cons.64.nu.35.uol.2.) Item cum promi-
690 serit libere nõ reuocare, annullare, &c.† uerbum illud libere, denotat sine cõtradictione. c.j.uerbo libere, & ibi no.Archi.de supplẽ.negli.præl. in 6. Alex.cons.214.col.2.uol.6.Idẽque Goz.cons.27.col.2.ubi dicit uerbum libere, idem denotare, quod sine aliquo impedimento, & contradictione. sequitur latius Rol.
691 à Val.cõs.42.nu. 18.uol.j.† Item sine aliqua re extrinseca, diuus Thomas i 2.2. q.19.art.4. & sine distinctione, Bal.in l.precib.col.pen.C. de impub.demumq; nihil obstante. Cor.cons. 106.u o.j.Gozad.cons.91.num.7.& Rol.à Val.
692 cõs.2.col.pe.uol.4.† sed plene Bar.in l.alio, nu.9.ff.de ali.& cib.leg.Soc.cõs.170.col.5.in prin.uol.2.Rui.cons.219.nu.3.uol.j.Menoch. cons.10.nu.10. datur intelligi, quòd ipse donans non potest allegare statutum prædictũ, quod annullat donationem non insinuatam debito tempore, sic enim contradiceret, & impedimentum illius ualori adijceret, remque extrinsecã, & distinctionem, & obstaret, quo-
693 rum totum oppositum promisit.† Addo, ꝙ donans promisit nõ solum pure, & libere, sed etiam mere, non annullare, &c. quod uerbum mere, significat idẽ, quod pure, quodque nullam habet mixturam alterius rei, sed ab ea separatum reperitur, ut in declarando rationẽ quare dicatur Imperium merum, tradit Bart. in l. Imperium. ff.de iur.om.iud. & ibi Dec.& ego latius, num.195.citans Vaconium a Vacuna, lib.6.declarati.c.21.Gillotum, in trac. de iuris.& Impe.lib.j.c.6.circa fi.Petrum Loriotum, in eodem tracta. sic ab eo nominato axiomate.4.Frãciscum Hotomanum in commentario uerborum iuris, Festum, Plinium, & Ciceronem, quos allegat Ferdinan.Vasquius, lib.j.controuers.Illustrium, capi.4.nu.2.demumque Lexicon iuris, in uerbo merum. ergo patet, quòd huic promissioni suæ de non annullanda donatione mere factæ noluit aliquid comiscere, propter quod annullari posset, ut quòd postea non esset insinuata tempo
694 re præfixo a statuto.† Tãtoque magis, quòd promisit nullo unquam tempore annullare, cum enim de tempore sic indeterminate locutus fuerit sua promissio uerificari debet in quocumque tempore tam futuro, quam præsenti.l.qui fundum.ff.de contr.emp.l.j.§.meminisse.ff.de uen.inspici. Bar. in l.j.in prin.ff de alea.cum similib.per Craue.cons.14.num. 3.& cons.84.nume. 13. dixi, cons.163.in fine.
695 † Postremo,) cum inter cætera promiserit donator aliquam ingratitudinẽm non allegare, quæ causa statim non annullat, sed in futurum cum committetur ingratitudo.l.fi.C.de reuo. don.; sequitur, quòd cætera uerba promissionis pariter futurum debeant respicere ut æqualis fiat determinatio.l. nam hoc iure. ff.de uulg.& pup.l.quamuis.C.de impub.cum uulgaribus.unde ex prædictis dicitur renuntiatum nullitati donationis causandę ex post uigore statuti propter insinuationem non factam.& ita tradit pulchre, Corn. cons. 69.columna 3. & 4.uolumi. 2. (licet non ita plene deducat, nec singula uerba ponderet, ut ego feci.) cuius opinionem sensit uno uerbo Soc. cons. 80. columna fi. uolumine j. dum dixit, quòd si donans iurauit seruare contractum non obstante defectu insinuationis, uel quid æquipollens, tũc procedit opinio Canonistarum uidelicet, quòd donatio ualeat, & sit confirmata: dicendo namque, uel quid ęquipollens, pro comperto habet sufficere uerba, & promissionem quibus utitur Corneus.
696 † Venio nunc ad secundum, uidelicet de iure communi, in quo dicens, quòd si quis iurauit, & expresse renuntiauit insinuationi, donatio confirmatur uigore iuramenti secundum Soc. Are. & Doctores supra citatos, quibus addo Bertran. cons.34.numero octauo, cons.233.numero septimo, cons.301.nume.4.uol.j. nouissimorum. (quod etiam confirmatur: nam si non potest simpliciter renuntiari solemnitati insinuationis, ut supra dixi

697 post multos, nume. 625. † consequens est, ut
accedente iuramento bene fieri possit, & ua-
lear renuntiatio, quod plures effectus parere
solet, & inter cæteros, quòd pacta iuramen-
to firmata æquiparantur statuto, ut not. Bar.
in l. si. colum. 3. uers. & quid in casu. C. de pac.
Decian. respon. 31. num. 75. uolum. j. qui plu-
res alios effectus iuramenti ponit. unde si-
cut statuto fieri posset, quòd expressa renun-
tiatio insinuationi ualeat, ita facti per pa-
ctum cum iuramento ualere debet.) si uero
698 † simpliciter iurauit non contrauenire, ta-
li casu tenuit Cald. cons. 2. de iurein. donatio-
nem non confirmari iuramento, idque tenet
Cur. Iun. cons. 66. col. fi. Rui. in l. nemo potest,
col. 15. ff. de leg. j. & Crot. sub num. 21. de men
te Federici de Sen. in dicto cons. 281. inducē-
do, ut per eos, (qui Crot. idem tenet alios ci-
tans, cons. 76. num. 14. & hanc opi. cōfirmat
699 post Ang. con. 58. quem citat: † nam donans
qui allegat defectum insinuationis non ue-
nit contra pactum, sed solum arguit negligē-
tiam donantis, [*uel, ut arbitror uoluisse dicere, do
natarij,*] ideo non incurrit peccatum seu per-
iurium, cum ex noua causa uelit donationem
impugnare, quæ noua causa non includitur
in iuramento. c. cum P. Goffre. de renun. secū-
do, nam donatio prætermissa insinuatione iō
est nulla, quia præsumitur facta in fraudem,
& sic ad euitandum fraudem lex introduxit
700 insinuationem. l. data. C. eo. † at ubicunque
lex aut statutum præsumit fraudem in aliquo
contractu, iuramētum interpositum super il
lo contractu eum non firmat. Bal. Sal. & Cast.
in auct. sacramenta puberum. C. si aduer. uēd.
Bar. in l. omnes populi, in 2. q. tertiæ princi. ff.
de iust. & iu. Roma. cons. 12. Abb. con. 72. quin
701 que dubia. † Tertiò donatio non insinuata
nulla est in odium donatarij, qui neglexit eā
insinuari, at ubi lex uitiat actum in odium ali
cuius, iuramentum non firmat eum. l. sanci-
mus, in prin. C. eo. iuncta doctrina Bar. in l. si
quis pro eo. 4. memb. ff. de fideius. Quartò, nā
lex prohibet donationem in esse deduci nisi
fuerit insinuata. l. illud. C. de sacros. eccl. cum
ergo hic actus sit interdictus conanti nisi ser-
uata solennitate insinuationis non firmatur
iuramento, quia qui non paret superiori ma-
la morte morietur. capi. secundo, de maiori-
tate, & obedien. hoc est excommunicabitur,
702 † cum excommunicatio sit quædam mors.
capitulo, per uenerabilem, qui fil. sint leg. ex-
communicatio uero non imponitur nisi præ
cedat mortale peccatum, capitulo, nemo. 11.
quæstione tertia. cum ergo iuramētum istud
sit nutritiuum peccati non firmabit dictum
contractum. capi. quamuis, de pact. in 6. sicq;
Cro. insistit in dicta l. nemo potest, ultra Rui.
cuius opi. pariter tenet Ceph. consi. 208. uo-
703 lum. fi.) † Sed arbitror eos male loqui, con-
traque magis communiter receptam senten-
tiam Ioannis Andreæ, quam plurimi sequun-
tur supra relati, num. 661. & præter eos Gui.
Pap. cons. 23. numero 7. Alciat. in capi. cum
contingat, nume. 170. de iureiur. Ias. abunde,
cons. 118. colum. 2. uolum. 4. Cagno. in l. si qs
obligatione, nume. 6. ff. de regu. iu. Probus in
c. quamuis. de pact. in 6. in addi. Ioannis Mo-
naci. Constantius Rogerius in l. Modestinus.
ff. eo. num. 49. ubi pluribus utitur argumen-
tis, ut per eum, qui omnes tenent donationē
sine insinuatione iuramēto firmatam ualere.
704 (sicut & Decian. † respon. 31. numero 79. uo
lumine primo, plures adducens, qui commu-
nem testantur, Alciat. respon. 54. post Corn. in
auct. sacramenta pub. C. si aduer. uend. uers.
quarto infertur. ubi dicit, quòd in practica
non putaret ab hac opi. recedendum. Alba.
cons. 4. numero 20. qui dicit esse magis com-
munem, Thobias Nonius, con. 1. numero 13.
& cons. 56. numero 12. dicens a b ea in iudicā
705 do recedendum non esse.) † Confirmaturq;
ultra Doctores, nam bonum est argumētum
de personis ad res. l. si inquilinos. §. si ita lega
tum. ff. de leg. j. l. qui plures liberos. ff. de uul.
& pup. Ias. in l. si ita sit scriptum, num. 6. ff. de
leg. j. Euerard. in sua centuria locorum lega-
lium, cap. 38. (& e contra Ias. in l. ait prætor.
secunda. §. fina. sub nume. 3. ff. de iureiur. De-
706 cia. respon. 11. numero 25. uolum. j.) † Sed
donatio prohibita ratione personarum iura
mento firmatur, & ualet, ut patet in donatio
ne inter uirum & uxorem, prout tenet Bar.
in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Fal. Guil. de Cu.
& Alberic. in l. sed & si possessori. §. item si iu-
rauero. ff. de iureiur. Abb. & Imo. in d. c. cum
contingat, in 10. membro, Cast. & Ias. abunde
707 plures cumulans, † dicensque magis esse cō
munem in l. pacta, quæ contra, colum. 2. C. de
pact. (Gabriel. Romanus cæteris uberius, lib.
3. titu. de donati. conclu. 4. dicens, quod iuramē-
tum supplet insinuationis defectum, per inte
gram fere col. fimbrias in allegando cōcordā
tes dilatans, hancque magis communem es-
se dicens. Portius Imolen. ab eodē sumēs cō
clu. 2. li. 2. Rol. a Val. cōs. 77. i pri. uo. j. Viuius
i suis cō. opi. uerb. donatio a prē filio.) Mar
si. in pract. crim. §. secū. qst. nu. 59. Boer. decis.
92. nu. 6. Dec. con. 231. col. 2. Rub. cons. 25. nu.
5. cons. 54. col. j. Rui. cons. 179. nu. 3. uol. j. cōs.
132. nu. 3. uo. 4. Are. cōs. 84. 2. dub. Soc. Iu. cōs.
44. co. 2. uo. 2. Bertran. cōs. 215. nu. 4. cōs. 301.
nu. 3. cōs. 327. nu. 4. uol. j. nouissimorū. Paris. q
pari modo supponit esse magis cōm. cōs. 86.
nu. 46. uol. 3. Cattel. Cotta, li. suo memorial.
in uer. donationes inter uir. & uxo. ubi dicit,
quod secundū hanc opi. sæpius uidit iudicari, cū
multis aliis quæ possent cumulari, de quib. po
nit Celsus Hugo, cons. 115. nu. 7. dicens, stilus
Regiæ audiētiæ pro affirmatiua cōsueuit sniam
ferre. lateque firmat Bursat. consilio 183. co-
708 lum. secunda. † Idem uidemus in donatione
inter

inter patrem,& filium in potestate,quæ ratio
ne iuramenti valet,& sustinetur,ut tenet Bal.
in l. fi. uer. quid si fuit. C. de usucap. pro do.
consi.430.præmittendum est, uolum.j.alias
362.uolum.3.Abb.in d.c.cum contingat,co-
lumna fi.Aret.consi.17.col.3.consi.72.in fine.
Alex.consi.20. colum.j.uolum. 3. & in l.si do-
709 natione.C.de colla.†ubi Ias.Dec.& D.meus
Rimi. testantur esse commu. plures citando.
Et idem Dec.consi.202.Craue.consi. 102.co-
lumna 2.Paris.consi. 69. num. 128.uolumi.3.
Bertran.consi. 35.colum.j.consi.62. nume.4.
consi.135.numero j.uolum.j.nouissimorum.
ubi dicit, quòd ista uidetur esse hodie com-
munis sententia,tam scribentium in iure,quã
consulentium, quam præterea late tenet Ias.
consilio 118.colum.j. uolumi.4.Soc.Iun. con
silio 13.colum.j. uolum.2.Rui.consi.179.co-
lumna 2.uolum.j.consi.96.numero 5.uol.5.
710 Capici.decis.56. colum.j.†eamque commu
nem fatetur Alciat.in d.c. cum contingat.nu
me.207.prout & alij passim fatentur(quibus
addo Decium,consi.432.numero 4. & cõsilio
454.numero 12. Decianum respon. 28.num.
30.uolum.3. Beroum, consi.53.num. 19.uol.
2.& Neuiza.consi.8.qui relatis quibusdam te
nentibus oppositum,colum.2.recitat infini-
tos hanc conclusionem affirmatiuam tenen-
tes, concludens quòd est uerior,& commu-
nior,quam tenet insuper Franciscus Beccius,
consilio 20.nume.4.& Bursat.in allegato cõ-
silio 183.nume.5.ex his igitur) ad argumen-
tum ceptum deueniendo , dico,quòd si dona
tio prohibita ratione personarum iuramen-
to firmatur,pari modo donatio prohibita ra
tione summæ sine insinuatione,& sic ratione
rei mobilis, quam sit constitutum iuramen-
to firmari debet,arguendo de personis ad rẽ,
711 & ut supra.†Nec me mouet argumentum Rui
ni,& Croti in d. l. nemo potest. columna 15.
quia dictum Federici de Sen. in dicto consil.
281. quo mouetur,non procedit in terminis
iuris communis,de quo nunc loquimur,nam
eo iure donatio non insinuata usque ab ini-
tio nulla reputatur.l.sancimus,in prin.C.eo.
in uerbo, [pro non scripto.] unde cum nullitas
adsit tempore donationis,& iuramenti uirtu
te illius debet cõfirmari. sicque declarat Soc.
consi.77.& Bal.nouel.consi.sequen.nolum.1.
Aret.consi.2.& consi.77.Cot.consi.69.colu.
4.uolum.2.restringentes dictum Federici ad
terminos statuti,quod annullat donationem
ex post. Secus autem de iure communi,quo
ab initio donatio reputatur nulla non secu-
ta insinuatione, merito iuramentum proui-
det hoc secundo casu,cessatque ratio Federi-
ci prout ipsi latius deducunt.†Minus me mo
uet,quod inquit Crotus / post Angelum,cõ-
712 silio 59. † quòd donans allegans defectum
insinuationis non uenit contra pactum, sed
solum taxat,negligentiam donatarij, sicque
mouetur ex noua causa, quæ non includitur
in iuramento. Quia si promisit donans non
reuocare, infringere, nec annullare donatio-
nem, nec aliam quancunque rationem oppo
nere quomodocunque,& qualitercunque in
iudicio,uel extra,nescio uidere quomodo di
ci possit,eum nõ uenire contra pactum, nam
ex diametro contrauenit ei dicens donatio-
713 nem non ualere defectu insinuationis,† qđ
facere non potest,nam pacta per uiam contra
ctus facta seruanda sunt.l. quod semel.ubi gl.
& Bar.ff.de decret.ab ordi.fac. & in l.item.ff.
quod cu.uniuer.no.Bar.in l.omnes populi.in
4.q.3.prin.ff.de iust.& iu.cum simil.per Alex.
consi.101.col.1.2.& 8. & consi. 215. col.2.&
3.uolum.2.Decian.respon.23.num.69.uol.1.
714 †tantoque magis, quòd negatiue promisit
nõ reuocare , nec annullare donationem &c.
quæ uerba trahi non possunt, ut affirment. l.
Titia.§.fi.ff.de manu.declarat Bal.in l.2. C. de
715 cond.infer.Natta,consi.18.num.9.†Imo ue
ro cum adiecerit, nec aliam quancunque ra-
tionẽ opponere quomodocunq;, & qualiter
cunque talia uerba uniuersalia negatiua, de-
struunt omne quicquid inueniant,glo. & Do
cto.in l.hoc genus. ff.de cond.& demon.Nat-
716 ta,consi.636.num. 113.† Et cum sint gemi-
nata non patiuntur restrictiones.Ias.consilio
86.colum.2.uolum.4.Calca.consi.17. colum.
2.Quin dici potest, quòd promittens uolue-
rit inuenire modũ supra superlatiuum,prout
fecit Ouidius in Ibin dicens.

Qui mala cum tuleris plurima, plura feras.

quasi dixerit promittens,licet illa præceden-
tia uerba, nec aliam quamcunque rationem
opponere, trahantur ad omnia, tamen si ma-
ximo maius inueniatur , etiam ad illud pro-
missio sua trahatur ex illis sequentibus quo-
modocunque,& qualitercunque,sicque in no
tabili casu arguit Crauet. consi. 294. colum.
14.uersicu.13.considero,quod bene notandũ
717 est. † Circa uero secundum fundamentum
Croti diligentius est considerandum, ne nos
decipiat:nam dum dicit, quòd ubi lex aut sta
tutum præsumit fraudem in contractu , iura-
mentum interpositum super illo contractu
eum non firmat ex Doctoribus allegatis per
Crot. id concedo,sicut & ego pluribus confir
maui, consilio 5. numero 143. at in quantum
dicit Crot. donationem sine insinuatione fa-
ctam ideo nullã esse, quia præsumitur in frau-
dem facta, hoc nego, nec Croto concedo,
718 † licet enim ad euitandas fraudes lex intro-
duxerit insinuationem. l. data.C eodem,po-
tissime inter coniunctas personas, a quibus
quis facilius decipitur,quam ab extraneo,iux
ta illud,Nulla maior pestis, quã familiaris ini
micus,ut Bald.Salyc.& alij dicunt ibidem,ta-
men non inde sequitur, quòd donatio facta si
ne insinuatione præsumatur in fraudẽ facta.
alioquin nunquam iuramento confirmare-

tur,quod esset deponere communem opinio
719 nem supra firmatam,† nec sola proximitas
sanguinis sufficit ad inducendam præsum-
ptionē fraudis.l. si quis post hac.ver. si quid.
C.de bon.damn. sed opportet,quòd causa p̄-
cedat ob quam fraus præsumatur, ut declarat
Bar.in l. post contractum,colum.2.num.3.ff.
eo.puta delictum præcedens, uel quid aliud.
720 quare cessat fundamentum secundum.† Ad
tertiam rationem,quam dicebat Crot.dona-
tionem nō insinuatam nullam esse in odium
donatarij, qui neglexit eam insinuari, idque
probabat, quia insinuationi non potest renū
tiari, ut supra late dixi,nume.625. unde hinc
colligitur,quòd in eius odiū fuit inducta iux.
gl.in l.tamen si.ff.ad Macedo.merito iuramē-
to firmari non debet donatio non insinuata
iux.doct.Bartoli in l.si quis pro eo. in 4.mēb.
721 ff.de fideiu.† ubi uoluit, quòd quando iu-
ramentum tendit adfirmandum contractum
inualidum in odium eius, qui suscipit iura-
mentum contractus non ualidatur iuramen-
to,& cum Bar.tenet Ang.ibidem.Ego respō-
deo, quòd ubi uerisimiliter iurans non indu
ceretur ad delinquendum contractus iuramē
to deberet firmari, exemplum in filio recipiē
te mutuum, licet enim tempore Macedonis
filius non obligaretur ex mutuo etiam cum
iuramento, quia sic agebatur, & frequentaba
tur,lexque præsumebat delictum in filio con-
722 tra patrem pro restituendo mutuum:†atta
men cum hodie in quocunque loco Christia
norum, communiter ex mutuo uerisimiliter
non inducantur filijfamilias ad tantum ma-
lum,quòd parentes occidant,& in eorum ui-
tam conspirent, imo uero id abhorrent,iura
mentum debet obligare iurantem taliter, ꝙ
absolutionem petere non possit. sicque con-
tractus iuramento debet confirmari. Ita sin-
gulariter dixit But. in c.cum contingat,de iu
reiu.num.14.uer. Quintus casus,quem sequi
tur Imo.sub num.66.colum. 3. & Alex.in ad-
di. Bar.in d.l.si quis pro eo, in quarto memb.
ff. de fideiuss.at in proposito nostro, quando
quis donauit alteri sine insinuatione cum iu-
ramento, nō per hoc uerisimiliter inuitatur
ille, uel alius ad offendendum donatarium nec
econtra,merito debet donatio prædicta iura
723 mento confirmari.† Ad quartum fundamē
tum Crotti considerandum est, quòd à legi-
bus præfixa fuit pœna annullationis, ubi do-
natio facta fuerit ultra legitimam summam si
ne insinuatione.d.l.sancimus, in pri.& l.illud.
C.de sacrosan.eccl. propterea illa incurritur,
& non alia, quia species debet magis attendi,
quam genus.l.sanctio legum.C.de pœn.& de-
clarat Bar. in l. legis uirtus.ff.de legib. sicque
cessant,quæ dicit Crot. de excommunicatio-
ne. huic autem annullationi donationis oc-
currit, & medetur iuramentū donatoris.quo
724 sustinetur donatio,† nam licet de iure ciui-
li ubi fiebat actus contra legem nullus esset,
& iuramentum super eo interpositum.l.non
dubium.in fi. C. de legib. tamen iure canonū
secus est constitutum,quo iuramentum præ-
stitum,quod uergit in damnum salutis,æter-
næ,seruari debet omnino.c.quamuis, de pac.
725 in 6. d.c.cum contingat,&† per Alex.consi.
59.col. 3.uol.primo, post Host. & communi-
ter alios in c. quemadmodum, de iureiu. ubi
dicunt in materia iuramenti cum sit quid spi
rituale, non debemus attendere dispositionē
iuris ciuilis, cum non spectet ad forum suum
& ideo, quod habetur in d.l.non dubium,cor
726 rectum est de iure canonico.† Quinimo se-
cundum terminos etiam iuris ciuilis dici po
test iuramentum debere operari confirma-
tionem donationis excessiuæ factæ sine insi-
nuatione secūdum distinctionem Iacobi Bu-
trig.quam recitat Bal. in d.l.non dubium.17.
oppo.quando enim contractus secundum na
turalem æquitatem,& secundum merum ius-
gentium habet esse, licet secundum solemni-
tatem iuris ciuilis non habeat esse, tunc iura
mentum dat contractui esse, & formam esse,
uerbi gratia minor ex necessitate uendit sine
decreto æquum est, quòd ualeat contractus,
ius tunc ciuile repugnat,quia deficit solemni
tas decreti.hoc igitur casu si interuenit iura-
mentum omnia roborantur per iuramentū,
quia robur iste est diuini iuris,& habet istud
iuramentum causam subsistendi, unde posito
quòd minor luserit precium non debet con
tractus rescindi, & ita loquitur auct.sacramē-
727 ta puberum.C. si aduer.uend.† si uero cōtra
ctus non continet naturalem æquitatem tūc
iuramentum non supplet illud. d.l.non du-
bium,& l. si quis inquilinos.§.fi.ff. de leg.j.ut
quando est contra bonos mores, puta si quis
iurat se non reuocaturum testamētum, cum
tale iuramentum auferat sibi liberam testamē
ti factionem secundum Bar.uel,ut plenius de
clarat Didac.in j.par.relecti. §.3.sub num.12.
uer.quarto hinc. at nos in primo casu uersa-
mur, contractus enim donationis excessiuæ
habet esse secundum naturalem æquitatem,
& merum ius gentium, ut pacta seruentur.ue
rum,quia deficit solemnitas insinuationis iu-
ramentum roborat donationem, quare tan-
dem patet sublatis sigillatim fundamentis
Crotti, firmam remanere conclusionem com
munem,quòd donatio excessiua sine insinua-
tione iuramento firmetur.) pulchrum tamen
est perquirere quid si per fidem seu sub fide
donationem seruare promiserit, an habeat
uim iuramenti. breuiter Cagnol.in l.si quis
maior,numero 100.C.de transac.plures alle-
gans, & dicens esse commu.tenuit quòd sic.
licet & alios citet in contrarium, & potissime
Corsetum, qui de communi testatur, sed mi-
hi probabilis admodum uidetur distinctio
Didaci Couarru. in capitulo, quamuis. de
pact.

pac.in 6.in 3.par.§.2.numero secundo,q uòd si sub fide Christiana, uel Christi fuerit dictũ habeat uim iuramenti, quia fides Theologica fuit considerata, secus si ut humana dicendo sub fide simpliciter, uel sub fide nobilitatis, idque probat ex Caietano,& alijs, ut per eum quem sequitur Arius Pine. in l.2.C.de rescin. uend. in 2. par.cap. j.num.13. & Bursa.consi. 78.colum. pe. uer. sexta, quod bene notandũ
728 est uelut in locis uulgaribus nõ tactum.† Limitatur nunc ista conclusio non procedere in donatione facta per unum Iudæum alteri Iudæo: non enim iuramento donantis confirmatur: ut signanter tradit Castren. consi. 90. uisa quadam scriptura, uolu.2.mouetur pulchra ratione,
729 †quia iuramentum hodie maiorem habet auctoritatem de iure canonico, quam olim haberet de iure ciuili, nam olim si non ualebat contractus principalis, nec iuramentum ualebat. l. non dubium.in fi. C. de legi.l.si quis inquilinos. §.fi.ff.de leg.j.at hodie secus est de iure canonico, dummodo seruari possit sine peccato. c. cum contingat.de
730 iureiu. † & hoc propter periculum animæ, quod ius canonicum considerauit circa Christianos, quorũ Papa protector est,& director quantum ad spiritualia,& concernentia periculum animarum, ideo in illis seruandum est ius canonicum, non autem ciuile illi contrarium iux.not.per glo.in c.2.de regu.iur.in 6. (cap.j.& 2.de opc.no.nun.cap.fi.de præscr.& ibi Inno.Abb.& Imo.cum simil. per Decian. respon.108. nu.40.uolum.3.Ceph.consi.305.
731 num.3.)† Sed Iudæorum animæ non pertinent ad protectionem Papę, uel Ecclesiæ, cum nihil ad eã de his, quæ foris sunt.2.q.j.c. multi.c.gaudemus.de diuor.merito si Iudæus iurat in contractu celebrato cum Iudæo, uidetur, q ecclesia nullo respectu debeat se intromittere. Ideo tale iuramentum destitui uidetur auctoritate iuris canonici,& remanere in sola auctoritate iuris ciuilis ueteris, & propterea si non ualet principalis contractus donationis ultra quingentos aureos sine insinuatione.l.sancimus.C.eo.in uer.[*pro non scripto,*] utique non ualet etiam iuramentum illi annexum per regulam dictę legis, nõ dubiũ,
732 & dicti .§.finalis.† & cum hac limitatione transit Bauer.in tracta. de iureiura.q.22.Soc. cons.65.col.pe.uolu.j.& disputando sequitur nouissime Bero.in c.j.nume.195.de constitu. & in similibus terminis idem Soc. tradit, consilio 66.colum. peu.consi.70.col.fi.uol.j.Rui. consi.159.colum.pen.& fi. uolum.5. Dec.in c. j.nu.27.secun. lect. de const. & Speculũ aureũ in 3.par. pri. sui tract.de ordine iudic.nu.55.
733 † Super qua tamen limitatione dubitari posse uidetur ex notatis per Ioannem de Selua, in tract.de iureiu. q. 4. pri. par.ubi dicit,q in ueteri testamento iurabatur hoc modo, uiuit Deus, uiuit anima mea.gl.in summa 22.q. j. ca. & iurabũt, ea.causa.ubi dicitur,& iurabunt uiuit Dominus in ueritate, & iudicio,& iustitia, idemque Regum 4.c.4.& Hiere.cap.4.uel iurabatur alio modo, hoc faciat mihi Deus, vt j.Regum cap. 24.& 25.quæ iuramenta refert
734 ipse Ioan.de Selua.† igitur cum ueteri testamento, quod Iudæi seruant. c.qui sincera.45. dist.& pouit Lauren.de Palla.in tract.de succ. ab inte.num.203.cum seq.cognitum sit & inductum inter Iudæos iuramentum, dicendũ uidetur, q si Iudæus donauerit excessiue alteri Iudæo sine insinuatione uigore iuramenti
735 debeat confirmari donatio.† Sed nihilominus saluari potest limitatio præcedens, quia iuramẽtum stricti iuris est,& stricte uenit interpretandum, ne iurans incurrat periurium, ut respondit Fed. de Sen.cons.210.circa medium, per tex.in c.pen. de iureiu.& in c.clerici.de uerb.fig.Craue.cons.242.col.3.Beccius,
736 consi.52.num.40.& consi.99.num.30.† Dũtaxat enim ligat,& operatur iuramentũ quantum de consensu constat, & non ultra.c.quẽadmodum.& nostram. de iureiu.cum sim. per Dec. consi. 242.num.2.cum seq. Paris.cõs. 20.num.118.uol.j.Decian. respon.2.nu.138. uol.3.at si Iudæus more ueteris testamẽti iurauit, uiuit Deus, uiuit anima mea, quorũ uerborum sensus est, ut exponit Ioan. de Selua loco citato, ita hoc est uerum sicut est uerum, q Deus uiuit, uel anima mea uiuit, & tunc nihil deseruit tale iuramentum ad obseruantiã donationis.stãt enim simul, quòd uera sit donatio per Iudæum facta, quodque non possit eam dicere falsam uigore iuramenti, quod ad hoc tendit, sed q nõ ualeat ob insinuationis defectum iuramentum prædictum non tollit nec impedit de hoc non loquens.Si uero more Christiano iurauit Hebræus sub literis tamen Hebraicis non contrauenire nec annullare donationem,&c.& tunc idem dici debet per rationem Castren.supra relatam, quem sequitur etiam Cur. in auct. sacramenta puberum, nu. 59.C.si aduer.uend.quare sequitur li
737 mitationem esse ueram.† Secundo limitatur non procedere, quando iuramentum donatoris, si confirmaret donationem, tenderet in præiudicium tertij: tũc enim donationem non confirmat, prout in notab.casu tradit Socin.Iun. consi. 69.numero 40. uolumi. j. post Soc. Dominum suum, consi.77.colum.6.uolulum.j.(nec immerito, nam† si per rescriptum Principis non censetur tertio fieri præiudi-
738 cium.l.1.§.merito,& §. si quis a Principe.ff. ne quid in loco pub.Bal. in l. ex facto.in prin. per illum textum, ff.de uul.& pup. & in l.nec
739 auus. C. de emanc. lib.† Vnde Compostel. in capitu. causam, quæ.de rescrip. dixit, quòd uerba potius impropriantur, quam quòd tertio inferatur præiudicium, quòd dictum sequitur pro notab. Dominic.in c.si postquam, colum.fi. de præb.in 6. Alex. consilio 29.uiso

titulo, uolum. 2. conf. 35. colum. 3. nolumi. 4.
Dec. conf. 11. nume. 4. multo minus per dona
tionem priuati non insinuatam cum iuramē
to factā debet tertio præiudicari, & ita quòd
per iuramentum tertio non inferatur præin-
dicium, tenet Cast. con. 448. tria sunt, uolum.
3. quem refert, & sequitur Natta, conf. 470.
numero 18. Craue. conf. 229. nume. 7. Cepha.
740 conf. 101. in fi.) † Tertio limitatur procede-
re quando iuramentum fuit sumptum tactis
sacrosanctis Euangelijs, secus si aliæ scriptu-
ræ profanę fuerint factæ, ita uoluit Castane.
conf. 7. nume. 18. & Bellon. conf. 4. colum. 2. lo
quentes in donatione prohibita ratione per
sonarum uelut inter patrem & filium, uirum
& uxorem, quo fit, ut idem dici possit in do-
natione prohibita ratione rei, prout est exce
dens legitimam summam sumpto argumen-
to de personis ad res, ut supra dixi, num. 705.
741 † (unde Bal. & Saly. in auct. sacramenta pu-
berum. C. si aduers. uend. & post eos Ias. num.
13. dicunt, quòd ad hoc, ut habeat ille tex. lo-
cum requiritur, quòd super sacro libro Euan
geliorum sit præstitum iuramentum. hinc &
Bal. in l. generaliter. §. in omnibus. C. de reb.
cred. inquit, quòd in dubio illud est proprie
iuramentum, ubi sacræ scripturæ manibus tā
guntur. citat glossam quam dicit esse meliorē
de corpore iuris in clem. j. §. porro, de hæret.
cum dicit tex. quòd custodes iurabunt ad san
cta Dei Euangelia corporaliter, à se tacta. sub
dit glo. quòd in corporali iuramento non suf
ficit præsentia, sed requiritur tactum Euange
742 liorum. † Idque satius esse scribit Didacus.
in §. j. primæ partis electionis, colum. 2. ad ho
minum terrorem, qui temere iuramenta uio
lare non erubescunt: nam etiam si idem periu
rium contrahatur ab eo, qui simpliciter iura
uit, & ab eo, qui tactis sacrosanctis Euange-
lijs, aut alijs rebus sacris iuramentum præsti-
tit, maior tamen pœna plerumque a legibus
in posteriore casu, quam in priore statuitur,
ne grauius quidem est peccatum, ac denique
maior peierandi religio ob maiorem iuran-
tium timorem scribit etiam Augustinus in
Epistola 154. ad Publicolam, quanto id per
quod iuratur magis sanctum est, tāto magis
est pœnale periurium. c. mouet. 22. q. j. & di-
uus Thomas 22. q. 98. artic. 3. addi. 2. dicit esse
grauius peccatum quo ad periurium si quis
solemniter iuret per Euangelium quam si per
Deum communi sermone, tum propter scan
dalum, tum propter maiorem deliberatio-
743 nem.) † Sed hanc limitationem non probo
quoniam iam diu communis inualuit consue
tudo, quod iurare sufficiat super qualibet scri
ptura habito respectu ad sancta Dei Euange
lia: solet enim dici per notarium, talis iurauit
ad sancta Dei Euangelia, manu tactis scriptu
ris. Opinio nanque iurantis, & relatio, quam
habet ad scripturam faciunt, quòd illa scrip-
tura habetur loco Euangeliorum quantum
ad firmandum iuramentum: nec enim iurās
dicit, iuro super hæc Euangelia, sed in genere
744 dicit, iuro ad sancta Dei Euangelia, † talis-
que cōsuetudo seruari debet, ut Bal. Sal. Cor.
& Cur. tradit in dicta auct. sacramenta pub.
Imo. in c. cum contingat, de iureiur. (nu. 59.
post gl. in Auct. iusiurandum, quod præsta-
tur ab his, & in titu. de pace iur. firmā. §. item
sacramenta, & ibi) Bal. & Afflict. num. 20. glo.
notab. in d. §. porro, ad fi. dicens, quòd apud
Italos interpretatur consuetudo, quòd suffi
cit quemlibet librum, uel quamlibet scriptu-
ram tangere, quod satis putat procedere etiā
ubi de corporali iuramento exprimitur non
sic ubi de tactura Euangeliorum, ut ibi.) &
post eam latius Imo. Card. & Bonifa. de Vita-
linis, late Corsetus in add. Abbatis in rub. de
745 iureiur. (quo loco † pariter Alciatus, nu. 59.
testatur hanc esse communem, & sequitur)
Ioan. de Selua, in tract. de iureiur. prima par.
q. 4. in fine. (Et confirmat Didac. in d. §. j. per
tex. in c. & si Christus, de iureiu. ubi colligi-
tur aperte satis esset, ut uerum sit iuramentū
aliquid promitti aut affirmari adducendo
Deum in testem, & per ista simplicia uerba, te
stis est mihi Deus, iuramentū inducitur. hinc
Gratianus taxat eos in c. si aliqua. 22. q. j. qui
dixerūt modicum facere, qui iurat per Deū,
maius uero qui per Euāgelium: nam propter
Deum scripturæ sanctæ sunt, non Deus pro-
746 pter scripturas. † Comprobatur ultra Dida-
cum nam iuramentum dicitur esse factū apud
acta Dei uiuentis, ut inquit Bal. in c. j. §. item
sacramenta. colum. 2. uer. 2. pręmitte, de pace
iur. fir. & idem Bal. in l. si quis maior, no. 3. C.
de trans. inquit, quòd ubi iuratur, Deus esse
uidetur auctor contractus, sequitur Natta,
conf. 426. num. 15. & Francis. Beccius, conf. 7.
numero 9. quo datur intelligi scripturā Euā-
gelij non esse necessariam, arg. l. omnium. C.
747 de testa.) exceptis † enim casibus in iure ex-
pressis, qui requirunt tactum sacrorum Euā-
geliorum, sufficit alias scripturas Euangelij
loco tangere, secundum prefectos Doctores,
licet cautela sit, & rationabilis, ut dicūt Bal.
& Saly. in loco contractus adesse librū Euan-
geliorum, uel aliquam scripturam de uerbis
Euangelij tractantem, super quo, uel qua iure
748 tur: idq; faciāt, qui cauti sunt. † (Et ad tex. in
d. §. porro, dici potest, quòd cum summus
Ponti. ibi sanxerit in specie iuramentum prę
standum fore super Euangelijs, id eo casu ne
cessario fieri debere tactis Euangeliorum li-
bris, iux. gl. in Auct. ut iusiuran. quod præsta
tur, uer. quattuor, & glo. in d. §. porro, in prin.
quam singularem dicit Abb. in c. fi. de iureiu.
colum. 2. & in c. tuis. colum. fi. de testi. magi-
stram uero Barbat. colum. 4. melioremque in
ris Ias. in d. auct. sacramenta puberum, sicut
& commendat Abb. in d. c. & si Christus. quos
refert

refert Didaeus, in d.§.j.colum.6.uers.quòd si
lex,& ut concludam.dicit Bal.Saly.& Ias.in d.
au&.sacramenta pub.quòd in rebus arduis ui
dit portari codicem Euangeliorum sup quo
749 debeant partes iurare,(†quod & factum te-
statur Areostus noster, diuinus Vates Ferra-
riensis,&Vrbis nostræ decus,& splendor, in li
bro sui Furiosi,Cantu 38. uersus finem inter
Carolum Magnum, & Regem Agramantem
pro sedando inter eos bello tributoque in-
ter eos,ei,qui uinceret ineundo dicens.

Cosi dicendo Carlo su'l Vangelo
Tenea la mano, e gli occhi fissi al Cielo.)

Verum in casu nostro non agitur de summa
rerum,nec expressum reperitur, quòd Euan-
gelia corporaliter tangantur,merito standū
est inueteratæ consuetudini,de qua supra Do
ctores citati passim testantur, quòd quālibet
750 scripturam tangere sufficiat.(†Quarto li-
mitatur, quando quis in domo donatarij cō
iuncto suo donaret: tunc enim talis excessiua
donatio sine insinuatione celebrata iuramen
to nō confirmaretur,cum fraude, calliditate,
& dolo donatarij facta præsumeretur, ut uo-
luit eleganter Bero.cons.59.colum.2.uolum.
j.maxime uero,ut ille subdit,quando facta es-
set a fœmina iuuene,& pulchra coniuncto iu
ueni,& pulchro,simulque in eadem domo co
habitanti,cum facile sit tales mulieres indu-
cere ad consentiendum,illasque decipiendū,
argum.l. cum multæ. & in §. sancimus. C. de
751 don. ante nup. †Et quòd de nocte proces-
sisset, quoniam qui male agit odit lucem, &
ideo donatio de nocte facta uiribus caret.l.
donatio,& ibi scribentes,& glo.in uerbo,oc-
culte.C.eo.Bar.in l.post contractum.colum.
752 3.uer.4.casu. ff.eo.†Quinto limitatur non
procedere quando quis iurasset non donare
præter legitimam summam, quod iuramen-
tum est secundum iuris dispositionem. l.san-
cimus. C. eodem. & postea donaret sine insi-
nuatione:non enim ualeret donatio etiam in
rata contra iuramentum primum,ita notabi
liter declarat Fernand.Vasquius, de successi.
creati.lib.2.§.18.num.161. ubi prius, & post
753 infert ad plura, †motus ex glo.notab.in c.li
cet mulieres. de iureiur.in 6.quæ dicit,quòd
mulier possit consentire alienationi rei dota
lis cum iuramento, c.cum contingat,eo.titu.
& ibi tamen si a principio iurauit non con-
sentire, consensus postea interueniens etiam
cum iuramento nihil operatur, & illam glos.
plures sequūtur,ut per eum,num.147.& ego
plenius dicam infra quib. alie.lic.in prin.qua
re sic in casu nostro dicamus,quæ omnia sigil
latim menti tenenda sunt,licet prolixiora,quo
niam cū dictis nimis anguste per Thobiam
compensanda sunt,nec breuitas cum plenio-
754 re rerum tractatu se compati potest.)†Quę
rit ulterius Aret. hic,an si remitto tibi mille
florenos, requiratur insinuatio? ex cuius di-
ctis pro clara discussione,primo colligitur cō
clusio, quòd remissio debiti usurarij uelut o- An remissio debiti usurarij requirat insinuationem.
diosi non eget insinuatione,citat ad hoc Bar
tolum in l. Modestinus. ff. eo. prout eundem
citat Bal.in l.illud, colum.3. C.de sacrosanc.
eccl. Idemque tradit Imo. in c. cum contin-
gat,nume. 90.ad fi.de iureiur.de mente Azo.
in summa de don.qui hoc non dicit,sed aliud
ut infra dicam.Idem Roma. in d. l. Modesti-
nus.colum.j.Canar.in tracta.insinua.2.par.q.
755 10.†Sed tu primo considera, quòd Aret.&
Bal.supra relati minus fideliter referunt Bar-
tolum: ille nanque nō cōsiderat hoc esse odio
usurarum, sed quia usuræ debentur annua-
tim,unde dici potest quot summę sunt,tot es
756 se donationes. † Quinimo puto falsam esse
hanc conclusionem,contra quam tenet Imo.
in d.cap. cum contingat, & Io. de Ana.in ca.
cum tu.colum.pen. de usur.uersi. quarto quæ
ritur.moneor primo per l.sancimus.C.de ad
mi.tut. ubi ad hoc, ut debitor a pupillo libe-
retur, eadem solemnitas requiritur in debi-
to usurario,sicut in alio ueræ sortis, igitur &
hic idem ius esse debet.Secundo per d.l. Mo-
destinus, quæ de futuri temporis usuris lo-
quitur,secus ergo uidetur in præteritis.& ita
loquitur glo.infra eodem in uerbo,inuenit.
Azo,& Hostiens. in summa sua,de dona.exci-
piendo casus donationum,in quibus non re-
quiritur insinuatio: ponunt enim hunc de re
missione usurarū futuri temporis sentientes
757 esse secus in præteritis, † ut ita clare Cuma-
nus arguit in d.l. Modestinus, colum. 2. sub-
dens rationem,quoniam futurę sunt incertę.
(sors enim posset solui:)merito dici non po-
test eas excedere legitimam quantitatem, iō
non requiritur insinuatio.l. sancimus.§.si.C.
758 eo. ibi, [*incertus enim.*] † (Simile uidemus, q
propter incertum euentum locum non ha-
bet remedium legis secundæ, C. de rescin.uē.
ut ibi dicit Bald.colum. 2. uer.huc accedit, &
Pantal.in repe.limita.34. Cast.cons.229.uisis
& ponderatis, columna 2. uer. 3.quia, uolu.j.
& cons.250. quòd ista fuit.columna 2.eo.uo.
759 † Imo,quod est fortius, remissio iuris in-
certi,sicuti debiti nō liquidi, uel difficilis exa
ctionis,non dicitur donatio, & ideo eam po-
test facere tutor,& quilibet alius administra-
tor,nedū dominus, & maior, & hoc propter
incertitudinem.l.præses.C.de transact.glo.si.
in l.contra.§.si filius.& in l.Imperatores.ff.de
pact.in l.pactum curatoris. & ibi Bar.Ang.&
Saly.C.eo.Bar.con.47.nunquid tutor,parum
ante finem,Anch. cons. 136.ex consilijs,post
760 pri. Dec. cons. 297. colum. fina.† Et ut in
hoc concludam, magis in terminis remissio
talis euentus incerti non indiget insinuatio-
ne,sicut requirit uera donatio, ut tradūt Bal.
Ang.& Doctores in d.§. si filius. & in l.tale pa
ctum,in prin.ff.de pact. sicut in d.l.pactum cu
ratoris.Bal.consi.231.præsupposito,uolum.j.
cum

cum pluribus concordantibus, consi.41. col. 16. uers. item est ponderandum, uolum. j. Canari. in tract. insinu. q. 46. Decian. Respon. 39. num. 114. uol. 2. Sed hæc ratio incertitudinis cessat, [ut ad Cumanum redeā] in usuris præteritis,) de quibus agitur merito requiritur in earum remissione insinnatio si excessiuę sint. & licèt Cumanus tutius esse putet idem tenere in præteritis, ego tamen illi non assentio, per dictam l. Modestinus, & rationē prædictam, quibus non respondet, unde periculosa mihi uidetur concl. Bartoli: Aretini & aliorum de quibus supra, & per Gabriel. Roma. lib. 3. tit. de dona. concl. j. nu. 39. qui secus

761 tenent. † Tertio accedit ratio leg. data, C. eo. ne fraudes fiant, quæ & hoe casu militat. igitur & eius dispositio debet habere locum, licèt maior ratio uideatur esse in uno casu quam in alio, l. in fraudem, §. fi. ff. de test. mil. Soc. cons. 5. uol. 1. Dec. cōs. 5. Quarto moueor per tex. in l. si quis pro uxore, §. fi. ff. de dona. inter uir. ubi si maritus remiserit uxori dotis usuras, donatio est illicita, sicut alterius rei, pariter ergo primo casu debet interue-

762 nire insinuatio, sicut in secundo. † Quinto adduco textū in dicta l. sancimus, ubi ponēdo regulam dicit omnem donationem insinuādam esse, quæ summam legitimam transcēdit, deinde quāsdam donationes excipit, quæ non requirunt insinuationē, inter quas non ponitur hæc remissio debiti usurarij. Ad idem textus in l. penult. C. eo. ubi excipiūtur quædam donationes quæ non requirunt insinuationem, inter quas non ponitur ista, deinde subijcitur regula generalis [cæteris donationibus insinuandis.] igitur ex utraq; lege patet talē remissionē debiti usurarij sub regula comprehēdi, quæ insinuationem requirit in qualibet donatione præter legitimam sum-

763 mam. † Quoniam exceptio confirmat regulam in casibus nō exceptuatis, ut tradit Bar. in l. quæsitum, §. deniq; ff. de fun. inst. in Auc. de non alie. col. 2. Ang. cons. 239. quidam emptores, Rom. consi. 337. quo ad primū. (Dec. & Caguol. in l. j. ff. de reg. iur. Dec. cons. 520. num. 9. cons. 539. nu. 7. consi 552. num. 3. Decian. respon. 35. in fi. uolum. j. nedum dicens quòd exceptio firmat regulam in casibus nō exceptuatis, & in exceptuatis illam uitiat, &

764 tollit.) ratioque † in promptu est, quoniā regula sub generalitate omnes casus includit, unde si aliqui casus speciales excipiuntur, alij remanent sub regula argumento legis, cum prætor, ff. de iudic. & l. maritus, C. de proc. prout hāc rationem deducit Dec. in dicta l. j. num. 27. merito si in dicta l. sācimus, & in dicta l. pen. excipiuntur aliqui casus speciales donationum, in quibus nō requiritur insinuatio, nec inter eos hic enumeratur, de quo queritur, fateri oportet eū sub regula remanere. Nec obstat ratio odij, de qua per

Aret. quia confunditur ex præmissis, maximè uero ex dicta l. si quis pro uxore prout fatetur Romanus in dicta l. Modestinus. licèt eā sequatur, quod mihi non placet ex prædi-

765 ctis, & ita resideo. † Secunda est conclusio, quæ colligitur ex Aretino, quòd remissio debiti pęnalis non indiget insinuatione, idem tradit Bald. in dicta l. illud, colum. 3. & latius in l. si mulier, in fi. ff. de cond. ob cau. ubi dicit quòd si quis mihi tenebatur actione iniuriarum ad mille florenos, & ego feci sibi cōcordiam, & remissionem, non requiritur insi- Remissio debiti pęnalis an indigeat insinuatione

766 nuatio, † quia non erat in bonis meis, argumento l. cum emancipati. §. cum emancipatus filius, ff. de colla. bonorum, & quia est potius ad animum nō reuocare quam donare. §. fi. infra de iniur. Subditq; Bal. idem esse in alijs pęnis maleficiorum, quia remittere iniuris non est donare, sed est nolle uti lege pœnali, arg. notatorum in l. peculium, §. si eos, ff. de pecul. cum alijs de quibus per eum.

767 † idem quoque tenet ipse Bald. in c. j. in titu. Quid iuris sit si post alie. uasall. in prin. ubi dicit, quòd si Dominus remittit pęnas uasallo, dicitur potius indulgentia quam uera donatio, & ideo non requiritur insinuatio eumq; sequitur ibi Martin. Lauden. & Cardi. Alexand. Ias. in l. 2. q. 35. num. 90. C. de iure emphi Alexand. in addi. Bart. in d. l. Modestinus, sub littera D. circa fi. & hoc pro regula-

768 ri, in cuiuslibet pęnæ remissione. † uponit idem Bal. consi. 261. primo quæritur, statuto cauetur, circa fi. uolum. j. in nou. quatenus dicit in alijs rebus esse donationem nisi quid accideret nomine pęnę, nam pęna numquam continetur nomine donationis per iura quæ citat, ergo sequitur in remissione pęnæ insinuationem non requiri. hocq; confirmat præterea Rom. in dicta l. Modestinus

769 colum. 3. per illum text. † Si enim usura est pęna, l. lecta. ff. si cer. pet. & in remissione usurarum non requiritur insinuatio, ut ibi est casus, pariter idem dicendum est in alia remissione pęnæ. Postremo idem tenet Constant. Roger. in dicta l. Modestinus, num. 13. odio

770 pęnæ, sicut odio usurarum. † Reperio tamen, quòd Bald. parum sibi constans, in l. si donationis, C. eod. summando illum text. dicit, quòd gratuita remissio actionis ex maleficio est donatio, subditq; quòd innuit ille tex. quòd sit necessaria insinuatio supra legitimā summam, & præter ipsum, Ang. pariter ex illo tex. notat, quòd qui remittit denotat, subdens, quòd talis donatio indiget insinuatio

771 ne. † Sed & Tiraquell. in l. si unquam, C. de reuocat. don. in uerbo [donatione largitus] num. 148. post enumeratos Doctores, qui in hac quæst. partem negatiuam tenent, tandē dicit uidendum esse Baldum in d. l. si donationis, quasi quòd ipsi uelit adhęrere, cum illum postremo loco referat seque ad ipsum remittat.

771 tat, † iuxta not. in l. si idem cum eodem, §. si. ff. de iur. om. iu. & in Rubr. ff. si cer. pet. ubi traditur in dubio ultimam opi. relatã approbatam censeri, (sicut etiam per plura conclu dit Cur. cons. 44. num. 19. vers. & ideo huic decisioni, & cons. 63. nume. 13. uersi. sicut enim. Decian. respon. 1. numero 158. uolum. 2.)
773 † Ego verò libentius superiorem partẽ am plector. quoniam in tali remissione pęnę agitur de lucro non captando, ut post Bald. tradir Tiraquell. in loco pręallegato: (pęna nãque reputatur lucrum inhonestum cum iactura alterius, ut est tex. in c. suam, de pen. & tradit Bart. per illum tex. in l. 5. §. fi. ff. de uer. ob. cum concordantibus per Dec. cons. 138. num. 7. Decian. respon. 32. num. 60. uolum. 2. & respon. 57. num. 20. uolum. 3.) at in aliis donationibus agitur de perdendo, l. filiusfa-
774 mil. in princ. ff. eod. † Sed diuersa sunt dam num pati, & lucrum non capere, l. fi. §. fin ue rò creditores. C. de iure delib. & l. fi. C. de codicil. merito nil mirum si in tali remissione
775 pęnarum non requiritur insinuatio. † (confirmatur & alia ratione, nam ut magis euitetur pęna quæ odiosa est, fieri debet interpretatio benigna, Glo. in c. hæc autem, de pen. di stin. j. l. pen. ff. de pę. l. factum, §. in pęnalibus, ff. de reg. iu. cum simil. per Dec. in l. semper in obscuris, num. 5. eod. tit. Ceph. cons. 347. nu. 38. Bero. cons. 27. num. 16. uolu. 2.) sed quod talis remissio pęnæ non insinuata ualeat, ten dit ad euitãdam pęnam per eum qui obligatus erat ad eam, meritò benigna lataque fieri debet interpretatio, ut eam euitet sicque quòd talis remissio ualeat licet non insinua-
776 ta. † Non obstat ita tenendo sententia Baldi, & Angeli in dicta l. si donationis, per illũ textum, cui Romanus etiam non responder, in dicta l. Modestinus. dico enim, quòd il le tex. innuit contrarium penitus eius, quod dicit Bald. & sic quòd talis remissio ex causa donationis facta debiti pęnalis non requirit insinuationem, demonstro: is enim cui facta fuerat remissio dubitabat an iterum posset
777 actione furti molestari. † Quę dubitatio nõ poterat causari, quia per pactum non tolla tur actio furti, nã ante decisum erat eã p pactum ipso iure tolli l. si tibi, §. j. ff. de pact. (& hoc in specie decidunt in ea lege Cyn. & Perrus a Bella Pertica,) sed inde descendebat dubitatio, quòd pęna quateneri poterat, & obstringi per illam actionem furti summam legitimam excedebat, unde uerebatur ille pactum illud remissionemque non ualere p per insinuationis defectum, quam necessariam fore credebat, sicut in alia donatione ex cessiua requiritur. Attamen contrarium respondet Imperator dicens, quòd superua cuam gerit sollicitudinem, quia scilicet insi nuatio non requiritur eo casu, hic est ad il lum textum nouus & uerus sensus cõtra Bal-

& Ang. qui dum pro se citat Glo. in l. si quis obligatione, ff. de reg. iur. non facit ad rem il la Gl. procedit enim in remissione debiti nõ pęnalis, & ueri sortis, ut infra dicam.

778 † Tertia colligitur ex Aretino conclusio, q remissio uerę sortis debitæ ex plurib. causis quarum neutra quingentos aureos excedit, simul uero secus, non indiget insinuatione, sed tot intelliguntur esse donationes, quot summæ, ita Aret. hic post Bartol. in d. l. Modestinus. qui motus fuit per tex. in l. in ædib. §. j. ff. eo. ubi fructus per plures annos percepti ex re donata nõn computantur in donatione, ut sic eam uitient, ut pote non insinua tam. sic igitur & in casu nostro, cum sint di uersæ causæ debendi, non debent simul atten di ad uitiãdum donationem sine insinuatione factam, sed separatim earum ratio haberi debet, ergo ualere debet talis remissio si-

Remissio debiti pęnalis, an indigeat insinuatione.

779 ne insinuatione. † Hanc insuper opinionẽ probat Bal. in l. illud, quęstione 6. colum. pe. C. de sacrosan. eccl. ea ratione, nam liberatio correlariua est ad obligationẽ, unde tot sunt liberationes, quot pręcesserunt obligationes, merito nõ requiritur insinuatio. & in hac q. Constan. Roger. in dicta l. Modestinus, sub numero. 13. non satis deliberat, sed de-
780 cisiones contrarias tantum citat. † Ego ne. rò contra Bartol. Bald. & Aret. adduco textũ, in l. sancimus, §. fi. C. eod. ubi si quis donauerit annuam quantitatem quoad uiuet, quæ non excedat 500. aureos, reputantur plures donationes, neque requiritur insinuatio, quia incertum est omnes quantitates debitum iri: posset enim donator uel donatarius primo anno mori, & ita tota donationis summa 500. aureo. nõ excedere, sed in casu nostro certa est quãtitas sortis ex di uersis causis debitæ, & una est causa donationis, ergo debet una donatio reputari, sicque insinuatio requiri sumpto illius textus argumento contrario, & ita reperio signãter Imolam contra Barto. tenere per illum textum in
781 dicta l. Modestinus. † (quod etiam præter Imolam clariùs comprobatur à cessante ratione dictæ l. sancimus. ubi uult donationes censeri plures, quia incertum est omnes quã titates debitum iri, sed in casu nostro certũ est debitum singularum quantitatum, meri-
782 ro requiritur insinuatio. † quia ex quo cessat ratio illius text. cessare quoque debet dispositio sua, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure pa. l. quod dictum, & ibi Bar. & Ang. ff. de pac. quem tex. notab. ad hoc dicit Enerard. in cẽ turia sua, in loco a cessatione rationis, & la tius exornat Tiraquell. in trac. cessante causa.
783 prima par. nu. 125. † Quin, ut inquit Cuma. in dicta l. Modestinus sicuti quando quis uni donat plures res, eas particulariter enumerando, puta dono tibi equum, dono tibi bouem, dono tibi tunicam, & id genus, quæ si mul

mul excedunt in ualore, 500. aureos, quia sub est ratio, ne fraus fiat, dicetur una donatio, l. data, C. eod. & insinuatio requiritur secundũ Doctores, quos licet non citet Cumanus, enumerat Gabriel. Roman. loco citato, nu. 14. pari ratione, quando donatio fit uni debitæ quantitatis ex diuersis causis, quæ simul excedit legitimam summam, 500. aureorum, dici debet insinuationem requiri, ne fraus fiat.
784 † & sic ex quo militat eadem, ratio, debet eadem dispositio legis habere locum, l. illud, ff. ad l. Aquil. l. à Titio, ff. de uerborum obligat. l.
785 fi. C. ad leg. fal. cum similibus.) † Secundo põdero rursus eũdem, §. finalẽ dictæ l. sancimus, ubi si quis per diuersa tempora faciat plures donationes quarum singulæ non excedant 500. aureos, non requiritur insinuatio. ergo secus quando fit eodem tempore plurium rerum donatio, & sic vnica præstatio fieri debet. ita considerat Bal. Ang. & Alber. post Iac. de Are. sicut & Bar. in d. l. Modestinus, ad fi. uersi. plus dico. Alber. in dicta l. illud, Ruin. con. 26. num. 7. uolum. 4. Bauer. in tract. de mora, nu.
786 18. † idq; fortius corroboratur, nam uidemus, quòd si quis simul plures res donauerit, quæ coaceruatæ summam legitimam transcẽdunt & expresse dixerit, quòd intelligantur ror esse donationes quot sunt res, tamen hoc non obstante requiritur insinuatio, cautelaque dictorum uerborum nihil operatur, qa uidetur in fraudem legis apposita, iux. l. quem admodum, C. de agri. & censlib. 11. ita Bart. iu dicta l. Modestinus, q. pen. Salyc. Alb. & Bal.
787 in d. l. sancimus, §. fi. † qui post Iaco. de Are. dicit esse communem, & Albericus in dicta l. illud. testatur, quòd sic obtinuit coram multis peritis in quadam donatione facta per D. Cardinalẽ de Bergonio, in qua cõtinuebãtur uerba prædicta, idemque tener Oldra. consil. 253. col. j Roma. consi. 26. nu. 2. Alc. consi. 164. colum. 2. uolum. 2. Castr. consi. 161. in prin. uolu. 2. Ferrat. caut. 33. Bal. & Nicol. de Neap. hic. demũq; Gabr. Rom. li. 3. tit. de don. conclu. j. nu. 8. qui plures cita, & ego dixi, consi. 119. nu
788 me. 90. † (Simile uidemus si dico, promitto tibi quinque singulis annis nomine alimentorum, si non soluero 10. usque ad pascha, usuram esse quicquid ultra sortem accedit quocumque pio, uel blando uocabulo nuncupe-
789 rur, c. plerique, 13. q. 3. † ut sic non sermoni res, sed rei sit sermo subiectus, c. intelligentia. de uerborum sig. c. Marchion. & c. Basilides, 1. q. j. Ita tradit Anchar. consilio 150. in quæstione quæ uertitur, num. 6. quem uariato numero citat Alex. in l. diuortio, in prin. col. 6. ff. sol. mat. consi. 60. colum. fi. uolum. 2. & consi.
790 26. colum. 2. uolum. 4. † horumque singulorum ratio generalis adferri potest, quoniam in materia prohibitiua, qualis est donationis excessiuę factę sine insinuatione, uel usurarũ in casu proxime relato, non statur assertioni facientis actum, ex qua posset actus ualere nisi aliter probetur, ut declarat Bartol. in l. si forte, ff. de castr. pe. n uni. 5. gl. Castr. Alexand. Iaso. D. meus Rimin. & alij in l. si donatione, C. de colla. & ibi Dec. num. 18. plura consilia citans quibus alios adiunxi, consi. 171. num. 4. & nũc addo Crotum, qui plures congerit, consi. 217. num. 119. & consi. 299. num. 4. Roland. à Valle, consi. 89. nu. 56. uolum. j. Cassaneum, consi. 7. nume. 10.) ergo tanto magis, ut ad rem redeam, quando donãtur plures summæ debitæ simul & semel simpliciter non apposita dicta clausula, debet una donatio reputari, & insinuatio requiri, cum superiore casu doctoum magis constet de donatis animo faciendi plures donationes, ex quo id exprimit, quã isto ubi hoc
791 non dicit. † confirmatur insuper, nam uidemus, quòd donatio pluribus facta simul in eodem instrumento quantitatis in totum excessiue, licet quo ad singulos secus, requirit ĩsinuationem, ut post Ioann. Andr. tradit Imo. in c. cum contingat, num. 91. de iureiuran. lateque probat Andr. Sicul. cõs. 52. colu. 2. nol. 4. Cremens. singu. 131. Rom. sing. 736. & Gabri. Roman. loco citato, num. 7. ergo pari modo si facta sit uni plurium summarum diuersimode debitarum, debet interuenire insinuatio.
1026 *nisi usque ad 500. aureos.*] † sub qua regula ecclesia, & actus pij comprehenduntur cũ ab ea non fuerint excepti. Et ita hanc inductionem facit, licet concise, Cast. in d. l. illud, tenẽs hãc opinionem. (quæ præter eum confirmatur. † Nam dispositio generalis comprehendit
1027 etiam personas priuilegiatas, quando in casu de quo agitur non reperiuntur in specie priuilegiatæ, ut noluit Dec. in plerisque locis uidelicet in l. si certis annis. C. de pact. in l. ex testamento. C. unde lib. in l. j. & post eum Cagnol. ff. de reg. iur. num. 16. idemque Dec. & alij quos ego cumulaui infra quib. alie. licet, in prin. & in l. precibus, numero 84. C. de impub. & alijs substi. quib. nunc addo Vasquin. lib. 2. controuersiarum illustrium. cap. 84. nu. 24. idemque late dixi, consi. 3. nume. 11. unde cum nõ uideã, quòd ecclesia, uel alij pij actus præter redemptionẽ captiuorum sint in specie priuilegiati circa donationem excessiuã non insinuatam sequitur, ut illis facta ualere non debeat, uelut illis comprehensis sub illa regula generali posita in d. l. pen. uersi. cæte-
1028 ris.) † Quinto adduco textum in d. l. data. ibi, [*cum igitur nec liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum confectione secernat, id quod necessario super donationibus apud acta conficiendis iã pridem statuimus, uniuersos teneat.*] Si uniuersos ergo & ecclesiam, & actus pios, quia qui dicit omne seu uniuersum, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. omnia, & ibi Dec. Do. meus Riminaldus, & alij. ff. si cer. pet. lateque ponit de ui uerborum uniuersalium Cra. consilio 294. & consilio 308. ad quem lectores delego concludens hanc opi. cæteris supra relatis es-
1029 se de iure ueriorem.) † Quam tenendo nõ obstant adducta pro prima opi; quæ fuit Speculatoris, & sequacium supra relatorum: nam ad primum respondetur, quòd licet Imperiũ & sacerdotium alias uideantur æquiparari, in quæstione tamen nostra differunt, ut patet, d. l. illud. iuncto. §. illud, in Auct. ut non fi. pig. & auct. item a priuatis. C. eo. nã in d. l. illud, donatio facta ecclesię præter 500. aureos non ualet sine insinuatione, secus uero si Imperatori.
1030 † Vnde cum dicta l. illud, non reperiatur correcta, debet incorrecta remanere, (l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. in fi. C. de appel. & ita formaliter respondet Bar. in §. finimus, in Auct. de non alie. ubi deducit, dictam rationem, quæ fuit Ioan. And. in d. §. porro. li
1031 cet de ipso mentionem non faciat, † & ultra Bartolum non procedit dicta ratio Ioannis And. cum ex ea sequatur legum correctio, quæ non habet locum ubi etiam subest identitas rationis non tamen expressa, ut plene notatur in auct. quas actiones, vbi Ias. C. de sacrosanc. eccl. & in l. si constante, idem Ias. Crot. & Rip. ff. sol. ma. ita respondet Roma. in d. l. Modestinus, & Aud. Sicu. in d. c. ex parte, de testa.
1032 † Non obstat etiam dicta l. pen. qua mouetur Bar. in d. l. illud. quia ponit ille textus casum specialem, quando quis donat in redẽptionem captiuorum, quæ causa dicitur pijssima, ut ibi in uerbo, [*pijssimam.*] Secus ergo quando donat ecclesiæ, uel alijs pijs actibus, ita respondet Bar. sibi contrarius, in d. §. fini-
1033 mus, & Cuma. conf. 28. colu. 2. † (quorum solutio cõfirmatur, quia arguere de causa pijssima ad piam est inferre de superlatiuo ad positiuũ, quod non licet ueluti de maiori ad minus affirmatiue. c. cum in cunctis. de ele. Ias. in l. quæ de legato, col. j. ff. de leg. j. & quia superlatiuum supra se nihil habet, positiuum uero illi subijcitur, & etiam comparatiuo, cũ bono melius detur. l. ubi autem non apparet. ff.
1034 de uer. ob. † Præterea in redemptione captiuorum) ratio specialitatis esse potest ꝓpter periculũ, quod imminet ne moriantur in captiuitate, quæ cessat in ecclesia, maxime cũ ecclesiæ soleant abundare diuitijs, ita Cast. in d. l. illud. non obstat etiam ratio pietatis uniformis, & ꝙ piæ causæ fauendum sit in dubio, ut dixi, nu. 970. cum seq. nam non inde concedi debet extensio in exorbitantibus ex identitate rationis nisi ubi ageretur de peccato, ut ꝑ Alex. in l. Pompo. §. præterea, nu. 7. ff. de acqu. poss. & post eum in apost. de quo peccato nõ agitur in casu nostro ualeat, uel non donatio. Quod uero dicebam de concessis intuitu pietatis non reuocabilibus per l. cum is. §. si mulier. ff. de cond. inde. non passim procedit, sed in eo casu quo mulieri pauperi fit dos data, secundum communem intellectum, ut ibi Ias. Bal. nou. de dote. priui. 44. 6. partis. Campeg. q. 91. Tiraquel. in præfa. de priuil. piæ cau. columna 13. unde nec ex illo passim procede-
1035 ret hæc conclusio. † Non obstat & alia ratio tertio loco deducta, quæ fuit Abbatis in d. capi. relatum, quia respondet And. Sicu. ibi,

quòd imo non militat eadem ratio in donatione, quæ in legato: maior enim fraus præsumitur in donatione. d.l. data. cum sit irreuocabilis, ut hic, quam in testaméto, cum sit mutabile. l. si quis. i principio. ff. de leg. 3. †Ad
1036 quartum dico, quòd Bal. & post eum Cast. in d.l. generali, male loquuntur: ponũt enim casum in quo mulier non absolute prohibetur se obligare, sed sub certo modo, & forma uidelicet sine consensu propinquorum, quo casu comprehenditur etiam ecclesia, eiusque respectu ualet statutum, ita quòd si mulier donat, uel aliter se obliget ecclesiæ, debet serua-
1037 ri dicta solemnitas probatur.† hoc ex no. per Feder. de Sen. cons. 85. Statuto ciuitatis Perusinæ, quem refert, & sequitur Crot. in l. si filiusfami. §. diui. num. 91. ff. de leg. j. ubi concludit statutum augens legitimam filiorum seruari aduersus ecclesiã, unde si testator relinquat filio legitimam duntaxat de iure cõmuni debitam, in reliquis uero ecclesiam instituat, certe nihilominus Ecclesia tenebitur filio præstare legitimam secundum modum præfixum a statuto, quia tale statutum non prohibet generaliter, & absolute testatori dispositionem, sed certo casu uidelicet usque ad legitimam taxatam ab eo, merito sub eo comprehenditur ecclesia, (quod tamen statutum, ut hoc obiter dicam, locum non haberet in filijs adoptiuis. glo. in uer. quale. §. j. in Auct. de hęr. & fal. & in §. j. in Auct. de tri. & sem. Bar. & alij in l. si arrogatur. ff. de adop. Decia.
1038 resp. 126. nume. 7. uolu. 3.) †Idem quoque tradit Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ, colum. pen. ad fi. uer. secundus casus, de consti. ubi secundum hoc intelligit procedere, quod ponit Signor. cons. 21. statuto ciuitatis Mediolani, & post eum Bal. in c. clerici, num. 1. uersi. sed hic quærit de iud. de statuto, quòd nullus subditus potestati Mediolani posit alienare in nõ subditum, nisi soluat tantum pro libra, nã cõprehenditur etiam alienatio, quæ fieret in ec-
1039 clesiam prædicta forma non seruata. † (licet secus esset, quando statutum simpliciter prohiberet alienationem in non subditos, nam tunc Ecclesias non comprehenderet, ut per Abba. Fel. Dec. & alios in d. c. Ecclesia Sanctę Mariæ, Rip. in l. filiusfam. §. diui, num. 81. ff. de leg. j. cum similibus cumulatis per Plorum, consi. 108. uol. j. crimina. num. 11. & ego dixi in l. j. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd.)
1040 Pari modo procedit,† quod tradit Saly. in auct. cassa. q. pe. C. de sacrosan. eccle. Card. in repe. c. perpendimus, colum. 15. de sent. exco. & cons. 144. colum. 3. de statuto, quòd donatio, uenditio, uel testamentum non ualeat nisi fuerint denuntiata potestati infra mensẽ, uel facta proclamatio in Palatio, uel nisi alienans sit annorum 30. uel nisi duo proximiores interfint. his enim casibus, statutum ualet & contra Ecclesiam, uel clericos quoque seruari debet, cũ non absolute disponat, sed certo modo, & forma, & hanc opinionem quoq; tenet Albe. in 2. par. statu. q. j. col. 4. non enim tali casu statutum dicitur contra libertatem Ecclesiæ. l. j. C. de metat. lib. 12. iuncta. l. cũ ita. ff. de cond. & dem. cum simil. de quibus Sign. & Alber. supra citati. ex quibus patet Baldum & Castren. in d. l. generali, perperam loqui.
1041 †Secũdo dato etiam, quòd procederet eorum decisio, non sequitur si illud est speciale in ecclesia, quòd ualeat donatio, uel obligatio mulieris sine consensu propinquorum requisito a statuto, pariter non requiratur insinuatio, quia specialia sunt euitanda nec multiplicanda. l. quod uero. ff. de legib. (glo. in l. a diuo Pio. in princ. ff. de re iud. glo. fi. in l. 2. ff. de pact. Bar. in l. si in insulam, in 4. oppo. pri. partis. ff. de uerb. ob. & in l. naturaliter. §. nihil cõmune, col. antepe. uer. 3. probat. ff. de acquir. poss. Dec. in c. quoniam Abb. num. 7. de offi.
1042 dele. Ceph. consi. 535. num. 12.) †nec priuilegia sunt inducenda per nos, quæ expressè a lege non reperiuntur inducta. c. sane. & ibi glo. & Doc. de priuil. ita in simili. q. tradit Alexan. in l. si pecuniam, num. 4. C. de nego. gest. Tiraquel. de retra. in tit. de retr. linagi. §. j. gl. 14. nume. 97. & in ecclesia proprie de qua lo-
1043 quimur, Soc. Iu. cons. 125. nu. 22. uol. j. †Ad textum in §. finimus, inducto, ut supra per Andre. Sicu. in d. c. ad hæc, respondeo, quòd loquitur in donatione Imperatoris sicq; in eo speciale est, ut inquit ibi glo. in d. l. illud, & in d. l. sancimus. & Io. Hugo. in tract. de offi. quatuor præla. §. sed sunt aliqui, num. 3. ubi proprie dicit, quòd quando Imperator ecclesiæ donat, optima mensura est immensitas. alle gat dictum. §. finimus. (cui accedit alius tex. egregius Imperatoris Iustiniani dicentis in l. cum multa. C. de bon. quæ lib. [*cum multa priuilegia Imperialibus donationibus iam præstita sunt,*] dignum incrementum, & ab his conferre dignata est clementia. ut enim Imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet & principales liberalitates culmen præbere & præcipuum, quem tex. perpendit ibi Bal. facere ad donationem Constantini, de cuius ualore late differit Restaur. Castaldus in tracta. de
1044 Impera. q. 51. nu. 4. in fi. †Nec præclara desunt exempla, nam Populus Romanus Asiam Bello captam Attalo Regi muneris loco possidendam tribuit. & T. Quintus Flaminius tubæ signo silentio facto per præconẽ, hæc uerba recitari iussit. S. P. Q. R. & T. Quintius Flaminius Imperator omnes Græcię urbes, quæ sub ditione Philippi Regis fuerunt, liberas, &
1045 immunes esse iubet. †Nec id tantum conuenit Imperatori, sed regibus, & principib. Tullius enim qui, & primas inter latinos scriptores tenet in oratione pro rege Deiotaro inter laudes regias, illas reponit largũ esse, bñficũ, liberalẽ. Ideq; Tullius scribit, nihil Pricipẽ magis

magis decere, quàm diuitias, & opes ad beni-
1046 gnitatem, liberalitatemq; conferēdā. † un-
de Romæ in monte Quirinali, & foro Traiani
inter multa frusta marmoris inuenta, unum
fuit adnotatum, quòd hunc titulum haberet
[*potentissima dos in principe liberalitas, & clementia*]
cuius relator est Bartholo. Marlianus in To-
pographia Vrbis Romæ, lib. 4. c. 22. & post eū
Tiraquell. in tract. de nobilitate, cap. 37. num.
40. in fi. at) secus est in donatione immēsa pri
uati ecclesiæ facta, prout clare probat text. in
1047 dicta l. sancimus, §. j. † Ad sextam rationem
quæ fuit Andr. Sic. in dicto ca. ad hæc, & prius
eo Bartoli, in l. fi. num. 13. C. de pact. dico æqui
parationem per eum factum de donatione p-
sonæ quæ fit ecclesiæ ad donationem bonorū
nō procedere, quoniam primo casu donatio
est retractabilis infra annum ante professio-
nem emissam quo licitum est libere ad prio-
rem statum redire, c. statuimus, de regula.
1048 † imò ante professionem frater non dici-
tur perfecte ingressus monasterium nec ingre
ditur animo renuntiandi, sed experiendi, pro
ut tradit Bar. in dicta auct. ingressi. col. j. unde
nimirum si facile conceditur, quòd quis per-
sonam suam possit ecclesiæ donare, sed in do-
natione bonorum cessat retractatio, ut hic vn
de non passim conceditur, cum præiudicium
1049 sit irreparabile. † Non obstant etiam tres
illæ rationes septimo loco deductæ, nam quo
ad primam dico, quòd contra Bal. & Iasonem
tenent Crot. Claud. Aquens. & Butigella, in di
cta l. stipulatio hoc modo, & prior eis Alex. in
l. j. §. si uir. colu. 3. ff. de acq. poss. Cattel. Cotta,
li. memori. in uerbo Apices, col. 3. qui proprie
loquuntur in terminis quæstionis Baldi in ca.
2. de feu. da. in uic. leg. commiss. & sic in do
natione facta ecclesiæ, uel pauperibus in pœnā
reuocationis testamenti, & tamen concludūt
1050 eam non ualere. † Sed posito quòd ualeret
speciali fauore ecclesiæ, ut supra retuli, nume.
980. tenuisse legendo dictā legem, stipulatio
hoc modo, dico non sequitur quòd etiam ua
lere debeat sine insinuatione, quia specialia,
non sunt multiplicanda, sed fugienda, prout
supra retuli, nu. 1041. eademq; cadit respon-
sio ad duas sequentes rationes de quibus su-
pra, & ex his concluditur, primam opinionem
in hac quæstione de iure non procedere.
1051 † Sed nec secūda, quæ fuit Romani satis pla
cet ea potissimum ratione, quia ubi Canones
deficiunt in causis ecclesiasticis, leges ciuiles
allegantur, & secundum eas iudicatur, c. 1. &
ibi glo. & Doctores. de ope. no. nunc. And. de
Isern. in constitut. Neapol. c. si quis in poste-
rum, num. 6. prima parte, Corn. cons. 224. nu.
2. uol. 3. & probatur in c. si in auditorium, 10.
distinct. & ibi notat Præposi. & latius in c. lege
eadem distin. hæc autem quæstio nō reperitur
per Canones decisa, ergo secundum leges ci-
1052 uiles est decidenda. † Nec obstat ratio, Ro-
mani, quoniam primo dici potest adhuc ratio
nem dictæ leg. data, in ecclesia posse milita-
re: cum enim donatio licet ecclesiæ facta, uel
pauperibus non ualeat nemine eam acceptan
te, ut not. glo. Bart. Bald. Angel. Salycet. Castr.
& omnes in dicta l. illud, Ias. in l. qui Romæ, §.
Flauius, colum. pen. ff. de uerbor. oblig. Ioann.
Andr. in addit. Specul. de instr. edi. §. nunc ue-
ro aliqua. uers. sed an pauperes: Dec. consi. 35.
in prin. cons. 226. nu. 8, Paris. consi. 77. colum.
2. uolum. j. Rui. cons. 13. num. 10. uol. 4. Grat.
respon. 25. num. 16. uolu. j. Afflict. in tit. qual.
poter. olim feu. alie. Ioan. Iacob. de Leonar. in
ter consilia Bru. consil. 116. num. 10. sequitur
quòd donans possit ab aliquo fraudulenter
induci præsente clerico, uel monacho ad im
mensè donandum, ut inquit Andr. Sicul. in di
cto c. ad hæc, col. 3. per tex. in c. fi. 20. quæst. 3.
1053 † ergo si militat ratio d. legis, data, militare
debet etiam dispositio, (l. illud, ff. ad leg. Aq.
l. à Titio, ff. de uerbor. oblig. l. fi. C. ad leg. Fal.
cum similibus per Decian. respon. 76. nu. 10.
uolum. 2. ubi post Bal. in l. data opera. colum.
12. C. qui accus. non poss. inquit, quòd sa-
tis expressum dicitur, quod habet eandem ra
tionem, per l. is solis, C. de reuocan. donat.
1054 † subditque Bald. idem, quòd ubi est eadē
ratio, ibi non dicitur similitudo, sed eadem
lex. quod dictum refert, & sequitur Alexand.
cons. 75. col. j. uol. 5. sequitur Decian. loco ci-
1055 tato. † hocque mihi dicendum uidetur,) cū
præcipue lex loquens de donatione insinuan
da sit fundata sub maxima honestate, & iusti-
tia quam ecclesia, & ecclesiasticæ personæ se-
qui debent, ut idem Sicul. dicit in d. c. ad hæc,
1056 col. 3. † Secundo responderi potest, quòd
non modo in insinuatione illa ratio fuit indu
cta de qua in dicta l. data, sed & aliæ plures con
siderantur per Bartol. in dicta l. Modestinus,
Oldrad. cons. 253. Corn. cons. 71. uolum. j. ui-
delicet, ut donans possit deliberare an sibi
expediat donasse, & quia repetens tales actus
uidelicet donationis & insinuationis osten-
dit mentis perseuerantiam, l. unica, C. de plus
pe, & alias refert Canari. in tract. insinuat. in
1057 fi. pri. par. quæst. nona. † Quæ rationes cum
pariter militent in donatione facta ecclesiæ
sicut laico, militare debet dispositio de insinua
tione loquens, licet illa ratio de fraude cessa-
ret, §. affinitatis, Inst. de nupt. l. si uentri, §. in
bonis, ubi glo. Bartol. & alij, ff. de priui. cred.
l. si non lex Eliescentia, in princip. & ibi not.
Baldus, ff. de hæred. inst. Ias. in l. more, nu. 18.
1058 ff. de acquir. hæred. † Ad rationem Cuma
ni dico, quòd argumentum de ultimis volun
tatibus ad contractus, quo Cuman. utitur, pro
cedit dumtaxat quando militat eadem ratio
utrobique l. seruum filij, §. eum qui chirogra-
phum, & ibi not. omnes, ff. de leg. j. l. pactum
inter hæredem, ff. de pactis, & ibi scribentes,
Dec. cons. 387. nu. 3. D. meus Rimin. consilio

18. nu.

18.nu.15.(Euerard.in centuria sua, loco.17.)
1059 at hic militat diuersa ratio.†cum enim ulti
ma uoluntas sit reuocabilis, §. posteriore, in
fra quibus mod.test.infir.fauor piæ causæ, uel
ecclesiæ operatur in remittendis solennitati-
bus alias requisitis in relictis ad profanã cau-
sam; sed donatio uelut contractus non retra
ctatur, ut hic, & l.sicut, C.de act.& obl.(iuxta
illud, Verba ligant homines taurorum cor-
nua funes).merito dictus fauor non æque de
bet operari in remittenda solẽnitate insinua-
1060 tionis. † Secundo respondetur, quòd tale
argumentum de ultimis uoluntatibus ad con
tractus, numquam procedit ad derogationẽ
legis, sed dumtaxat in casu prætermisso, &
præter legem, prout tradit eleganter Bald.in
l. unica, C. de le. fus. cani. toll. Euerard. loco
citato, circa fi.sed hic derogaretur dictis legi
bus quæ requirunt insinuationem in donatio
ne facta ecclesię de quibus supra, si hoc argu-
mentum procederet, ergo nullo modo de-
1061 bet attendi.†Non obstat etiam tex.in c.sũt
qui.17.q.4.quo Mates.mouebatur, quia intel
ligendo ipsum de donatione siue insinuatio-
ne celebrata, debet intelligi quando opes
donatæ ecclesiæ non excedebant 500. aureos,
1062 licet enim† passim loquatur, tamen distin
gui debet per dictam l. illud, l.sancimus, & cõ
similes magis specifice loquentes in eadẽ ma
teria, iux.not.per glo.& omnes in l. de pretio,
ff.de publi.in rem acti.in l. quamuis, ubi Bar.
Castr.& Ias.ff.de in ius uoc.glo.Bar.Alex.& a-
lij, in l.sciendum, ff.qui sat.cog.Ale.in l. nemo.
1063 nu.3.C.qui test.fac.poss.†Si uero uolumus
interpretari textũ illum de donatione cuius-
cumque summæ, supponere debemus in eo
concurrere extremum habile insinuationis
iuxta regulam l.qui testamento, ff. de testa.
(& in c.causam quæ, de elect. quam Decius in
pleris que locis habuit peculiarem, in c. cum
omnes, lect.1.& in cap.quę in ecclesiarum, de
constit.in c.3.loco, de prob.col.4.& in c.j.col.
8.de iudi.in Rubr.C.qui admi.colum.7.& ali-
bi per Cagnol.in l.uiuum, num.3.ff.si certum
petatur) ibi namque non fit quæstio de hoc,
sed super reuocatione sine crimine sacrilegij.
cętera igitur extrema habilia præsupponi de-
1064 bent ibi concurrere. †Ad aliã rationẽ Ma
tesilani respondetur per abnegationem præ-
suppositi sui: mens enim quidem, facultasque
donandi, disponendi ue ad pias causas reputa
ri potest quid spirituale uelut id, quod a spiri
tu Dei suadetur, sed actualis ipsa donatio fa-
cta piæ causæ non itidem spiritualis censeri
debet, sed actus communis, & humanus.
1065 † Sic alibi potestas disponendi actum re-
putatur uno modo, diuerso uerò ipsa actus di
spositio, nam potestas legitimandi fauorabi-
lis est, actualis uero legitimatio potius odio-
sa reputatur, ut per Roman.Alexand.& alios,
1066 in l.2.in princip.ff.de uerb.obl.†Rursus po
testas imponendi gabellas & pedagia fauora-
bilis est, & dilatanda, & ipsa actualis imposi-
tio gabellæ odiosa, & restringenda, ut tradit
Ruin.cons.112.num.14.uolum.5. & sic opi-
nio Romani Cuma.& Matesilani corruit.
1067 † Nunc ad tertiam descendens relatã per
glo. in dicta l.illud, dicam una cum glo. in di-
cta l.sancimus, §.j. quòd talis opi. processit ex
illorum ingenio tantum, non ex legibus. qđ
enim prius erat priuilegium in ecclesia tem-
pore dictæ leg. illud redactum est ad ius com-
mune quo ad omnes, dicta l.pen.in fi.C.eod.à
taxatione cuius regulæ non possumus recede
re; nec eam extendere respectu ecclesiæ, quo-
niam illa non est in hoc alijs melioris condi-
ctionis secundum Bald.Cyn.Alberic.Salycet.
Castrens.& omnes passim in dicta l.illud, & in
1068 dicta l.sancimus. † Quin imò hæc opinio
manifeste confunditur, ut tradit Salyc.in d. l.
illud, per l.sancimus, ubi statutum de 200. au-
reis in non piam causam augetur in 300. &
tamen statutum prius de 500. aureis in piam
causam de qua in dicta l.illud, non ampliatur
sed ut olim statutũ erat dimittitur, & cõfirma
tur, in §.j. ergo pariter hodie quo statutum de
300. in non piam causam augetur ad 500. di-
cta l.pen.in fi.dicere debemus statutum prius
de 500. in piam causam sic remanere, ex quo
per legem diuiditur, & non augetur, & sic ex
tot opinionib. supra relatis ultimam sequor
in puncto iuris, remanetq; primus casus lucu
lenter expeditus, ut quisquis lector animad-
1069 uertet. † Secundus casus in quo non requi- De spolijs hostiũ militibus donatis a Magistro militũ, quæ nõ requirunt insinuat.
ritur insinuatio secundum glo. est, si donetur
à Magistro militum aliquid mobile, uel sese
mouens, siue ex substantia sua siue ex spolijs
hostium, l. pen.C.eo.2.responso.ubi est casus,
circa quem tex.pondera dum loquitur de mo
bilibus in bello quæsitis, hoc cum misterio di
1070 ctum. †Quoniam immobilia hostium non
fiunt, sed Principis, uel Reipublicæ indicen-
tis bellum, unde Magister militum, non po-
test donare castra, uel terras quas occupauit
iure belli, prout tradit Bal.& Petr.de Bella Per
tica, in dicta l.pen.& est tex.in l.si captiuus, §.
j.ff.de capt.& post.reuer.ubi ager qui ex hosti
bus captus est, publicatur inquit textus, & ita
per illum textum tenet Bar.in l.si quid bello,
ff.de capt.& post.re. Alexand.in apost.ad eum
& in l j.ubi etiam Aret.Ias.& cęteri, ff. de acq.
possess. & Petr.Belli in tracta. de re mili. par.
2. titulo 18.nume.8.ubi recitat casum de quo
ibi, ob hoc igitur textus in dicta l. penult.
1071 † loquitur de mobilib. quæ subinde capta
à militibus Duci belli præsentantur, qui po-
stea ea diuidit & donat inter milites secundũ
eorum merita, nec in tali donatione requiri-
tur insinuatio, dicta l.pen.quam sic declarant,
& intelligunt Doctores maxime Aret.Ale. Ri
pa, Claud.Aquens.Guil.Pòt.& cæteri Mod. in
dicta l.j. Aret.noster, in §.item ea quæ ex hosti
bus

bus, supra de rer. di. & in specie not. Petrus de
1072 Bella Pert. † sed ille textus, prout inquit
Fulg. hoc de necessitate non probat: loquitur
enim de his q̃ ex spolijs hostium Dux belli cũ
familia ceperit & donauerit, non autem dicit,
quòd ea q̃ capiuntur ex hostibus efficiantur,
capiẽti subindeq; Duci belli p̃sententur, imo
1073 in oppositum est consuetudo. † & hunc in-
tellectum quoque tacito tamen auctore po-
nit Vaconius a Vacuna, li. 2. declarati. c. 64. di
cens, quòd spolia hostium erant quando ca-
piebantur ciuitates, & ciues earum necessita-
te coacti dabant bona sua Duci exercitus.
1074 † Quin fortius Constant. hic impugnat Do
ctores dicens sibi uideri, quòd iste non sit spe
cialis casus, nam cum præda distribuenda sit
inter milites secundum eorum merita, capi.
ius militare, in fin. prima distinct. talis dona-
tio non est proprie donatio, & ideo non indi
get insinuatione uelut donatio remunerato-
ria ut infra dicetur. sed super his diligẽtius est
considerandum, & in primis, quod attinet ad
intellectum Fulgosij & Vaconij dictæ leg. pe-
1075 nultimæ, † ego libentius) sequor commu-
nem intellectum Doctorum ad illum textum,
quem confirmo, nam si loqui uoluisset de spo
lijs hostium captis ab ipso Duce cum familia
sua, cum illa ipsius facta fuissent dicto §. item
ea quæ ex hostibus, l. naturalem, in fi. ff. de ac-
quir. rer. do. utique satis fuisset Imperatori di
cere [*ex sua substantia*,] nam & inclusa fuissent
dicta spolia hostium capta ab ipsis Magistris
militum. cum ergo dicat [*tam ex sua substantia
quam ex spolijs hostium*] ne ultima uerba sint su-
1076 perflua, † (quod dici non debet, Bal. in Ru-
br. C. de contr. emp. q. 9. cum uulg.) datur in
telligi, quòd loquitur de spolijs hostiũ captis
ab alijs militib. sibi præsentatis, quæ postmo-
dum donant fortissimis militibus, & de hoc
est alibi quoq; text. in dicto c. ius militare, ibi
[*item prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus,
& laboribus iusta diuisio.*] non enim se restringit
ad prædam factam à Duce belli, sed passim de
præda loquitur. & sic etiam de facta ab alijs,
quam postea diuidit, ad idem tex. cæteris cla
rior in c. dicat aliquis, 23. quæst. 5. ubi dicitur
[*cum præda in potestate uictoris fuerit, decet milita-
rem disciplinam ut Regi seruentur omnia*,] & sic ei
fieri debet eorum præsentatio, ut etiam la-
1077 tius ibi. glo. declarat. † unum tamen satis
mirum uidetur, quod Doctores dicũt de hac
præsentatione mobilium Duci belli facienda,
cum iura dicant absolute hæc capientium fie-
ri, dicto §. item ea, dicta l. naturalem, in fi. l. 1.
§. item in bello, ff. de acquir. poss. Si enim hoc
est, utique ad dictam præsentationem non ui-
dentur capientes teneri, alias si hoc dicamus
facile fieri poterit elusoria dispositio dicto-
1078 rum iurium. † cum enim boni pugnatores
semper intendant pugnæ, & parum aut nihil
lucrentur, alij uero qui cum mortuis libenter
pugnant, & cõtra eos acriter insurgũt equos
& alia lucrantur, ut tradit Petrus de Bella Per
tica in dicta l. naturalem, in fi. Soc. Ias. Pont. &
alij in dicta l. j. hæcque spolia fortissimis mili-
tibus præstentur, ut inquit tex. in dicta l. pen.
non capientibus, sed alijs donarentur, sicque
non fierent capientium cum effectu, cum pe-
nes eos non remanerent, merito uidendum
quonam pacto hæc iurium Doctorumque cõ
1079 trouersia sedari possit. † Reperio quòd Pe-
trus de Bella Pertica in dicta l. pen. uidens con
trarium dicit hoc esse uerum, quòd ea quæ ca
piuntur in bello fiunt capientium, sed tamen
Dux belli uidetur capere, quod quam sit ridi-
culum, nemo est qui nesciat (exemplo textus,
in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poss. dicen
tis, quòd [*non magis eadem possessio apud duos es-
se potest, quam ut tu stare uidearis in eodem loco in
quo sto, uel in quo sedeo tu sedere uidearis.*] sic enim
dici debet fieri non posse, ut quæ milites ce-
1080 perunt Dux belli cepisse uideatur.) † Ripa
uerò in dicta l. j. num. 7. dixit, quòd fiunt ca-
pientium, id est merentium facta consignatio
ne Duci belli qui ea diuidit secũdum merita,
quæ expositio satis est insipida & contra uim
uerborum, (cum potissimè non tam meren
tes sint capientes, ut prædæ dediti, quam bel-
1081 li gerantes.) † Pontanus quoque, num. 18.
dixit ea fieri capientiũ hoc respectu, quia prio
res domini statim dominium perdunt, & fit
acquisitio capientibus: non enim reperitur
cautum, quòd eorum dominium interim stet
in suspenso, tamen omnino domini iam facti
tenentur ea præsentare Duci belli, & hoc idẽ
per diuersa uerba tradit Hormonot. Dec. in d.
1082 l. j. notab. 4. † Quæ sententia non placet, cũ
facile futurum sit, ut capientium nõ remaneãt
strenuis militibus assignata, sicque fiat eluso-
ria dispositio dictorum iurium, (& parum
absit non acquiri, uel acquiri sic, ut sta-
tim auferatur, l. qui sic, ff. de soluti. nec mo-
mentaneam acquisitionem lex attendit, l. fi.
in fine, C. de bon. quæ lib. cum similibus.
1083 † hæc forte uidens Vaconius à Vacu. in al-
legato cap. 64. melius existimauit esse tenen-
dum simpliciter, quòd mobilia capta in bello
statim fierent capiẽtium, dicta l. naturalem, in
fi. dicto §. item ea quæ ex hostibus, & dicta l. j.
ff. de acquir. poss. quæ uera dicunt huiusmodi
res capientium fieri, uel eius fieri qui primus
possessionem nactus fuerit: tales enim geniti
ui, ut hoc addam, Vaconio, denotant domi-
nium de proprietate sermonis, & stricta signi
ficatione, ut not. Bar. Cast. Alex. Ias. & omnes
in Rubr. ff. de oper. no. nunc. dixi. cons. 237.
num. 23. Cro. cons. 36. nu. 29. & est bonus tex.
in l. 2. §. j. ff. de relig. & sump. fun. quem citat
Grat. idem tenens, Respon. 40. nu. 17. uol. 2. &
Dec. quem Gratus non allegat, cons. 41. col. j.
1084 † cum enim Pretoris edictum loqueretur
de inferente mortuum in locum alterius in-
quit

quit Vlpianus, quòd [*is fermo domino dat actionem, non bonæ fidei possessori: nam cum dicat in locum alterius, apparet de domino eum sentire. idest de eo cuius locus est.*] Nec ut ad Vaconium redeam, dicunt illa iura res captas assignãdas esse Duci belli, quare ireconsultus, & Imperator arguũtur intelligendo modo prædicto, cum bene fuissent dicere capta in bello à militibus Duci exercitus assignanda fore, & ab eo in-
1085 ter milites distribuenda. † Secundo subijcit Vacon. si quod captum est Duci dandum esset frustra factum fuisset statim accipientis arg. d. leg. qui sic, quid enim prodesset capientib. illa acquisitio dominij, lex enim nihil frustra facit, l. hęc stipulatio. §. diuus, ff. ut lega.
1086 no. caue. † & ad l. pe. respondēs Vaconius dat alium intellectum quam senserint Doctores, pro cuius intelligentia dicit esse sciendum, quòd interdum capitur aliquid a priuato milite, & hoc fit illius iuribus præallegatis nec assignatur Duci, sed remanet acquirētis, nec tale quid solet appellari spolium, nonnũ-
1087 quam uero † capiebantur urbes, quarum ciues necessitate coacti dedebat se, bonaque sua Duci exercitus, qui omnia illorum bona, uel aliquam eorum partem pro se, & Re publica sumebat, & hæc propriè dicuntur spolia hostium quæ uictores solebant in Triumphis præse ferre, ut apud historiographos legitur, (& Areostus noster de Dudone Duce belli loquens, cantu 40. significare uoluit dicens.

Era Dudon sopra la spiaggia uscito,
Ch'à trouar Carlo andar uolea quel giorno
Et de captiui, e di lor spoglie ordito
Con longa pompa hauea un trionfo adorn

Hæc autem spolia non erant priuatorum militum sed erant Rei publicæ, poterant tamē Duces belli ex illis spolijs aliquid militibus donare, siue degerent in occupatione belli, siue in alijs locis, & hoc est ipsum, qđ dicit ille tex.
1088 † quē sensũ, ut addã Vaconio, cõprobare uidetur text. iunc. gl. in l. in agris, ff. de acqui. re. do. ubi Trebatius ait, agrum qui hostibus deuictis ea conditione concessus est, ut in ciuitate ueniret, concessus sit inquit glo. idest quē ipsi hostes deuicti Romanę ciuitati dederunt, sic enim de rebus quoque contingebat quas hostes uicti relaxabant Duci uictori. non aũt uoluit Imperator, ut subiungit Vaconius, dicere Magistros militum res sibi à militibus assignatas debere inter eos distribuere.
1089 † Confirmatque, nam aliud est distribuere aliud donare: ponas enim militē cepisse equũ in bello, si equus ille Imperatori assignandus erat, qui deinde cum distribueret aut dabat alteri quàm capienti, & absurdum fuisset, priuasset enim capiētē dominio, quod sine facto nostro à nobis auferri nõ potest, l. id quod no-
1090 strum, ff. de reg. iur. † aut dabat eidem capienti, & tunc non fuisset donatio quæ est do-
ni datio, l. Senatus, §. j. ff. de donatio. causā mortis, & dare est dominium transferre, l. ubi autem, §. si. ff. de uerb. ob. quia res sua amplius sua fieri non potuisset, §. sic itaq; infrà de act. quare cum dicat Imperator in d. l. pen. Magistros militum donare militib. apparet eum loqui de spolijs, non autem de bonis captis à militibus priuatis: illa namque capientiũ sũt, nec Ducibus exercitus assignantur, ut in alijs iuribus, & hunc intellectum præsensit Fulgos. ut dixi sup. nu. 1072. licet breuiorib. uerbis.
1091 † sed hæc opi. mihi non placet, nam quod inquit primo loco Vacon. quòd est arguere Iureconsultos, & Imperatorem, respondetur non esse arguere, sed modificare dictas leges, per Imperatoris dicta, quod non est nouum, cũ per unam legem sępius alię modificentur, l. si seruus plurium, in fi. ff. de leg. j. idque fieri mandat Imperator, in §. quibus, prima const. Cod. ibi [*resecatis contrarijs præter quam si iuris a-*
1092 *liquis diuisione adinuentur.*] † Ad secundum de dominio inutili capientium si consignãdum foret Duci respondetur, id esse uerum, si capientibus Dux nihil daret, sed text. in dicto c. ius militare, sentit contrarium ibi, [*item prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus, & laboribus iusta diuisio. quæ uerba non excludunt capientes, sed uerius comprehendunt,*] ut eis quoque quid detur, ut Duci iuste ui debitur. Ad ultimũ uerò, quòd assignante Duce alteri capiens dominio suo priuaretur cõtra leg. id quod nostrũ. ei uerò dando non esset donatio, cum res sua
1093 non possit amplius sua fieri. † respondetur in bello non unum tantum capientem res hostium supponi debere, sed multos, ut est notissimum, merito si Dux equum per me captum Titio assignet, mihique aliud præstet, quod uice illius equi fungitur, uirtualiter non dicor priuari re per me capta: si uerò eidē datur ualet donatio ea ratione, quia cum dominium quæsitum per eum ex captura esset reuocabile, per Ducem assignando id alteri, potest eidem res dari, ut acquirat dominium irreuoca-
1094 bile, † sicut & habens dominium reuocabile præscribere potest, ut acquirat dominium irreuocabile, l. in bello, §. si quis seruum, ff. de capti. & postl. reuer. & simile uidemus in legato cuius dominium transit in legatarium à morte testatoris, l. à Titio, ff. de furt. reuocabiliter tamē, quia poterit legatarius id nolle, sed ab agnitione post aditam hæreditatem transit irreuocabile, l. si tibi homo, §. si cum seruus, ff. de leg. j. & ibi no. omnes indifferenter.
1095 † hactenus patet difficultatem supra propositam, nu. 1077. non esse bene solutam. igitur) aliter uenit declaranda, quædam nãque capiuntur in discursu territorij inimicorum ante bellum campestre, & ista remanent capientium, cessatque præsentatio Duci belli, & ita procedit tex. in dicta l. naturalem, in fi. cum similibus. quædam uerò capiuntur in bello cã-

pestri inter partes ordinato, & conflictu, & tunc locus est dictæ præsentationi, procedit q; textus in dicta l. pe. qui loquitur de spolijs hostium, & tex. in dicto c. ius militare, & in dicto c. dicat aliquis. quæ de præda loquuntur, quæ
1096 tempore conflictus occurrunt. † & ratio differentiæ inter hos casus in promptu est, quo niam hoc secundo casu periculũ uitæ est omnibus commune, tuncque uiri probi strenuique milites non uacant circa spolia, sed circa stragem, & confusionem inimicorum, circa q̃ si non uacassent, alij salua spolia non haberẽt, imò nero forsita uitam suam perdidissent, merito consequens est, ut dicta præsentatio, & destributio fiat. at primo casu cessat hæc ratio, propterea capta debent esse præcipua capientium, nec locus esse debet dictæ præsentationi, ita pulchre declarat, & bene nodum dissoluit Salycet. in l. ab hostibus, secunda, C.
1097 de capti. & post. reuer. † quod & duob. uerbis explicauit Franc. Arias in tract. de Bello, num. 162. ubi explicando hunc articulũ postquam dixit capta in bello mobilia fieri capiẽtium, licet ad commune poni, & assignari debeant Capitaneo, ut tribuat cuique secundũ merita, subiungit & hoc de captis post uictoriam, nam ante capta efficiuntur capientium quod nihil aliud est dicere qu am, quod Salyc. dixit capta tempore stragis præsentari Duci belli, & per eum distribui, ante uero conflictum capta secus, sed remanere capientium præcipua, quæ bene, & diligenter nota pro intelligentia dictorum iurium, (sicque concludit etiam Thobias hic citans Frãciscum Hotomanum idem tenentem in dicto §. itẽ ex quibus addo Petrum Belli, in tract. de re mil. parte secunda, tit. 8. nu. 45. & Socinum inn. in dicta l. j. & licet Bolognet. ibidem sub nu. 38. non acquiescat, tamẽ quia nihil relatu dignũ, nec quod ad rem faciat adducit, de industria missum facio, & in resolutione Salyceti, & se-
1098 quaciũ resideo. † nunc ad impugnationẽ Const. descẽdo qui dixit hũc casum donationis militibus factę per Magistros eorum non esse specialem, cũ sit remuneratoria nõ egens insinuatione: fallitur enim primo, quòd ista dicatur donatio remuneratoria, nam illa contigit quando quis alicui donauerit tũc enim donatarius obligatur ad remunerandum, l. sed & si lege, §. consuluit, ff. de pet. hæred. uel quando quis recepit ab alio aliquod particulare beneficiũ, ut fuit Aquilius Regulus a Nicostrato pceptore litteris instructus, q Regulus permittens eum habitare in cenaculo dicitur officium magistri quadam mercede remuneraſse, l. Aquilius, ff. eod. uel si quis aliquem a latrũculis, uel hostibus captum eripuit, & aliquid pro eo receperit ab erepto: talis enim donatio merces eximij laboris appellatur & sic remuneratoria, l. si pater, §. j. ff. eo. & in summma quotiens ob particulare beneficium quis ab altero consecutum moue-
1099 tur ad illi donandum. † sed in casu d. legis pen. Magistri militum qui donant ex spolijs hostium, uel de substantia sua militib. suis id non agunt causa remunerandi, cum ab illis nullũ particulare beneficium receperint, sed ob eorum fortitu linem, ut ibi [*fortissimis præstant militibus*,] ut quia uiriliter & strenue se gesserunt in prælio, quod etiam probatur in dicto c. ius militare. [*item prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus, & laboribus iusta diuisio*]
1200 vnde talis donatio † facta militib. strenuis uelut bene merentibus dicitur propria donatio, non autem remuneratoria, l. affectionis, ff. eod. ubi dicitur, quòd affectionis gratia honeste donatur erga bene merẽtes amicos, hoc est gratos, & uirtuosos, ut ibi declarat Cast. & ego dixi, supra in prin. num. 347. circa intellectum leg. nec a diecit, ff. pro soc. sic enim cõtingit in casu dictæ leg. pen. quare dici debet illum casum esse specialem in hoc, quia cuiuscumque summæ sit illa donatio, ualet sine insinuatione. cõfirmatur, nam ponitur ille casus medius inter donationem factam pro redemptione captiuorum, & aliam pro refectione domus, incendio, uel ruina corruptæ, quæ cuiuscumque summæ ualeant sine insinuatione,
1201 sicque sunt casus speciales. † igitur & idem de donatione militibus facta, ut æqualis fiat determinatio, l. iam hoc iure, ff. de uul. & pup. l. quamuis, C. de impub. & al. sub. Secundo posito, quòd illa donatio diceretur remuneratoria, ut supponit, & male Constant. ex prædictis, adhuc esset casus specialis in quo donatio excessiua nasceret sine insinuatione quãdo est remuneratoria, ut ista suo loco dicemus.)
1202 † Tertius casus in quo non requiritur insinuatio secundum gl. est. si donetur alicui in refectionem domus suæ damnum passę incẽdio uel ruina, ut est casus in dicta l. pen. cuius rei ratio est secundum Bal. quia ex refectione domus resultat decus urbium, l. si quis, C. de ædi. §. pri. (& hunc quoque casum not. Azo in summa de don. Archid. in c. ego Ludouicus, 63. distinct. & Ant. Gabr. li. 3. de donat. conclusi.
1203 j. nu. 38.) † Dicebam tamen alias (licet alij non dicant) hunc casum sane intelligendum esse quando talis refectio esset necessaria, ut quia domus esset corrupta collapsa ue incendio, uel ruina, prout inquit tex. in d. l. penult. secus quando talis impensa, & refectio esset utilis, puta quia parietes domus erãt debiles ad sustinenda onera grauiora, ueluti lapides, uel arceus construendos super eis, cum tamẽ sufficerent ad statum domus præsentem, vnde quis donauit ultra 500. aureos ad talem refectionem parietum, ut donatarius dicta grauiora onera posset imponere, utique hoc casu
1204 credebam insinuationem requiri. † mouebar optimo simili, nam habemus, quòd si duo hẽnt domũ, uel molẽdinum cõe, quæ indigẽt reparatione

An domus refectionẽ domus requirat insinu.

reparatione,siquidem alter fuerit requisitus,
ad refectionem contribuere, & nolit assenti-
re, unde alter sua impẽsa refecit, elapsis quat
tuor mensibus nec restituta parte pecuniæ re
ficienti per alterum cum usuris centesimis,
dominium in totum transfertur in reficien-
tem eiq; pleno iure quæritur, l. si fratres, §.
idem respondit si cessantis, ff. pro socio, l. si ut
proponis, C. de ędifi. priua. quæ iura ad hoc es
se singularissima dicit Are. infrà de obliga. ex
qua. contr. §. item si inter, & infrà de actio. §.
sequens. col. pen. & post eum Ias. colu. fi. tradit
Aug. in l. quidam Hiberus, ff. de seru. urb. prę d.
Veron. caut. 85. Cremens. sing. 97. Mar. singu.
1205 369. † Tamen uidemus, quòd ista conclu-
sio no procedit in utili refectione, ut est in e-
xemplo dato de pariete, & molendino quan-
do quis uellet imponere molas meliores q̃
præsentes: si enim hoc nõ est necessarium, quia
potest etiam cum prioribus stare, utique al-
ter non tenetur ad huiusmodi expensas con-
ferre, nec tali casu locum habent iura prædi-
cta, ita determinat Martinus de Fano, in l. pa-
rietem, per illum textum, & post eum Bal. Al-
ber. Castrens. & Floria. ff. de ser. urb. præd. Ve-
ronen. eod. tit. c. 58. num. 8. Petrus de Perus.
in tract. socie. sexta parte, q. 4. Ias. in l. quomi-
nus, ff. de flumi. nu. 109. & post eum Rip. nu.
120. Quo fit, ut & in casu nostro quoq; dica-
mus quòd donatio respiceret refectionem do-
mus utilem tantum, secus esse quam si neces-
sariam respiceret, & ob id, quod in utili requi
1206 ratur insinuatio. † idque tanto magis con
firmabam, quòd textus in dicta l. pen. loqui-
tur de domo corrupta, at hic neque de corru
pta, neque de ruente agitur, quo casu fortisã
idem iuris esset, quod in corrupta, cum neces
saria quoque dicatur impensa circa domum
ruentem facta, l. 1. §. si ædificium, cum legibus
sequent. ff. de impen. in rebus dot. fac. Quæ di
ligenter esse notanda dicebam, ut ab alijs,
(quod uiderim) non declarata præterquam,
quòd Salycet. in dicta l. penult. unico uerbo
hanc opinionem sensisse uidetur, dum dicit
illum textum procedere quando ruina de-
formitatem urbis inducebat, non alias, & sic
quando impensa, uel refectio, erat necessaria,
1207 non utilis. † (sic alias ego concludebam,
nunc uerò dico, quòd licet dicta lex penult.
de utili refectione nõ loquatur, nihilominus
ex identitate rationis ad eam debeat extẽdi:
nam si ratio illius legis cõsistit, ut inquit Bal.
quia ex refectione domus resultat decus ur-
bis. l. si quis, C. de ędif. priu. utique sic resul
tat ornamentum ciuitatis ex utili refectione
domus sicut ex necessaria, nam quãto magis
splẽdidiora sunt ædificia ciuitatum, tanto ma
gis augetur earum decus, ut est notissimum,
ideo cum militet eadem ratio debet habere
locum eadem dispositio dictæ leg. pen. uelut
1208 exorbitantis. † Quoniam in exorbitanti-
bus licita est extensio ex identitate rationis.
exemplum in l. si constante, ff. sol. mat. ubi po
nitur limitatio seu fallentia a regula quæ ha-
bet, quòd constante matrimonio non potest
agi de dote, quę fallit ibi, quando maritus ver
git ad inopiam: illud enim ius limitatorium
sic & exorbitans extenditur ad extraneũ, qui
dotem recepisset, & se obligasset, ut in l. fi. C.
de dote cau. ex rationis identitate secũdum
glo. quam Bart. sequitur, in 9. quæst. prin. nu.
36. qui frequenter ad hoc allegatur, ut testa-
1209 tur Ias. num. 73. † & sequitur Rip. num. 79.
amplians etiam, quòd non tanta ratio milita
ret in casu ad quem tractatur extensionẽ fie-
ri secundum gl. in l. 1. C. de his qui an. aper.
tab. quam ad hoc inducit Imo. in l. si uero, §.
de uiro, ff. solu. mat. & ultra Ripam Crot. in
prima lectura nu. 54. restringens hanc exten-
sionem quando materia sit fauorabilis, uel
pia, & prius eo Ias. & Ale. quod sine dubio cõ-
currit in tali executione, quæ publicum aspe
ctum exornat, sicut destructio illũ deformat, l.
1210 2. C. de ædif. pri. † Quòd autem donatio
excessiua nõ insinuata ualeat ad refectionẽ do
mus facta, & dicatur esse materia exorbitans
clare patet: nam in totum ius non abrogatur;
sed in aliquo dumtaxat ei derogatur, ut de-
clarat Corn. cons. 174. col. 2. uol. 4. Crot. in l.
omnes pop. col. 29. uers. pro complemento,
ff. de iust. & iu. Cra. in tract. de anti. tempo. 4.
1211 parte, num. 37. † Quinimò plus attentari
posset, quòd ubi dispositio dictæ leg. pen. nõ
esset exorbitans, sed correctoria, nihilomi-
nus cum ratio prædicta decoris urbis resul-
tantis ex refectione domus sit unica, exten-
sioni dictæ legis esse deberet, ut per glo. singu-
larem quam Bald. Castr. Alex. & Iason notant
in l. quamuis. C. de fideic. sicque tenent Cast.
& Cum. in dicto §. de uiro, & alij, quos citat
Ias. in auct. quas actiones, nu. 22. C. de sacro
san. eccl. Ripa, in dicta l. si constante, num. 65.
1212 † & licet Alex. in dicta l. si constante, & Ias.
in dicta auct. quas actiones, post Salycet. in l.
si serui uestri C. de nox. dixerint in dubio nõ
pręsumi unicam esse rationem quando alle-
ganti unicam esse dicitur imò plures esse, idẽ
que Ias. in l. j. col. 3. C. de succ. edi. & Cur. cons.
1213 90. col. j. † attamẽ ueritas est, ut inquit Soc.
iu. cons. j. num. 53. uol. j. quòd ab unica ratio-
ne tanquam ab expressa potest argui, nisi in
dubium deducatur an fuerit unica, & hoc
tantum dixit Salyc. in dicta l. si serui, licet ali
ter per Alex. & Ias. citetur. nec dici debet in
dubium deduci ex eo tantum, quod quis di-
cat imò sunt plures, quia si illud esset, sequere
tur, quòd numquam in ęternum ab unica
ratione tamquam ab expressa argui posset, cũ
semper facile foret aduersario dicere, imò sũt
plures, quod esset euidenter contra gl. in d. l.
quamuis, communiter a Doctoribus citatam,
& approbatam, nec unquam sibi placuit [sub-
dit

dit Soc.in.] opinio Alexandri sequendo Claudium Aquensem, in dicta l. si constante, co. 5. qui concludit reprobando Alexandrum, quod non alias impeditur argumentum ab unica ratione, tanquam ab expressa, quam si adversarius aliam probabilem allegando in dubium
1214 revocet an sit unica. † quare redeundo ad casum nostrum cum edificia tendant ad ornamentum civitatis, quod apertissime tali ratione comprobavit statutum nostrum, lib. 2. c. 95. ibi [*insuper quia Rei pub. interest urbem ædificijs exornari,*] dici debet donationem factam ad refectionem domus ratione prædicta factam censeri, meritoque sive donatio facta fuerit ad refectionem necessariam, sive ad utilem, semper locum habere debeat dispositio dictæ leg. pen. quod in fin. non sit necessaria. & hinc cessat, quod dicebam illam loqui de refectione domus corruptæ, sicque de necessaria, nam concedo, sed dico, quòd ex identitate rationis extendi debet ad utilem rete-
1215 ctionem. † simile quoque, quod adducebam primo loco de reficiente domum, vel molendinum commune, cuius expensæ necessariæ tantum, non utili socius cōtribuere tenetur diversa ratione fundatur, nam illa materia expensarum quę fiunt in re communi est prohibitiva, l. Sabinus, ff. commu. di. ubi dicitur in re communi neminem dominorum iure facere quicquam invito altero posse, unde manifestum est prohibendi ius esse: in re enim pari potiorem esse causam prohibentis constat, cui concordat text. in l. parietē, ff. de servi. urb. præd. ubi dicitur in specie parietem, quod cōis est, alterutri vicinorū reficiendi ius non esse, at materia donationis ad refectionē domus de qua in d. l. pen. est permissiva, cum liceat eam licet excessivam facere, merito de una ad aliam veluti de diversis ad diversam, non recta fit illatio, l. Papi. exuli, ff. de minor.
1216 † Et ratio diversitatis esse pōt, nam socius lędi potest ex refectione rei communis, puta si molendinum stare poterat cū molis priorib. socius voluit apponere novas, licet meliores, nam lęditur alter socius, si velimus, quod conferat expensæ factæ, quæ non erat neces-
1217 saria, propterea nō tenetur conferre. † sed in casu nostro nulla cōtingit lęsio nō ex parte donatarij, qa lucratur, §. si res aliena. infra de lega. nec ex parte donātis, qa cum sciat se donare, sibi volenti nec iniuria, nec dolus inferri dicitur, l. cum donationis, C. de trāsf. nec illi velut lęso competit beneficium legis 2. C. de rescin. vend. ut tenent Bar. Bal. Sal. Cas. & omnes, ut ibi testatur Cag. num. 124. remanet ergo tertius casus de quo supra verus, & ampliatus, ut donatio facta ad refectionem domus tam utilem quam necessariam, licet excessiva fuerit nec insinuata de iure valeat.)
1218 † Quartus est casus quod nō reqrit insinuatio nē scdm gl. si cuiquā donet Imperator, l. sancimus, §. exceptis, C. eo. §. illud, in Auc. ut nō si. pignor. §. finimus, in Auct. de non alie. l. si. §. quia igitur, verf. cum. n. C. de quadri. pręsc.
1219 † & ratio est scdm Bal. in d. l. sancimus, qa nihil occulte fieri pōt coram Principe, qui sp hēt multos nobiles pręsentes, l. omniū, & ibi
1220 gl. Ias. & alij, C. de testa. † & quia insinuatū dicitur, qd agitatur corā tanto Principe secūdū Sal. in l. illud, C. de sacrosan. eccles. (hancque conclusionem firmat Ias. in l. quotiens, C. de rei vendi. & Bero. consf. 176. nu. 36. vol. j. & prior eis Oldra. cons. 231. Ioann. And. in addi. Spec. in tit. de instr. edi. §. porro, in ulti. add. Imo. in c. cum contingat pen. cat. de iurein. & Rom. in l. Modestinus, ff. eo. quos citat Tiraq. in tract. de nobilitate, c. 37. nu. 47.
1221 † subdens id evenire quasi scilicet nullæ donationes à Principe factæ immensę videri debeant, aut liberalitas Principis nullis huiuscemodi frenis, & cancellis coerceri dēat, ut etiam dicit Marcus Mantua, cons. j. nu. 15.
1222 † ad quod optime bene facit glos. in l sed & si susceperit. §. j. in ver. modica, ff. de iudic. quæ refert Comitem Matildam cum ecclesiæ 30. terræ milliaria donaret his verbis usam, Ecclesiæ aliquantulum terræ concedo, veluti Principes parva ac modica se cōcedere putent, etiam si multa, magnaque largiantur, refert Tiraquell. loco citato, num. 44.
1223 † sed & præter eum conferunt pręclara quędam Alexandri Magni memorabilia: cum n. Dijs sacrificaret, ac citra parsimoniam thura in ignes sępius iniiceret, Leonides pędagogus. Tam sūptuose, inquit, ò fili sacrificato, cū thuriferam subiugaveris regionem, poti tus igitur illa, hanc ad ipsum epistolā dedit: Misi tibi thuris, & Casię talēta cētū, ne post hac ī Deos sis avarus, sciēs nos ēt Aromatiferæ
1224 ra potitos esse regione. † Pe. il us autē quidam ex amicorū suorū numero, cū filiab. dotē petijsset, quinquaginta quidem talēta illū accipere iussit, sed cū ille dixisset decē satis esse, tibi qdē, inqt accipere, sed mihi nequaq̄ sa-
1225 tis est dare. † Anaxarcho quoq; Philosopho dispēsatorē iussit quātū peteret dare, sed cū dispēsator dixisset, illū talenta cētū petere, bene inqt facit, cū sciat se amicū hēre qui tot elargiri & possit, & velit, quate ne lōgius in similib. memorat u dignis remoter mirū videri nō dēt si donationes Impatorię licet excessiuę non indigent, sed valēt sine insinuat.)
1413 ex testamento, norab. 11.) † idem quoq[ue] uidemus in uxore quę non priuatur dote propter adulterium si maritus sciuit, & tacuit secundum Bal. & Doctor. in l. fi. C. de adult. Bartol. Bald. Ang. & alij in l. rei iudicatę, §. hęredi. ff. sol. matr. Ale. cons. 189. uol. 6. Bermondus de publicis concubinarijs, in Rubr. de adulter. nu. 72. & ante (Ioann. de Garonibus, in dicta aut. ex testamento, nu. 38. Curt. iun. in d. 3. q. col. 2.) pariter ergo donans si uiuēs tacuit uidetur remisisse iniuriam sibi factam per donatarium, propterea successor suus
1414 non debet ulterius eum molestare. † limitatur nunc ista conclusio, quando donator donationem reuocare non potuit, uel quia ingratitudo sibi nota non fuit, uel repētina morte prąuentus, impeditus fuit eam reuocare: tunc enim donantis hęres potest experiri, ita uoluit Ioann. Andr. Anch. Imo. cęterique Cano. in d. c. fi. Rom. & Alex. in l. rei iudi. col. 2. ff. solu. mat. Faber hic, & Ripa qui dicit esse comm. in d. q. 61. col. 3. (sicut & alios citat, & sequitur Cur. iun. in tract. de feu. 4.
1415 par. q. 2. ad fi.) † fundatur ratione, quia nō potest uideri remissa ingratitudo ex tacitur nitate defuncti, qui agere non potuit propter ignorantiam uel aliud impedimentum, argumento l. mater decedens, ff. de inoff. testam. & leg. fin. C. de anna. excep. nil mirum si hęres suus potest ad reuocationem agere, (& secundum hanc distinctionem scientię, uel ignorantię ponit idem Cur. Iun. in feudo loquens in dicto tra. de feu. 4. par. q. 2. nu. 156.
1416 † Secundo limitatur conclusio prędicta negatiua procedere quando donator mortuo donatario ingrato uellet agere ad reuocationem tradita iam re donata donatario uiuenti, non enim posset hęredes ipsius donatarij molestare, secus autem si rem non tradidisset donatario, & hęres donatarij ageret contra donantem ad eius prąstationem: posset enim

An ius reuocā di don. transeat ad hęredes donantis.

enim donans excipiendo de ingratitudine donatarij recusare tradere rem donatam, licet uiuente donatario tacuisset. ita pulchre uoluit Ancb, in c. fi. eo. & post enm Barb. colum. 12. & Cur. Iun. in tracta. de feud. 4. par. q. 3. ad fi. dicens hanc limitationem ad feudũ
1417 porrigi posse. † Quæ bene iustificatur ex eo, quòd in exceptione tractatur de retẽtione quæ facilius conceditur, l. per retentionẽ, C. de usur. l. 2. ubi Bal. not. 3. C. de fideicõm. Dec. in l. inuitus, §. cui damus, ff. de regul. iur.
1418 † & exceptiones omnes fundantur in æquitate, & ex ea proueniunt, l. qui æquitate, & ibi glo. ff. de do. excepr. Bart. in l. si unus, §. pactus ne peteret, colum. 3. ff. de pact. ubi dicir, quòd æquitas est mater exceptionum.
1419 † Federic. de Se. conf. 90. casus talis, quidã clericus, colum. 3. Signor. conf. 139. casus, colum. 2. uer. & quòd hoc, Azo in summa de exce. in fi. & Aret. noster, in §. j. infr. de exc. quos refert, & sequitur Decian. respon. 41. nu. 25. uolum. 3. bene dixerunt omnes exceptiones
1420 esse fauorabiles. † Nisi forte secus esse dicamus in exceptione præscriptionis quæ odio sa reputatur, quia qui se fundat ex tempore dicitur inniti circunuentioni temporis, §. volumus, in Auct. de his qui ingre. ad appellat. not. omnes in c. j. quo temp. mil. diciturque prǽsidium temporis, in Aut. ut eccle. Roma. circa med. & contra naturalem æquitatẽ, gl. & ibi commendat Angel. in l. j. ff. de neg. gest. Cald. consi. 5. de rebus eccl. non alie. Abb. consil. 71. colum. j. uolu. 2. & Marf. singul. 370. de quo tamen uidendus est idem Ang. in l. sequitur, §. si uiam, ff. de usuc. Fel. & Dec. in cap. ex parte, 2. ff. de off. dele. Fel. in Rub. de prǽscrip. Balb. in tract. de præscr. prima par. q. 5. princ. & Ias. conf. 72. in fi. uol. j. postquam nõ est ma
1421 teria nostra. † Igitur ad eam redeundo cũ donatarius fuerit ingratus donatori, suggerit æquitas, quòd sicut illi agenti ad consequendam rem donatam potuisset donator ei dem exceptionem ingratitudinis obijcere, pariter eandem possit opponere contra illius hæredes qui repræsentant personam donatarij defuncti, §. j. in Anc. de iureiu. à mor. præs. ubi dicitur vnam quodammodo esse personam hæredis, & eius qui in enm transmittit hæreditatem, quam regulam plntibus exor-
1422 nat Marf. singu. 475. † subdens eam adeo esse ueram, quòd si quis promisit de suo dato & facto uel faciendo tantum, nihilominus tenetur etiam de facto illius cuius est hætes, ut uoluit Bar. in l. si seruus, 2. in prin. & ibi gl. ff. de condic. fur. Bal. in l. fi. C. de act. emp. &
1423 Alex. conf. 118. uol. 6. † Tertio limitatur conclusio de qua supra de reuocatione donationis ad hæredes donatoris non transitoria locum non habere,)quando reuocatio fit in ultimo casu dictæ legis fi. C. de reuoc. donat. uidelicet ob pacta donationi imposita ꝑ donatarium non adimpleta, id enim ius ad hæredem quoque donantis transmittitur, ut tenent Bal. Aug. Alber. Salycet. & alii, moti, quia non fit eo casu reuocatio propter ingratitudinem, sed propter pacta non seruata, prout etiam dicit And. Sicul. in c. fi. eolum. 3. eo. tit. & Abb. prior eo. sequitur Constant. Rog. in l. donationes, §. species, nu. 15. ff. eod. & pro hac opi. facit dicta l. fi. in fi. ubi dicitur, quòd talis reuocatio fit aduersus ipsum, qui ingratus esse dicitur, sed isto casu cessat ingratitudo, merito secus esse debet in eo quam in cęteris in quibus hæredi ius reuocandi nõ da-
1424 tur. † huic tamen opinioni Ripa contradicit ibi q. 63. propter generalitatem textus. item quia inter maximas causas ingratitudinis est pacta, non seruare, ut inquit Bald. consil. 18. notissimum est, uol. j. ubi citat ad hoc illum textr. qui exemplificando ingratum donatarium, ponit illud de inobseruãtia pactorum, prout perpendit idem Rip. q. 28. & præter ipsum confirmatur ibi [*donatorem præfatis malis ab ingrato donationis acceptore affici,*] appellat enim donatarium ingratum, dicitq. eum afficere præfatis malis donatorem, inter quę mala ponitur inobseruantia pactorum,
1425 † quæ includitur sub illis uerbis, pręfatis malis, præcedentium relatiuis, ut de uerbo prædictis, tradit Bar. in l. j. §. hoc edicto, ff. de postu. & in l. talis scriptura, §. fi. ff. de le. j. Dec. consi. 465. nu. 8. & 9. cum similib. à me cumulatis, cõs. 251. nu. 18. quo fit, ut in fine quoq; dicens tex. [*aduersus eum qui ingratus esse dicitur*] inobseruantem pacta comprehendat, merito cum hoc quoque casu, dicatur don. propter ingratitudinem reuocari, tale ius non debet ad hæredem transmitti, sicut nec in a-
1426 lijs casibus. † (ego uero defendendo communem limitationem Doctorum diligentius Ripa, considero quòd quando reuocatio fit ex illis quattuor causis expressis in dicta l. fi. talis reuocatio nititur sola legis auctoritate, sed quando reuocatio fit ob conuentiones non adimpletas, talis reuocatio fit auctoritate legis, & ex fide non seruata ꝑ eum qui promisit, & conuenit tale quid facere, uel obseruare, posteaque defecit ac fidem fefellit, quod est graue, l. j. ff. de consti. pec. unde talis reuocatio debet hæredibus donatoris, & aduersus hæredes donatarij compete-
1427 re tanquam fortior primo. † Quia fortiora sunt quæ duplici iure nituntur his quæ dũtaxat uno, in Auct. de cõsan. & ut. fra. & in §. sed hodie iunc. gl. supra de adop. & duplex funiculus plus operatur quam simplex, auc. itaque, C. commu. de succ. not. in l. Balista, ff. ad Tre. Rol. à Valle, conf. 12. nu. 69. uol. 3. conf. 52. num. 3. uol. 4. dixi, conf. 269. num. 89. ponitque Decia. respon. 92. num. 5. uol. 3. unde posito, quòd utrobique uersetur ingratitudo, quia tamen in quattuor primis casibus il

la

la solum habet fomentum legis, in vltimo ue
ro legis & conuentionis non seruatę propte
rea surgit aperta differentia, quòd in illis nõ
fiat transitus reuocationis ad hæredes dona
toris contra donatarium, uel eius hæredes:
1428 in eo uero posteriore casu sit secus. †unũ
tamen non prætereo, quod in feudo ponit
Cur.Iun.in d.tract.de feu.4.par. q. 9. colum.
3. postquam namque determinauit hæredes
domini, qui uiuens tacuit uasallum mole-
stare non posse, subdit sibi multum repugna
re dictum singulare Baldi, in dicta l. fi. nolen
tis, quòd quãdo donatio reuocatur propter
pacta non seruata, ius reuocandi transit ad hę
redes, nam in feudo uidetur semper illud re-
uocari propter pacta non seruata si bene re-
spiciatur forma iuramenti fidelitatis, in tit.
de for. fid.& de no. for.fid.unde si reuocatio
donationis ob pacta non seruata fit per hęre
des donantis, pari modo feudum per hære-
des domini deberet reuocari posse, quando
reuocatio fit propter pacta non seruata, cu-
ius oppositum tenent omnes communiter:
nec de hoc anfractu sciens Curt.Iun.aliter se
extricare dixit esse cogitandum numquid il-
1429 lud singulare dictum Baldi sit uerũ. †ego
uero cum Baldo residens in terminis dona-
tionis, ut passim recepto, dico non idem iu-
ris in feudo dici debere propter diuersitatẽ
rationis, quæ impedit argumentum procede
re, ut per Euerardum in cẽturia sua, loco 12.
col.8.uers.1.casu, nam in feudo regulariter,
& sui natura uasallus cum iuramento pro-
mittit esse fidelis Domino secundum capi-
tula fidelitatis; de quibus in titulo de forma
1430 fidel.& sequenti. quæ plura continent. †&
ultra tenetur ad annuam præstationem siue
recognitionem Domino faciendã sub pœna
priuationis feudi, ut Innoc.& alij pleriq; uo
luerunt, quorum sententiam sequitur, & de-
fendit Curt.Iun.in tract.de feud.4.par. causa
39. priuationis, nu. 78. de cuius ueritate nũc
non discutiam uelut extra rem nostram. igi-
tur cum uasallus in multis oneretur, subleuã
tur ipse & hæredes sui, ut si defecerit ĩ aliquo
dominusq; eo uiuente nil dixit, hæredes ua-
salli molestare non possit, aut si dominus prę
decesserit illius hæredes uasallum inquietare
1431 non possint, †quia qui in uno grauatur in
alio debet releuari, l. secundũ naturã, & ibi
Dec.& Cagn.ff.de reg.iu. at in donatione re
gulariter donatarius nec iurat nec quicquã
promittit donatori, propterea eum subleue-
tur in hoc, debet in alio grauari, iuxta regu
lam legis, eum qui, cum ibi no. ff.de iure iur.
ut pacta, quę per accidens interueneruut, nõ
seruando priuari possit rebus donatis ab hæ
redibus donantis qui tacuit dum uixit, aut
donatario præmoriente sui hæredes priuari
possint, & ita mihi dicendum uidetur, quod
melius cogitanti cuiq; studioso relinquo.

1432 † Non omitto quoque, quòd Ripa in d. l.
fi. q.63. post discussum articulũ, numquid ob
pacta non seruata donationis reuocationi
sit locus per hæredes donantis contra dona-
tarium, uel per donatorem contra hęredes
donatarij prędefuncti distixit,) quòd si fiat re
uocatio per condictionem ob causam ex ca-
pite causæ non secutę, tunc id hæres quoque
donantis facere possit: si uero agatur condi-
ctione ex illa l.fi. secus dicendum sit. quam di-
stinctionem ponit ad unguem prior eo Fulg.
ibi monens, vt agens caueat, quo medio agat
uel ob ingratitudinẽ, uel cõdictione ob cau
sam, & sic opiniones concordantur, & nisi
erit in modo practicandi, quæ distinctio p
cedit præsupposito, quòd donatatius conuẽ
ta non obseruans non dicatur ingratus, cu-
ius tamen contrarium supra determinaui.
1433 † sed utcumque sit, si in libello agens ad
reuocationem donationis narrauerit de pa-
ctis donationi insertis, quæ promisit donata
rius & ea nõ seruauit, propterea uenit dona
tione priuandus condictione ex lege. si tamẽ
adiecerit clausulã salutarẽ, petens de prę mis
sis iustitiã sibi fieri, iux. text. in c. cũ dilectus
de ordi. cogni. uel plenius, ut procuratores
nostri Ferrarienses dicere consueuerunt, su-
per quibus omnibus, & singulis aliqua con-
clusione particulari non attenta petit idem
procurator, dicto nomine sibi ius fieri, & iu-
stitiam ministrari, utique dato, quòd donatá
rius pacta non seruans ingratus dici nõ pos
set, & propterea condictione ex l.fi.C.de reu.
don. quæ respicit ad ingratitudinem, conueni
1434 ri non posset: †nihilominus libellus acto-
ris sustinebitur ex alio capite causę non secu
tæ, quod ex narratis colligitur uirtute dictæ
clausulæ, & super eo factis probationib. po-
terit obtineri, iuxta doctrinam singularem
Calder. in dicto c. cum dilectus, referentis, se
ita de facto obtinuisse, dat exemplum si quis
in libello narrauit respicientia petitorium, &
possessorium, conclusionem vero fecit in pos
1435 sessorio. † nam licet alias debeat attendi
conclusio libelli, non autem narratio, c. super
litteris, de rescr. Bar. in l. Aurelius, §. idem quę
sijt, ff. de lib. leg. not. omnes, in l. j. ff. de eden.
& in l. certi condictio. in prin. ff. si cert. peta.
tamen adiecta dicta clausula, probationibus
que factis in petitorio super eo poterit ferri
sententia & in eo obtineri, idemq; post Cal-
der. tenet Abb. in d. c. cum dilectus, & in cap.
pastoralis, col. j. de cau. poss. & pro. & Ias. in
l. naturaliter, §. nihil commune, col. fi. ff. de ac
quir. possess. quare sic & in casu nostro dicen
1436 dum erit.) † In eadem glo. ibi [*sed donatio*]
habes ex gl. quòd donatio facta liberto, solo
obsequio non præstito reuocatur, l. 1. C. de
reuoc. don. ubi tex. rationem ponit (dicens:
[*nam qui obsequijs suis libertatem patronorum pro-
uocauerunt, non sunt digni, quòd eam retineant, cum*

caperint

cœperint obsequio negligere, cū magis in eos liberalitas collata ad obsequium inclinare deberet quam ad insolentiam erigere.]) confirmaturque, nam li-
1437 bertus posito, † quòd patronus nihil ei donauerit iure naturali patrono tenetur ad operas obsequiales, l. si non fortem, §. libertus, ff. de condic. indeb. igitur à fortiori facta sibi donatione per patronum debet ei libentius obsequi, quod si nō fecerit velut ingratus pri-
1438 uari debet donatione sibi facta. † secus tamen est in libertate secundum hanc glo. quæ solo obsequij non præstiti uelamento nō reuocatur, l. solo, C. de liber. causa, quod interpretatur ibi glo. de obsequio non necessario: alias secus ueluti si captiuus erat patronus, uel fame laborabat, & in neutro subuenerit ei libertus, (cuius opinionis mihi fuisse uidetur Connanus in Commenr. suis iuris ciuilis, lib. 2. cap. 7. col. 3. & 4. ubi postquam dixit Vlpianum, in l. j. ff. de iure pat. retulisse varias pęnas quibus ingrati liberti plectērētur

Libertas ā re uocetur solo obsequio nō præstito.

1439 subdit Connanus inter eas † unum supplicium non contineri quo nullum iustius esse potuit, ut reuocentur in seruitutē. sic enim patronis sit satis quibus peccatum est, & qui peccauit libertus digna pœna affligitur, postea uero Diocletianus & Max. Imperatores uoluerunt ingratos libertos in seruitutē redigi, l. qui manumittuntur, C. de oper. lib. etiam si militantes fuerint, ut Theodosius, & Valent. rescripserūt, in l. si. C. de libert. & eor.
1440 libe. † quare concludit Conna. quòd postquam ingrato liberto seruitutis est pęna cōstituta, putat maiores grauioresque causas fuisse necessarias ad eum condemnandum ingratitudinis, idque esse cur Diocleti. & Max. in dicta l. solo, rescripserunt solo obsequij, non præstiti velamento datam libertatem rescindi non posse. qua propter Connan. sensit opinionem glo. nostræ, quòd propter obsequia non necessaria, ut in non assurgendo patrono, nec ei reuerentiam præstando libertāte non priuentur liberti, nec ob id in seruitu-
1441 tem redigantur. † ego uerò licèt hæc ingeniosa sint, & a tanto uiro tamquā facundo Iureconsulto prolata, idem dicendum) puto in obsequio non necessario, ut non assurgendo, nec reuerentiam pręstando patrono, moueor per tex. in §. j. in fi. in Auth. ut liber. de cætero. ubi dicitur, quòd liberti [*debitum honorem manumissoribus reddant, ut non denuo, & libertate, & bona natione cadant tanquam indeuoti, ingratique conuicti, & à lege damnati: erunt namque ita perpetue liberi, & ingenui si manumissoribus, eorumque filijs inconfusam, & liberam suam uenerationem, & reuerentiam, deuotionemque seruauerint quibus uidelicet conseruatis numquam ad priorem relabentur fortunam.*] patet igitur ex illo textu libertum per omissionem reuerentię circa patronum libertate priuari, tametsi nō agatur de obsequio necessario, (neque graui, & pon-
1442 deroso. † quòd suadent illa uerba, inconfusam, & liberam suam uenerationem, & reuerentiam deuotionemq; seruauerint, nā nō assurgēdo, caput non detegendo, genua non flectendo, nec similes actus reuerentiales exhibendo patrono, non uerificarentur illa uerba tam geminatē per Imperatorem prolata ad denotandam magis, atque magis mentem suam enixam fuisse, quòd omnino liberti sint reuerentes patronis nedum in necessarijs officiosi, iux. no. in l. Balista, ff. ad Trebell. Bart. in l. cum scimus, C. de agri. & cens. lib. 11. Dec. cons. 185. nu. 10. Soc. iu. cōs. 133. nu. 4. uol. j. cum simil. per Menoch. cons. 63.
1443 nu. 13. † Confirmatur ex uerbo liberam, iuncto sequentibus, quod idem importat ac si dictum fuisset, sine ullo impedimento, & contradictione. gl. in cle. dudum, in uerbo libere, de sepult. & in cle. si. de ętat. & qualita. Dec. cons. 131. in prin. Ale. in l. si mihi, & Titio, ff. de uerb. obl. Rui. cōs. j. nu. 21. uol. j. De-
1444 cian. respon. 41. nu. 14. uol. 2. † idemq; denotat, quod absolute, Soc. cons. 170. col. 5. uolum. 2. Paris. cons. 26. nu. 26. uol. 4. Menoch. cons. 192. nu. 9. at si libertus impune posset recusare patronum uenerari, reuereri, deuotionemque seruari, pateretur super his patronus impedimentum ac cōtradictionem, nec uerificarentur illa uerba, liberam suam uenerationem, reuerentiam, deuotionemq; seruauerint, propterea sub illis uerbis actus prædicti contineri debent & eos non exhibendo liberti debent seruitutem incurrere,
1445 per amissionem libertatis sibi datæ. † Secundo uecme in hanc quoq; sententiam trahit Constant. Imperator, in l. 2. C. de liber. & eor. lib. ubi dicit, quòd [*si manumissus ingratus circa patronum suum extiterit, & quadam iactantia, uel contumacia ceruicem aduersus eum erexerit, aut leuis offensæ contraxerit culpam, à patrono rursus sub imperio, ditioneque suæ mittatur.*] negari namque non potest quin leuis offensæ culpa contrahi dicatur per libertum, non assurgendo, non reuerendo, nec ei debitū ho-
1446 norem præstando. † nec mihi placet intellectus glossatoris ad illū tex. quòd loquatur de leui offensa in faciendo, ut eum cōcordet cum l. solo, C. de li. causa. quam, intelligit de offensa in non faciendo, quia suus intellectus repugnat illis uerbis, & quadam iactantia, vel contumacia ceruicem aduersus eū ere-
1447 xerit. † nam uerbum cōtumacia, denotat absentiam personę, l. contumacia, cū ibi not. ff. de re iud. sicque libertus absens à patrono non curabat eum, nec faciebat, quod debebat, sed illud omittebat, propterea dū subdit [*aut leuis offensæ contraxerit culpam*] pariter
1448 in omittendo debet intelligi, † quia una pars alternatiuæ declarat aliam, l. j. & ibi Bartol. Soc. & alij, ff. de rebus dub. Ias. in l. si is q pro emptore, num. 49. ff. de usuca. Soc. cons.

51. num,

13.num.9.uolum.3.Dec.consil.95.colum.j. Menoch.consi.122.nu.3. quare patet ex prędictis hanc opin.contra glossam nostram, & Connan.loco memorato, ueriorem reddi.

1449 † Non omitto tamen, quòd Constant.hic ad finem, me taxare conatur, quia stante inductione mea quam feci, de dicto §.j.in Auc.ut liber de cętero.sequitur, quòd sit correcta d. l.solo.quod Imperator non dicit eorrectioq; tacite fieri non dicitur, l.præcipimus, C. de app.unde subdit aliter intelligi debere dictū §.primum, uidelicet, quòd si domini cum li berrare remiserunt ius patronatus, nihilominus seruare debent eis qui ad talem eos perduxerunt honorem, omnem reuerentiam, & hoc, quod uocatur obsequium, deinde subdit, Quin etiam abstineant aut manib us aut insidijs, aut alijs ex quibus liberti tale quid agentes, rursus & seruitutem sustineant, & restituantur priori conditioni, secundum de his scriptas leges, & sic uult Imperator, idem seruandum quādo remissum fuit ius patronatus, quòd olim secundum leges seruabatur, quando non erat remissum, sed olim ex solo obsequio non ualde necessario non reuocabatur in seruitutem libertus, dicta l.solo ergo nec ex dicto tex, diei potest, quòd hodie fit aliquid innouatū circa hoc. quod uero postea dicit in fine, debet intelligi secundum superius dicta, cum præcedētia declarent subsequentia, l.si seruus pluriū, in

1450 fine, ff. de legat. j. † ego uero talem sensum Constantini probare nō possum, quem tamen præsensit glo. in uerbo quā propter. dicens, quòd breuiter omnia repetit quæ dixerat à principio constitutionis, nam post quam locutus fuit de libertis, quibus remissum fuit ius patronatus redigendis in seruitutem, si omnem reuerentiam patronis non præstiterint, subiungit similitudinem inter donatarios, & libertos dicens, [*sic nullum penitus ingratum esse circa donationem permisimus, licèt fuerit benè natus, sed donationes infirmas pronuntiauimus, quomodo patiemur manumißorē qui aequalis patri circa libertum factus est ab eo aliquid pati malignum, aut iniurias forsitan asperas, & inde centes seu plagas, aut maxime intolerabilia sustinere dispendia, si quid horum legitimis probationibus conuicerit se paßum, qui libertatem dedit, uel eius filios post prædictas probationes, libertū in priore restitui-*

1451 *mus babitu.*] † pondero primum circa similitudinem, quam facit Imperator donatarij cum liberto, quòd dicit nullum penitus ingratum esse circa donatorem permisimus, nam dictio nullum, uelut uniuersalis negatiua quoscunque donatarios complectitur, l.is qui 100.& ibi Bartol. & cæteri, ff. de rebus dub. & potentius negat, quam affirmatiua affirmat. gloss, Castren Imo. & scribentes in l.hoc genus, ff. de condit. & demonst, Menoch.consil. 181. numero 78. Alciat. Re-

1452 spon.52.nu.13. † tantoque magis, quòd illi reperitur adiecta dictio penitus, quæ præcisa est, nec limitationem recipit, aut modificationem, Ange, consi.31.nisi laudo, coluni. fi. Alex.in l.qui usumfructū, ff.de uerb. oblig. Dec.in auct.qui rem, colum. fin. C. de sacro sanct.ecclesi.consi. 137.colum.j.consi.401. colum.2.cum similibus per Tiraquell.in l. si unquam, uer.reuertatur, nu.87. C.de reuoc. donat.& ego dixi, consi.179.num.14. ut ergo bona similitudo sit inter donatarios, & libertos, sicut omnes donatarios includit tex.pariter omnes liberti comprehendi debēt, siue remissum fuerit eis, siue nō ius patronatus.

1453 † Secundo pondero dum subdit Imperator [*quomodo patiemur manumißorem qui aequalis patri circa libertum factus ab eo aliquid pati,*] nam si patronum ęquiparat patri, sine dubio debet ei libertus eandem reuerentiam præstare quem filij parentibus præstare tenentur, l.parentes, ff. de in ius uo. Tertio considero dum Iustinianus non uult pati manumissorem à liberto iniurias indecētes pati. quæ uerba proprie conueniunt honori, reuerentiæ, ac deuotioni, de quibus subdit, patronis

1454 à libertis præstandis. † Quarto considero illa uerba [*aut maxime intolerabilia sustinere dispendia*] illa namque dictio maxime, includit idem iuris esse debere si sint tolerabilia, ut reuerentiam non præstare, licet in eis esset magis dubium iuxta naturam dictionis maxime, quæ casum magis dubitabilem, includit, & exprimit minus dubitabilem glossa in l.illud, ff. ad leg.Aquil.Corn.consi.69.colum na 2.uolum.j.Soc.iun.consi.30.nu.41.& consil.180.num.71.uol. 2, dixi post alios, in l. q se patris, nu.121.C.unde lib. quare sensus Imperatoris fuit nolle pati, quòd patroni patiatur aliquid tolerabile, uel non à libertis sub pęna seruitutis incurrendę. unde posito, quòd in fine repetat quę supradixit, satis est, quòd supra dixit de reuerentia præstanda per libertos patronis sub pęna seruitutis incurrēdæ, sola uis est ita tenendo, scrupulusq; respōdendi, ad l.solo, C.de lib.causa, quam secundum hæc dicit Constant. tacite corrigi, ne-

1455 quaquam dicendum, cui cōsentio. † quo niam Diocl.& Maxi.fuerunt auctores legis, qui manumittuntur, C.de oper.libertorum, & dictæ leg.solo. unde non est credendum, quòd primo loco noluerint ingratos libertos ad seruitutem redigi, secundo uero loco secus, ideo nouo sensu ac intellectu facile sedari potest dicta l. solo. nam sciendum est, quòd ad hoc ut libertus uelut ingratus in seruitutē redigendus sit, oportet id à patrono probari, casus est in l.2.C.de liber.& eorum lib. ibi [*si in iudicio, uel apud pedaneos iudices patroni querela exorta ingratum eum ostendat,*] idemque confirmat Iustinianus in dicto §.j. in Auct. ut liberti de cætero. ibi [*si quid horum legiti-*

legitimis probationibus conuicerit se passum, qui libertatem dedit uel eius filios post prædictas probationes libertum in priore restituimus habitu.] debet igitur patronus speciem ingratitudinis probare, nec ante libertus seruitutem incurrit ex allegatione patroni, uel eius querela, prout in casu dictæ legis, solo, contingebat, ubi dicitur, quòd, solo, obsequij non præstiti uelamento data libertas rescindi non potest, patronus enim asserebat libertum obsequiu sibi non præstitisse, & ob id eum redigere uolebat in seruitutem, non tamen id probabat, cui responderunt Imperatores illi, quòd
1456 † solo uelamento obsequij non præstiti idest prætensione, uel assertione, solo inquã idest sine probatione, iuxta naturam dictionis solo, cæterotum exclusiuę.l.secunda, §.primo, ff.de usu, & hab.capitu.quæsitum, de uerborum signifi.Dec. in l. secunda, columna secunda C.de bon.poss.contratab. libertas data rescindi non potest sicque patrono asserenti tantum non esse credendum, nec dubitatione carebat ille textus, nam cum patronus sic assereret, multum fidei, & auctoritatis uidebatur habere. l. si duo patroni. in princi.ff.de iureiur.contrarium tamen determinarũt Imperatores in illa rescissione libertatis, quæ est res inæstimabilis. l. libertas. ff. de regu.iuris, non autem dixerunt, nec dicere uoluerunt, quòd si probatum id esset, non deberet libertas rescindi, nam quòd rescinderetur eo casu decisum erat in dicta l. secunda, C. de liber. & eorum lib. & hic est nouus, & peregrinus intellectus dictæ legis solo, a nemine, quem uiderim sic explicatæ. tu uero lector optime pro tua diligentia cogita.
1457 bis.) † Postremo simir argumentum glo. nostra. quòd ijdem de causis feudum reuocari possit a uasallo per dominum quibus donatio per donatorem hic reuocatur. (quã regulam quoque præmittit Cur. Iun. in tracta.de feud.quarta parte, numero 77. uersiculo, trigesima octaua causa, quam que dicit ꝑ illum textum firmare Aluarotum, in capitulo primo, §.prædictis, quæ fuer. prima causa benef.amit. & ratione, quia eadem æquitas, quæ cadit in exhæredatione, matrimonij solutione, & donationis reuocatione, pariter il-
1458 surgit in priuatione feudi, † merito pari passu debent ambulare, quia ubi eadem ratio, idem ius statui debet. l. a Titio. ff. de uerborum obliga. l. illud. ff. ad leg. Aqui. l. finali, C. ad leg. Fal. cui & alteram rationem possumus aggregare;) cum uelut donatio quædã feudum reputetur. capitu. primo, In quibus causis feud.amit. tradit Bald. & Ias. in usibus
1459 feud. numero septimo. † non omitto tamen, quòd Iacobus de Beluis. quem refert Aluar. in dicto §. prædictis, dicebat illum textum non probare, sed solum probat causas specificatas præmissas fore iustas, & rationabiles idque plenius confirmat Cur. Inn. loco citato dicens, quòd ille textus solum dicit, & intendit demonstrare, quòd causæ, quæ ibidem fuerant enumeratæ erant iustæ causæ priuationis feudi, & eo utitur argumento, quia si uideantur causæ exhæredationis, repudij, & reuocationis donationis, reperietur, quòd causæ ibidẽ enumeratæ sunt tales ex quibus lex permisit exhæredationem, repudiũ, & donationis reuocationem, non tamen ex hoc generaliter uult tex. quòd omnes aliæ causæ ex quibus potest fieri exhæredatio, repudium donationisque reuocatio, sint etiam sufficientes ad priuationem feudi, & maxime illæ circa quas contrarium est decisum, uel quæ non respiciunt iniuriam Domini uel quia non cõueniunt materiæ feudali, & ita resider Cur. Iun. cogitandum tamen relinquens, quia ut concludit hæc est ardua difficultas ad quam
1460 scribentes non aduertunt. † Sed ego puto quòd ille tex. bene probet regulam prædictã quoniam post enumeratas quasdam causas reuocandi feuda subdit, [*prædictis modis beneficium debere amittere tam naturalis, quam ciuilis ratio suadet, qua potest colligi si quis nouam constitutionẽ iustas exhæredationis causas enumerantẽ, & alias constitutiones ueteres iustas ingratitudinis etiam repudij causas quibus matrimonia recte contracta soluuntur, & donationes iure perfecta reuocantur subtiliter scrutatus fuerit,*] si enim tex. arguit. de causis ingratitudinis, exhæredationis, repudij & donationis reuocandę ad reuocationem feudi, datur intelligi, ꝙ sicut ex alijs æque grauibus, & ponderosis præter enumeratas inducuntur exhęredationes, fiunt repudia, donationesq;
1461 reuocantur, † ex illis pari modo feuda reuocari possint, alias argumentum, uel illatio de prædictis ad feudum bona non esset uelut de diuersis ad diuersa. l. Papi. exuli. ff. de min. l. fi. ff. de calum. cum sim. cum prędicta fierent & reuocarentur ex aliis causis præter expressas, feudum uero nequaquam. Confirmatur nam tex. ampliando materiam reuocandi feuda subiungit. [*sed quia natura nouas deproperat edere formas, potest multis modis contingere, ut aliæ emergant causæ quibus uideãtur iuste admi posse feuda, ideoque iudex solers, & discretus æquitati obsecundare solicitus cuncta subtiliter dispensãs prouideat, si qua fuerit antiquioribus causis similis seu maior, ut proinde sciat utrum beneficium sit amittendum an ni-*
1462 *hilominus retinendum.*] † Si enim tex. ad reuocandum feudum ex alijs causis emergentibus præter expressas ampliatiue procedit, dici debet, ꝙ ex illis quibus exhæredationes ineucũtur, repudia fiunt, & donationes reuocantur, feuda quoque reuocetur, alias inducta ad augumentum, diminutionem operarentur, qđ non conceditur, sed contrarium. l. legata inutil. ff. de adi. leg. Soc. consi. 38. col. 1. uol. j. Dec. consi. 364. nu. 3. Io. Iaco. de Leonar. inter consilia Bruni. cõsi. 117. nu. 274. Menoc. cõsi. 170.

nu,

1463 nu.11.†Sed ulterius dato fine ueri præiudicio, q̄ ille tex. nō probaret, cum tamen ad sint rationes æquitatis eiusdem, & feudi, quod donatio reputatur de quibus supra, nu.1457.& sequenti, ille sufficere, deberent, nam tanta uis est rationis, ut perinde mouere debeat animum iudicis, ac si lex scripta deduceretur, ut uoluit Andr. de Isern. in pro
1464 fæud. † unde Ias. in l. quotiens, C. de de rei uend. post Aristo. dicit, quòd legē quærere quando ratio naturalis est in promptu, mentis & intellectus arguit imbecillitatem. sequitur Albanus, Reuerendiss. Card. in trac. de potest. Papę, parte 2.nu.99.& ego non in uno, sed plurib. locis uidelicet, cons. 7.nume. 95.cōs.61.nu.25.& cōs. 276.nu.45.tenendo igitur regulam prędictam ea sane uenit intelligenda, si uasallus) sciēter patronū offenderit, uel in cā, supinaq; fuerit ignorantia, secus si casu, uel pręter animū, c.j.q.b.mod.feu.
1465 ami.ubi gl. Bal.& alij.†sic & in donatione constitutū est, ut ignorāter, & pręter animū donatio nō reuocetur, ut ponit Ripa, in l. fi. q.21.C.de reu.don. sequuntur Mod. Galli in
1467 consue.Paris.§.30.q.41.†& in uxore uidemus quæ propter adulterium priuatur dote si sciēter, & dolose id fecerit, secus si ignoranter, nisi tamen ignorātia fuerit crassa, prout tradit Bermon. de publi.concub. in Rub.
1468 de adult. nu.71.† (& ratio prædictorū est quia animus, uoluntas, & propositum distinguūt maleficia, l.qui iniuriæ, ff.de furt. l.quod Rei publicæ ff.de iniu. l.j.C. ad leg. Cor. de sicar. cum similib. per Mars.cons.91.nu.7.& cōs.96.nu.j.unde si uasallus, donatarius, aut uxor ignorauit debet excusari, quia non ha
1469 buit animum peccādi.† quod uerò dictū fuit de supina siue crassa ignorantia, licet ad instar scientiæ sit punibilis.gl.in c.fi.§.ut autem uer.scienter, de off.del. in 6.& post eam Domi.glo.in Cle.j.uer.scienter, de confess.& ibi Guil.Laud.& Card.Flor.Fel.in c.à nobis col.j.de exce.Francus in cap.ut animarū.ult. nor.de consti.in 6.Mars.in l.qui falsam, ff.de fals.& in l.j.§.cum latrones, col.3.ff.de quęst.
1470 †Tamen id cum quodam temperamento uenit intelligendū, ut non omnino sicut sciētia, sed leuius sit punienda, ut scribit Luc.de Pen.in l.1.col.3.in prin.C.de colo.illi. li. 11. quem sequitur Tiraq.in trac.de pœn.cau. 13. ad fi.dicens crassam, & supinam ignorātiam puniendam quidē, sed non tam seuere, quam scientiam, quoniam huiusmodi ignorantia sufficit ad excusationem doli, l.j.in fi. ff.si ag. uecti.quam ad id citat Bal.cons.98.ego pręsuppono, ante fi.uo.3.ipsumq; Tiraq. pariter
1471 ego secutus sum, cons.245.nu.52.†sed affectatam ignorantiam quam .f. sibi ascisciit delinquens ne deliquisse uideatur grauius aut saltem ęque puniēdam sicut sciētiam putat ibidem Tiraq.per ea quæ supradixit in 6. causa, de ebrio qui se de industria inebriauit ut se excusaret a crimine, quod in ebrietate uolebat patrare. fi.n. ipsa ebrietate facinus aliquod perpetrauerit, ex eoq; uel impunitatem, uel pęne diminutionem postularet, non esse illi quoquo modo parcendum, cum non in culpa solum sit, sed in dolo, idq; plures alij uoluerunt, ut Bonifac.in tract. de malefi. in Rub.de insul.& percuss. ad fi, Carrer.in prac. Crimi.§.circa, nu.25.& Petrus à Plaza, in epito.delictorum, li.j. c. 31. de quibus memini confirmando, in l.ut uim, nu.319.ff. de iust.&
1472 iur.†Quare redeundo ad casum nostrum si uasallus aut donatarius aliquam causam commiserint aduersus dominum, uel donatorē dignam priuatione feudi, uel donationis, sed ignorantia iusta deducti, sine dubio uenient excusandi, & de æquitate non debebūt in pœnam caducitatis incidisse, gl. & Docto.in c.fi.loca. Bertran. cons.j.nu.38.uol. j. Gozad.cons.56.nu. 10.dixi, cons.22. nu.22.
1473 †si uero ignorantia crassa, & supina fuerit, licet soleat obtinere uim scientiæ, ca.j.de postu.prela.cum alijs citatis per Rom. cons. 340.ad fin. sequitur Mars.in l.qui ignorans, nu.18.ff.ad leg.Corn.de fals.Ceph.cons.350. nu. 6.& puniri debebit, non tamē ita seuere sicut sciens, ut prædixi.quare prætermissa pœna priuationis feudi, uel donationis ordinaria, recurri debebit ad extraordinariam iudicis arbitrio inferendam, arg.l.j.in fi.ff.de iure deli. si uero ignorantia fuerit affectata uel uti, q̄ sciret Vasallus aut donatarius in ebrietate alios contumelijs factorum, uel uerborum afficere, nec eis ullam reuerentiam pręstare, dedita opera, ut dominū, uel donatarium male tractaret uino sic abusus fuerit immoderato, quòd ebrius factus eum conuicijs aut etiam factis fuerit insecutus, utiq; dignus erit priuatione feudi, uel donationis sicut si sciens, & sobrius id fecisset, ut superius dicta, quę bene notanda sunt.) Et ex his fauēte Deo ac immaculata Virgine, fit finis huic §.primo, & subinde huic titulo (die 10.Octobr.1580.) cum satis abūde donationum materia sit pertractata, (longeq; plenius quam prior illius editio fuerit primo Venetijs, deinde Lugduni anno 1525. & Basileæ, si quæ nunc scripsi cōferātur cum scriptis eo tpe.)

FINIS RVBRICAE, PRINCIpij, & §. primi, de donationibus in Institutionibus Iustiniani.


HIPPOLYTI RIMINALDI

I. C. FERRARIENSIS

In Titulum, Quibus alienare licet, vel non:

SVMMARIVM.

1 *GLO. 1. super Rub. Qui. ali. lic. uel non, diminute locuta fuit.*
2 *Rubrica textum dubium interpretatur.*
Et econtra textus Rubricam dubiam. 3.
4 *Rubrica ponitur ad designandum, quod in nigro continetur.*
5 *Continuatio rubricæ, quibus alie. per gl. Alia Aretini, quam taxat auctor. 6.*
Et aliam Fabri. 9.
6 *Præscriptio dicitur præsidium temporis.*
7 *Alienatio, uel non, contra regulas, qualis.*
8 *Dictio aliquando, ponit regulam in contrarium.*
Idem dictio', quandoque.
10 *Dominus alienare potest.*
Et in re sua est moderator, & arbiter.
Nec culpa in rebus proprijs nocet.
Et potest res etiam in mari proijcere in præiudiciũ filiorum. 11.
Et iustum est unicuique sua committere. 12.
13 *Non dominus alienare non potest.*
41 *Titulus quib. ali. lic. continet noua quædã themata.*
15 *Nihil habens nihil dare potest.*
16 *Intellectus l. non est. ff. de acq. rer. do.*
17 *Ordo scripturæ attendi debet in dubio. 22.*
Et præcedẽs censetur principaliter cõtẽplatũ. 18.
Fallit ubi certa iuris dispositio reperitur. 19.
Secundo in extraordinarijs. 23.
Tertio, in his, quæ non sunt præiudicij. 24.
20 *Libellus in quo petitur reum cogi ad soluendum, et condemnari, procedit.*
21 *Institutio primo nepotis deinde filij sustinetur.*
23 *Ordo est in extraordinarijs ordinem non seruare.*
25 *Pluralis numerus duos saltem recipit.*
Fallit, si non potest in pluribus uerificari. 27.
Et ubi pluralitas respicit plures effectus. 28.
Item ex præsumpta mente disponentis. 29.
Et quando in omnibus est par ratio. 30.
26 *Extrauagans redacta in uolumine statutorum, nõ dicitur amplius extrauagans.*
31 *Creditor quare potest alienare pignus.*
34 *Iudex iudicando potest alienare, & de ratione.*
35 *Imperator non est dominus rerũ particulariter, sed in uniuerso alienat tamen.*
36 *Negligẽti nõ est succurrẽdũ, sed sibi imputãdũ. 37.*
38 *Prælatus dicitur procurator rerum ecclesiæ non dominus.*
39 *Tutor habet administrationem rerum pupilli.*
40 *Procurator cum libera, potest alienare.*
41 *Diffinitio dominij, qualis.*
42 *Creditor potest uendere pignus inuito creditore, sibique soluere de pecunia.*


CCEDENTI mihi nunc ad in-
terpretationẽ tituli, qb. alie. li-
cet, uel non, occurrit glossella
pri. supplẽs Rub. licet non sint
1 dñi, ut ĩ littera declaratur, †sed
diminute, quia nec totam Rubricam, nec to-
tum textum attingit, quod enim dicit, li-
cet nõ sint domini, respicit illa uerba Rubri-
cæ, qb. ali. licet, & §. primũ, ubi dicitur de cre-
ditore nõ domino, q̃ p̃t alienare pignus mõ
ibi relato, at posteriora uerba Rub. uel non,
gl. nõ attingit, nec textũ in prin. & in §. nunc
ãt. ubi de marito, & pupillo dominis loqtur
q tamẽ alienare nõ possũt, & ita residet ꝯc
gl. q̃ licet passim nõ hẽatur ĩ impressis libris
2 †eã tamen referre uolui, ꝙ inde qd utilitatis
nobis adferatur, sicut. n. quãdo text. ẽ dubius
Rub. ꝓbat qualiter sit intelligẽdus, ut ẽ gl. q̃
not. Bal. ĩ l. pe. C. ne lic. ter. pro. col. 2. uersi. or
mõ, cũ si. p Ale. Dec. D. meũ Rim. & alios, in l.
j. ff. si cer. pet. & idẽ seqtur Ale. cõs. 13. col. 5.
3 uo. 3. & Are. noster in proę. Insti. †uersa uice
cũ Rub. nostra sit dubia dicẽs, Quib. ali. licet
uel nõ, qa nõ exprimit quales sint, tex. noster
ꝓbat qualiter sit intelligẽda uidelicet, ꝙ ali.
licet nõ dominis, ut creditorib. nõ licet aũt
4 alie. dominis ut maritis, & pupillis. †idq; be-
ne iustificatur, qa cum Rub. ponatur ad desi-
gnandũ illud qđ ĩ nigro cõtinetur, & uidea-
tur hẽre relationẽ ad nigrũ, ut utrũq; dicit
Dec. ĩ d. l. j. co. 2. cõuenit, ut à nigro sumat in-
terpretationẽ, & fidẽ, auc. si qs ĩ aliquo, & ibi
no. Ale. Dec. Ias. & D. meus Rim. C. đ edẽ. ubi
dicũt, ꝙ si unũ instr. hẽt relationẽ ad aliud, nõ
ꝓbat nisi relatũ exhibeatur, & quatenus ĩ eo
5 cõtinetur. †Hac gl. sic utiliter expedita ad a- Continuatio.
liam tex. trãseo primam ĩ ordine q̃ cõtinuat
ĩ hũc modũ Rub. supra dictũ ẽ qũo qs effici-
tur dominus iure gẽt. uel ciuili, at hic inten-
dit tractare đ quadam specialitate, q̃ cõtigit
cõtra eos q dominia rerũ acqrũt: (adde, uel
nõ acqrũt, ut cõprehẽdat totam Rub. & tex-
tum de utroq; loquẽ. ẽ.) generale. n. est vt q
dominus est possit alienare, & qui dominus
non est alie. nõ possit, at hic in specialib. casi-
bus cõtigit cõtrariũ, & ide seqtur, (vt addam
glossę)

Gloſſę.) ꝙ hi quib.alienatur acquirũt, uel non acquirunt,nam ſi creditor illis alienat,acquirunt ſi maritus aut pupillus nequaquam.

6 † Secundo modo continuat Are. dictum eſt ſupra de alienatione facta per uſucapionem uel donationem,nunc dicit per quos alienatio fieri poſſit, & per quos non,quę cõtinuatio peccat in exemplo uſucapionis, nam dominus cuius res uſucapitur,uel pręſcribitur non alienat,ſed inde cauſatur acquiſitio præſidio temporis ſuffulta, ſupra de uſuc.in fi. prin.& habetur in Auct.ut eccle.Rom. circa medium.imò quandoque contingit uſucapio contra abſentes, & ignorantes, & ideo ualde dominis eſt nociua,l.unica, C. de uſuca.transfor.

7 † dum uero ſubdit Aret. in ſecũda parte, nunc dicit per quos alienatio fieri poſſit & per quos non, intellige contra regulas iuris communis, ut ex continuatione Nicolai de Neapoli recte colligitur: inquit enim, quòd ex quo inter modos transferẽdi dominium,eſt aliquãdo alienatio facta à nõ domino,vt in §.j.infra eo.aliquando vero nõ transfertur dominium etiam per alienationem factam a domino, ut in princip. & in §. nunc autem,merito ponitur hic titulus.

8 † Sentit enim Nicol. totum hoc eſſe cõtra regulas,ut denotat dictio aliquãdo,qua utitur quæ ponit regulam in contrarium,l.aliquando,ff.ad Velleia.Chriſtophor. in primo not. & Corn.conſ.41.nu.2.uol.2.ubi citat inter alia textum noſtrum. (quod etiam confirmatur ex dictione quãdoque,illi ſinonima, quę pariter ſignificat regulam eſſe in cõtrarium, ut not.infra quibus mod.re contra.oblig.in princ.cum alijs per Alberic.in Dictio. Gra. reſpon.2.nu.24.uol.j.) Tertio modo conti-

9 nuat Faber,& Chriſtophorus.† ſupra uiſum eſſe quemadmodum dominia quærantur, nunc quemadmodum quæſita alienantur:eſt fectus eſt enim dominij, ut liceat uẽdere, & obligare,l.fructus rei,ff.de reg.iur.quæ continuatio in eo deficit, quòd reſpicit tantum primam partem Rubricæ,non etiam ſecundam,unde merito tenẽ pręcedentes continuatio-

Quæſtio pulchra. 10 nes,ut ſupra declaratas.† Expedita continuatione ſequitur nunc, quod opponi poteſt aduerſus hanc Rubr. uidelicet, quòd ſuper indubitabili ſit propoſita.expeditum enim eſt dominum alienare poſſe, §. per traditionem,ſupra de rer.diuiſi.& in re ſua eſſe moderatorem, & arbitrum, l. in re mandata, C. mand.adeo, ut etiam culpa in reb. proprijs non obſit, l.etiam,§.1.& ibi no.Bal.Imo.Ca

11 ſtr.& Ale.ff.ſol.ma. † (hinc dixit elegãter gl. in l.j.C. de inoſ.don. quam ſequitur Decian. reſp.39.nu.41.uol.2.ꝙ nõ ſolũ quis põt bona ſua donare, ſed ẽt in mare proijcere ẽt in præiudicium filiorum,vel aliter abutendo,l. ſed & ſi lege,§.conſuluit,in uer. dum ſe abuti putant,ff. de pet.hær.Cra.conſ.217. nu. 1.

12 † iuſtum etenim eſt unicuiq; ſua cõmittere, l.nemo exterus,C.de Iudę.Iaſ.in l.j.colum.ſi. poſt medium,C.qui teſt.fac. poſſ. & in l. nemo poteſt,col.8.uerſ.tu adde,ff.de le.j. Ceph.

13 conſ.307.a ſi.) † contra uero clarum eſt,nõ dominum alienare nõ poſſe,c.nemo plus iuris,de reg.iur. in 6.l.nemo plus,ff.eod.& ibi Dec.Cagnol.& alij,ff.de acquir. ret.dom. l.ſi filius,C.de don.merito ſuperfluum uidetur proponere,quibus liceat alienare, uel non, cum memini ſit hoc incognitum.Senſit hoc obiectum Gloſſella Rubricæ quam ſupra retuli addens,licet non ſint domini, ut in littera declaratur ſignificare uolens hic tractari de non domino cui licet alienare,ut in §.j.de creditore,quod eſt dubitabile & contra regulam ſupra deductam.parique modo (licet glo. non dicat) hic tractatur de domino cui non licet alienare, ut in princip. de marito, & in §. nunc autem,de pupillo. quod etiam dubiũ eſt,& contra iura priore loco citata.

14 † unde Teophil.& Balduinus hic elegãter dixerunt, quòd illa uerba tex.ibi [*accidit aliquãdo*] indicant hoc titulo contineri noua quædam themata, nam re uera nouum eſt eum, qui dominus ſit alienare non poſſe, cum dictum ſit,nihil tam naturale eſſe quam ratam haberi uoluntatem domini rem ſuam in aliũ transferre uolentis,dicto §. per traditionẽ. Rurſus eſt nouum,eum qui dominus non ſit poſſe alienare,cum regula iuris dictet neminem plus poſſe in alium transferre quam ha-

15 beat,l.nemo plus iuris,ff.de reg.iu.† (& qui nihil habet nihil dare poteſt, c. Daibertũ, j. q.7.& nemo dat,quod non habet,c. quomodo,de conſecrat.diſtinct.4.prout hic in creditore uidemus,in §.j.& tradit Dec.in dicta

16 l.nemo.† & licet Vlpian.in l.non eſt, ff.de acquir.rer.dom.dixerit nõ eſſe nouum, ut qui dominium non habeat alteri dominium prębeat,ſubijciens creditoris exemplum, tamẽ uenit intelligendus non eſſe nouum id eſt ſolum,& unicum caſum cum plures ſint alij, quibus non dominus trãsfert dominium, quos proſequitur glo.2.in §.j.& in l. traditio,ff.de acq.rer.do.nouum tamen eſt reſpectu regulæ contrariæ,cuius cauſa dicitur eſſe ſpeciale ſecundũ gloſſam ibidem in dicta l.non eſt.)

17 † Secũdo uidetur adhuc opponi poſſe,quòd hæc Rubrica fuerit ordine præpoſtero propoſita,textus enim primo loco loquitur de illo cui non licet alienare, ſecundo uero de illo cui licet id facere. at Rubrica peruerſo ordine hæc deſignat contra l. quotiens, ff. de uſufruc.& l. 2. §. prius, ff. de uulgari, & pu- Quãdo ſeruandus ordo uel non.

18 pillari. († is enim qui præcedit in ordine cenſetur principaliter contemplatus, l. generaliter, §.quid ergo, ff. de fideicommiſſ. lib.l.cum pater, §.pen.ff. de leg.2.Dec. conſ. 408.nu.8.unde ſi pater & filius confeſſi fuerint ſe recepiſſe,pater q pcedit i ordine cẽſe

tur principaliter consideratus Bologni. con
sil.44.col.11.uers.cum igitur,& Decia. Resp.
19 49.nu.26.uol.2.) † ad hoc motiuū dici pōt
ꝙ ubi actus celebratur in materia, super qua
est facta certa iuris dispositio, in dubio redu
cere debemus illum actum ad iuris dispositio
nem, nec simpliciter attendere ordinem uer
borum, ita declarat Imo. per illum text. in l.
20 nec enim, ff. de soluti. † hinc uidemus in pra
xi sustineri libellum in quo petitur cogi reū
ad soluendum & ipsum condemnari. cum.n.
certa sit iuris dispositio, nempe quòd condē
natio precedat executionem, l.j.C.de exe.rei
iu. ideo illa uerba libelli reducuntur ad iuris
dispositionem per transportationem uerbo
rum, ut declarant Ang.& Imo. in dicto l. nec
enim, Bar. in d.l.j. late Ias.& Ale. in d.§. prius.
21 † parique modo procedit, quod tradit Bart.
in l. Gallus, §.j.nu.7.ff.de lib.& post. de testa
tore qui nepotem suum primo instituit, se
cundò uero filium illius patrem, nam intelli
gitur secundum iuris ordinem, & necessita
tis uoluisse filium preferri nepoti, nō autem
prout est scriptum, sequitur Ruin. cons. 186.
col.fi.uol.2. sic enim dicēdum est in casu no
stro, cum enim ista Rubr. sit facta super hoc
textu, in quo est certa iuris dispositio, primo
quidem de illo cui non licet alienare, secūdo
de illo cui licet, debemus hanc Rubricam re
ducere ad huius iuris dispositionem per trā
sportationem uerborum, non attēto eorum
22 ordine. † Non obstat l. quoties, & §. prius, de
quib. supra, quia procedunt ubi uoluntas seu
dispositio est dubia, secus si certa prout in ca
su nostro: tunc enim non attēditur ordo scri
pturæ, ita Bar. per illum tex. in l. quidā, ff. de
pecu.leg.& in d.§. prius, & post eum ceteri,
23 Imo. in d.l. nec enim. († Secundo potest ēt
responderi, quòd cum casus in textu nostro
propositi sint extraordinarij, uidelicet cōtra
regulas iuris, sciētes compilatores, quòd in
extraordinarijs ordo est ordinem non serua
re. c. qualiter, & quando, secundo, de accu.&
confirmat Hier. Gigans, cons.96.nu.7. posue
24 runt Rubricam preter ordinem tex. † Postre
mo quoque dici potest, quòd ordinis defe
ctus est considerabilis quādo est magni præ
iudicij: tunc enim dicitur esse de forma, at se
cus ubi non est præiudicialis: dicitur enim ta
li casu uoluntatis at in primo necessitatis, ita
Bart. in d.§. prius, & post eum ceteri, Bero. cō
sil.87.nu.37.uol.3. at ordo tex. nostri talis est
quia tractare prius de domino, qui non po
test alienare qualis est maritus, quam de
nō domino qui potest alienare qualis est cre
ditor, non preiudicat alicui mereq; uolunta
tis est, ideo si compilatores in Rubr. non ser
uarūt hunc ordinem, parum refert, & ita ces
25 sat oppositio secunda.) † Tertio loco potest
opponi contra hanc Rubricam quatenus in
plurali dicit [quibus alie. licet] cum tamen
in textu de una tantum persona det exem
plum, uidelicet de creditore, male uidetur
igitur in plurali concepta numero, qui saltē
duos requirit, l. ubi numerus, ff. de testib. (l. fi.
ff. ad Treb. c. pluralis, de reg.iu. in 6. Castr. in
pu. casu, cons. 219. num. 1. uolum. j. Decian.
Respon. 61. num. 14. uolum. 2.) sed ad hoc di
ci potest compilatores, in plurali locutos
habito respectu ad not. per glo. in §.j. ubi po
nit de iudice, flumine, & alijs qui possūt alie-
26 nare sicut & creditor. † sicut enim extraua- Pluralis numerus qui uerificetur in singulari.
gans redacta in uolumine statutorum, non
dicitur amplius extrauagās, ex quo est incor
porata secundum Bald. in auth. habita, in fi.
C. ne fil. pro pa. Ias. in l. cum prolatis, col. 3. ff.
de re iud. (& plures alios citat Bero. consil.
92. nu. 35. uol. j.) ita hæc exempla personarū
quæ possunt alienare redacta per glossā sub
hoc titulo, non ut separata, sed eius pars re
putari debent, merito Rubrica bene loqui-
27 tur in plurali. † Secundo dici potest, quòd u-
bi dispositio facta in plurali nō potest in plu
ribus uerificari, seruari debet in uno, ut tra-
dit Abb. cons. 65. secundo dubio, uol. 2. di-
cens, quòd ordinatio testatoris facta de plu
ribus filiabus maritandis, seruari debet in u-
na superstite ceteris mortuis, sequitur Dec.
cons. 50. col. j. Grat. cons. 12. num. 2. hæc ergo
Rubrica facta in plurali seruari debet in per
sona creditoris tantum in textu posita, alijs
28 in eo non expressis. † Tertio quoque dici po
test, quòd ubi pluralitas respicit plures effe-
ctus resoluitur in singularitatē, l. falsa, §. fin.
& ibi Bar. ff. de cond. & dem. & in l. si seruus,
§. si plurium, ff. si quis cau. ubi sequitur Ale.
Angel. cons. 265. dictum legatum, Dec. cons.
150. colum. 2. Rube. cons. 85. nume. 6. sed ista
pluralitas respicit plures effectus, hoc est di-
uersas res, & earum alienationes. ergo re-
solui debet in singularitatem perinde ac si
creditor, & aliæ personæ fuissent singulariter
29 expressæ. († Quarto, & ultimo potest anne-
cti, quòd aliquando ex præsumpta mente di
sponentis pluralitas resoluitur in singulari
tatem, ut per Bal. & alios, in l. j. C. de condi.
inser. sicut in lege municipali qua liberis ma
sculis extantibus excluduntur feminæ. non
enim est ratio cur uno existente, excludi nō
debeant, & plenius confirmat Alciat. & Pe-
trus Rebuff. in l. non est sine liberis, ff. de uer
30 borum significat. † propterea bene Bart.
in dicta l. j. dixit pluralitatem siue pluralem
numerum uerificari in singulari, quando in
omnibus est par ratio, sequitur Dec. consilio
471. nume. 8. consil. 484. nume. 3. & consil.
532. nume. 6. cons. 562. numero 3. & De-
cian. Respon. 62. num. 3. uolum. 2. at hic in
personis enumeratis in §. j. glo. secunda, præ
ter creditorem tantum in textu expressum,
39 ff. de leg. 1. † Ratio uero cur lex resistat adfertur per Alciat. in c. cum contingat, nume. 8. de iureiur. ne fragilitas sexus muliebris cõuertatur in earum detrimentum, demũque mulieres indotatæ remaneant, cuius prima pars non respicit actum mariti, de quo loqmur, sed mulieris, hoc est, quòd consentire nõn potest [*ne sexus muliebris, &c.*] prout in tex. dicitur, & in dicto §. & cum lex. secunda igitur pars melius quadrat, quia per alienationem mariti posset mulier indotata rema
40 nere. † & ex hac prohibitione, & resistentia legis infertur, quòd si facta fuerit alienatio, inutilis, & pro non facta reputari debebit, l. non dubium, C. de legibus. idque licet lex Iulia non processerit ulterius annullando, sufficit enim prohibitio, prout probatur ibi. nõ tamẽ; Bartol. Bald. Fulg. & Ias. idemque Ias. in l. j. num. 10. ff. de lib. & post. Alexand. cons. 23. colum. 1. uolum. 4. Dec. consi. 494. col. pe.
41 † Imò nec ciuilis nec naturalis obligatio poterit oriri iuxta doctrinam Bartoli in dicta l. cum lex, colum. 2. Bal. in dicta l. non dubium, q. pen. Ias. notab. 4. Bartol. & alij, in l. si non sortem, in princ. ff. de condi. indeb. & in terminis nostris Abb. & Alciat. in dicto
42 capi. cum contingat, secundo notab. † (demũque sequitur, quòd si talis alienatio fiat contra legis prohibitionem, semper poterit reuocari, l. quemadmodum, C. de agri. & censi. lib. 11. Par. cons. 63. nume. 15. uolum. 1.
43 Ruin. cons. 109. num. 3. uolum. 4.) † Tertio notat Aret. marito prohibitum esse per legẽ Iuliam etiam hypothecare fundũ dotalem, quod licet Are. non dicat uidetur inductum superfluo, cum in proposita materia prohibita alienatione satis intelligebatur hypotheca quoque prohibita per dicta superius, num. 18. quib. addo D. meum Rimiualdum, consil. 70. num. 9. (cum per hypothecam deueniri possit ad alienationem, l. fi. C. de iure domi. impe. l. fi. C. de rebus alie. non alie.
44 & ibi not. † hinc uidemus, quòd qui alienandi potestatem non habet, nec ei licentia compromittendi concedi debet, quia cõpromittendo per indirectum sequi posset alienatio ut tradunt Ioann. Andr. & alij, in capi. cum tempore. per illum texe. de arbi. Fed. de Sen. cons. 94. casus talis est prælatus, Bal. cõs. 121. a capite, colum. pen. num. 10. uolu. 3. Lapus allegatione 102. non potest clericus. Abb. cons. 56. uolum. j. Ale. cons. 32. colum. j. uolu. 2. Dec. cons. 39. col. 2. cum similibus cumulatis per Craue. cons. 976. nu. 15.) sed pro solutione dici potest hoc inductũ fuisse, ut diuersum ius constitueretur inter alienationem, & hypothecam. in prima quidem, ut non procederet inuita muliere, secunda uero etiam uolente ut hic dicitur, & in dicto §. & cũ lex.
45 † Huius autem diuersi iuris rationem ponunt hic Christophor. & Aldobrandinus, nã melius est partem patrimonij uendere, quã pignori incumbere arg. l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de rebus eor. qui tex. nihil facit. dumtaxat enim probatur ibi, quòd si prætor permiserit tutoribus alienare, illique obligauerint, non ualet quod actum est, quod certe non est, quia durius sit obligare, quam alienare, imò longe minus, ut supra docui, num. 4. sed quia a forma decreti non est rece
46 dendum. † Quod ita stricti iuris est, ut nec similia nec minora comprehendat, ut ibi declarant Bald. & Alberic. hinc est, quòd si fuerit interpositum ex causa partim uera, & partim falsa, penitus annullari debet, prout tradit Bal. & Roma. in l. certi condictio. §. quoniam, ff. si certum pet. Fulg. in l. si non sorte. §. si centum, in fi. ff. de condict. indeb. Alexand. in l. j. §. si stipulanti, ff. de uerb. obligat.
47 † Soc. qui dicit esse comm. in l. iuste possidet colum. fi. ff. de acquirend. possess. Rui. consil. 152. numero decimo, uolumine 4. (Dec. consilio 403. columna quinta, Natta, consi. 162. nume. 7. per textum in l. cum hi. §. si prætor. ff. de trans. ibi, [*sed si non de omnibus inquisierit, quæ ratio mandat, sed de quibusdam, transactionem*
48 *esse irritam,*] & per illum textum † notat ibi Bal. quòd ad irritandum id, quod agitur sufficit, quòd aliquid de substantialibus omittatur. hinc Cast. in l. quotiens, in fine, C. de preci. Impe. offer. ponit de Principe, qui concedere potest debitori inducias quinquẽnij nec eas excedere potest, quòd si excesserit, ut usque ad septenninm, non ualet concessio etiã in eo, quod poterat in quinquennium, quia una est, & indiuidua concessio. l. scire debemus. ff. de uerborum oblig. & hæc, & similia congerit Natta, consilio memorato 162. numero 8. Idemque firmat Afflict. Decisio. 218. numero quarto, & latius Rolandus à Valle, consilio septimo, numero 86. uolumi-
49 ne tertio.) † Bene uerum est, (ut ad rem nostram reuertar,) quòd Iacob. de Are. quem sequitur Alberic. in dicto §. si prætor, considerauit maius damnũ uersari posse in obligatione, quã i alienatione. Quia nõ reperitur pecunia de facili sine usuris, & pignoris obligatio cõiter fit cũ usuris, vnde forte lex Iulia hoc cõ

An plus sit obligare, quam alienare.

siderans difficilius prohibuit hypothecam q̃ alienationem, prout dicunt Christophorus, & Aldobran. tanquam minus damni sit uendere iusto pretio quam pignori incumbere
50 sub usuris. † Sed nec ista ratio licet colorata tenenda est, cum non sit generalis, iuxta nota. per Roma. & Alex. in l. cum hęredes. §. j. ff. de acquir. possess. & per Ias. in l. si is qui pro emptore, nu. 74. ff. de usuc. ubi pariter damnant rationem de qua per eos, quia non
51 est generalis. † & ubi ratio non est generalis ad dictum censetur impulsiua, ideoq; nō est magni facienda, ut post Bal. tradit Corn. cōs. 88. nu. 9. uol. j. (Ioann. Andr. Domi. & Franc. in c. quoniam, de immu. eccl. Bal. & Alb. in l. generaliter. C. de episc. & cle. Cor. cons. 35. uolum. 3. cons. 177. colum. 4. uolum. 4. Felyn. in c. cum nūcius, colum. j. de testibus, cum similibus per Tiraquell. in tract. cessan. causa, limit. prima nu. 62. & insuper dixi in l. posthumo, nu. 501. C. de bon. poss. contra tab.).
52 † quoties enim decisio legis est generalior ratione, colligitur inde rationem non esse finalem, sed impulsiuam, ut tradit Bald. in d. l. generaliter, col. 5. uers. 2. oppono, Ias. in auc. quas actiones, nu. 18. C. de sacrosan. eccl. Paris. cons. 69. nu. 177. uol. 3. dixi, cons. 259. nu. 17. ubi enim fieret obligatio fundi dotalis sine usuris, quæ passim fit inter Christianos, non autem cum usuris (inter eos reproba-
53 tis, † cum rapinæ dicantur, c. si quis usuram, 14. q. 3. Natta, cons. 498. nu. 23. ubi per illū textum dicit, quòd quicunque recipit usuram, rapinam committit, & usurarum uorago animas deuorat, c. i. de usur. in 6. quarum animarum tantam curam Seruator noster habuit, ut dixerit, Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, anima uerò sua detrimentum patiatur? cumque Deus su-
54 per omnia colendus sit, & amandus, † usurarius uero plus diligat pecuniam quam Deū arg. c. sicut hi. 17. distinct. siquidem auarus qualis est usurarius, non solum dicit, quod Poeta Iuuenalis [*uos nummi estis fratres*] sed insuper [*uos nummi estis ipse Deus* ,] ut refert Ambros. de Vignate in tract. de usur. nume. 239. & ego, cons. 218. col. 2. iam patet Christianos, qui animæ suæ, & amoris erga Deum præcipuam curam habere debent, usuras detestari debere, igitur in proposito nostro ubicumque fieret obligatio fundi dotalis sine usuris,) quia cessaret ista ratio maioris damni, debuisset etiam cessare prohibitio legis Iuliæ. & tamen semper militabat, ergo nō est dicendum legem Iuliam hac ratione motam
55 fuisse. † Aliam quoque rationem Theophilus hic excogitauit, nouerat enim inquit ille, lex Iulia ubi de alienatione fundi dotalis, quam maritus faceret, ad mulierem referretur, ipso auditu turbatum iri mulierem nec inductum iri, ut consentiret, sin uerò de hypotheca uxori maritus aliquid diceret non grauati eam consensum præstituram. ergo non iniuria rogatione sua hypothecarum causam lex Iulia subuertit, alienationē uero uxoris consensus difficultati reliquit. Hęc ele-
56 ganter Teophilus. † pro quo facit l. si ego, in fi. ff. ad Velle. ubi facilius se mulier obligat quam alicui donet. quia ergo credidit lex Iulia mulierem nō debere consentire alienationi, merito illam ea tantum inuità prohibuit: quia uerò facilior erat in obligando, ideo obligationē ea licèt uolēte prohibuit, & hoc est, quod etiam docet hic Balduinus, inquit enim hypothecas fuisse prohibitas, quasi scilicet ijs facilius consentirent mulieres, ut quæ longe minus abhorreant ab obligatione quam ab alienatione, itaq; putauit lex Iulia citius occurrendum periculo leuiori quidem, ut poteque citius possent mulie-
57 res circūueniri. † sic prohibitum fuit Senatus consulto Velleiano mulieres fideiubere, at nulla lex prohibuit eas alienare, quasi scilicet non temere prosiliat ad alienationem
58 auarum, & tenax genus mulierum. † sed nec ista ratio subsistit, quia dicta l. sed si ego, & quod de Senatus consulto Velleiano dicitur procedit, quando mulier, quod suum est, alienat, uel obligat: secus in alieno ut est res dotalis mariti, nam pari modo debet esse faci-
59 lis, uel difficilis in uno sicut in alio. † Secūdo difficultas excogitata cessare præsumitur, quando mulier habet maritum propter affectum coniugalem, prout inquit gl. Baldusq; sequitur in dicta l. sed si ego, & Bart. in l. quæ dotis, nu. 7. ff. sol. mat. debuit ergo lex Iulia cogitare mulierem facilime induci posse mariti precibus ad consentiendum alienationi propter dictum affectum, iuxta tex. in Auct. ut immob. ante. colum. 2. ibi [*muliere quippe mariti seductionibus facile decepta.*] unde sicut prohibuit hypothecam ea licet uolente, pariter debuit & alienationem uetare, quod cum non fecerit, sine ratione processit, & ob id iure merito fuit in hoc per Iustinianum correcta hic & in l. unica, §. & cum lex, C. de rei ux.
60 act. † (quod opus fuit ab eo fieri, alioquin lex illa quantumuis iniqua, fuisset seruanda, l. prospexit, ff. qui & a quib. & pulcherrime declarat Connanus in Commentarijs iuris ciuilis, lib. j. c. 8. colum. fi. dicens, quòd si contingat, ut in tantis humanis erroribus sępissime contingit, legem iniquam ferri, & quæ ius naturæ uiolat, licet non ausit legem illam appellare, at ne uelit quidem legis tamen habere auctoritate cōfirmat. itaque Lacedemoniorum lex illa de furtis, quamquam iniquissima, ciues suos tenebat, neque licebat apud eos iudicibus damnare furti eum qui lege permittēte id fecerat: iurauerant enim se secundum leges patrias iudicare, ut eas salua
61 fide uiolare non possent. † igitur subdit Cōnan.

nan. iniustam legem, uel tollendam esse errore cognito, uel certe corrigendam, quod dum fiat, ei parendum esse, ut exempli gratia si qui iusta hæreditate Rex est, tyrannicos mores induat, diuina atque humana iura peruertat suorum nō salutem petat, sed sanguinem, eijciendus est Regno, dum id fiat Rex est, nec attentandus est a quoquam, nisi communi suorum decreto deliberatum sit, & cōstitutum: sanctum est enim nomen legis, sanctum & Regis, neutrum quoad fieri potest uiolandum, sed illa abroganda si mala est, hic si Tyrannus expellendus est, tunc utrique impu-
62 ne non pareas utroque solutus. † ante uero si obedientiam obieceris, manus quodammodo uideris afferre patriæ, ut inter præclara multa que referuntur Persarum instituta, illud est præclarissimum, quod Regi suo facti obuij manus contrahunt in tunicæ manicas, quod signum est, nihil eos in illū aut uelle aut posse facere. quod si hoc in Regibus qui cum homines sint multa pro hominum imbecillitate secus committunt, quid in legibus quæ uere sūt Reginæ, & dominæ. Quare ne lōgius cum Connano iure consulto facūdissimo progreditur, optime facit Iustinianus in abroganda lege Iulia circa differentiam prædictam, quæ ratione carebat disponens, ut hic dicit, quòd neutrum eorum uidelicet alienationis, & obligationis dotis, neque cōsentientibus mulieribus procedat, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ ea-
63 rum conuertatur. † Quarto notat Aret. quod nec alienationi, nec hypothecæ fundi dotalis mulier potest consentire. ex quo patet hic esse scriptum contra iura, quæ dicūt quēlibet suo fauori posse renuntiare, de quibus in l. pactū, ff. de pac. in l. pe. C. eo. in l. si iudex circūuentus, ff. de minor. cuius rei dissolutionem su-
64 pra posui, nu. 12. cum sequentibus. † id tantū addo, quòd nec mariti cōsensus nocet in alienatione fundi dotalis facta per mulierē, ut tradunt Cyn. Bald. Alberic. & alij passim, in l. si prædium C. de iure dot. Bertran. consi. 370. uolum. j. (licet etiam fauore ipsius mariti prohibeatur talis alienatio, ut per Bar. in l. si quis, in tantū, nu. 12. C. unde ui, quē sequitur Senatus Pedemontanus Decis. 94. nume. 26. unde consensus suus ipsi deberet nocere, sed non nocet ob fauorem mulieris, & publicum cōcurrentem, & inseparabilem, iux. no. per Bar. & alios, in l. ius publicum, ff. de pact.
65 † quinimmō si præter consensum mulieris concurreret etiam consensus patris sui, non ualeret alienatio ut declarat Bald. Nouell. in tract. dotis, parte 12. num. 61. motus ea ratione, quia cum dos sit facta proprium patrimonium filiæ, l. 2. §. sed utrum ff. de minor. & tamen consensus ipsius filiæ fam. non ualidaret dictam alienationem, l. j. §. & cum lex. C. de rei ux. act. multo minus consensus patris, quia illa dos licet profectitia magis esse dicitur in bonis, & patrimonio filiæ quam patris, l. filium emancipatum, ff. de coll. bo.
66 † plus addit etiam Bald. nouell. quòd si dos esset in casu restitutionis absoluto matrimonio per mortem uiri, & sic erat orta actio cōmunis patri, & filiæ, l. 2. §. j. ff. sol. mat. tamē antequam ipsa dos sit restituta patri, adhuc esset inalienabilis per heredes uiri etiam de cōsensu patris, & filiæ, licet secus postquam reuersa esset ad patrem qui poteus esset ad redotandum, de quo se remittit ipse Baldus nouell. ad dicta per eum superius in 7. parte priuilegio, primo limit. 7. nume. 11. & ponit Campe. in eodem tracta. par. 4. q. 36. ubi me quoque remitto, ne plus æquo titulum no-
67 strum oneremus.) † Quinto notat Christophor. quòd lex Iulia prohibebat alienationem rerum dumtaxat Italicarum, prout & alias in præscriptione fuerat constitutum supra de usuc. in princ. & in l. j. C. de usuc. transfor. tamen sicut illud immutatum fuit, ut ibi dicitur, sic & istud ut hic & in dicto §. & cum lex. ex differentia namque locorum aliquod induci discrimen satis absurdum uidetur, ut alibi dicit Imperator in l. fi. C. de temp. i n in
67 teg. resti. (leges enim † debent esse generales, & omnes ligare, l. leges, ut generales ab omnibus æqualiter in posterum obseruētur, C. de legib. l. j. ff. eo. in uer. commune præce-
68 ptum. cuius rei satis amplū, & omni memoria dignum testimonium dedit Zaleucus nō ille quidem Locrensium Rex, sed legislator, & qui apud eos Regis auctoritate, & gratia ualeret: nam cum filius quem habebat unicū adulterijs reus esset, eique ex lege effodiēdi essent oculi, pęnę necessitatem remittēti populo contradixit, ut tamen salua lege posset aliquid indulgeri filio, sibi unum, alterum fi-
69 lio oculum iussit erui. † sed & cum sanxisset, capite si quis armatus prodijsset in concionem, & sumptis armis ad propulsandum, quod imminebat ciuitati periculum, subito uocatus in concilium in arma imprudēs secum detulisset, accusatus, quod contra legem fecisset omnes tamen eius imprudentiæ condonandum censerent, recusauit, & quod legibus nisi sua morte satisfacere non poterat, gladio quo erat accinctus pectus sibi in conspectu totius populi transfixit. quæ quidem exempla retulit Connanus in Commentarijs iuris ciuilis, lib. j. cap. 8. col. 3. nobis intimandi gratia leges omnes obstringere, & illis eos subijci debere, quod de localibus dici non pos-
70 set. † Expeditis notabilibus, aggredior glossas, & omissa prima, quæ continuat, ad secūdam uenio quę incipit [*dotale*] ex qua primo habes, quòd lex Iulia prohibens alienationem fundi dotalis loquitur de inæstimato. conformis est glossa in l. 1. C. de fun. dot. & clare probatur in d. §. & cum lex. ibi [*in fundo autem*

De consensu mulieris in alienatione ad hypotheca dotis inualido.

autem non extimato, qui & dotalis proprie nuncupatur, maneat intactum ex lege Iulia imperfectum.] notatque Bald. ibi, quòd sola res inextimata di
71 citur proprie dotalis. † Secundo notandũ est ex hac glo. quòd fundus simpliciter extimatus, hoc est alio nõ dicto potest alienari. l. quotiẽs, C. de iure dot. si enim tali casu maritus sit debitor pretij, resq; retinere potest, ut ibi dicitur, igitur & eas alienare, ad idem tex. in l. quod si fundus, in fi. ff. de fun. dota. tradit Salyc. in l. interest, C. de usufru. Imo. in l. cum uir, col. pen. ff. de usuc. & in c. cũ cõtingat, nu. 26. de iureiuran. Bal. nouell. in tract.

Aestimatio facit emptionem.

72 de dote, septima par. priuil. 23. † hoc autem est, ut subijcit hic Aret. quia extimatio in dubio facta præsumitur, ut emptionem faciat, glo. notab. in l. si inter uirum, C. de iure dot. quam Bartol. Odofred. Bal. Alber. Sal. & omnes sequuntur ibi. Imo. & Roman. in l. si extimatis, concl. 6. ff. sol. matr. Castr. in l. extimatę, eo. tit. Bal. Castr. Alex. Ias. & D. meus Rimi. in l. ex conuentione, C. de pact. Corn. consi. j. col. pen. cons. 15. in princ. uol. 2. Soc. consil. 56. co. 2. in fi. uol. j. Rui. cons. 137. ad fi. volum. j. & cons. 134. uol. 4. Fabia. de Monte, in trac. de empt. & uendit. in 6. quęsito quartæ quæsti. princ. nu. 14. (& plures alios concordantes allegat Paris. consi. 81. nu. 10. uolum. 3.
73 † & plenius per eundem qui ponit effectus huius rei, cons. 60. col. fi. uol. 4. & cũ prędictis etiam concordat D. Arius Pinellus, in l. 2. C. de rescind. uend. in pri. par. c. j. num. 18. hãcq; dicit esse comm. Didac. Couuar. pract. quæst. c. 28. col. 2. citans etiam Tiraquellum, lib. 1. de retra. §. 1. gl. 14. nu. 24. & hæc cõclusio pręter auctoritates memoratas, & alias curiosus lector poterit inuenire) probatur, in l. plerumque, §. si ante, ff. de iure doti. ibi [*fit uera uenditio*] & in l. 3. ff. loca. ibi [*instrumentũ emptum habeat sicut fieret cum quid extimatum in dote daret.*] (quæ iura signanter citat ad hoc etiam Craue. cons. 548. nu. 1.) & prout ibidem Bartol. Bald. & Saly. notant, merito nil
74 mirum si tali casu procedit alienatio. † hæc autem pręsumptio, quòd extimatio dotis in dubio faciat emptionem, inducitur ea de cã, quia ex quo totale periculum quo ad maritum pertinet quãdo extimatio facit emptionem. l. quòd si per eam. ff. de iure dot. Bar. in l. si ut certo, §. nunc uidendũ col. 2. ff. cõmod. Castrens. in l. si extimatis, ff. sol. mar. & probatur in l. plerumque, in princ. ff. de iure dot. merito capitur ista præsumptio tanquam fauorabilis mulieri pręsertim, quòd omnino res remanet obligata sibi, ita tradit Rube. cõ
75 sil. 5. col. 2. in princ. † sed hęc ratio me parũ mouet, nam si maritus non sit soluendo, non uideo quomodo mulieri consultum sit, cum inanis sit actio quam debitoris excludit inopia, l. nam is, ff. de dolo, c. olim uobis, de rest. spol. Ias. in l. qui Romæ, §. Augerius, colum. 2.
76 ff. de uerb. ob. † (& qui non habet quod reddat eius periculo nihil est, ut inquit Vlpian. in l. itaque fullo, in princip. ff. de furt. & post eum Decian. respon. 49. nume. 3. uolum. 2.)
77 † Quòd uero ad rem ipsam in alium translatam regressum habere possit mulier, id sine litibus, & expensis fieri nõ potest, quod graue, & damnosum reputatur, l. minoribus 25. annis, ff. de minor. melius igitur fieret, quod extimatio non faceret emptionem dotis, resque periculo mulieris maneret quam, quòd illud euitandi gratia, (quod fauorabile uidetur mulieri, ut inquit Rubeus) alteri periculo damnoque subijceretur, de quo supra argumento textus. in §. neque tamen, supra de auct. tut. ubi pupillus sine tutoris auctoritate non potest hæreditatem adire, quamuis lucrosam, ne lucri uelamento damnũ incurrat, sic igitur ex prædictis ratio Rubei pe
78 riculosa redditur & alia quæri debet. † Melior ergo ratio potest adferri, quòd ideo extimatio in dubio facit emptionem, quoniã ubi mentio fit pretij, emptio resultat in dubio, l. fi. & ibi gl. C. de præb. decur. lib. 10. (cũ pretium uideatur esse causa finalis emptionis, & uenditionis, quæ sine pretio consistere non potest, l. 2. §. j. l. pacta conuenta, uersi. an idem, ff. de contr. emptio. §. pretium, Inst. de emptio. & uendit. Ceph. cons. 407. num. 4. sicque) declarat in proposito Decis. Neap. 270. num. 2. post Bald. in dicta l. ex conuentione, colum. 1. ubi etiam Ias. in princ. qui hoc attribuunt glossæ in dicta l. si inter uirum, quæ hoc nõ dicit, sed illud tantum quòd extimatio in dubio facit emptionem, non tamen al

Ratio cur aestimatio faciat emptionẽ.

Ampliatio, quod aestimatio faciat emptionem.

79 legat rationem prædictam. † Ampliatur nũc ista conclusio, ut procedat quando res fuerunt datę pro ea extimatione, quę fieret per arbitros, seu peritos ad hoc electos, namque a pari procedit extimatio partium, uel peritorum de uoluntate partium, l. fi. cũ ibi not. C. de contr. emp. ita declarat Soc. consil. 56. col. fi. uol. 1. (& Dida. latius in d. c. 28. col. 2.
80 & 3. simile uidemus. † quòd sententia lata per peritos electos a partibus transit in rẽ iudicatam adeo, quòd retractari non potest ex alijs probationib. meliorib. contrarijs, postquam processit de uoluntate partium, prout declarat Ias. in repe. l. admonendi, num. 43. ff. de iureiur. & post eum Purpur. nu. 46. Speculum aureum in primo actu tertiæ partis in 6. par. princi. nu. 131. & Niconitius in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 105. ff. de uet. oblig.
81 † licet secus esset quando tales periti fuissent electi per iudicem partibus inuitis, quia nũquam transiret in rem iudicatam, sed semper retractari posset a peritioribus, iustiusque consulentibus, ut singulariter determinat Butri. in c. proposuisti, de prob. ubi quoque Fel. & Dec. confirmat, idemque Roma. cons. 228. ad fi. & ibidem Mandos. in add. plures cõ

cordan-

cordantes cumulat, de quibus per eum, quibus anneċti poteſt Purpur. conſ. 425. nume. 48. poſt Alex. in l. ſi ab hoſtibus, §. ſi uir. ff. ſo
82 lu. matri. † Et ut ad rem noſtram redeamus) idem quoque crederem. Secundo quando iudex rei dotalis extimationem faceret partibus annuentibus, eum factum iudicis reputetur factum partis, l. ſi ob cauſam, & ibi no. Bal. C. de euicti. (Bald. in c. quoniam frequenter, prope fi. ut lite non conteſ. D. meus Rim. conſ. 353. col. penult. Craue. conſ. 5. num. 1: conſil. 248. num. j. Ceph. conſi. 254. num. 16.)
83 † Quòd ſane poſſet euenire quando periti priores, & tertius quoque fuiſſent in pretio diſcrepantes: iudicis enim partes ſunt omnes tres ęſtimationes in vnū copulare, ſicq; coaceruatas in tres partes æquales diuidere, unamq́; ex his pro uera, iuſtaque æſtimatione ſe ligere, prout hanc practicam docet Sal. in l. hac edictali, §. his illud, C. de ſecun. nup. & in l. ſi fundum, cum l. ſequen. ff. mād. ubi licet Alex. in apoſtil. ad Bar. non nihil dubitet, ſubdit tamen, quòd eſt ualde notab. dictum, qd ēt uidetur fuiſſe de mente Baldi, in l. j. q. 6. C. ſi ſer. exte. & gl. fin. in l. cum eo. ff. de pact. clareque ſequitur Catelianus Cotta libro ſuo memorialium, uer. extimatores.
84 † ſimile uidemus in conductore, qui uno anno nihil ex re conducta percepit, & ob id remiſsionē petit: fit enim cęterorum annorum cumulatio, qui fuerint uberes, & eorū cum illo ſterili fit compenſatio pro conſideranda remiſsione, uel non illi facienda, ut no. But. Abb. & alij in c. propter ſterilitatem, locati, l. ſi uno, ff. loca. l. licet, C. eod. Bero.
85 conſ. 157. nu. 13. uolum. j. † Non omitto tamen,) quòd Alciat. in l. j. §. ſi ſtipulanti, nu. 26. ff. de uerb. oblig. taxat prędictam deciſionem Salyceti, motus argumento textus in l. ſi decem, ff. loca. ubi ſi tibi pro 10. loco fundum, tu uero exiſtimes pro quinque conducere, nihil agitur, quia lædor, & fit diſproportio numeri ad extimationē rei, ut dicit Bal. ad illum text. in Rub. extra, de arbi. circa fin. reſultat enim, ſubdit Alc. eadē diſproportio attenta opin. Salyceti, merito illa non debet
86 attendi. † Sed hæc conſideratio mihi nō placet, nam ratio dictæ legis, ſi decem, quare locatio non ſuſtinetur in quinque ea eſt, quia ſi dicam, loco tibi pro 10. exprimo hanc ſūmam ad excluſionem minoris ſummæ.
87 † Quoniam in ſummis generaliter ſubintelligitur taxatiua, l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi cert. pet. nil ergo mirum ſi in quinque non tenet locatio poſtquam ita noluit 10. quòd non 5. ita declarat illum textum Butigella, in dicto §. ſi ſtipulanti, num. 10. ſed iſta ratio ceſſat in caſu noſtro, nam quando partes eligunt æſtimatores, neutra earum illis certam ſummā præfigit, intra quā extiment, merito data diſcordia nihil impedit quominus fieri poſsit cumulatio, diuiſioq; poſtmodum & electio
88 per iudicem, prout inquit Salyc. † Imò conſequens eſt id fieri poſſe, nam quotiens de certo ualore rei nō apparet, iudex ex officio ſuo debet extimare, prout tradit Bart. in l. ſi qđ ex Pamphila, in fi. ff. de leg. 2. Are. noſter, in §. fi. col. penult. infra de uerb. obl. Ale. cōſ. 133. in fi. uol. j. Cur. Iun. in l. j. col. finali, ff. ſi quis iusdi. Cagn. in l. 2. nu. 255. C. de reſcind. uēd.
89 † (Sic & alias quantitas incerta poteſt arbitrio boni uiri certificari, vt in pluribus caſibus tradit Soc. in l. ſi quis arbitratu, ſub nu. 27. & 28. ff. de uerb. oblig. & in l. qui Romæ, §. cohæredes, nu. 25. cū ſequen. eo. tit. Ceph.
90 cōſi. 558. nu. 89.) † Tertio ampliatur memorata cōcluſio procedere, ſi in inſtrumēto dotis maritus promiſerit dotem reſtituere nō autem æſtimationē dotis æſtimatæ, ut quia dixit, quam dotem promiſit reſtituere, nam dicta uerba intelliguntur de uera dote: uera autem dos eſt pretium pręciſe, resq; dotalis retineri poteſt, & per conſequens aliena ri, ita uoluit Bald. in l. quotiens, in fine, C. de iure dot. & poſt eum Barba. ſubdens hoc eſſe notatione dignum, ſicque conſtitutū fuiſſe pridie Paduæ, & quòd ita conſuluit Senis, audiuitq; allegare Bartolum in conſ. incipiēte, Paula nupſit, prout uere reperitur Bart. in conſ. 14. incip. punctus quæſtionis, Domina Paula nupſit. ubi circa fi. concludit aliena to fundo dotali pretium ſuccedere loco rei,
91 † cum dos ſit quid uniuerſale, l. ſi maritus, in fi. ff. ſol. mar. (not. in Rubr. eod. tit. & Dominus meus Riminald. conſ. 637. num. 13. quam ſententiam late defendit Campeg. in
92 tract. dotis, prima par. q. 4.) † Et in uniuerſalibus pretiū ſuccedit loco rei, l. ſi rem & pretium, ff. de pet. hæred. (Campegius in tract. dot. 4. par. quæſ. 8. Cephal. conſ. 20. num. 10.) item quia maritus promiſit dotē reſtituere non autem ipſam rem dotalem. hæc autem promiſsio dotis continet ipſum pretium, & de illo conſilio Bartoli meminit, & ſequitur illud idem Barb. in addit. ad Bartol. in l. pen. §. uxor. ff. ſol. mat. & Bal. in dicta l. quotiens,
93 Soc. conſ. 56. colum. fi. uolum. 1. † (Comprobatur ulterius hæc ampliatio duabus rationibus nouis, quarum prior eſt, nam ſi maritus recepta domo, uel fundo æſtimatis in dotem ſubiunxit, quam dotem promiſit reſtituere &c. illud relatiuum, quam, cum faciat relationem præcedentium cum omnib. qualitatibus ſuis, Bar. in l. j. §. fi. ff. ſi fam. fur. fec. dic. & in l. j. ff. de recept. & in l. ſi quis ſeruū, §. fin. ff. de legat. 2. Decian. Reſpon. 11. num. 17. uolum. j. & Reſpo. 56. num. 18. uolum. 3. ſequitur, ut dicamus, quòd ſe maritus obligauerit ad reſtituendum dotem qualificatā ut eam recepit, & ſic æſtimatam, quo caſu ſuccedit diſpoſitio legis, quòd re retenta poſſit pretium ſoluere & de illa pro libito diſponere.

94 nere. † Cni dispositioni legis maritus pręsu
mitur se uoluisse conformare iuxt:,not.in l.
hæredes mei, §.cum ita, ff. ad Treb. & cum in
contractibus verba sint ipsorum forma, Dec.
cons.305.dummodo non repugnat effectus
95 vt per eum, censentur † in dubio contrahen
tes uoluisse, qnod uerba important, l.nepos
Proculo, post medium, ff.de uerbor.sign.Ias.
in l.eam quam, col.7.uer.& pondera diligen
ter, C.de fideicomm.& iu l.si qnis filium, col.
1.in fi.C.de lib.præt.Ceph. cons. 543. nu. 7.
96 † at uerba recipiendi rem æstimatam in do-
tem significant, quòd illa res empta dicatur
& pretij maritus debitor constituatur, dicta
97 l.quotiens. † ergo talis præsunutur fuisse cō
tractus in essentia; qualis apparet in sui figu-
ra, Bald.in l.rogasti, §:si tibi, ff.si cer.pet.in c.
j.§.si instrumentum, de nouo feu.in l. j. col.2.
C.de rer.per.& in Rub.C.de iure emphyteu.
Anchar.& Imo: in c.propter sterilitatem, ad
fi.de loca.Abb.in c.constitutus, colum. pen.
de relig.do.Alber.in Rubr.C: de dona. uers.
item quęro, Oldrad. consil. 159.primo dub.
Aret.cons.55.in princ.Alexand.consi.3. co-
lum.2.uolum.1.cons.119.uol.5. Dec.consil.
32.col.2.& alibi per Decian.Respon.2.num.
98 62. uolum. 1. † qui subdit rationem dictæ
præsumptionis ex alia pręsumptione causa
ri, quia non præsumitur uoluntas contrahē
tinm à uerbis aliena, quia diceret, qnod mē
te non cogitauit, l.Labeo, §.idem Tubero, ff.
de supel.leg.c.secundo reqris, de app.c.fi.de
99 uer.sig. † Voluntas enim nostra cognosci-
tur in nerbis sicut facies in speculo, ut inqt
100 Bald.consi.102.col.3.uolum.3. † Secunda
est dictæ ampliationis noua ratio, nam cum
periculum, & damnum deteriorationis spe-
ctet ad marirum, l.plerumque, ff.de iure dot.
l.si æstimatis, ff.solu. mat. & ibi Bal.Castren.
& Alex.ac plene Paris.cons.64.col.3.uolu.4.
consequens est vt res dotales alienare possit
& de his disponere pro libito, & ad æstima-
tionem tātū reneri debeat. Quarto amplia
tur si primo marito sit dos certę quantitatis
promissa, secundo uerò sine mentione quā
titatis dos tradatur pro dote, nam intellige-
tur data pro quantitate primo uiro promis-
sa & æstimata sic, ut faciat emptionem, ita
Soc.consi.69.colum.pen. uolum.4.& Didac.
loco citato, colum.3.ratione de qua per eos.
Quinto ampliatur siue res fuerit præsens si-
ue in absentia, ut per Dida.loco citato, col.
pen.& fi.contra Neuiz.in sil.nup.& Barbatiā
in l.si propter, ff. rer.amo. quorum ratio-
101 nem refellit, ut per eum.) † Limitatur nūc
prædicta conclusio non procedere quando
fundus ab initio datus fuit inęstimatus, & sic
in ipso actu traditionis non fuit æstimatus,
sed ex interuallo: tunc enim talis æstimatio
non præsumitur adiecta, ut emptionem fa-
ciat, & sic quòd res alienari possit, sed ut scia
tur quantum fundus ualet, & per consequēs
quòd alienari non possit, ita Bal.Salycet.Iasi
Dec.& Dominus meus Rimin. tradunt in l.
ex conuentione, C.de pact.Aret.cons.84.co-
lum.2.Rube.cons.5.num.4.Barba.cons.19.
colum.fi.uolum.4.Soc.Iun.cons.141.nume.
14.uolum.1.Bertran.cons.262.colum.fi.uo.
3.nouissimorū, & Didac.de quo sup.limi.11.
102 † (Similem casum ponit Crauc.consil.548.
nu.12.quando pecunia fuit ab initio in do-
tem promissa, deinde qnia die præfixa non
soluebatur fundus insolutum ęstimatus pro
dote fuit præstitus, nam tali casu non dicitur
æstimatio facta, quòd emptionem faciat, sed
quòd minoris pretij fundus dotalis non cō
stituatur quam fuerit pecunia primo pmis-
sa, citat l.si inter uirnm, & ibi glo. Bartolum,
& alios, C.de iure dot. Socinumque cōs. 56.
colum.2.uers.secundus casus, uol.j. similitu-
do namque uersatur inter hunc casum, & su
periorem, nam sicus in illo processit inęsti-
matio fundi, deinde secuta fuit illius æstima
tio, sic in isto secundo casu præcessit promis
sio pecuniæ, deinde secuta fuit ęstimatio fun
di postea dati insolutum, & ut ad prioris ca-
103 sus confirmationem reuertar,) † mouētur
omnes, quoniam hodie nouatio non induci
tur nisi expresse dicatur, l.si. C.de noua, (l.
qui bis idem, ff.de uer. ob. quod eo magis
procedit quando prior obligatio continet
plus quàm secunda, quia tunc per secūdam
numquam censetur facta nouatio primæ, l.
qui usumfructum, ff.de uerb.oblig. declarat
Bartol.in l.j.§.2.ff.de præt.sti.Abb.cons.24.
colum.2. uersic.& si diceremus, uolum.2.De
cian.respon.11.nu.70.uol.1.Crau.cons.594.
104 nu.2.) † Hinc est, (quòd cū pure prius ob-
ligatione facta si postea tempus adijciatur
quo casu minus debere dicitur qui tardius
105 obligatur, §.tempore, Inst.de act.) † Per a-
dictionem temporis hodie nulla fit noua-
tio, nec ipso iure, nec ope quidem exceptio
nis, ut in dicta l.fi.C.de noua.uoluit Cyn. Ia
cob.Butrig.Sal.& Fulg.Iacob.de Beluis.in di
sput.incip.cauetur lege municipali, Rayner.
& Alber.in l.si pacto quo pęnam, C.de pac.
Guil.de Cun.& Bal.in l.rescripto, §.si pacto,
ff.eod.Cuma.Castre.& Imo.in l.Valerianus,
ff de præt.stip.Imo.in l.delegare, ff.de noua.
Alexā.in l.qui usumfructum, ff.de uerb. ob.
colum.pen.cons.9.col.3.cons.12.col.3.uol.
2.cons.58.cons.72.colum.fi.uol.6. cōs. 173.
colum.pen.uol.7.Maria.cons.21.col. 2. uol.
j.Soc.cons.89.colum. 3.uol.3. Ias. & Dec. in
l.singularia, ff.si cer.pet. Dec. in l. pecunia,
quam.in fi.& in l. lecta, nu.12.& post eū Curt.
Iun.num.9.eo.tit.Grat.respon.89.colum. 2.
uol.j.Rip. in l.2.§.si ex conuentione, nu.8.ff.
106 de re iud. † quorum maior pars dicit esse
magis communem contra Bar.in dicta l. Va
lerianus, licet & male Decius consil. 400. ad
fi.con-

fi. contrarium testetur sibi quoque contra-
rius,in d.l.pecuniam . vbi testatur oppositũ
(sicut & Hiero.Gabriel. cons. 155.nu. 17.)
cum igitur in q.nostra quãdo fit æstimatio
dudum postea nõ dicatur expresse,quòd em
ptionem faciat,certe induci nõ dêt emptio.
107 †Confirmatur insuper ultra Doct. hæc limi
tatio,quoniam si fundus datus est ab initio
inæstimatus,& sic partes uoluerũt illum non
posse uendi,si quidem per æstimationem po
stea secutam induceretur emptio, resultaret
in partibus mutatio uoluntatis, quæ tamen
in dubio non præsumitur,l. cum tacitum, ff.
de prob.l.cũ hic status,& ibi Bar. ff. de dona.
inter uir.& uxo.Ale.cons. 113.nu.19.uol.6.
Paris.cons.fi.nu.6.uol.4.(Natta cons.483 nu
me.14.quæ regula procedit etiam ex inter-
uallo de quo loquimur.c.maiores.de baptis.
Are.in l.Titia,§.idem respondit,primo, col.
3.ff.de uerb.oblig.Ceph. cons. 272. nu.93.)
merito nesequatur hoc absurdũ emptio in-
108 duci non debet. †(Quod & ulterius com-
probatur:nam per secundam cõuentionem
numquam primæ derogatum uidetur nisi sit
expressum,prout arguit Bart.cons. 72.ex fa-
cto,co.5.& in qualibet materia si fieri potest
contrarietas per distinctionem tolli debet &
sedari,ut not.Ale.cons. 241.uiso alias testa-
mento,colum.4.uolum.2. Dec.consi.195.&
in l.pacta nouissima,nu.5.C.de pact. Natta,
cons.430. num. 23. quare cum prius fundus
datus fuerit inęstimatus in dotem, sicq; fue-
rit inalienabilis constitutus, si postmodum
æstimatur,distingui debet talis æstimatio in
rer eam quæ facit emptionem, & illam quæ
fit, ut sciatur quantum res ualet. secundoq;
modo debet interpretari quo res inalienabi
lis remanet,ut primo conuentum fuit, non
autem secundo quo res fieret alienabilis, &
sic induceretur contrarietas quę debet euita
109 ri.) †Secundo limitatur dicta conclusio nõ
procedere quando pretium quo res dotalis
æstimata fuit non esset cõdignum ualore rei
sed longe minus,tunc enim per talem ęstima
tionem non induceretur emptio,nec res alie
nari posset, ita Bal.Sal. Iason, Dec. & Domi-
nus meus Riminald.in dicta l. ex conuentio
ne, Are.cons.84.Paris.cons.81.nu.11.uol. 3.
Mars.sing.105.Ias.in l.Gallus,§. & quid si tã
tum,col.2.ff.de lib.& post.Barba.cons.19.co
lum.fi.uol.4.Soc.Iun.cons.141.nu.20.uol.1.
110 †motus post alios ea ratione,quia non est
uerisimile, quem uelle uendere rem mino-
ris,quam ualeat,& sic iactare suum,l.cum de
111 indebito, ff. de probat. †(Sed & alia ratio
reddi potest, quia si talis æstimatio faceret
emptionem per eam deterior conditio mu-
lieris fieret, quod in dote non admittitur, l.
de die,ff.de pact.dotali.dedisset enim fundũ
in dotem ualentem puta centum, & uigore
æstimationis factæ puta de 60.non illum,sed
minus consequeretur, & hanc secundám li-
mitationem multis confirmat auctorib. Di-
dac.in dicto c.28. Pract.q.nu.9.quam restrin
git procedere si pręstitum fuerit minus iustũ
ultra dimidiam:tunc enim propter maximã
pretij iusti diminutionem pręsumeretur ęsti
matio facta ad alium effectum quam ad con
stituendam emptionem,põderans hoc de
mente Salyc. fuisse, in dicta l. ex conuentio-
ne.qui scribit æstimationem facere emptio
nem ubi facta sit pro pretio iusto uel fere iu-
sto,ego uero passim limitationem admitto
nisi modicum desit iusto pretio,quo casu p-
cedunt illa uerba Salyc.pro pretio ferè iusto,
quia parum,& nihil æquiparantur, cap.licèt
causam,§.quamquam,de prob. cum similib.
per Mars.sing.276.quotiens ergo pretiũ in
modico iusto non responderet siue esset in-
tra siue ultra dimidiam,tenenda foret limita
112 tio.) †Tertio limitatur non procedere quã
do tempore traditionis uir non erat soluen
do:tunc enim æstimatio non facit emptionẽ
& per consequens res alienari nõ potest , ita
Bal.in l.interest , C.de usufr.& post eum Sal.
per l.in rebus,iunc.gl. C.de iure dot.Imo. in
l.si æstimatis,in princ.ff.sol.ma.Ias. & Dec. in
dicta l.ex conuentione,Ias.in §.actionũ, nu.
84.infra de acti Franc.Cremens.sing. 18.D.
meus Rimin. cons.308.nu. 10.Ioã.Lupus in
Rub.de don.int.uir.§.18.nu.8. colu.sequen.
113 Soc.Iun.cons.141.colu. 3.uol.j.†mouetur
ratione,quia si maritus nihil haber in bonis
lex non potest fingere, quòd ille pretium de
derit pro re in dotem data, posteaque illud
breui manu pro dote receperit,cum uere, &
114 realiter illud in bonis non habuerit.† (Fi-
ctio namque nõ potest fingere super impos
sibili, neque locum habere ubi ueritas non
potest.l.adoptio.ff.de ado. l. si ut certum,ad
fi.ff.loca.l.certe,in prin.ff.de preca.l.si tibi e-
lectio.§.unius.ff.de opti.leg.glo.Bar. & om-
nes,in l.Gallus §.si eius.ff. de lib.& pos. & in
l.si is qui pro emptore,ubi Ias.nu.209. cum
sequeb.ff.de usucap.prout hic,quòd maritus
fingatur dedisse precium, quod uere dare
115 non posset uelut eo carens, † nam nemo
dat quod non habet,l.filius,C.de dona.l.tra
ditio,ff.de acquir.rerum domin.cũ uulgar.)
Sumitur ergo coniecturatam mentem par-
tium fuisse, quòd per dictam æstimationem
uenditio non inducatur,sed ad alium effectũ
facta fuerit (scilicet,ut sciatur quantum ua-
116 let ne minui possit aut deteriorari,†prout
alias quandoque contractus ab effectu po-
tius quam a uerbis iudicatur,l.si uno,ff.loca.
Dec.in c.ad audiẽtiam, in prin. de appellat.
consi. 160.col.j.consi. 164.colum. penulti-
ma,numero 3.consilio 190.co.3.uer. sexto,
consilio 305.numero 2. Decis.Neapoli. 72.
ad finem. sed hanc limitationem late taxat,
Didac.in dicto capitulo 28.numero 8. sicut,
&ra-

& rationem Soc. Iun. de fictione, quia maritus ille pauper potuisset habere natura, & iure pretium quo ualebant res dotales ęstimatæ, item quia Bald. & Salycet. in dicta l. interest, C. de usufr. tantum dicũt, quòd mulier potest utili rei uend. agere ad rem æstimatã in subsidium, sed non inde negant æstimationem fecisse emptionem. ego uero rationem Soc. Iun. defendo, quoniam considerauit statum mariti non soluendo, secundum quẽ fingi non põt illũ pretium dedisse, non aũt considerauit potentiam. Rursus Bal. & Salyc. ideo concedunt rei uendicationẽ mulieri, qa alienatio fuit nulla, & de facto potius
117 quam de iure.) † Quarto limitatur nõ procedere, quãdo fundus æstimatus fuit electione data mulieri petendi rem, uel æstimationem, pertinet enim tali casu fundus ad legẽ Iuliam, atque ob id alienari non potest. hic est casus in l. j. C. de fun. dot. & ibi no. Saly. & alij. cui concordat tex. in l. ꝙ si fundus, primo
118 responso, ff. eod. † Et ibi gl. reddit rationem cum possit mulier eligere, quod uelit, l. plerumque, in fi. ff. de iure dot. merito maritus rem nẽdũ do talẽ electionem mulieri eripere non debet, arg. tex. in §. huic autem Insti. de act. (sed & alia forte melior ratio potest
119 adferri, † nam Imperatores Honorius, & Theodosius, in l. si pater, in fi. C. de spons. scriptum reliquerunt, fœminarum consilium, plerumque aduersus propria commoda laborare. hinc Aristoteles lib. 1. Politicorum c. ult. scribit, cõsilium mulierum esse inualidum, & post eum Bal. in Rub. C. de rer. permut. uersi. item quare donatio, dicit hoc esse naturale, & immutabile, pluraque id genus recitat Tiraquell. de legibus connub. in prima lege cõnubi. nu. 65. quibus accedit tex. noster prohibens mulieres alienationi fundi dotalis cõsentire [*ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ earum conuertatur*] capiendo malum consilium consentiendo, unde lex Iulia dubitans ne electione mulieri seruata petẽdi fundum, uel æstimationem, illa faceret electionem deterioris, ut pecuniæ quæ facile consumi posset, noluit fundum uendi posse, eumq; pro non æstimato haberi uoluit, ut inquit glossa in dicta l. j. C. de fun. dot. quid autem futurum sit electione data marito restituendi res ipsas uel earum æstimationem, late ponit Didac. in dicto capitu. 28. sub numero.)
120 † Quinto limitatur non procedere quãdo æstimatio fuit incerta puta, quod maritus simpliciter dixit uxori, reddam tibi æstimationem: tunc enim non inducitur emptio, nec alienationi locus est, ita uoluit Bart. generaliter loquens, in l. si ut certo, §. nunc uidendum, ff. commod. quatenus dixit, quòd in omnibus casibus in quibus æstimatio facit emptionem uerum est, & procedit quando æstimatio est certa, secus si incerta, prout in exemplo prædicto, cum enim Bartolus loquatur in omnibus casibus. ergo & in dote, l. Iulianus, ff. de legat. 3. & ita limitat in dote Cur. Iu. in dicta l. ex conuentione, C. de pact. (& late Didac. in dicto c. 28. num. 7. certitudinem ponderat Pari. conf. 64. num. 17. uol. 4. ad hoc, ut æstimatio faciat emptionem.
121 † quod insuper comprobatur in §. pretium, infra de empt. & uend. ubi dicitur, ꝙ [*pretium constitui oportet nam nulla emptio sine pretio esse potest, sed & certum pretium esse debet*] unde subijcitur, quòd si conuenerit, ut quanti Titius æstimauerit rem, tanti sit empta, si quidem pretium non diffiniuerit pro nihilo uenditionem esse quasi nullo pretio consti-
122 tuto. † Confirmatur ulterius, nam pretium in casu nostro, dato quòd mulier noluerit uendere, & maritus emere reperitur collatũ in uoluntatem uel arbitrium mariti: quo fit, ut emptio non ualeat, l. quod sępe, §. j. & ibi notat Bart. Bal. Salyc. Fulg. & alij, ff. de contr. emp. Bald. Fulg. & Castr. in l. in uendentis, C. eod. ergo non possumus dicere, quòd a ma-
123 rito possit alienari. † Aduersus tamen hãc limitationem uidetur obstare decisio Socini conf. 56. colum. fi. uolum. j. uers. imò fortius. inquit enim, quòd si fuerit data res in dotẽ secundum æstimationẽ faciendam per duos homines communiter eligendos, qui tamẽ numquam fuerunt electi, & res ipsa fuit meliorata, soluto matrimonio, non illam reddi sed æstimationem secundum ꝙ ualebat tempore datæ dotis, nam uidetur ex tunc æstimatio facta per legem quę certa fuerat secundũ rerũ naturam quanti dicta res ualeret, argu. tex. in l. cum ad præsens, ff. si cer. pe. & §. conditiones, infra de uerb. ob. proponit, ergo casum Soc. ubi penitus incerta fuit dotis æstimatio, & tamen inducitur emptio, cum non res, sed æstimatio ueniat præstanda, quod est ad unguem contra limitationẽ Curtij Iunioris. & licet Soc. ibi citet pro sua decisione Modernos, in l. æstimatæ, ff. solu. matrimo. quos non reperio quicquam de hoc dicere,
124 † sed Glossam dumtaxat dicentem, ꝙ aliquando à lege inducitur æstimatio in dote, quando sunt res quæ usu consumũntur, ut q̃ pondere, numero, mensura ue consistunt, q̃ sequitur Bal. in l. res in dotem, ff. de iure dot. & Io. Lup. in Rubr. de don. int. uir. colu. 4. §. 17. sed eam taxat Castrens. ibi, quia si hoc esset uerum non obligaretur ad tantundẽ in eodem genere, sed ad æstimationem tunc temporis, cuius tamen contrarium dicitur
125 in dicta l. res in dotem. † Tamen pro decisione Socini confirmanda bene facit, quòd licet alias collato pretio in arbitrium tertij nec illo arbitrante corruat contractus emptionis, l. fi. C. de contr. empt. §. pretium infra, de emp. & uendit. (cum pretium dicatur esse causa fin. uenditionis, ut inquit Ceph. cons.

126 conf.407.nu.4.) † Secus tamen fauore dotis est constitutum, ubi tertio non arbitrãte reccurritur ad arbitrium boni uiri, sicque a persona receditur. gl. est in dicta l. si. quam sequitur ibi Bald. & Salyc. in 5. oppo. Bald. in l. fi. uers. pone declaratio, C. de sent. quæ fine cer. quã. Rom. in l. si quis arbitratu, ff. de uer. ob. Imo. Ale. & Cro. in l. 1. nn. 44. ff. sol. matr. quo fit, ut ratio Soc. sustineri possit, quod retro uideatur æstimatio facta per legem, cum fiat
127 per bonum uirum legis ministrum. † cum cõditio soleat retrotrahi, l. potior, l. qui balneum, ff. qui pot. in pigno. hab. Ruin. consil. 224. num. 12. nol. j. (& purificata conditio ne contractus suum sortitur effectum perin de ac si non fuisset ab initio conditionalis sed purus, l. fi. §. Titius, ubi omnes, ff. de uul. & pup. glo. in l. necessario. uer. quòd si, & ibi Bartol. ff. de peri. & commo. rei uend. Ias. in l. pro hærede, §. Papinianus, nume. 24. ff. de acquir. hær. Dec. cons. 229. nume. 2. & in l. pecuniam, 2. no. ff. si cer. pet. Decian. respon. 8.
128 num. 98. uolum. 1.) † Sustinendo tamen limitationem prædictam pro resolutione decisionis Socini considerandum est, quòd ipse loquitur quando æstimatio dotis collata fuit in arbitrium tertij, uidelicet in communes amicos, ut ipse loquitur: eo namque casu procedit contractus: illis enim æstimantibus contrahentes necessario tenentur ad ob
129 seruantiam. † Sed Cur. Iun. loquitur quando æstimatio collata fuit in arbitrium mariti, & sic in uoluntatem alterius contrahentium, quo casu necessario contrahentes nõ astringuntur, prout hanc differentiam in cõtractu emptionis tradunt Fulgos. Castrens. & alij in dicta l. in uendentis. nil ergo mirum si talis æstimatio, non facit emptio-
130 nem dotis in casu Curtij Iunioris † (uelut minus legitima, & nulla quæ ob id nullum effectum parere potest. l. 4. §. condemnatum, cum ibi not. ff. de re iud. quoniam ex nihilo nihil fit, & quod nullum est imaginem rei nõ habet, nec tractu temporis reconualescere potest, l. unica, C. de lati. liber. toll. l. quod ab initio, ff. de regulis iu-
131 ris. † nec in eo aliquid fundari potest, l. nulla, C. de acquir. possess. Bald. consil. 336. col um. j. uolum. 4. Decian. respon. 8. nume.
132 208. uolum. j. † Imò nullus actus perinde habetur ac si factus non fuisset, l. quotiens, ff. qui satisdat. cog. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bon. possess. contra tabu. cum similibus per Alexand. cons. 33. uolu. 1. Dec. cons. 499. num. 14. Decian. respon. 38. num. 70. uolum. 3. unde ni mirum si tali casu res
133 dotalis alienari non potest. † & cum nulla fuerit alienatio in fauorem mulieris, bene potest ipsa talem nullitatem adducere, sicut & Ecclesia potest allegare nullitatem alienationis rei suæ factæ in casu non permisso, cũ talis nullitas inducta sit in eius fauorem, ut declarat Butri. & Imo. in capitulo, si quis præsbiterorum, de rebus eccl. non alienan. Rui. cons. 35. num. 21. uolu. j. & Anch. Iun. q. 49. num. 13. libro 3. suarum familiarium.
134 † Vltimo limitatur dicta cõclusio, quando res data quidem fuit æstimata, sed æstimatio ne tali per quã præsumi debet, uel ex express, uel ex tacita, & coniecturata uoluntate partium quando non faceret emptionẽ, pro ut exemplificando declarat Aret. cons. 84. colum. 2. & Paris. consi. 81. nu. 16. cum sequen. uolum. 3. ad quos in gratiam breuitatis sufficiat relatio, ut ad alia transitum faciamus.) Fundus dotalis æstimatus, ut sciatur quantũ ualet, alienari non potest.
135 † Tertio notandum est ex eadem gl. quòd ubi fundus dotalis æstimatus est, ut sciatur quantum ualet, tunc alienari non potest, l. si inter uirum, C. de iure dot. & ibi passim no. Doctores, sequitur hic Bald. Io. Plat. & Aret.
136 Rui. consi. 134. num. 4. uol. 4. † qui id deprehendit ex mente Doctorum, quando conuẽtum fuit de restituendo fundo pro eodẽ pretio, quo fuit æstimatus, uel quòd res restituatur si extabunt habita ratione augmenti, & diminutionis, & si non extabunt, reddatur
137 earum æstimatio. † (si enim tali casu fundus esset alienabilis, superuacanea redderetur conuentio, nihilque releuaret, nequaquam dicendum, l. hæc stipulatio. §. diuus, & ibi not. Doct. ff. ut lega. nomi. caue. l. si quando, ff. de leg. j. l. non cogendum, §. Sabinus, ff. de procur. c. 2. de prob. ubi consuetudo introducẽs superflua remedia uelut irrationa-
138 bilis reprobatur à Pontifice, nec ualet. † qui bus adductus Natta, consi. 338. nu. 7. inquit post Bald. in l. 1. opposi. 6. C. de his quæ pœnę no. quòd ubi præceptum est nugatorium, &
139 superfluum pęna non committitur.) † Huius autem conclusionis est ratio secundum glo. & Doctores in d. l. si inter. quia tali casu æstimatio non dicitur facta, ut faciat emptionem, sed ut sciatur an fundus melior, uel deterior sit factus, & species non pretia debẽt restitui, prout ibi dicitur, & plenius prosequ-
140 tur Soc. cons. 56. colu. 2. uol. 1. † Declaratur autem ista conclusio secundum Aret. Ioann. Plateam & Christoph. hic, procedere contra dicente muliere, secus ea uolente, quia tunc bene procedit alienatio, licet alias, quando res est inęstimata, nullo modo procedat alienatio, licet ea uolente, ut hic, idemque tenet glossa, Bar. Bal. Ang. Castr. Alex. & Imo. in l. si æstimatis, ff. sol. ma. Imo. in l. cum uir. colum. penult. ff. de usuc. Ias. supra tit. 1. §. pen. in gl. exequentur, Lup. in Rubr. de don. int. uir. & uxo. §. 17. nu. 8. Bal. Nouel. in trac. dotis, par. 8. priuil. primo, limita. 6. Campeg. in eiusdẽ tract. pri. par. q. 40. circa fi. (& Constant. Roger. in eodem tract. quæst. 11. nn. 5. mouentur omnes per dictã l. si æstimatis. ibi [*si neque uolente, nec ratum habente muliere uenissent.*] qui

textus a contrario sensu uult secus esse uolen
te muliere,uidelicet res non esse reddendas,
141 & uenditionem ualere. † (Quod argumen
tum contrarij sensus fortissimum tex. appel
lat,in l. 1.ff.de offi.eius,& ibi post alios, ego
late dixi,& in contractibus etiam permitti-
tur,put loquitur dicta lex,si æstimatis, l.pe-
cuniam,ff.si cer.pe.Roma.consil. 399.ut præ
sens Alexand.consi. 129.puto,uolum. 2.con
sil.91.circa primum, colum.3.uol.4. Abb. in
c.cum apostolica,de his quæ fiunt a prę l.Ne
uiza.consi.62.num.4.& in hac etiam conclu-
sione sic, ut supra declarata residet Didac.
142 Couuaru.pract.q.c.28.nu.3.) †& licet An
gel.Imo.Bal.Nouel. & Lup.supra cõmemo-
rati dicant illum casum dictę leg.si ęstimatis
esse singularem,& vnicum,tamen conformis
est alius text.in l.fi.ff.de pac.dot.prout citat
hic Aret.& Christophor.& animaduertit Ca
143 stre.& Imo.in dicta l.si æstimatis.†imò per
dictā l.fi.declaratur ille tex. qui loquitur de
mobilibus ibi [*quæ uero non extarent*] immobi
les enim desinere non possunt quominus ex
tent,at illa lex final.loquitur de rebus immo
144 bilibus. †Ratio uero huius communis cõ
clusionis est secundum Doctores,quia quan
do datur res in dotem non æstimata est pro
prie, & simpliciter dotalis, (ut probatur,
in l.unica, §.& cum lex,C. de rei uxo.act. ibi
[*in fundo autem non æstimato qui & dotalis proprie
nuncupatur,) & ideo inalienabilis redditur siue con
sentiente siue dissentiente muliere.*] Quando uerò
datur æstimata ea tamen æstimatione,quę fa
cit emptionem prorsus desinit esse dotalis,
& efficitur mariti,pretiumq; succedit in do-
tem,merito passim potest alienari sine con
sensu mulieris adhibito siue citra eius uolū
tatem. Sed quando datur æstimata non, ut
faciat emptionem,prout in casu nostro, tūc
quia non est proprie nec simpliciter dotalis
propter æstimationem,nec est proprie, nec
simpliciter non dotalis ex quo talis æstima-
tio nõ facit emptionem, propterea eligitur
quædam media uia, ut ualeat alienatio cum
consensu mulieris,sine eo uero secus, ita tra
dit Imo. & de mente Doctorum latius Si-
gnor. de Homode.in dicta l. si æstimatis, nu.
5.& duobus uerbis explicat Bald. Nouell.
in l. 1.numero 125.ff. soluto matrimonio.
145 † (quorum sententia cõfirmatur,nam quo
tiens hinc inde militat, & urgent ratio-
nes repugnantes, eligitur media uia, textus
est,& ibi not. Angel.Aret. in §. fin. supra ex
quibus causis mann. glossa in l. Nesennius
in ner.eum, ff. de neg. gestis.Bero. consilio
110.numero 34.uolumine 3.& quòd fuerit
æstimatus fundus suadet alienationē, quòd
uero fuerit æstimatus non ut faciat emptio
nem suadet contrarium, merito in tali
146 conflictu media uia eligenda est.† si enim
diceremus hunc casum mixtum æstimatio-
nis fundi factæ, ut sciatur quantum ualet ad
simplicem trahendum uidelicet æstimatio-
nis simpliciter factæ,resultaret hoc in incom
modum mulieris,cum passim posset aliena-
ri, quo casu mixtum non traheretur ad sim-
plex, l. si ita scriptum,in princip.ff.de lib. &
post. l. uim passam, §. præscriptionem, l.
mariti, §. hoc quinquennium, iuncta l. si a-
dulterium cum incestu. & ibi not. ff. de adul
te.Bartol.& alij in l. 2.in princip.ff.de uerbo.
147 oblig. Cra.consi.941.num.31.) †contra ta
men hanc opi. communem tenet Azo, Dyn.
Alberic. & Signor. in dicta l. si æstimatis. ubi
plus dicit Alexand. quòd hanc opin. Docto-
res approbant,idemque tenet Fulgos. in di-
cta l. fin. & Imo. sibi contrarius in capi. cum
contingat, prope nume. 27. de iureiur.
148 † Mouetur, quoniam inducta ad unum fi-
nem, non debent aliud operari, l. legata i-
nutiliter, ff. de leg. 1. l. non omnis, ff. si cert.
pet.cum ergo æstimatio facta fuerit ad finē
tantum, ut uideatur an res sit meliorata,vel
deteriorata,utique non debet alium effectū
operari, & sic alienari posse uolente mulie-
149 re. † Secundo mouetur Signor. quia præ-
cedens opi. Doctorum duo supponit: primū
quòd de iure Digestorum sit differētia inter
rem inęstimatam,& æstimatam ea æstimatio
ne, quæ non facit emptionem, quod est con
tra textum in dicta l. si æstimatis, in fi. & ibi
not. Cuman.in secundo notab.dicens idem
censeri de rebus æstimatis apposito pacto de
150 quo in textu,quod de inęstimatis.†Secun-
dum,quòd de iure fforum rei inęstimatę nō
ualeret alienatio uolente muliere,quod pari
ter est erroneum per relationem Imperato-
ris in dicto §.& cum lex,& hic in uersi. inui-
ta muliere,iūcta glossa,maxime,quòd Impe-
rator utrobique testatur hoc nouiter indu-
xisse,legiq; Iuliæ addidisse, non ergo de iure
151 ffor ū fuerat inductum.†Tertio præter istos
pondero textum in dicto §.& cum lex,uersic.
licet enim,ubi ita demum res æstimatę pos-
sunt alienari de consensu mulieris quando
earum periculum est mariti,& sic quādo ęsti
matio facit emptionem quo casu periculum
est mariti, licet citra culpam suam cõtingat,
l.cum dotem, & ibi not. l. quotiens, C. de
iure dot.l.plerumque,in princ.ff.eod. l.æsti-
matæ,ff.sol.matrim.& tradit Castr.in dicta l.
152 si æstimatis. † (Secus autem si æstimatio
non facit emptionem, quia maritus de dete
rioratione citra culpam suam non tenetur
ut ibi per Castrens.Sal.in dicta l.si inter, qui
commu.testatur,& Soc.consi.56.colum.2.uo
lum.j.Didac.in d.c.28.sub num. 3.) ergo se
cus est ex Imperatoris intentione, quando
res æstimatæ sunt,ut sciatur quantum ualēt,
quia si casus superior excipitur ab illa regu
la prohibitiua alienationis etiam uolēte mu
liere,utique sub ea debet comprehēdi casus
de

153 de quò quæritur. † Cum exceptio firmet
regulam in casibus non exceptis, l. quæsitū,
§. fi. ff. de fun. instrumē. l. nam quod liquide,
§. fi. & ibi Bartol. ff. de pecu. leg. Angel. consi.
239. quidam emptores. Roman. consil. 337.
Corn. consil. 57. uolum. 1. cum alijs per Dec.
Cagnol. & alios, in l. j. ff. de regul. iur. (idem
que Dec. consil. 604. num. 7. Rolandus à Val
le, consil. 1. num. 110. consil. 80. numero 59.
Senatus Pedemontanus, Decis. 208. num. 8.)
154 † Ad tex. in dicta lege si æstimatis, & in di-
cta l. fi. respondent Fulgos. & Signor. & Imo.
quòd loquuntur de iure Digestorum, quo iu
re per legem Iuliam etiam res inæstimata vo
lente muliere poterat alienari, eaque tātum
inuita prohibebatur eius alienatio, ut refert
hic Imperator, non ergo se fundant illa iu
ra in eo, quòd res esset æstimata, sed quia
uolente muliere tunc erat alienatio permis
sa, quod hodie Iustinianus hoc correxit hic, &
155 in dicto §. & cum lex. † Ego tamen ob hæc
à communi sententia non recedo, pro qua
pondero textum in dicto §. & cum lex, ibi
[*hoc tantummodo addito, ut fundum dotalem non*
solum hypothecæ titulo dare nec consentiente mulie-
re maritus possit, sed nec alienare] iuncto ibi
[*in fundo autem non æstimato, qui & dotalis pro-*
prie nuncupatur, maneat ius intactum ex lege quidē
Iulia imperfectum ex nostra autem auctoritate ple-
num] pondero, quòd Imperator ibi addit le
gi Iul. hoc tantummodo, prout dicit, quòd
fundus inæstimatus nō possit hypothecari,
nec alienari licet uolente muliere, quod ul-
timum fieri poterat ante; de fundo uero æsti
mato ea æstimatione, quæ non facit emptio
nem, ne quidem uerbum ponit Impera-
tor, ergo remanent incorrectæ dicta lex, si
æstimatis, & dicta lex finalis, de hoc loquen
tes, quæ uolunt illum alienari posse uolente
156 muliere. † Secundo pondero relatiuum
hoc, demonstratiuum ad oculum corporis,
l. hoc articulo, cum ibi no. ff. de hæredi. in-
stitu. & in l. 1. in princip. ff. de oper. noui
nunci. sed fundus inæstimatus ibi legitur, &
exprimitur, & oculis corporis aspici potest,
igitur de illo tantum uenit intelligendus il-
157 le textus. † Tertio considero, quòd Impe-
rator non contētus illo pronomine hoc, sub
iunxit tantummodo, quæ dictio est exclusi-
ua omnium aliorum casuum, Bartol. in l. si
quidem, C. de transf. & in l. rationes, C. de pro-
bat. per tex. in l. 3. §. cum Titio, ff. de adim.
leg. Decian. Respon. 86, num. 48. uolum. 3.
158 † & habet implicitam negatiuam respectu
aliorum casuum ecclesia Satrina, ubi Ioann.
Andr. post Goffred. in uer. tantum. de cau-
sa poss. & pro. Decian. respond. 29. numero
46. uolum. 2 merito patet Imperatorem ab
illa sua prohibitione alienandi fundum do-
talem etiam nolente muliere exclusisse fun-
dum æstimatum ea æstimatione, quòd em-
ptionem non faciat, & negasse in eo suam
159 prohibitionem locum habere. † Quarto
hoc idem) confirmo ex eodem §. circa fin.
ubi dicitur, quòd [*generaliter quicquid sacratis-*
simis constitutionibus, uel libris prudentum cautum
est, quod non contrarium huic legi inueniatur, &
hoc maneat in sua firmitate] sed in libris Digesto
rum reperitur cautum in dicta l. si æstimatis,
& in dicta l. fi. quòd res æstimatæ nō, ut fiat
emptio, possint alienari uolente uxore, quod
non est contrarium dicto §. & cum lex, qui
loquitur de inæstimatis, ergo dictæ leges re
manent firmæ, & à Iustiniano confirmātur
non autem corriguntur, ut male putāt Imo.
160 Fulgos. & Signor. † Quòd nec in dubio di
cendum foret, cum sit euitanda legum cor-
rectio, l. 1. C. de inoff. dot. capi. cum cōtingat.
& ibi not. de iureiuran. & hanc partem te-
nendo non obstat in primis ratio Imolæ, quia
inducta ad unum finem non debent aliud o-
perari, quia uerum est præter eorum inten-
161 tionem, † cum actus contrahentium regule
tur ab eorum intentione, l. non omnis, ff. si
cert. petat. quam etiam citat Imo. & in con-
tractibus uoluntatem magis quam uerba
spectamus, l. fi. C. quæ res pign. Dec. in dicta
l. non omnis, (& consil. 555. ubi dicit, quòd
mens, & intentio partium debet attendi, &
idem, consil. 374. nu. 1. cons. 492. nu. 26. & cō
sil. 696. nu. 3. Io. de Ana. cons. 58. Paris. consi.
12. num. 39. uol. 3. pleniusq; Rolandus à Val
le consi. 57. nume. 34. uolum. 3.) sed in casu
162 nostro, † Quòd alienatio fieri possit uolē
te muliere non est præter eius intentionem,
imò secūdum illam: si enim noluisset aliquo
modo uendi rem eam non æstimatam dedis
set, si uero eam passim uendi posse uoluisset,
illam simpliciter æstimatam dedisset. cū igi-
tur eam dederit æstimatam, ut sciatur quan-
tum ualet, mens sua fuit, ut alienari possit si
163 uolet. † (prout de iure disponitur: contra
ctus enim facti censentur, prout de iure cō
mu. disponitur uel a statutis, ut declarat Bar.
in l. ut iuris iurandi, §. si liberi, ff. de oper. lib.
l. quæro, §. inter locatorē, ff. loca. l. si ita stipu
latus, ff. de usur. Bero. cons. 41. nume. 16. uo-
164 lum. 2. † & intentio contrahentium cen-
setur concordare cum dispositione legis.
Bartol. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad
Trebell. cum multis de quibus per Alciat. in
in tracta. de præsum. reg. 4. præsum. 32. De-
cil. Neapolit. 226. numero 4. Cephal. consil.
591. numero 12. Decian. respon. 64. nu. 22.
uolum. 3.) merito nil mirum, si talis æstima
tio parit hunc effectum, cum descendat à
mulieris intentione quæ non reperitur
hoc casu prohibita per Iustinianum.
165 † Non obstant etiam quæ tradit Signorol.
dicens, quòd opinio Doctorum præcedens
supponit, quòd de iure Digestorum differen
tia sit inter rem inæstimatam, & æstimatam

ea æstimatione quæ non facit emptionem,
quod est contra text. in dicta l. si ęstimatis, ad
fi. & ibi Cuma. notab. 2. (quia non suppo-
nunt eam differentiā Doctores de iure Dige
storum, imò ius idem fuisse dicunt, uidelicet
quòd res inæstimatæ, & æstimatæ, ut sciretur
quantum ualerent, alienari possent nolente
muliere, ut hic dicit Imperator, sed differen
tiam constituunt inter illas res de iure Dige
storum, & Codicis, namque inæstimatæ quæ
de iure Digestorum poterant alienari uolē-
te muliere. dictante sic lege Iulia, ut hic iun
cta glossa in uer. inuita, iure Codicis induxit
Iustin. quòd nec ea uolente procedat aliena
tio, ut hic refert, & probatur in dicto §. & cū
lex, æstimatæ uero, non tamen, ut sit emptio,
remanserunt incorrectæ, quòd possint alie
nari uolēte muliere, prout & ante poterāt.)
166 † Nec obstat exceptio eo loco facta, prout
supra dicebam: licet enim regulam cōfirmet
non tamen eam dilatat, ut compręhēdat ea
quæ alias non facta exceptione non compre-
henderentur, l. generali, §. uxori, ubi Bartol.
ff. de usufr. leg. Signorol. consil. 8. Dec. & Ca
gnol. in l. j. ff. de reg. iur. Alexand. consil. 28.
colum. fi. uol. 1. consil. 30. colum. 5. uolum. 2.
consil. 45. in fi. uolum. 7. Soc. consi. 47. col. 2.
uolum. j. Ruin. consi. 18. num. 18. uol. 2. cons.
127. num. 7. uol. 4. consi. 60. num. 11. uolum.
5. Paris. consil. 114. num. 6. consi. 141. nume.
13. uolum. 4. (Dominus meus Rimin. cons.
518. num. 34. Bero. consil. 81. num. 36. uol. 1.
Anto. Gabriel. lib. 6. conclu. 10. num. 5. sub
titulo de statutis. Cra. consil. 733. nume. 13.)
Sed si non fuisset exceptio facta dotis simpli
citer æstimatæ, utique non fuisset compre-
hensa dos æstimata quæ non facit emptionē
sub dispositione illius §. & cum lex, loquen
tis de dote inæstimata: ergo nec comprehen
di debet facta exceptione dotis ęstimatę sim
167 pliciter. † idque tanto magis procedere
debet, cum ex hoc resultaret correctio iuris
uidelicet dictæ legis, si æstimatis, & dictę l. fi.
quo casu exceptio non firmat regulam in ca-
sibus non exceptuatis, sed statur dispositio-
ni iuris antiqui, ut not. Alex. consil. 145. nu.
3. uolum. 7. & in l. fi. colum. fi. post gl. ff. quod
quis. iur. Cur. Iun. consil. 7. colum. 5. Dec. in
dicta l. 1. nume. 41. & Cagnol. numero 35.
168 † Simile uidemus in taxatiua, quæ non ex-
cludit alios casus qui ab alijs iurib. includū-
tur, quia sic alia iura corrigerentur, quod nō
est dicēdum, ut declarat Bar. in l. 3. §. cum Ti-
tio, ff. de adi. leg. Alexan. in l. j. §. per seruum,
ff. de acquir. possess. & in l. j. & post eum Dec.
C. de bon. poss. contra tab. & cons. 110. col. j.
169 † (prout alij dicunt taxatiuam non exclu
dere alios casus, quando sequeretur absurdū
ut not. scribentes post Guil. de Cun. in l. nul
la, ff. de legib. sequitur Ias. in l. 1. num. 11. in
princ. ff. si quis ius dic. non obtē. & in d. l. 1.
col. fi. C. de bon. poss. contra tab. Bal. & Ang.
in l. cum notissimi, per illum tex. iuncta glo.
in uer. solis C. de pręs. 30. ann. Decia. resp. 34.
nu. 61. uol. 3. quod absurdum sequeretur si
per exclusionem cæterorum casuum alia iu-
170 ra corrigerentur.) † Quin imò plus dico,
quòd cum text. in dicto §. & cum lex, ponat
regulam exorbitantē a iure cōi antiquo, qd
disponebat dotem licet inæstimatam aliena
ri posse nolente muliere, ibi uero ponit re-
gulam in contrarium, & ab ea excipitur dos
æstimata casu quo periculum est mariti,
171 (quod † est quando æstimatio facit em-
ptionem, l. æstimatę, ff. sol. matr. l. quotiens, l.
plerumque, in princip. ff. de iure dot.) certe
talis exceptio cōtra dictam regulam sic exor
bitantem posita, debet late interpretari, ut
minus corrigat ius commune quam fit pos-
sibile prout in pulchro casu noluit Cuman.
172 consi. 30. colum. 2. † ubi stātē statuto, quòd
maritus non possit relinquere uxori prętet
usumfructum medietatis bonorum talis ex-
ceptio ususfructus late debet interpretari,
ut comprehendat etiam legatum alimento-
173 rum. † Atque alibi idem Cuma. consi. 134.
colum. fi. noluit, quòd statutum, puniēs ho-
micidium, & excipiēs homicidium casu for-
tuito factum, & sine omni fraude, intelligi-
tur pariter excepisse homicidium fortuitū
præcedente culpa, ut minus corrigat ius cō
mune, sequitur Cur. Iun. cons. 7. nu. 19. cons.
174 102. col. fi. Cra. cons. 135. nu. 35. † (bene
facit quod dici solet legem correctoriam la
te interpretari quando per eā reducimur ad
ius cōe antiquum gl. in c. statutū uer. nume-
randum, de præben. in 6. Butr. in c. olim tibi,
de uer. signifi. Felyn. in c. cum accessissent, co
lum. 2. in fi. de const. Ias. in auc. quas actiones.
nume. 24. C. de sacrosanc. eccl. Alexand. in l.
si constante, nu. 5. ff. sol. ma. Ias. post eum, nu.
230. Ripa, num. 62. Ias. consil. 137. nume. 13.
uolum. 4. & in l. si unus, §. pactus ne peteret,
nu. 6. ff. de pact. Goza. consi. 101. numero 24.
Grat. respon. 163. nume. 34. uolum. secundo
Gramma. Decis. 92. num. 15.) unde in dicto
§. & cum lex, illa exceptio dotis æstimatæ de-
bet late intelligi etiam de æstimatione quæ
non facit emptionem, ut regula illius textus
corrigat ius commune antiquum) & ex his
remanet optime defensata communis opinio
& enucleatus aduinum textus in dicto §. &
175 cū lex, quę omnia bene notanda sūt. † Hæc
autem communis opi. recipit unam notabi
lem declarationē, ut procedat accedēte bino
consensu mulieris primo tempore alienatio
nis, secūdo uero post biēniū, itē & alio cōcur
rente, quod aliæ res uiro supersint ex quib. mu-
lieri consuli possit, ita hodie prouisum est
ad maius dotium priuilegium in Auctē. siue
à me, C. ad Velleia. secundum unum intelle-
ctum, quē refert, & sequitur ibi Cyn. & Castr.

An hui⁹ consen sus requiratur in alienat. fundi do talis æsti mati, ut sciatur quātum ualet.

Salycet. in dicto §. & cum lex, Cuman. & Imo.
in dicta l. si æstimatis. licèt enim de iure Di
gestorum simplex consensus sufficeret, ho-
die tamē binus, & aliud de quo supra requi-
176 ritur. † Sed hic intellectus diuinat ad illum
textum, (quæ diuinatio non conceditur in
iure nostro, l. si putator, ff. ad leg. Aquil. c. si
putator, de pœn. distinct. in l. si fideiussor, §.
non male, ff. mand. gl. in l. filium quem habē
tem. in uersi. hæreditaria, C. fam. ercis. Fel. in
c. ex literis, secundo, de homic. Ias. in l. qui an
te Calendas, colum. pen. ff. de uerb. obligat.
Ceph. cons. 395. num. 105. nam text. ille) de
æstimatione dotis ne uerbum quidem po-
nit, imò cum simpliciter de dote loquatur,
utiq; de inæstimata uidetur intelligendus, &
interpretandus, quæ proprie dos nūcupatur
177 dicto §. & cum lex. † (siquidem non est in
dubio à proprietate uerborum temere re-
cedendum, l. non aliter, ff. de legat. 3. Ale-
xand. consi. 5. uolum. 7. Decian. respon. 5. nu-
178 mero 117. uolum. 1.) unde uerus † est sen
sus ad illum textum quatenus de dote loqui
tur ibi [*idem in dote est & multo potius,*] quòd
referatur ad alienationem prohibitam, non
autem ad permissam, & sic quòd fundus do
talis scilicet inæstimatus alienari non possit
secundum formam præcedentis dicti circa
donationem propter nuptias de bino consē
su. sed licet mulier millies cōsentiat sibi nō
præiudicat, ut tenet Ioann. Glossator, Bart.
Bald. Angel. Petrus a Bella Pertica, Salycet.
& alij magis communiter, & per consequēs,
quòd textus in dicto §. & cum lex, remaneat
179 in suo robore. † (idque confirmatur pon
derando illa uerba, idē in dote, & multo po-
tius, & in corpore unde sumitur uidelicet
in auct. ut immo. ante nup. dona. col. si. ibi &
multo potius hæc in dote ualebunt, nam si
binus consensus mulieris sufficeret ad indu
cendam alienationem fundi dotalis factam
per maritum nihil esset multo plus in ea quā
in donatione propter nuptias, quæ fuit Ac-
cursij ponderatio in dicta auct. siue a me.
180 † Secundo, (quòd ille non dicit) corrobora
tur, nam postquam dixit Imperator, [*&
multo potius hæc in dote ualebunt*] subiungit [*si
quid dotis aut alienetur aut supponatur, iam enim
hæc sufficienter declarata atque sancita sunt*] uideli
cet in dicto §. & cum lex, ut addit glossa: non
enim id esset uerum si binus cōsensus mulie
ris esset idoneus ad confirmandam dotis a-
lienationem. quare ut concludam de fundo
æstimato non ut faciat emptionem,
non loquitur Imperator utrobique.
181 † Retenta tamen declaratione de qua
supra dicebat unum notabile uerbum Bal.
Nouell. in l. 1. ff. solu. matrim. nume. 125. ad
fi. & in tract. dot. 7. parte, priuileg. primo, co-
lumna 4. quòd si emptor fundi dotalis æsti-
mati, ut supra continuauerit possessionem
per decem annos, præsumetur iteratum mu
lieris consensum interuenisse argum. eius,
quod habetur in l. si filius, C. de pet. hære.
& in l. qui in aliena, in princip. ff. de acquir.
hæred. ubi si filius possedit hæreditatem præ
sumitur adiuisse iussu patris præcedente.
182 † Simile uidemus in muliere quæ diu posse
dit hæreditatem, nam præsumitur eam adi-
uisse cum auctoritate seu solennitate a statu
to requisita, prout tenet Bald. Angel. Imo.
Aret. & Ias. in dicta l. qui in aliena, Barb. in c.
requisisti, num. 29. colum. sequen. in fi. de te-
stam. Felyn. in c. Albericus, in fi. de testi. Do-
minus meus Riminald. consil. 528. num. 44.
183 † Sed hanc opin. Baldi Nouelli iure merito
reprehendit Ripa, in dicta l. 1. num. 104. pro
ut ego quoque illo nōdum uiso præuiderā:
hic enim secundus consensus requiritur ad
exclusionem mulieris à re dotali quo, casu
non sufficit decennium ad inducendum præ
sumptionem actus necessarij seu solennita-
184 tis extrinsecæ, † ut quis iure suo priuetur,
sed requiruntur anni 30. ut per glossā & om-
nes in c. peruenit, de empt. & uendit. tradit
Alexand. in dicta l. qui in aliena, colum. 3. &
in l. sciendum, num. 19. ff. de uerb. obl. & post
eum Claud. Aquens. nume. 22. Alexand. con
sil. 1. colum. penult. uolum. 4. latè Felyn. in c.
sicut, nume. 30. de re iud. (Ias. in l. 1. colum.
5. uersic. tertio singulariter limita. C. qui ad
mi. & in §. præiudiciales, numero 60. uersi.
quinto, Institut. de actio. Soc. cons. 266. nu-
mero 34. Crot. in dicta l. sciendum, numero
12. Ruin. consil. 23. numero 20. uersiculo, ter
tio etiam respondetur, libro 5. Alciat. in tra.
de præsum. reg. 3. præsum. 10. num. 6. & 7. Ce
185 phal. consilio 314. numero 5. † Nam per
tantum temporis interuallum 30. annorum
purgatur omne uitium, quod in contra-
ctu potuisset interuenire, ut inquit Anchar.
consil. 135. Alexand. consil. 79. uolum. 1. con
sil. 45. uolum. 7. Aret. cons. 36. Dec. cons. 36.
colum. 5. consil. 409. Goz. consil. 11. num. 11.
Dominus meus Riminald. consil. 16. nume.
12. consil. 343. & consil. 428. numero 47.)
186 † Non obstat dicta lex, si filius, & dicta
lex, qui in aliena, cum utrobique notatis: pro
cedunt enim quando agitur principaliter
de acquirendo, non autem de perdendo, pro
187 ut in quæstione nostra. † (inter quæ lon-
ga est differentia, l. fin. C. de codicillis, l. fi
nali, §. licentia, C. de iure del. Decian. respō.
97. num. 50. uolum. 2.) merito 30. anni re-
quiruntur ad præsumendum hunc secūdum
consensum, ut dicunt etiam Ripa, & recen- An spōsus alienare possit fundum sibi datū à spōsa
188 tiores in dicta l. prima. † In eadem glos-
sa dotale prædium, dum citat legem 4. ff. de
fun. dot. notat Aretin. & Balduinus, quòd
priuilegium datum fundo dotali ne pos-
sit alienari per maritum procedit etiam
in fundo a sponsa dato ne possit aliena-

ri per sponsum suum, licet ipsa nondum sit uxor per uerba de præsenti & sic dispositum in uxore habet locũ in sponsa, quod & tradit Bald. nouell. in tracta. dot. parte 7. primo pri uil. limitat. 15. & in l. 1. numero 133. ff. solut. matrim. Lup. in Rubr. de donatio. int. uir. & uxo. glossa fin. in l. de diuisione, ff. solu. matrim. Felyn. in cap. cum adeo, colum. 2. de
189 rescr. † Contra tamen hanc conclusionem facit in primis text. in l. si quis officium, ff. de ri. nupt. ubi magistratus prohibitus uxorem in loco ducere, non prohibetur de
190 sponsare. † Secundo textus in l. solet, §. 1. ff. de his qui not. infa. ubi quæ uirum luget, interim sponsa fieri potest, sed uxor secus. unde glossa, & Angel. notant, quòd in uxore dispositum, cessat in sponsa.
191 † Hinc infert Angel. stante statuto, quòd uxore prædecedente sine liberis maritus lucretur certam partem dotis, tale statutum locum non habere, si sponsa prædecedat, & ita secundum eum communiter obseruatur quod etiam tradit Bald. in l. non fine, in princip. C. de bon. quæ lib. & in auct. dos data, colum. 2. C. de donat. ante nup. Salycet. in statuto nostro Ferrariæ loquens in l. cum in te,
192 C. eodem. † Abb. & abunde Felyn. in capit. tertio loco, de præsum. Marsi. singu. 106. ubi dicit esse communem, Ripa, in l. cum bona, §. si sponsa, ff. de priuil. cred. (Rolandus à Valle plures allegans in tracta. de lucro dot. quæst. 12.) latissime Paris. consil. 62. num. 19. uolum. 4. ubi concludit hanc partem esse magis ueram, magis communem, & magis obseruatam in practica & consuetu
193 dine approbatam. † de quo tamen distinguit Coras. in prælu. legis, qui liberos, nume. 10. & 11. ff. de ri. nup. (quòd si statutum dicat simpliciter mortua uxore sponsam per uerba de præsenti sub statuto contineri, cum ea sit proprie uxor l. denique, cum l. sequen. eodem titulo. neque enim concubitu, sed simultanea partium uoluntate nuptiæ contrahuntur cap. penult. de spons. l. nu
194 ptias, ff. de regul. iur. † Si uero dicat statutum præmortua uxore in matrimonio, secus, cum ea uerba in matrimonio propriè non uerificentur nisi in uxore carnaliter cognita, l. etiam. C. de donat. inter uir. & uxo.
195 † & quoniam dictio, in, ablatiuo casui deseruiens intrinsecitatem quandam notat, & perfectionem rei, cui addijcitur, l. 1. §. in fine, ubi Barto. ff. de fin. Bar. & alij in l. Gallus, §. ille casus, ff. de liber. & post. quare in matrimonio non dicitur fieri nisi eo consumato, cum tũc suam omnem omnino perfectionem assumat, cap. uerum & cap. ex pu-
196 blico, de conuers. coniug. † Et hoc secundo modo loquitur statutum nostrum Ferrariæ, libro secundo, ca. 107. ibi [*uxore in matrimonio prædecedente*] plusque subiungens [*com*

munibus liberis non extantibus] quæ uerba præsupponunt eos extare potuisse mediante copula inter coniuges subsecuta, quod in spon
197 sa tantum non potest uerificari. † Merito statutum non potest in ea locum habere non uerificato illius præsupposito, ut not. Iacob. Butrig. Salyc. & Fulgos. in l. mancipia, C. de ser. fug. Roma. sing. 48. glossa in capit. plerisque, Dec. cons. 511. & Decian. respon. j. numero 16. uolum. j. satis igitur ex prędictis apparet dispositum in uxore, locum in spon
198 sa non habere. † quod præterea confirmatur ex his quæ tradit) Ange. in dicta l. solet. dicens, quòd si mater suscepta tutela ratione non reddita contraxit sponsalia, non subijcitur pœnis de quibus loquitur auct. eisdem pęnis, C. de secun. nup. loquens de secũdo nubẽte. postremo facit ratio leg. assiduis, C. qui poti. in pigno. habe. ubi postquam cõcessit Imperator hypothecam priuilegiatã mulieribus subdit [*quis enim earum non misereatur propter obsequia quæ maritis præstant, propter partus periculum, & liberorum procreationem*] hæc enim ratio cessat in sponsa, ergo & dispositio, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure pat. ex quibus cum diuersum ius in sponsa, quam in uxore constitutum pateat, dicendum uidetur in quæstione nostra prohibitionem legis Iuliæ de fundo dotali non alienando, in fundo à sponsa dato locum non habere, & sic Aretini sententiam fore
199 periculosam. † Istis tamen non obstantibus eam sequor per text. in dicta l. 4. ff. de fun. dot. ubi est casus apertus, ibique notat Fulgos. iura loquentia de marito, & uxore ad sponsum, & sponsam pertinere.
200 † Secundo moueor per text. in l. non fine, C. de bon. quæ lib. ubi confirmat Imperator opinionem Iuliani, in dicta l. 4. extendentis legem Iuliam ad sponsam in terminis nostris, deinde decidit, quòd sicut uxor a marito quæsita præter usumfructum patri non acquirit, ita nec à sponso quæsita, ibique Salycetus ad fi. per illum textum tenet hanc opin. quòd sicut fundus dotalis non potest alienari per maritum, ita nec à sponso quasi dotalis, qualis est à spon-
201 sa constitutus, l. 3. ff. de fun. dot. † Tertio moueor ex l. si sponsa, ff. de iure dot. & l. 2. §. finali, ff. de priuileg. cred. ubi priuilegium personalis actionis uxori competens, sponsæ tribui placet inquit text. igitur, & in quæstione nostra idem dicamus. Quarto accedit text. in l. oratio, ff. de spons. ubi prohibitio facta de nuptijs extenditur ad sponsalia, ad idem textus in l. 3. ff. ad leg. Pompe. de parric. ubi dispositum in l. 1. in uxorem necante, disponitur in sponsa.
202 † (& per dicta iura Soc. & alij scribentes, in Rubr. ff. solu. mat. dicunt, quòd dos etiam largo modo dicitur quando nullum contractũ

fuit

fuit matrimonium, ut inter sponsum, &
sponsam.)Sic ergo dicamus in casu nostro,
203 tantoqne magis,† quòd illa sententia, quæ
fauet dotibus capi debet. l. in ambiguis. ff.
de regnlis iuris, (l.in ambiguis, ff. de iure
dot. etiam si pro dote panciores essent opi
niones, ut uoluit Abba.in capitulo, si. de re
iud.quem sequitur Soc.consi.111. in fi.uol.
3.)ergo alienatio prohibita fundi dotalis in
204 quasi dotali debet habere locum.†Quinto
confirmatur,nam talis fundus destinatur ad
dotem prout inquit gl.in d.l.4.pasimque ui
demus per experientiam rerum magistram.
c.quam sit, de elect.in 6.Corn.consi. 237.nu.
17.uolu.2.D.meus Rimi.consi. 280.num.12.
cum simil.)sponsas parum remorari, qnòd
205 uxores non fiant.† (Vel ex appetitu sponsi
uel earum,cum ex sententia Baldi in rub. de
cohab.cler. & muli.mulier appetat uirum si-
cut materia formã, & magnes ferrum, quem
refert Tiraquel.de legib. connub.in nona le-
ge,num.72.) merito sponsæ pro uxoribus in
hoc sunt reputandæ, & pro dotali fundus ea-
rum reputandus est iuxta regulam leg. pen.
& qnod ibi not.Bal. & alij.ff.de testamẽ.mil.
206 (†Et ita ferè in terminis nostris arguit Ti-
raquel.loco citato,nume.19. dicens,id quod
eueuire potest potius inspici quamquod p̄-
sens est, si ad illud ipsum præsens status ren-
dit.l.si idem.§.fi.& ibi Cast. ff.de iur.om.iud.
l.qui bona. §. qui inter. ff.de dam. infec. l. si
quis domum. ff. loca.& l.adeo. §. illud. ff.de
acqui.rer.do.sed sponsa proxime est uxor fu-
tura,ob idque dumtaxat desponsata fnit, ut
207 uxor fiat,ideo pro uxore habẽda est.)†Hinc
uidemus licentiatum cum destinatus sit ad
Doctoream dignitatem capescẽdam pro Do-
ctore reputari, ita quòd Doctoribus creatis
medio tempore inter licentiam,& gradns su
sceptos uenit præferendus, ut uoluit Rayne.
& Nicol.de Neap.in l.j.C. de consul.libro 12.
Cald.in c.capitulum S. Crucis, de rescr.Ma-
ria.in c.quanto,de magis.Aret.noster in §.q̄-
dam,col.8.infra de acti.Alex.in apost.ad Bar.
in l.j.ff.de obsequi.a lib.patro.præst.Fel.in ru
brica de maio.& obe.& in c.clerici, & post eũ
Dec.de iudi.Soc.late, consi.70.nol. 4.& in l.
208 cum quid.ff.si cer.pe.† ubi Purpnr. & Dec.
lectu.3.restantur esse commu. Aret.in l.ne q̄s
ex corpore.C. de aduo.diuer.iudi. Lupus in
rub.de don.int.uir.& ux.§. 38.ubi concludit
ita communiter teneri. Boer.in tract.de au-
ctori. magni concilij, nu. 98.post decisiones
suas impresso. Tiraquel. de legi. connnbi.lu
12.lege, numero 5. (Ioan. Baptista Ferretus,
consilio 240.numero 10. Rolandus à Valle,
consilio 12.numero 23.uolumine 2.Gabrie.
Roman.libro 6.titu.de maio.& obedien.con
clus. unica.qui pluribus allegatis subinngit,
& hanc partem teneas,quæ uidetur magis cõ
munis.Idemque Porti. Imo.libro 5. conclus.

An licẽ
tiatus
postea
doctora
tus præ
feratur
doctori
medij
tempo-
ra.

209 22.Ceph.consilio 591.numero 17.†qui u-
titur ea ratione,quòd ubi finis habet neces-
sariam consequẽtiam,& relationem ad prin-
cipium ,actus atribuitur principio,non au-
tem fieri.l.3.§.Seio.ff.de minor.unde subdit,
quòd inspecto tempore licentiæ, Doctor licẽ
tiatus præfertur ad præiudicium doctorato
medio tempore, & licet) quidam tenuerint
contrarium quos refert,& sequitur Grat. re-
spon.116.uolumi.2. Rui. consilio 19. nnme-
ro 15.uolumi.2. (& Menoch. fine resolutio-
ne loquens de arbitra. iud. libro 2.centuria
quarta, casu 379. columna 3.) tamen præce-
210 dens opi. communis est, ut dixi.† Quæ sal-
tem sine scrnpulo procedit, quando licentia
tus mox insignia recepit ita,quòd dum esset
in practica ea consequendi alius fnit docto-
ratus , tunc enim licentiatus præferri debet,
ut pulchre tradit Alciat. concordans opinio
nes in tracta. de præsump.regula j.præsump.
45.columna pen.& Grat.in d.respon.116.co
lumna fina. (quod etiam fuit de mente Ani-
balis Troysij Cauensis,in titibus magnæ cu-
riæ,ritu.101. quatenus loquitur de licentia-
to,& in magno interuallo doctorato.tenens,
qnòd non præferatur Doctori medij tempo
ris.sentit enim, quòd secus esset, quãdo post
licentiam infra breue tempus gradum do-
211 ctoratus assumpsisset.)† Quod alias in per-
sona mea seruatum fuit in almo Ferrariensi
collegio:cum enim licentiatus fuissem mox-
que gradus doctoreus post octo dies sumpsis
sem , interim uero tres concines doctorati
fuissent, uidelicet D. Ioannes Ronchegallus.
D.Ioannes a Vẽto, & D.Io.Antonius Magna
ninus, (quorum animæ requiescant in pace,
postquam prædicti successine decesserunt)
mecumque postmodnm de præcedentia con
tenderent, tandem per sacrum collegium no
strum fuit aduersus ipsos pro me determina
tnm . Hoc igitur exemplo, (ut nnde exiui re-
deam) facile quæstio nostra confirmatur de
fnndo a sponsa dato, cum destinatus sit ad do
tem sponsaque ad uxorem, moxque utrum-
212 que contingat.† Sexto accedit,nam & uide
mus fundum qui putatur esse dotalis,& non
est per maritum putatiuum non posse aliena
ri,ut tradit Bertran. consilio 17.uolumine 1.
nouissimorum,ad fi. per id quod notat glo.
in l.dotale.§.dotale.ff.de fun.do.sequitnr Bal
dus nou.in tract.dot. 7.par.priuile.primo,li-
mit.15.(Ioan.Campeg.in eodem tracta.par.
prima, quæstio.97.numero secundo, ubi com
memorat & de alijs priuilegijs doti putatiuæ
competentibus,) ergo nec iste fundus datus
a sponsa debet alienari posse ad instar illius.
213 † Et hanc partem tenendo non obstãt cõ-
traria, qnoniam unica solutione tolli possnnt
nempe, quòd ibi tractat de odio. qnòd enim
magistratus non possit in loco nubere, nec
uidua intra tempora luctus, concernit odiũ,
merito

meriro dispositum in uxore cessat in sponsa.
quòd autem dos alienari non possit uxoris
fauorem concernit, ideo dispositum in uxo-
re militat in sponsa, ita respondent Iacob.de
Raue.& Alberic.in dicta l.solent, Petrus, Cy-
nus, Salycetus, & Cor. in dicta l. non fine. Bal.
consilio 384.uolumine 1.Boeri. decis.22.nu-
mero 38.Anch.& Fel. in ca.tertio loco, colu.
3. de præsum. Coras. in prælud. leg. qui libe-
ros, num. 7.ff.de ritu nup. (& alios citans Ti
raquel.de legib.connubi.in 15.lege, numero
214 27.) † Et secundum hanc resolutionem po-
test adaptari, quod supra dixi de statuto deffe
rente lucrum dotis marito, quod locum non
habet in sponsa præmoriente, nam odiosum
est, ut tales sponsi lucrentur dotem, parens
autem, cæterique proximi mulieris ea priuē
tur, ut considerat Boeri. in dicta decisio. 22.
(idemque tenet Abbas, consi. j.colum. 2.uo-
lumi.j.consi.79.columna j.uolumi.2.Dec.cō-
silio 353.colum.j.Ias.consilio 58. columna j.
consi.115.columna j.consi.135.columna j.uo
lumi.j.Paris.consi.127.colum.3. uolum.j.con
silio 34.colum.2.uolumi.3. Rolan. à Valle, in
tracta.de lucro dot.q.2. ubi dicunt id odiosū
esse, pęnale, & uxori communi contrarium,
cum tollat in parte iuri liberam facultatem
215 disponendi de rebus suis.) † Hinc est secun-
dum Doctores stante statuto, quòd filia ma-
ritata non succedat patri, sed debeat esse con
tenta dote sibi constituta, tale statutum locū
non habet in filia desponsata, quia morienti
patri succedit, cum statutum sit odiosum, me
rito loquens in uxore non debet in sponsa lo
cum habere. Ita Butr. & Anch.in d. capi.ter-
tio loco, numero 2.Iacob.de Raue. & Alberi.
in dicta l.solent. dicens, quòd fuit determina
tum contrarium, sed male, cum de odio tra-
ctetur non de fauore, (& has, & similes quæ-
stiones inter uxorem.& sponsam differentes
prosequitur Tiraquel.in allegata 15.lege cou
216 unbiali.num.21.22.& sequ.) † Huc quoque
pertinet illa decisio Ang. in dicta l. solent, de
matre contrahente sponsalia, quę pęnas secū
do nubentis non incurrit: ea enim est odiosa
pęnalisque materia, nam uidemus, quod si ma
ter minor annis 25. de facto fuerit tutrix de-
217 creta, † cum de iure propter ætatem decer-
ni non possit.§.fina. supra de auct.tut. §. mi-
nores, supra de excus.tut.l.fi. C. de leg.tut.ea-
que susceepta tutela postmodum non reddi-
ta ratione transiuerit ad secunda uota non
subijcitur pœnis auten.eisdem, C. de secun.
nup.ita uoluit ibi Bald.& Ioan. de Garoni.
post præceptorem suum, numero nono, Bal.
Cast.& Iacob.Aurelia.in l.omnes. C.ad Ter-
tul.moti omnes, quia illa lex de tutrice loqui
tur, merito non debet habere locum in pro-
tutrice, cum sit pęnalis, & odiosa, argum.leg.
fina.§.ait lex.ff.de diuor. sic igitur nec in spō
218 sa debet procedere, prout Ang. tradit. † Po
test etiam particulariter ad contraria respon
deri, & primo ad tex.in d.l. si quis officium.
quòd ideo magistratus non potest in loco u-
xorem ducere, quia per matrimonium inter
duos unanimitas, & indiuidua uitæ cōiūctio i
ducitur.§.j.supra de patr.pot.Ideo in eius ho
norem amouenda est omnis præsumptio co-
acti consensus, qui in magistratu præsumi-
tur, ita Alberic.in l.fina. ff.de concub. & pro-
batur in l.prima, C.si rect.prouin.in uer.ter-
ribilis, & ibi not.Bal. dicens, quòd ratione
219 terroris impeditur matrimonium. † ut .n.
dicunt Cy. & Saly, magistratus per potētiam
suam contraheret matrimonium cum ditis-
sima, quod postea dissolui non posset, & hoc
idem tradit Fulgo.in dicta l. si quis officium,
220 (eademque ratione, † non possunt illi qui
in prouincia aliquid administrāt filios suos
in ea matrimonio collocare, l.qui in prouin
cia. ff. de ritu nup. licet in filiabus suis secus
sit constitutum, dicta l. si quis officium, in fi.
idque tradit Roman.in l.si uero.§. de uiro, in
8.fal.ff.soluto matrimonio, Gaspar Valla, in l.
imperium, columna 60.uersi.ultra istam.ff.de
iurisd.omnium iudicum, & Tiraquel.de legi.
connubi.in prima lege, sub numero 43. colu.
fina.citans insuper Alciatum, lib.j. de uerbo.
221 signi.hoc reassumētem.) † Sed ista ratio ces-
sat in sponsalibus, quæ bene possunt dissolui,
si postea mulier nolit nuptias contrahere, di-
cta l. si quis officium, secundo respon.ergo nil
222 mirum si ius diuersum constituit. † (& hæc
omnia eū diligenter, & uenuste referat Con
nanus in commentar. iuris ciuilis, libro 8.ca
pitu. 6.colum. 5. mihi usum fuit hoc loco ea
uelut auro contextas gemmas inserere. In-
quit enim, quòd si quis officium in aliqua p-
uincia administrat, inde oriūdam, uel ibi do-
micilium habentem, uxorem ducere non po
test, quamuis sponsare non prohibeatur, ita
scilicet, ut si post officium depositum mulier
nuptias contrahere noluerit, liceat ei hoc fa-
cere, arris tantummodo redditis quas acce-
223 perat, † ueterem uero sponsam in prouin-
cia, quam quis administrat uxorem ducere
potest, & dos data non fit caduca, ut inquit
Paul.in dicta l. si quis officium, ratio autem
nuptiarum prohibitarum ea fuit, ne ipsa ma-
gistratuum potentia uim nuptijs afferret nō
224 uoluntatem subdit deinde, † Connan. ratio
nem cur liceat magistratui filias suas in pro-
uincia cui præest nubere, quia nihil uiolen-
tiæ timendum est a filiabus, cum nemo, uel
prædiuiti uiro filiam suam quamuis inopem
uelit uxorem date, nisi ipsi ualde consentien
ti, imo ēt cupienti. Quòd si inuitus accipiet
caueat eam tradens, nanque crudelius eam
asperiusque tractabit, quam omnis uitæ suæ
consortem deceat, quæ sæuitia uxoris in ui-
rum suum esse non potest, etiam si inuite aut
grauate eius matrimonio collocata est, est

enim

enim mulierum natura leuis per se, & obsequiosa, certè quidem timida, uirique uirture
225 & acerbitate multo inferior, a † qua mollitiæ uomen quoque sibi mulieres inuenerũt, quod ultimum Lactãtius, & Varro dixerunt, & Gratian. in §. sed illud, trigesima secũda, quæstione septima, quos refert Tiraquel. in pri-
226 ma lege connubialium, numero 53.) † Ad tex. in l. solent. ff. de his, qui not. infa. respondetur ob id mulierem infra tem pora luctus nubere non posse propter turbationem sanguinis. l. liberorum. §. primo, & ibi glo. Ang. & alij. ff. eodem. sic enim fieri posset, ut mulie re post mortem primi uiri mox nubente, si postmodum intra nonum mensem pareret, probabiliter dubitari posset, cuius nam filius progenitus esset, an primi, uel secundi mariti, & ad cuius hæreditatem deberet admitti.
227 † qua in re satis ardua, & uulgaris est quæstio, uariæque fuerunt opiniones, quas post Barto. & alios refert Ias. in l. Gallus. in princi. numero 66. cæterique Moder. post eum. ff. de liberis, & posthu. & Alciat. Parerg. libro octauo, capitu. duodecimo. sed ista ratio turbationis sanguinis cessat in sponsalibus, ut tradit glo. in l. uxores, ff. de his, qui not. infa.
228 cum copula non proponatur sequuta. † Ad rationem legis, assiduis, dico quòd respicit illam materiam prælationis a quæstione nostra satis extraneam, ubi fragilitas sexus muliebris pro ratione tradita hic, pariter in sponsa militat, sicut in uxore, merito dispositio quo que debet militare. l. illud. ff. ad leg. Aquil.
229 † In eadem glo. ibi, [*quid si res mobilis est*,] habes ex glo. quòd res mobilis a marito existente soluendo potest alienari, super qua Christopho. & Aret. hic latius insistunt post Bar. & alios in l. prima, ff. solu. matrimonio, & l. unica. §. & cum lex. C. de rei uxo. act. Tu uero pro faciliori intelligentia, & nihil eorum, quæ dicunt Doctores omittendo distin
230 gue tres casus. † Primus est in re mobili, quæ pondere, numero, mensurave constat, & hoc casu licita est alienatio prout hic tradit Ioan. Fab. Angel. in l. prima, ff. solu. matrimo. numero sexto, Aret. columna 4. Bal. Nou. numero 125. Ripa, numero 102. Bal. Nou. in tra cta. dotis, septima parte, priui. primo, Lup. in rubri. de dona. inter uir. & ux. §. decimoseptimo, numero octauo, columna seq. & Igneus, in l. prima, §. si uir. numero 80. ff. ad sylla. Fundatur ista conclusio per textum in l. res dotæ. ff. de iure dot. ubi dicitur tales res esse periculo mariti, quia in hoc dantur, ut eas
231 maritus ad arbitrium suum distrahat. † Secundo confirmatur per textum in lege finali, in fine, C. de administra. tuto. ubi tutores, qui alias non possunt res minorum sine decreto alienare, l. lex quæ tutores, C. de administra. tuto. uinum tamen, oleum, frumentum, & id genus, quæ pondere, numero, mensurave constant, possunt alienare sine decreto. idem ergo dicamus in quæstione nostra, cum non minus marito permitti debeat quam tutori, prout in alio casu declarat hic
232 Faber. † Ideo autem lex arbitrium tales res alienandi marito concessit, ne superueniente earum fortuito interitu ualeat a casu propter prohibitionem alienationis rei dotalis se excusare, prout tradit Igneus in dicto
233 §. si uir, numero octuagesimocertio. † Quæ ratio mihi non placet: cum enim tales res cõsistant in genere, glo. in l. in his. ff. soluto matrimonio, debitorque generis casui sit obstrictus. l. incendium, C. si certum petatur. esto, quòd maritus eas res alienare non potuis-
234 set, uana fuisset excusatio sua. † Rursus prædicta ratio non est admittenda ueluti non generalis, & impulsiua potius, quam finalis, cum plerumque contingere possit interitus earum rerum citra casum uelut usu quotidiano, nullus enim earum usus esse potest, nisi penitus absumantur, & pereant, ut ea quæ edenda sunt, & item pecunia numerata, nam hæc cum expenditur pro consumpta habetur quantum ad eos quorum erat, ut ijs occidisse & prorsus perijsse, nec iam in rerum natura existere dicatur, ut ele ganter declarat Connan. in Comment. iuris ciuilis, libro sexto, capitulo tertio, columna tertia. unde attenta ratione prædicta Ignei talibus rebus utens excusari non debuisset cum citra casum esse desijssent, cuius con-
235 trarium leges dicunt, † merito cum earum decisio sit generalior ratione prædicta reijci debet, ut tradit Baldus in lege, generaliter, columna quinta, uersiculo secundo oppono. C. de Episcopis, & clericis, Ioann. Andreas, in capitulo quoniam, uer. dominorum, & post eum Francus, de immunitate ecclesiæ, in sexto, sicut & alij breuitati consulens quos cumulaui, consilio ducentesimoquinquagesimouno, numero decimoseptimo.)
236 † Melius igitur id factum puto propter huiusmodi rerum genuinam naturam, quæ ad id inuentæ sunt, ut in genere suo functionem recipianr per resolutionem magis, quam per speciem, prout in mutuo dicit tex. in l. secunda, §. primo, ff. si certum petatur, quæ uerba inter alios interpretatur Alciat. Parad. libro secundo, capitulo uigesimo, quòd in re is non censetur obligata species, sed ea res, quæ data est, sed recipiunt functionem suam, quia si tantundem soluas, li-
237 beraberis. † Vel ut tradit Bellon. supputationum lib. j. c. 4. significant, quòd non modo eiusdem generis, sed eiusdem qualitatis, & bonitatis reddatur, l. cum quid. ff. si cer. petatur. eo namque modo functionem recipiunt. hæ namque interpretationes plane cõ ueniunt quæstioni nostræ, datum fuisse marito distrahendi tales res arbitrium, cum satis sit

An maritus possit alienare res mobiles

Primus casus, & epi. 1.

sit soluto matrimonio ad eius liberationem
tantundem solui, quod sit eiusdem generis,
& qualitatis, ut inquit ad unguem textus, in
238 d. l. res datæ in dotē. † Secundus est casus
de re mobili, quæ non consistit numero, pon-
dere, uel mensura, sed in aliqua specie, quæ
seruando seruari non potest, ut sunt uestes,
& id genus, quæ usu consumuntur, & tali casu
pariter est permissa alienatio prout refert
Angelus in l. prima, ff. soluto matrimonio, &
post eum Bal. Nouel. numero 125. columna
sequen. Ripa, numero 102. & idem Bal. No-
uel. de dote, primo priui. parte septima, Lup-
pus in rubrica de donat. inter uirum, & uxo-
rem, §. decimoseptimo, numero octauo, co-
239 lumna sequen. & Ioan. Faber hic, † mo-
uentur, quia non habet hoc minus marito
permitti quam tutori cui hoc permittitur. l.
lex, quæ tutores, in fine, C. de admit. tut. maxi
me licet non dicat Faber, cum iura maritum
appellent dominum, ut hic, & in l. doce. C. de
rei uend. tutorem uero loco domini tantum.
l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro emp. l. inter-
240 dum. §. qui tutelam. ff. de furt. † & licet Bar.
in dicta l. prima, reprobet hanc rationem per
l. sicut. C. de præs. 30. an. ubi diuersum ius con
stituitur inter mulierem, & pupillū, cum ibi
currat, hic secus, igitur & hic diuersum ius
constitui debet. saluat tamen eam Ripa, quo-
niam dicta lex sicut loquitur extra dotem in
qua non currit præscriptio mulieri, sicut nec
pupillo, ut ibi not. glo. per text. in l. in rebus.
241 §. omnis. C. de iure doti. † Quinimo subdit
hic Faber, si uir talia non alienaret esset in cul
pa. l. mulier. §. sed enim, uersi. sed si cum. ff. ad
Treb. sequitur Lup. loco prææallegato. Secun-
do confirmatur hæc opinio prout tradit Bal.
Nouel. de quo supra secunda ratione. nam ui
detur a lege, uel contrahentibus data licen-
242 tia eas res alienandi, † pro quo facit tex. in
l. procurator totorum. ff. de procur. ubi pro-
curator totorum bonorum licet res immo-
biles, mobilesque non possit alienare sine spe-
ciali mandato, secus tamen est si sint res, quæ
facile corrumpi possunt, & sic tacitum uide-
tur habere mandatum ad id. Tertio corrobo
ratur per tex. in §. constituitur, supra de usu-
fru. ubi hæ res æquiparantur his, quæ ponde-
re, numero, mēsuraue constant, ergo sicut in
illis alienatio permittitur, ut in primo casu
243 pariter in his permitti debet. † (per doctri-
nam Bartoli, quam sequuntur omnes in l. pri
ma, in prin. ff. de leg. primo, quod ubi una res
æquiparatur alteri, iura rei ad quam fit æqui-
paratio, communicantur rei æquiparatæ. l.
Princeps. ff. de legib. cum alijs latius per
244 eos. † Procedit autem hæc conclusio pas
sim siue tales res fuerint æstimatæ uiro tradi-
tæ, quo casu periculo suo deteriores fiunt. l.
æstimatæ. ff. soluto matrimonio, adeo, quod
si maritus eas apud uxorem dimittit, ad eius

Secundus casus.

usum, fiātq; per eam deteriores, soluto matri
monio non liberatur maritus, uel eius hæres
eas restituendo prout Bal. Ang. Imola, Cast.
& alij notant in dicta l. æstimatæ. & late Paris.
consilio 64. columna fina. uolumine quarto,
pro quibus est text. in l. plerumque, secundo
respon. ff. de iure dot. ibi, [*euenict enim si æsti-
mata res sit, eamque mulier atriuit, ut nihilominus ma-*
245 *ritus æstimationem earum præstet.*] † Siue etiam
fuerint inæstimatæ uiro traditæ, quo casu pe-
riculum earum non pertinet ad eum, prout
ibi dicitur primo responso, (& confirmat
Constantius Rogerius in tracta. dotis quæ-
stione undecima, columna prima, limitan-
do nisi dolo, uel culpa mariti fuerint res
deterioratæ,) nam potest etiam hoc casu di-
ctas res alienare, glos. est notab. in auct. siue
a me, in fine, C. ad Velle. quam Bartolus, Bal-
dus, Angelus, Cast. & Salycetus, sequuntur
ibi, & Bar. in Auct. ut immobi. bona. §. fina. co
246 lumna secunda. † Idque optima ratione con
stitutum est, nam cum in his maritus dolum,
& culpam præstare debeat. l. in his rebus. ff.
soluto matrimonio, atque ob id circa eas uer
sari teneatur, ut circa suas, & si culpa sua pe-
reunt, quia se in eis non continuit, ut quili-
bet bonus paterfamilias, qui res quę usu con-
sumuntur, uel quæ seruando seruari non pos-
sunt pro commodiori utilitate distrahit, ut
inquit lex, quæ tutores. C. de admi. tuto. tene
tur idem de interitu, merito si uolens euitare
iacturam rerum huiusmodi, eas alienauerit,
ne ratione interitus de culpa argueretur p-
pter præsumptam fraudis suspicionem, quia
in eis non uersaretur more boni patris fami
lias, utique ualere debet distractio. ita tradit
Igneus in l. prima, §. si uir aut uxor. numero
84. ff. ad sylla. quę ratio licet in primo casu nō
seruiret, huic secundo bene famulatur pro-
247 pter diuersitatem facti. † Tertius est casus
in re mobili, quæ seruando seruari potest, ut
sunt anuli, gēmæ, torques, & id genus, in quo
uariæ fuerunt opiniones. prima glossæ hic af-
firmatiua per l. primā, C. de ser. pi. da. man.
ubi maritus soluendo potest manumittere
mancipium dotale. Idemque tenuit Iacob. de
Are. Iaco. de Raue. & Petrus, prout hic refert
Christopho. Azo. & Odofred. in l. fi. C. de fun.
248 dot. † Et hæc opi. cōfirmatur eo simili, quod
habetur de prohibitione rerum ecclesiæ, quæ
non trahitur ad res mobiles, ut tradit Iacob.
de Are. quem refert Cyn. in l. unica. §. & cum
249 lex. C. de rei uxo. act. † Adde nisi mediante
noua prouisione super hoc legis, sancimus.
C. de sacrosanct. ecclesijs, & §. sacræ. supra de
rerum diuisione, quæ non reperitur in quæ-
250 stione nostra. † Tertio suadetur secundum
Bal. Nouel. in l. prima, numero 125. ff. soluto
matrimonio, & in tractatu dotis, septima par
te, priuile. primo, columna secunda, quia
cum magno misterio lex Iulia locuta fuit

Tertius casus.

de

de fundo, & non de alijs rebus mobilibus, de
quibus bene sciuisset dicere si noluisset. l. j.
§. sin autem ad deficientia. C. de cad. toll. Imo
se restrinxit ad fundum Italicum permitten
do alienationem in prouinciali, ut hic dici-
tur, & in dicto §. & cũ lex unde sicut Impera
tor mutando prorogauit inhibitionem le-
gis Iuliæ ad fundum prouincialem, ita quo-
que si noluisset extendisset ad mobilia.
251 † Quarto iustificatur, vt idem tradit Bal. no.
nam uidemus, quòd oratio diui Imperato-
ria prohibens res minorum immobiles alie-
nari. l. j. & per totum. ff. de reb. eo. non exten-
debatur ad mobiles. quæ seruãdo seruari pos
sunt, patet, quia de hoc extensio facta fuit in
l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. quæ proui-
sio si de nouo facta non esset, hodie quoque
res minorum mobiles passim possent aliena
ri. Sic ergo dicamus in q. nostra, quòd cum
hodie non reperiatur aliquid de nouo proui
sum in rebus mobilibus, sit standum proui-
252 sioni antiquæ legis Iuliæ, † quæ prohiben-
do res immobiles alienari, respectu mobiliũ
dicebatur id concedere. l. cum prætor. ff. de
iudic. quod enim non mutatur, id stare non
tol.ob.in prin.Dec.in l.inuito.ff.de reg.iur.&
post eum Cagnol. num.6. qui dicunt solutio
nem fieri posse alteri,debitore inuito.cū tra-
ctetur de commodo nedum debitoris, uerū
creditoris quoque recipientis. Sic igitur &
372 in casu nostro.† Aut uero mulier est præsēs,
& tacet, & idem dici debet:quia præsumitur
consentire, cum de commodo suo tractetur.
l.qui patitur.ff.manda.& ibi not.glo.Bal.Sal.
Fulg.& alij.But.& cæteri in l.quæ dotis. ff.so
lu.matrimo.Rui.consi.66.num. 15.uolum.3.
(Bar.in l.quo enim §.1.ff.rem rat.hab.cum si
milibus abunde per Cra.consi.839.num.4.)
Præterea si potest ea contradicente fieri alie-
natio,fortius & tacēte,auth.multo magis.C.
de sacrosanct.eccle. Aut mulier est absens, si-
bique talis alienatio futura notificatur:ea ue
ro contradicit. Et idem dico, quòd in primo
casu, de quo, supra ratione ibidem deducta.
373 † Aut uero non contradicit nuntio,uel lite
ris receptis:& idem,quia uidetur consentire,
& approbare relata per nuntium, uel in lite-
ris contenta, iuxta textum, & quod ibi not.
Bar.Fulg.Cast. & alij in l.filiusfa.ff.ad Maced.
Alb.consi.28.colum.3.uolu.2.Veronen.cau-
tela 9.pone,quòd filius.Alexan.consi.78.co-
lum.1.uolum.1.Dec.in c.2.num.15.de fide in
strumen.consi.430.colum.2. ad fi.Mars.sing.
344.Ias.in d.l.quæ dotis,num.90. Aquens.nu
me.41. & postremo And.ab Exea, libro pa-
ctorum, nume.52. licet idem Dec.in puncto
iuris in c.cum M.Ferrariensis,nume.22.de cō
stit. uelit constituere differentiam inter pa-
trem de quo loquitur d.l.filiusfamilias,& ex-
traneum, sed a priore sententia,quæ commu
nis est,ut ipse testatur,non recedo,(quam te-
net etiam Matesi.inter consilia Castren. con
silio 420.colum.2. uolum.2.& post eum Cra.
374 consi.417.nume.39.)† Aut mulieri absenti
nihil notificatur, & idem dici debet, quoniā
si maritus potest alienare dotem uxore inui-
ta,ut dixi,multò magis & ignorante, & absē
te.l.qui potest inuitis.ff.de reg.iur.(sicque ad
aliud propositum arguit D.Iacobus Emilia-
nus conciuis meus, consilio 34. numero.4.)
375 † Hinc quis citari non debet ad actum,qui
potest eo inuito explicari, prout arguit Old.
consi.95.in fi.ex forma istius stat.Roma.con-
silio 212.Alex.in l.si pacto quo pęna, in ulti.
notab.C.de pact.consi.2.colum.6.uolum.1.
cum alijs per Dec.Cagnol. & alios in d.l. qui
potest.Marsi. singul.30.Riminal.meus consi.
376 283. nume.194. † Confirmatur, nam si
mulier sciuisset hanc alienationem utilem fo
re, uerisimile est, quòd consensisset marito,
ergo maritus alienando non dicitur facere
377 ultra uoluntatem uxoris: † sicut uidemus
in procuratore,cui quædam negotia manda-
ta sunt expedienda tali modo. Si enim uidet
melius esse aliter facere, & ita facit,non dici-
tur excedere formam mandati,nec contra vo
luntatem domini facere; quia uerisimile est,
quòd si dominus hoc sciuisset, utique man-
dasset.Ita tradit Ioannes Andr.in addi. Spec.
in titu.de instru.edi.§.compendiose.incipiē.
Ioan.Alex. sequitur consi.105.colum.5. uolu.
2.decis.Neapo.340.col.fi.quod multum facit
378 ad casum nostrum.† Hanc autem limitatio
nem sic ut supra confirmata,intellige proce-
dere,quando maritus pecuniam exactam ex
uenditione rei dotalis conuerteret in aliam
uberiorem fructum dantem, uel eam ad ho-
nestum lucrum super bancho reponeret, ut
declarat Bal.Nouel.in locis citatis. Pro quo
facit dicta l.finalis,in casu suo hoc dicens.
379 † Sicque uidetur intelligendus tex.in l.ita
constante.ff.de iure dot.quatenus considerat
380 utilitatem mulieris in † permutando dotē
in pecunia,& in l.lex, quæ tutores.in fi. C.de
admi. tut. qui permittit uestes detritas usu,
corruptasque uendi per tutorem, scilicet, ut
pecunia conuertatur in aliquid proficuum
mulieri,uel pupillo,puta, si urgeat æs alienū,
illi satisfiat omnino. l.magis puto. §. ne ta-
men.ff.de reb.eo. Vel in emptionem prædio-
rum vtilium pecunia collocetur,ut inquit Cu
381 ma.in l.si fundus,num.j.ff.eod.† Nō autem
prætexta rei minus fructuosæ debet aliena-
tio marito concedi, ut postea pecuniam per
dat,argumen.text.in d.l. magis puto. §. si æs
alienum. & in dicta l. si fundus, quod nota.
382 † Quinta succedit limitatio post gl.quam
ponit Aret. hic ad fi. & Aldobran. & priores
illis Bald.Faber.& Platea,quòd de iure cano-
nico fundus dotalis potest alienari per mari
tum cum consensu, & iuramento mulieris:li-
cet enim de iure ciuili consensus, & iuramen
tum mulieris eam non obliget, ut est gl.no-
tab.in l.unica.§. & cum lex. C.de rei uxo. act.
383 quam Cy.& Alb.sequuntur.† Quod inde p-
uenit, quoniam ubi lex actum prohibet,& iu
ramentum reijcit.l. non dubium. in fi. C. de
legib.l.si quis inquilinos.in fine.ff.de leg.j. &
384 utrobique satis notant Doctores.(† exem-
plum in contractu feneratitio,ubi iuramen-
tum non obligat,vt per Dy.& alios in capitu.
non est obligatorium de reg.iur. in 6. Bal.in
l.eos.§. super his. C.de usur. Decian. respon.
385 84.num.55.uol.3.)† cum enim iuramen-
tum sit accessorium, non debet per illud con
386 firmari, quod est principale.† (Sicut nec p
illud tollitur nec alterat, quod est principa-
le.cle.1.in fi.de præben. Bal.in add. ad Specu.
de instru.edit.colum.fi. Alexā.in l.quæ dotis.
colum.4.ff.solu.matrimo. Soc. consi. 53.col.
2.uolumi.1.Decia.respon.9.nume.36.uo.2.)
Imo uero potius eo non ualente debet colla
bi.l.cum principalis. ff.de reg. iur.c. accesso-
rium.

rium.eo.tit.lib.6.& tradit Castren.in l.si quis
387 pro eo.col.2.ff.de fideiuss.†Attamen de iu
re canonico constitutum est, quòd talis alie-
natio iuramento mulieris firmetur,& valeat,
adeo quòd contrauenire non posit, ut tra-
dunt hic Doctores,Bart.in d.l.si quis pro eo.
Butr.Ab.Imola, cæterique Cano.in c.cum cō
tingat.de iureiuran.ubi D.Alcia.testatur esse
commu.num.113.Corn.& Cur.in authen.sa
cramenta puberum.C.si aduer.uend.Bal.No
uel.in tract.dotis,7.par. primo priuilegio, li-
mita.fi.& in l.1.ff.sol.matrimo.Ang.in Auth.
deæqua.dot. §.aliud. col. penul.Lup.in rub.
388 de don.inter uir.& uxor.§.17.num.14.†Mo
uetur,ut ipse dicit, noua ratione: quia iura-
mentum habet uim secundi consensus,ut tra
dit glo.notab. in d.ca.cum contingat,in uer.
seruare debet.in fi.& post eam Imola, colum.
4.Item aduerte, ꝙ accedente bino consensu
mulieris ualet alienatio fundi dotalis: auth.
siue a me.C.ad Velleia.Ergo & accedente iu-
ramento suo. Sed ista ratio periculosa est stā
te communi intellectu illius text. dum dicit,
[*idem in dote est & multo potius,*] quod refertur
ad alienationem prohibitam,non autem per
missam. Et sic, quòd fundus dotalis alienari
non posit, secundum formam præcedentis
dicti de bino consensu circa donationē pro-
pter nuptias,ut tenet Bar.Bal. Ang.Petrus de
Bellaperti. Sal.& alij plures ibi.si enim binus
consensus mulieris in alienatione dotis non
sufficit, certè nec iuramentū, dato quod uim
secundi consensus obtineat. & ita reperio,
quod Abb.iu d.c.cum contingat, num.5.re-
probat hanc considerationem de bino con-
sensu:cum respectu dotis non procedat tex.
in d.auth. siue a me. sed donationis propter
nup.secundum eum,post quem D. Alcia. nu.
63.dicit,quòd illa solutio, quæ fuit glosæ ibi,
389 ab omnibus reprobatur.†(Et præterea Alcia
tum erroneam puto conclusionem dictæ glo
sæ stante alia communi regula qua dicitur,ꝙ
iuramentum non supplet nec quicquam ope
ratur ubi consensus deficit, ut tradit Bar. in
l.si quis pro eo.in prin.colum.fi.de fideius. &
in l j.colum.3.C.de rescin.uend.Bal.in l.fina.
nume.2. ff. qui satis.cog. Ang.consi.94.in fi.
Cas.consi.385.num.2.uol.j.& alij quos cumu
lat Cephal.consi.207.num.67.nam stante gl.
prædicta corrueret illa regula cum stante iu-
ramento non modo consensus diceretur ad-
esse simplex, sed & geminatus,cuius contra-
390 rium præsupponit illa regula.)† Quinimo
contrariam partem, quòd talis alienatio nō
confirmetur iuramento mulieris,sed tantum
iuramentum sit seruandum, (quæ duo diffe-
runt, & inde surgunt plures effectus, de qui-
bus per Bar.in d.l.si quis ꝑ eo.per Abb.Imo.
& alios,maximè Alcia.in d.c. cum contingat.
nume.218.cum sequentibus.) tenuit Ioan.de
Ligna.& Butri.ibi, Cuma. in d.l.si quis ꝑ eo.
Ias.in dicta authen.sacramenta pub.Christo-
pho.hic,& in.§.extraneis, infra de hær.qual.
& differ.cum alijs,quos cumulat Alciat.in d.
c.cum contingat. nume.128. Idemque tenet
Cotas. in l. qui liberos. nume. 100. ff. de ritu
391 nup.†Mouentur,nam iura dicunt duntaxat
iuramentum seruari,ut ibi,& in c.licet mulie
res,de iureiu.lib.6.in uerbo,[*seruare iuramen-
tum,*]& in d.auth.sacramenta,in uer.[*custodia-
tur.*]ergo extendi non debent ad confirmatio
nem contractus,cum sint correctoria.l.si ue-
392 ro.§.de uiro.ff.soln.mat.† Secūdò,quia qua
fragilitate mulier inducitur ad consentien-
dum alienationi,eadem ad iurandum.l.doli.
§.diuersam.ff.de noua. pront & in minore ar
guit Abb.in disput.sua,stante stat.primo du-
bio,Rui.consi.135.col.fi.uolumine 1.Tertiò,
per tex.in capitulo,diligenti, de foro compe.
ubi clericus non potest sibi iudicem laicum
iuramento constituere: & sic actus ille repro
393 batus non firmatur iuramento.† Quarto ꝑ
tex.in ca.significante,de pignor. ubi pactum
legis commissoriæ in pignoribus reprobatū,
l.fi. C. de pact.pig. non firmatur iuramento,
quo minus elapso termino domus posit re-
dimi. Sic ergo nec in casu nostro cōfirmatur
394 alienatio dotis iuramento mulieris.† Quin
ro accedit tex.in c.debitores, de iureiur. ubi
debitores, qui iurarunt soluere usuras cogū-
tur domino reddere iuramentum,& sic solue
re,tamen postea possunt repetere: ex quo da-
tur intelligi contractum non firmari iuramē
to: alias non possent amplius contrauenire
per se,& successores,c.ueritatis, cum ibi not.
de iureiur. sed quia non firmatur iuramento
statim,quòd obseruarunt soluendo, possunt
repetere:cum sine causa pecunia incipiat esse
apud creditorem, ita illum tex. declarat Bar.
Ang.& alij in dicta l.si quis pro eo.Butri. Ab-
bas, & Imola, in dicto capitulo.cum contin-
gat,Abbas inquam,numero 8.Imola uero in
quarto membro, princi. numero 66.& Chri-
395 stopho.hic numero 9. † Ego tamen ijs non
attentis priorem sententiam sequor, ut com
munem & ueriorem: nam licet hæc secunda
sit subtilis in disputando, tamen in iudican-
do & consulendo reijcienda est,ut idem Chri
396 stopho. hic concludit.† Moueor in primis,
(quia iuramentum facit ualere actum eo me
liori modo, quo ualere potest,l.cum pater.§.
fili ius matrē.ff.de leg.2. Bar.in d.l.si quis ꝑ eo.
col.fi.ff. de fideius. in l.cum quis decedens, §.
codicillis,colum.fi.ff.de leg.3.Soc.in l.si mi-
hi.§.in legatis,num.12.ff.de leg.1.Ceph.con-
silio 159.nume.19.& consi.192.numero 36.
Natta,consilio 144.numero 9.& consi.453.
numero 12.ergo patet non tantum iuramen
tum seruandum esse, sed & actum ualidari ꝑ
illud.Secūdo moueor.) per tex.in c.2.de pac.
in 6.ubi pactum a filia factum de non succe-
dendo patri, licet improbet lex ciuilis: si ta-
men

men iuramento firmatum fuerit, ab eadem
omnino seruari debet, inquit tex. qui clarè lo
quitur de pacto seruando, non de iuramento
tantum, sicque uult illud pactum iuramento
firmari, prout intelligunt Ioan. And. Ioã. Mo
na. Gemini. & cæteri magis communiter ibi:
Card. & Imo. in dicto capitulo, cum contin
gat, numero 16. columna sequen. Ias. in dicta
397 auth. sacramenta, numero 40. † Per hæc to-
lerari potest sensus ibi traditus per Alcia. li-
centem, quòd illa uerba, [*seruari debet*] relatio
nem habent ad iuramentum tanquam ad p
ximiora: quod & ratio sequens dictat ibi,
[*cum non uergat in dispendium salutis æternæ,*] quæ
sonat in iuramento, non pacto. Et ista fuit cõ
sideratio Perusini, in dicto capitulo secundo,
notab. 4. licet nõ dicat Alciat. Quoniam imò
uerbum illud [*seruari*] relatum ad pactum re-
fertur ad proximiora, & ad id, quod princi-
398 paliter ibi ponitur, (ut fieri debet, Bar. per
illum textum in l. finali, §. Titia, in fine, ff. de
lib. leg. Aret. noster, in §. ipsum, not. 4. supra
de rerum diui. Ruin. consilio 181. numero 3.
uolumine secundo, Ceph. consilio 543. ibi,]
uidelicet an tale pactum filium liget. Si enim
fuerit iuramento firmatum [*omnino seruari de-
bebit*] inquit tex. & sic pactum prædictum. Nec
ratio sequens, super qua Cur. quoque in dicta
auth. sacramenta, numero 35. dubitauit, &
nesciuit se satis extricare, quicquam repu-
gnat quominus præcedentia de pacto intel-
ligantur, nam subijcit ad ostendendum qua-
re tale pactum iuratum seruandum est [*cum
non uergat in salutis æternæ dispendium, nec in alte-
rius detrimentum.*] Vnde patet, quòd totus ille
tex. de pacto loquitur, disponens, quòd iura-
mento firmetur, prout etiam tradit, & com-
munem testatur Deci. in l. pactum, columna
399 secunda, C. de colla. † Secundo moueor, quo
niam, ut inquit Alciat. in dicto capitulo, cum
cõtingat, numero 118. est impossibile, quòd
contractus nõ confirmetur iuramento: nam
cum mulier iuret non contrauenire, & sic iu-
ramentum respiciat futurum, nunquam ha-
bet implementum, nisi semper taceat, & nun
quam contraueniat. Vnde si ageret, semper si
400 bi opponi posset de periurio. † Tertio me
mouet text. in dicto capitulo, licet mulieres,
de iureiur. in 6. ibi, [*non contrauenire proprio iura-
mento firmantes.*] hinc enim patet, quòd iura-
mentum firmat talem alienationem, & ita
ponderant illum tex. Pau. Petr. de Ancha. Ge
mini. & Peru. ibi, quòd & mecum præuiderũ.
Sed ulterius addo, quòd prohibet audiri mu
lieres contra præfatas alienationes. Vult er-
go firmas eas manere propter iuramentum.
401 † Quartò pondero tex. in dicto authen. sa
cramenta, præmittendo, quòd contractus p
cedit iuramentum, l. non dubium, ad fi. C. de
legib. sed uult ille tex. quòd iuramentum cu-
stodiatur adhibitum super contractibus non
retractandis. Vnde si uult consequens hoc de
iuramento, uult & antecedẽs, uidelicet, quòd
contractus non irritetur, sed firmus maneat,
402 l. illud, ff. de acquiren. hæred. † Quintò con-
sidero textum in dicto capitulo, cum contin
gat, ubi posito casu de mulieribus, quæ con-
stante matrimonio consentiunt cum iuramẽ
to alienationi rerum dotalium, subdit, quòd
[*soluto processu temporis matrimonio contrauenire
nituntur.*] Vnde quæsitum fuit, utrum hoc eis
liceat, demum respondet, quòd [*mulieres ipsæ
403 seruare debent huiusmodi iuramenta,*] † pondero,
quòd ad hoc ut responsio talis sit, qualis præ-
cessit interrogatio, put in dubio, dẽt intelli-
gi, §. præterea, infra de inut. stip. (.l. prima, §.
si quis ita, ff. de uerborum obliga. Decia. re-
spon. 40. numero quarto, uolumine secũdo,)
certe debet intelligi, quòd mulieres debeat
seruare iuramenta, hoc est, non contrauenire
dictis alienationibus propter iuramentum.
Vnde sic intelligendo patet, quòd summus
Pontifex, & Imperator in d. iuribus loquun-
tur de obseruantia nedum iuramenti, sed et
contractus, quicquid Christophorus hic, &
404 alij sequaces dixerint supra citati. † Non ob
stat illa ratio fragilitatis cõsiderata, quia ces-
sat propter autoritatem sacramenti, & eius
reuerentiam: quo fit, ut dicamus mulierẽ nõ
æquè facile fore ad iurandum, sicut ad cõsen-
tiendum alienationi, prout tradit Imo. in di-
cto capitulo, cum contingat, numero 90. co-
lumna sequente, ad fi. Aret. noster in supra titu.
405 primo, §. primo, columna fi. † Nam ad iura-
mentum præsumitur magis quis deliberate
accedere, & sic in iuramento cessat eadem ra
tio fragilitatis, ut tradit Butri. & Imo. in capi
tulo, si diligenti, de foro compe. Archi. in ca-
pitulo secundo, de pact. in 6. Alexan. in rubri.
ff. de uerborum oblig. in fi. consilio 42. colum
na quarta, uolumine primo, Cur. consilio 43.
numero 12. ex quibus patet Abbatem, & Rui.
male loqui: quibus temperantior fuit Crau.
consilio 192. numero 9. quatenus facto argu
mento, quòd eadem facilitas cadat in iuramẽ
to, per dictũ §. diuersum. subdit hoc fine du-
406 bio non transire. † Ad tex. in dicto capitulo
si diligẽti, respõdetur, quòd loquitur in actu
inducto fauore publicæ utilitatis principali-
ter, ut est, quòd clerici non subeant iudicia se
cularia: ideo non potest renunciari, etiam cũ
iuramento. Ita tradit ad illum tex. Bar. in di-
cta l. si quis pro eo. columna 3. uersiculo, secũ
do, quando prohibetur, Cast. columna tertia,
Imo. in l. si quis inquilinos, §. fina. ff. de leg. 3.
& in dicto capitulo, cum contingat, numero
36. ubi dicit hanc esse commu. & post eum, &
Ioannem de Ligna. Butrium, & Abbatem,
Alciat. numero 83, ubi subdit, quòd uidetur
indubitata conclusio. Idque tenent insuper
omnes Cannonistæ in dicto capitulo, si diligẽ-
407 ti. † ubi Abb. columna 1. in fine, deducit pul
chram

chram rationem, renuntiatio cauſatur ad ab-
dicandum ius, quod eſt in ipſo renuntiante,
& non penes alium, argumenro l. id quod no
ſtrum. ff. de reg. iuris. nil mirum ergo, ſi in d.
caſu renuntiatio, & iuramentum non opera-
tur, cum renuntians, & conſentiens non agat
de iure ſuo, ſed alieno abdicando quod ſace-
408 re non poteſt. † Sed in caſu noſtro agitur de
actu in ducto principaliter ſauore mulieris,
& ſic priuati, licet ſecundariò, fauore publi-
co, ut hic in fi. princ. & in l. 2. cum ibi nota. ff.
ſolu. matrimo. (in gl. nam & rei publicæ, &
ibi Bar. num. 25 Iaſon, lectura ſecunda. Rip.
Duaren. & alij) & tradit Bar. & alij in dicta l.
ſi quis pro eo. colum. 3. nume. 7. Abb. in dicto
capitulo, cum cótingat, num. 5. colum. 3. poſt
medium, late Imo. nume. 36. colum. ſequenti,
ad fi. & Alcia. nume. 92. qui dicit, quòd ita te-
nēt communiter Doctores. Ad tex. in c. ſigni-
ficante, de pigno. ſunt, qui dicant illud pactū
iuramento firmari, ut Petrus, & Butri. ibi,
Bar. in l. Seius, & Augerius, ff. ad leg. Fal. Bar.
in l. prima, C. de pact. pig. Fede. de Sen. conſi-
lio 140. Fabia. in tracta. de emptio. & uendit.
q. 7. colum. antepe. Rub. conſi. 134. in fi. Quo
rum ſententia ſuaderi uidetur ex illo tex. ibi,
[*mandamus quatenus ſi eſt ita.*] Vbi ponderatur
infidelitas nuntij, & impedimentum debito-
ris, de quibus ſupradixerat, quæ ipſum excu-
ſant iuramēto. Illis ergo ceſsātibus, sētit tex.
quòd pactum iuramento firmaretur, & ex ta
409 li iuramento debitor teneretur. † Confir-
matur, nam tex. loquitur per uerbum ſi, quod
importat conditionem: Bar. & alij in l. 1. ff. de
cond. & dem. & ex eo fit, ut illa cauſa infideli
tatis, & impedimenti præſumatur finalis, iux
ta not. per Bar. in l. 2. §. fi. ff. de do. col. fi. Sal. in
l. generaliter, colum. 2. C. de epiſ. & cleri. Igi-
tur ea ceſſante, ceſſare debet diſpoſitio. l. adi-
gere, §. quamuis, ff. de iure patro. (& late po-
nit Tiraquel. in tracta. ceſſ. cauſa, limitatione
prima) & ſic pactum debet firmari iuramen-
to, & ita tenendo tex. ille faceret pro commu
ni, ſed horum ſententia reprobatur, &. plures
contrarium tenent, ut Inno. Flor. Car. & Imo.
ibi. & poſt eas And. Sic. colum. 3. dicit eſſe cō-
mu. Idem tradit Bar. in dicta l. ſi quis pro eo.
uerſi. 4. diui. Imola, in d. c. cum contingat, nu.
66. Cur. in d. auth. ſacramenta, num. 35. Cor.
conſilio 133. num. 5. uolum. j. Ber. conſi. 140.
410 uolum. 2. † & ad ponderationem factam in
illo tex. in uerbo, [*ſi ita eſt*] dici poteſt, quòd
ceſſantibus illis duobus, ſentit quidē, quòd
iuramentum obligaret iurantem, non tamen
dicit, quòd pactum confirmaretur iuramen-
to, & ita Doctores intelligunt Innocentium,
ut ibi per Card. & Barto. in dicta l. ſi quis pro
411 eo. Secundo dico, quòd ultra illam cau-
ſam ſupra conſideratam ſummus Pontifex
aliam rationem ponit, uidelicet, quòd pactū
legis commiſſoriæ eſt in pignoribus repro-
batum, qua ſtante debet adhuc tale pactum
non firmari iuramento, poſito, quòd illa cau
ſa ceſſaret. §. affinitatis, ſupra de nup. gl. Bar.
& alij in l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priui. cred.
Iaſ. in l. more. num. 18. ff. de acq. hær. & quod
inquit Barto. in dicto §. fi. procedit alia cauſa,
uel ratione non concurrente, ſed ea tantum,
412 quæ ceſſat. † Præterea licet cauſa per modū
conditionis in lege ponatur, non tamen ſem
per finalis præſumitur, ſed ita demum, ſi alia
coniectura non adſit in contrarium: Sed ubi
aliud apparet de mente expreſſe, uel ex con-
iecturis, puta, quia ſic intelligendo reſultaret
intellectus iuri contrarius, tunc non finalis,
ſed magis impulſiua præſumitur, ita limitan
do Bartolum tradit Imo. in d. §. fina. colum.
2. Quod poteſt adaptari ad dictum c. ſignifi-
cante, ubi intelligendo, quòd ceſſante illa cā
velut finali ceſſaret illa diſpoſitio, & ſic, quòd
illud pactum iuramento firmaretur, dicere-
mus contra regulam dicti §. affinitatis, pro-
pter aliam rationem ibidem expreſſam Vn-
de ne ſequatur hoc, colligitur coniectura, ꝙ
illa cauſa ſit impulſiua: qua ceſſante non ceſ-
ſat diſpoſitio. l. 1. §. ſexum, & ibi not. ff. de po-
ſtul. & ex his patet intellectum cōem ad il-
lum tex. procedere de mente iuris, ſecundum
quē adhuc uidetur cōtra hanc concluſionem
413 de qua agimus. † Vnde pro diſſolutione me
lius puto dici poſſe, quòd illud pactum non
confirmatur iuramento, quia eſt contra pu-
blicam utilitatem, prout tradit Caſtren. in l.
Titius, ff. de pig. act. (& hoc eſt regulare, quòd
ubi contractus prohibetur fauore publico
non firmatur iuramento, Bar. & alij, in l. ſi qs
pro eo. col. 2. ff. de fideiuſ. Imola, in capitulo,
cum contingat, numero 36. de iureiuran. &
poſt eum Alcia. numero 83. qui communem
teſtantur. Natta, conſilio 289. numero 6. &
ratione comprobatur,) quia debitor, ut pe
cuniam habeat, quaſi uiolenter facit hoc pa-
ctum: quam ut conſequatur, facere omne pa-
ctum, nec tantum daret pignus, ſed & ocu-
los, ut ibi tradit Bar. Bal. Sal. Fulg. & alij Bar.
in l. quamuis, ff. de ſoluti. Corn. conſilio 233.
colum. 2. in princ. uolu. 1. Nil mirum ergo, ſi
iuramento non firmatur, quia attenta ratio-
ne Caſtrenſis, militat cap. ſi diligenti, cum ibi
not. de foro compe. attenta uero ratione Bar.
militat c. cum contingat, a contrario ſenſu, in
fine. ibi, [*ſine ui.*] Sed in caſu noſtro hæc ceſ-
ſant, cum agatur de utilitate priuata princi-
paliter, nec mulier uiolenter conſentiat, aut
414 iuret. † Poteſt inſuper dici ad tex. in d. c. ſi-
gnificante, & hæc reſponſio deſeruiet pariter
ad tex. in c. debitores, de iureiu. quòd illa iu-
ra loquūtur in actu reprobato in odium cre
ditoris, cui præſtatur iuramentum: illud enim
pactum legis commiſſoriæ in pignoribus, &
illud de ſoluendis uſuris reprobatur odio
creditoris, qui illud pactum appoſuit animo
luctan-

lucrandi rem, uel usuras: merito non firmatur iuramento. Ita Bar. Ang. & Cast. tradunt in d.l. si quis pro eo. Burr. Abb. & Imo. latè in d.c. cum contingat, num. 66. at hic sumus in actu, qui reprobatur in fauorem mulieris, non autem odio acquisitoris, uel alterius p̄sonæ. Vnde iuramento confirmatur secundū prædictos Doctores, & per hęc remanet satis bene defensata hæc quinta limitatio ab om-
415 nibus contrarijs.† Quæ tamen uenit declaranda nō procedere in plerisque casibus. Primò, quando mulier parti eam maritanti, uel alteri, cuius interesse posset, promisisset, & iurasset nec alienare dotem, nec marito alienāti consentire. Si enim postea consentiat, & iuret, secundum iuramentum contra primum non ualet, nec ligat, & sic contractum non firmat. Ita uoluit gl. Ioā. And. Host. & Archid. in c. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. Spec. in tit. de emp. & uend. §. tertio loco, uersi. & nota generale consi. Bar. in d. l. si quis pro eo. col. 3. uersicu. 3. dixi, Cast. col. 3. Alberic. in l. unica. colu. pen. C. de rei uxo. act. Cor. in d. auth. sacramenta, num. 68. Cur. num. 56. Rim. meus consi. 409. num. 12. Guliel. Bened. in ca. Raynutius, in uersicu. & uxorem, nu. 180. de testa. Cassane. in consuet. Burg. rub. 4. §. 23. in uer. assignem, num. 3. Alexā. & Ias. in l. duobus. §. fi. ff. de iureiuran. qui dicunt prædictam glo. communiter esse receptam. Aret. hic, & post eum (quidam Mod. Germani demumque de hac glo. & eius ueritate uidendus est abunde Didac. Couuar. in c. quamuis, de pact. in 6. in secunda par. relectionis. §. 2. & Vasqui. de succ. crea. li. 2. §. 18. n. 148.) mouentur omnes per textum in c. intellecto, de iureiuran. ubi alienatio Regis Vngarię cum iuramento facta de non reuocando, non ualet contra primum iuramentum in coronatione præstitum de conseruando iura regni sui. Sic ergo
416 & in q. nostra.† Secundo confirmatur, nam cum in primo iuramento concurrat dispositio iuris communis similiter prohibēris alienationē rei dotalis, ut hic, utique si post mulier in alienatione consentiat, & iuret, nō debet alienatio ualere, quia pactum de non alienando appositum in contractu, quod habet concursum iuris communis, offuscat secundum iuramentum, & illud a primo iuramento eliditur. Sicque impedit translationē dominij, quam alias non impediret, si non haberet concursum iuris communis, ut no. Doctores in l. ea lege, C. de cond. ob tur. causam, & in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. j. circa contrarium, quod formant de §. sanctissimas. in Authen. de alie. & emphy. Ita hanc rationem firmat Imo. in d. l. cum uir. & in c. dilecto, col. 8. de præb. & in d. c. cum contingat, in 9. memb. num. 83. cum seq. in fi. Alcia. num. 44. Cor. in d. au: : . sacramenta, nu. 68. Cur. nu. 57. Alex. consi. 16. col. 3. uol. 3. decis. Neap. 331. col. pe.
417 Ias. in d. l. duob. §. fi. col. pe.† (Roland. à Valle, consi. 62. nu. 5. uol. 1. dictaque ratio confirmatur ex eo, quod dici solet, funiculum duplicem simplici prævalere ac potiorem esse. c. 1. & ibi Doct. de treu. & pac. Dec. consi. 373. nu. 8. Paris. consi. 3. num. 91. uolu. 1. Rolan. a Valle, consi. 1. nume. 69. consi. 70. num. 71. consi. 7. num. 104. uol. 3. at primum pactum mulieris duplici iure nititur, uidelicet iuramento, & iure communi, secundum uero iuramento tantum, ergo primum debet attendi, non se-
418 cundum.) † Tertiò accedit, nam actus dispositio non dependet a mera facultate mulieris iurantis, ex quo interdicitur alienatio a lege, ut hic: meritò si iurat in alienatione, ea non ualet contra primum iuramentum, nec ratione secundi iuramēti sustineri potest alienatio, cum iam se mulier obligauerit Deo: sicque secundum iuramentum reddatur illicitum. Ita declarat Abb. in d. c. intellecto. colu. pen. & sibi uendicat Ioan. de Selua, in tracta. de benefi. par. 3. q. 27. num. 8. & in tract. de iu-
419 reiuran. par. 3. q. 1. num. 43.† Sunt tamen, q dixerint hanc declarationem non procedere, quando emptor primum iuramentū ignorauit, ut in dubio præsumitur. l. uberius. ff. de prob. (. l. si fideiussor in prin. ff. mand. l. 3. ff. de iur. & fac. igno. l. fi. ff. pro suo. Crane. consilio 610. nu. 15.) tunc enim dicendum, uidetur,
420 non† obstante primo iuramento secundū mulierem ligare, nec primum emptori nocere, qui illud probabiliter ignorauit, argumēto. l. & liberi. ff. de contra. emp. & d. l. fi. ff. pro suo. Ita Bal. in d. c. cum contingat, col. 5. num. 14. & in consi. 118. Quædam mulier, colum. j. uolu. 3. in anti. Imo. in dicta l. cum uir, nume. 14. Alex. in d. consi. 16. col. 3. Curt. in d. authē. sacramenta, num. 57. Campeg. in tract. doris,
421 in tit. de pact. dota. q. 14.† & ad c. intellecto. respondet Imo. & Alex. quòd loquitur in Rege, qui tenetur iurare in coronatione, nō alienare iura regni, prout & tradit Archie. Flor. ī secunda parte suæ summæ, c. 5. Ioan. de Selua, in tract. de iureiuran. secunda par. nu. 7. Vnde contrahens probabiliter illud ignorare non debuit. Quæ ratio hic cessat: ubi mulier, quando nubit, non tenetur iurare de non alienan-
422 do, uel consentiēdo alienationi dotis.† Sed hæc Doctorum restrictio mihi non placet, prout nec Imolæ sibi contrario in d. ca. cum contingat, nume. 85. quem sequitur Alcia. nume. 48. nam si consideramus rationem illius tex. alienatio, de qua ibi, cum iuramento tenet non fauore eius, in quem alienatur: sed quia iuramentum sine peccato seruari potest, unde si non posset, cessaret ratio illius tex. nec ignorantia contrahentis consideratur in hoc contractu, cuius naturæ lex resistit. l. quemadmodum, C. de agri. & censi. libro 12. imo uero est imputandum emptori qui diligenter non perquisiuerit, an secundum iuramentum

mentum

mentum esset tale, quòd sine peccato seruari
posset: aut uero aliud pcessisset, & cautus esse
debuit, ex quo contractus erat de genere pro
hibitorum, argumento eorum, quæ no. in l. q.
423 cum alio. ff. de reg. iur. †Nec obstat tex. in d.
l. & liberi. quo Bal. & sequaces mouentur, ubi
ualet emptio liberi hominis ab ignorante fa
cta. sic ergo & emptio dotis, nãque illa igno-
rantia non prodest quo ad retentionem rei,
& ualiditatem cõtractus, sed quo ad interes
se consequendũ, prout ibi not. Bal. Saly. Fulg.
& alij. gl. in l. liberi. eo. tit. & est casus in §. fi. in
fra de emp. & uend. Vnde sic & in q. nostra di
ci debet, quòd secundum iuramentum mulie
ris stante emptoris ignorantia, possit eam li
gare quo ad reficiendum emptori interesse
suum, quòd rem sibi habere non liceat, nõ au
tem quoad hoc ut cõtractus ualeat, & ita tra-
dit hic i terminis Faber, col. 2. cæteris melius
424 loquutus. †Vno tamen casu procedere pos
set prædicta restrictio, quãdo mulier illud pri
mum iuramentum præstitisset, idque subin-
de tacuisset animo circumueniendi empto-
rem, tunc enim contractus ualeret, quia dece
ptis, & non decipientibus iura subueniunt. l.
3. C. si min. se maio. dix. l. 2. ff. ad Velleia. §. 1.
& in primo iuramento diceretur mulier pec
casse, quod dolose fecit, ut alium deciperet,
ita tradit Imo. & Alcia. in locis citatis. (& se-
quitur Natta, cõs. 426. nu. 16.) †Secundo præ
425 dicta declaratio restringitur, ut procedat,
quando mulier præstitit iuramentum primũ
patri, uel alteri, cuius interesse possit: tunc. n.
licet post cõsentiat alienationi, iuretque, de-
bet tamen præferri primum iuramentũ, quia
iuri alterius per secundum actum non potest
præiudicare, argumento. l. fi. ff. de pact. secus
autem, quando mulier sibi ipsi iurauit: tunc
enim seruabitur secundum iuramentum, ex
quo per primum nemini fuit ius quæsitum,
argumento. l. si repetendi. C. de cond. ob cau
sam, ita Bal. in c. ueniens. de iureiur. Alex. cõs.
16. col. 3. uolu. 3. Cur. in d. auth. sacramenta,
nu. 57. uersi. 3. modero. Campeg. in tract. do-
tis, in titu. de pact. dota. q. 14. (Natta diffusæ,
426 cons. 426. per totum.) †Sed & hæc restrictio
dubitabilis est, ut tradit Alex. in d. §. fi. quia
glo. in d. c. licet mulieres. fundat se illa rõne,
quia primum iuramentum est licitum, secun-
dum illicitum, ergo primum debet attendi.
427 †Confirmatur hoc, ut addit Alcia. in d. c. cũ
contingat, num. 47. nam iuramentum etiam
sibi ipsi factum principaliter uidetur directũ
Deo. c. debitores. de iureiuran. meritò debet
acceptari posse quãdocunq; a quolibet absen
te, cuius intersit, iuxta gl. in c. quotiens. pri
ma quæst. 7. Fely. abunde in c. si cautio. num.
25. de fide instr. Alex. & Ias. in l. stipulatio ista
§. alteri. ff. de uerbo. oblig. Rub. consilio 73.
428 num. 8. cum simi. † Tertiò moueor quoque,
nam nihil differt, quòd mulier præstet iura-
mentum de non alienando, uel alienatio-
ni consentiendo nominatim alicui, uel sibi ip
si tantum, cum posteriore quoque casu cẽsea
tur illis uoluisse prospicere, qui in tali dote
possent succedere, l. si necessarias, §. pen. ff. de
pign. act. l. si pactum, in fi. ff. de prob. & utro-
bique notãt Doctores, meritò talis restrictio
procedere non potest, nisi quando nemo su-
peresset, cuius interesset præter mulierem, ut
429 inquit Alciat. loco superius allegato. † Se-
cundo, non procedit limitatio de qua supra,
quando ultra prohibitionem legis subesset
aliud impedimentum, (duplex enim impedi-
mentum fortius est simplici, ut per Io. Andr.
i rub. qui fil. sint leg. uer. quæro si natus, apud
Speculatorem cum alijs copiose deductis per
Cra. cons. 287. col. 3. uer. 2. principaliter, & in
ferius, nu. 6. exemplũ dari potest in casu no-
stro,) ut quia mulier consentiens alienationi
430 fundi dotalis esset minor annis 25. † nam
tunc contractus non teneret propter utriuſ-
que impedimenti concursum. Ita tradit Al-
ciat. in d. c. cum contingat, nu. 130. motus ex
notatis per Bar. in d. auth. sacramenta, col. 2.
ubi tenet illum tex. loqui, quando contractus
est inualidus ratione ætatis tantum. Iuramẽ
tum enim facit quem maiorem, sed ubi alia
quoque ratione contractus est inualidus nõ
ætatis tantum, tunc iuramentum simpliciter
præstitum a minore non ualidat eum, secũdũ
Bar. quem sequitur Castren. in lectura, nu. 10.
subdẽs, q ita Doctores communiter dicũt, &
Ias. nu. 46. & 79. Cur. nu. 36. & licet non dicat
Alcia. idem tradit in terminis nostris, Corn.
num. 30. ubi sic extendit doctrinam Bartoli
uultque, q stante cõtractu inefficaci ratione
minoris ætatis, & alia ratione, tũc solum mu
lier minor uideatur in dubio iurasse non ue-
nire contra ratione minoris ætatis. Et dici-
tur hoc esse summe notandum ad limitatio-
nem. d. c. cum contingat, & consimiliũ iuriũ,
subdẽs, q non reperit, q doctores ibi limitẽt.
431 †Confirmatur hęc opi. post Cor. & Alc. pul-
chro simili, nam uidemus, q licet alias testes
inhabiles admitantur, quando ueritas aliter
haberi non potest, dummodo simus in casu, i
quo ex natura negotij, actu, & habitu alij te-
stes uerisimiliter non potuerunt occurrere,
prout declarat Butri. Imo. Fely. Dec. & alij in
capitu. 3. loco, de prob. Alexan. consilio 64.
columna fina. uolumine 1. consilio 151. col.
2. uolumine 5. Ias. in l. 1. in fi. C. de summa Tri
nita. Cur. in l. admonendi, numero 84. ff. de
iureiuran. Dec. consilio 133. columna fi. Mar
sil. consilio 22. numero 12. singul. 73. Gram-
ma. consilio 59. numero 12. cum similibus.
(Paris. consilio 55. colum. penul. in fine, uolu
mine 4. Socin. Iun. consilio 61. numero 17. uo
432 lu. 2. dixi, cons. 225. nu. 34.) †Tamẽ ubi tales
testes patiũtur plures defectus, & impedimẽ
ta, puta, quòd sunt infames, domestici, uel ini

mici non admittuntur, prout in simili tradit Bal.in l.eos.C.de testib.de teste amico,qui re gulariter admittitur, nisi præter amicitiam concurrat alia ratio, uel impedimentum,se- quitur And.Sicu.consi.75.col. 3.uolu. 4.& in terminis tradit Marf.consi.102.numero 12. Gramma.conf.45.nu.23.Gratus,conf.59.nu. 41.uolu.2.(Rolan.à Valle,conf.24.nume.61, uol.1.& consi.3.nu.40. uol.3. & latius,num. 51.ubi me quoque citat,consi.106.nume.18. inter consilia diuersorum, quod est in 1.uol. crimi. & ego quoque dixi,in conf.325.ad fi.)

433 †Hinc bene dicebat Soc.consi.118.col. antepen.uersi.postremo, uolu.1.quòd sicut plura adminicula ampliant probationem, ita plures defectus eam annihilant,& destrunt,qa quod operatur propositum in proposito,idē operatur oppositum in opposito,l. si ut proponis,C. de nup. Sequitur Marsi. singul.385.

434 †Secundo corroboratur hæc opi. per aliud simile, nam licet alias accusatus admittitur ad rea ccusādum suum accusatorem, si suam, uel suorū iniuriam prosequatur, ut not. Doctores in l.is,qui reus. ff.de pub.iud.& in l.ne

435 ganda. C.qui accus.† tamen hoc non procedit,ubi concurrit aliud impedimentum in ipso accusato ultra institutionem accusationis motæ contra eum,quia tunc ad reaccusandū non admittitur. Ita singulariter declarando & limitando totam materiam decidit Maria. in c.1.num.67.de mut.peti. pro quo bene facit textus inducendo a speciali in l. propter. C.qui accus.propter enim atrocitatem crimi nis in eius uitam commissi mater ibi filiū accusat,alias secus,ut ibi tradit Sal. & alij,Fely. in c. accusasti. de accus. Quod est ob duplex

436 impedimentū,quia mater est & mulier.†Et ob id alias incontingentia facti in causa nobilis & honestę D.Leonoræ Platesię uxoris meę cum D.Angela de Banchis eius matertera coram curia, in qua uxor mea accusauerat tres illius testes,& per consequens ipsam D.Angelam, dicebatur uirtualiter accusasse, iuxta nota per Cast.in l.cum filius fa. in prin.ff.de uerbo.oblig.& Sal.in l.si docueris.ad fi.C.de fals. ubi causa testium dicitur causa partis, & maxime stante statuto nostro de pęna depo. fal. testi. contra uero domina Angela accusauerat duos testes uxoris meæ, & sic uirtualiter dicebatur reaccusasse uxorem meā:Ego una cum duobus aliis Excellentissimis Iureconsultis D. Marco Bruno Anguilleo,compatre meo honorando,& D.Francisco Saraceno,dicebam talem reaccusationem non esse admittendam, quia ultra institutionem accusationis motæ contra eam alia causa impeditiua

437 concurrebat in eius persona. † Prima, quia erat coniuncta uxori meæ,quod regulariter impedit ab acc usando. l. si magnum,

438 C.qui ac.†Secundo, quia erat mulier, quæ regulariter reijcitur ab accusando,l.de crimine.C.eo.l.qui accusare. ff.qui accus. maximè quando agitur de falso circa testamentum,l. & si ad te.& ibi Sal.C.de fals.& tradit August. de Arimi.post Gandi.in addi.Ang.de malef. in uer.necnon ad querelam,iux.addi.qua cōtrouersia late discussa cotam curia cum aduocatis D. Angelæ tandem curia pronuntiauit dictam reaccusationem admittendam non esse,clarissimo Equite Do.Antonio Cocapano Carpense præturam tunc temporis meritissi

439 me gerente, † & Excellentissimo Bartholomæo Mirollio iudice maleficiorum constituto.(qui postmodum prætura Mutinæ demūque Ferrariæ fūcta ob præclara eius gesta, summamque integritatem ab eminētissimo Duce Hercule secundo Ferrariæ, in eius consiliarium secretū, & signaturæ cooptatus est, tantoque Principe uita functo,penes Serenissimum Alfonsum Ducem illius filium in eodē gradu perseuerauit donec immatura moes eum in ppnuit summo omniū mœmore.) Ex quibus,redeundo unde exiui, potest inferri, φ sicut in d.casibus testes,& accusatus nō admittuntur propter plura impedimenta,sic & in casu nostro dotis alienatio facta cum consensu, & iuramento mulieris minoris annis 25.ualere non debet propter duplex impedimentum legis, quæ illam prohibet,& mino-

440 ris ætatis ipsius mulieris.† Tertio confirmatur arguendo magis ad proxima, nam unum dumtaxat iuramentum plures defectus supplere non potest,prout tradit Ias.consi.118. col.2.post medium,uol.4.Dec.consi.239.columna 2.Cassane.consi.7.colum. 6.nu.26.Bellon.cōs.4.col.2.argumento l.j.in fi.C.de dot. prom.& glossæ in l.cum post.§.gener.ff.de iure dot.(Cephal.consi.409.num.46.)Ergo tale iuramentum non debet posse confirmare dotis alienationem aduersus duplex impedimentum,uel defectum,uidelicet legis,& mi-

441 noris ætatis iurantis.†Contra tamen hanc limitationem sic corroboratam facit,qd' tradit Dec. consi. 414.in fi.ubi uult,φ imòiuramētum supplere posit, ac expurgare plures defectus: unde si donatio processerit inter patrem & filium,& ultra legitimam summā sine insinuatione,sicq; duos patiatur defectus:attamen uult eam iuramento solo conualidari. mouetur, namque illa ratio generalis,φ iuramentum seruari debeat, quando seruari pōt sine interitu salutis æternæ, de qua in d.c.cū contingat.militat,daro,φ plures essent defectus,subditq;, φ in simili casu consuluit Cast. cōsi.219.in causa,quæ uertitur,in auti.ubi cōcludit iuramentum confirmare contractū,in quo erant plures defectus,& idem secundum

442 Dec.tradit Abb.cons.8.2.dubio,uol.2.† Addo ego Aret.cōs.12.2.dubio, qui loquitur in diuisione p minorē facta cōtra præceptū testatoris. Et sic cui duplex obstabat impedimentum, alterum legis, secundum quòd minor

non

non potest sine causa diuisionem facere, l. si
pupillorum in prin. ff. de reb. eo. Bar. in l. inter
pupillos, ff. de aut. tut. & in l. iubemus, secun
da. & post eum cæteri. C. de sacrosanct. eccle.
443 † Alterum uerò præceptum testatoris ad rē
pus sibi factum, quod volebat uelut in eius fa
uorem factum propter imbecillitatem ætatis
ita quòd ei renuntiare non poterat, nec eius
tutor, curator ue, ut tradit Bar. in l. filiusfami.
§. diui. in 3. oppo. ff. de leg. 1. quem cæteri se-
quuntur ibi, & Dec. consi. 404. in fi. cons. 515.
nume. 5. Rimi. meus, consi. 343. num. 20. & ta-
men concludit Are. loco præallegato q dicta
diuisio per iuramētum minoris cōfirmetur,
ex quibus uidetur, & in casu nostro, quòd do
tis alienatio consensu, & iuramento mulieris
licet minoris confirmetur, & ualeat, sicque
periculosa uidetur reddi limitatio prædicta.
444 † Quid in hac re dicendum? puto tres casus
distinguendos esse: aliquando enim & primò
mulier, quæ consentit alienationi dotis iu-
rat non contrauenire ratione minoris ætatis,
& tunc tale iuramentum sic præstitum non
confirmat contractum dotis alienatæ prohi-
bitum alia ratione, quàm ætatis, ut probatur
ex notatis per Bar. in l. 2. col. 2. num. 10. C. de
rescin. uen. ubi si minor iurauit nō uenire cō
tra uenditionem, ratione minoris ætatis, non
perdit beneficium ipsius legis, quòd non cō
445 petit rōne minoris ætatis, sed læsionis. † Et
qui remittit defectū ætatis, non uidetur alios
defectus remittere, ut ibidem tradit Bald. in
8. q. quoniam ubi plura obstant, non sufficit,
ut unum tollatur, ut dicit Bald. in l. 1. col. pen.
uer. unum scias. C. de fur. & cum prædictis cō
cordat etiam Dec. cons. 349. colum. 3. & cla-
446 rius Crau. consi. 7. col. 2. † Et iste casus dubi-
tationem non habet mea quidem sententia,
quia cum iuramentum fuerit limitatum dun-
taxat ad unum casum, uidelicet, minoris æta-
tis, limitatum debet effectum producere. l.
447 in agris, ff. de acqui. rerum dom. † (quod ēt
confirmatur, quia iuramentum nunquā ex-
truditur nisi ad id quo consensum fuit, non
autem præter uoluntatem iurantis, & minus
contra l. fi. C. de non nume. pec. Bar. in l. si qs
pro eo. col. fi. ff. de fideiu. Dec. consi. 493. nu.
25. consi. 532. nu. 12. consi. 587. num. 2. & con
silio 600. nu. 12. Decian. resp. 7. nu. 116. uol. 1.)
meritò ad alium defectum porrigi posse non
448 debet, in quo non fuerit consensum. † Ali-
quando, & secūdo mulier in q. nostra iurauit
simpliciter non contrauenire, & tunc iuramē
tum repræsentat eam maiorem nec plus ope
ratur, unde uidetur iurasse non uenire cōtra
ratione minoris ætatis, ut tradit post gl. Bar.
in d. l. 2. col. 3. & post eum Cast. qui citat text.
cū glo. in l. 1. C. si maior fac. ali. rat. habu. & ad
hoc est gl. fi. in c. pen. de emp. & uend. quæ di-
cit, q iuramentum a minore præstitum solū
excludit beneficiū ætatis, aliosque citat Dec.
idem tenens in d. consi. 349. col. 3. & in consi.
403. col. pen. Crau. consi. 7. num. 6. & isto casu
proprie procedit hæc limitatio nostra, si dili
genter ponderatur Cor. & Alcia. qui eam po-
nunt supra citati, (& in pulchro casu sic etiā
distinguit, & cōsiderat hunc casum, & sequē-
tem Bero. consi. 22. num. 50. uol. 2. ubi testa-
tur esse communem Doctorum sententiam.)
449 † Hicque secundus casus optime iustificari
potest ex his, quæ post gl. tradit Bar. in l. 3. col.
pen. ff. de acq. poss. in prin. quem cæteri sequū
tur, ut ibi refert Alex. nu. 36. qui dicit, ideo p
exitum perdi naturalem possessionem, quæ
iuncta erat cum ciuili, quia animus non pōt
operari in tot possessionibus retinendis, si-
cut quis de uno toto, & quantitate non pōt
plures compensationes opponere. l. quod La
beo, ff. de cōpen. satis uero fatigatur animus
in retinēdo ciuilem, sic enim dici potest in ca
su nostro, simplex iuramentum mulieris mi-
noris operari nō posse in tot defectibus pur
gandis, satisque fatigari in purgando defectū
minoris ætatis. Vnde nil mirum, si hoc secun-
do casu dotis alienatio nō confirmatur ex ta-
450 li iuramento. † Aliquando & tertio mulier,
latius uerba iuramenti complexa fuit, ut q
promisit non contrauenire ratione minoris
ætatis, uel quacunque alia ratione, uel causa,
& tali casu bene dicendum est, quod iuramen
tum suppleat omnes defectus, & illos purgat
propter uerba prægnātia, prout tradit Bar. in
d. l. 2. col. 3. & in d. aut. sacramēta, col. 2. & post
eum Cast. nu. 10. cæterique scribentes, sicque
restringi debet, & intelligi, quod tradit Dec.
in d. consi. 414. in fi. cum allegatis per eū ibi,
& consi. Arer. 12. de quo supra, prout sic illud
restringit, & interpretatur ipse Dec. in d. cōsi.
451 349. col. 2. † Et hoc in terminis q. nostræ
tradit Alcia. in d. c. cum contingat, num. 130.
ubi posita limitatione de qua supra, subdit, q
possent uerba iuramenti esse tam generalia,
ut forte aliud esset dicendum, & sic q contra
ctus esset firmatus tam ratione minoris æta-
452 tis, quàm prohibitionis legalis. † Tertio
non procedit limitatio, de qua supra, quādo
extarent filij ipsi uxori cōsentienti cum iura
mento alienationi dotis, tunc enim iuramen
tum eam non ligaret, nec contractum firma-
ret, ita declarat hic Ioan. Fabri, motus ex gl.
fi. in d. c. cum contingat, uult enim ille tex. q
ad hoc, ut iuramentum mulieris eam liget, &
contractum firmet secundum communē sen
sum, tale iuramentum non redundet in alte-
rius præiudicium, puta, filiorum, secūdum gl.
453 † Sed aduersus hanc declarationem glossæ,
& Io. Fabri, stringit alia gl. in c. 2. de pact. li. 6.
in gl. fi. dum. n. tex. requirit ibi, q iuramētum
non redūdet in alterius detrimētū, gl. itelligit
de principali, secūdario. n. posset detrimentū
reperiri filijs viro, uel uenietib. ab itestato, uel
similib. psonis, inquit gl. Vult ergo iuramētū

mulieris operari non obstantibus filijs, & eo
454 rum detrimento.† Confirmatur hæc opin.
nam filij uiuente patre, uel matre, non habēt
aliquod ius in eorum hæreditate. l. post eman
cipationem. §. 1. & ibi declarat Bar. ff. de libe.
leg. & in l. fi. in fi. C. de pact. iuxta communē
intellectum glossæ ad illum tex. quòd proce
dat etiam in filijs. dicit enim Bar. & cæteri se
quuntur communiter, prout Cur. & Gozad.
testantur, quòd quatenus ille textus hoc ius
successionis spem appellat, dicitur spes uana
nec a iure cōsiderabilis. & hoc latè tradit Ias.
in l. is potest, colum. 3. ff. de acq. hær. in l. qui
Romæ. §. duo fratres, in prima opp. Bar. ff. de
uer. ob. ubi etiam Clau. Aquen. ponit. nu. 6. Ri
pa, nu. 10. declarando prout ipsi dicunt, quo
455 ad actum disponendi.† Hinc filius non libe
ratur a satisdatione propter bona paterna,
quia multa accidere possunt, ne successio pa
tris ad eum pertineat, argumento l. naturalē.
§. 1. ff. de acq. rer. do. ita post Gulie. de Cun.
tradit Bar. in l. sciendum, in fi. prin. q. penu. ff.
qui satis. cog. Idemque tenet Alber. post anti
quos, & sequuntur omnes Moder. prout in
quit Ias. ibi. col. pe. & idem tenet Alex. in l. in
suis, col. 3. ff. de lib. & posthu. Tiraq. de legib.
connub. in 15. le. nume. 29. & de utroque re
tractu, in titu. de retrait linagier. §. 14. num.
456 18.† Quinimo, quod est fortius, nec in legi
tima filij dicuntur habere spem de iure pro
babilem uiuente patre. l. 1. §. si impuberi. ff. de
colla. bon. ibi [*prematura enim est spes.*] & ibi de
clarat Bar. & in l. fi. per illū tex. ff. de lib. agno.
& in auth. si qua mulier. circa fi. C. de sacros.
eccl. & in l. lex Corn. ubi etiam Bal. Ang. Imo
la, cæterique, ff. de uul. & pup. Ias. in d. l. is po
test. colum. 4. Alexan. in l. quia poterat, colu.
pen. ff. ad Trebe. consi. pe. colum. 3. uol. 4. Dec.
in d. l. fina. C. de pac. num. 14. consi. 16. col. pe.
qui proprie loquitur in matre, & filijs, (Ce
phal. consi. 214. num. 8. Senatus Pedemonta
457 nus decisio. 72. num. 15.)† Nisi tamen esset
filius Iudæus conuersus ad fidem, qui potest
petere legitimam in bonis patris uiuentis,
ut tradit Ioan. de Ana. & Fely. in cap. Iudæi. se
cundo, de Iudæis. Ferrati. cautela 24. in fi. Gu
liel. Bened. in c. Raynutius, in uer. in eodem
testamento, 1. nume. 215. & 216. de testa. Bru.
in tract. quòd stan. mas. art. 6. nu. 62. Plor. in l.
si quando, num. 363. C. unde ui. Petr. Duen. re
gula 356. limi. prima, (Marquad. in tracta. de
Iudę. 3. par. cap. 6.) regulariter uero cōtra, ut
458 per eos.† Hinc cōdemnato filio propter ali
quod delictum, executio non potest fieri con
tra patrem, & respectu legitimæ, ut tradit Spe
cu. in titu. de execu. sent. §. sequitur, colum. 5.
Bar. in d. §. si impuberi, & in l. Sticho. ff. de pec.
leg. Bal. in l. omnimodo, §. imputari, C. de in
offi. test. Iason, in d. l. lex Corn. col. 2. & in au
then. nouissima, col. 2. C. de inoff. testa. Cagn.
in d. l. fi. C. de pact. nu. 287. Ruin. cons. 249. nu.
459 13. uol. 3.† Parique modo dicit Bar. in l. hæ
reditarium, ff. de bo. aut. iud. poss. si pater ha
bens multa bona, omnia uendiderit fine frau
de, eamque promiserit post mortem tradere,
eo mortuo debentur illa bona, ueluti æs alie
num, nec filius prætextu legitimæ solutionē
talis debiti potest declinare, & hic est unus
modus priuandi filium sua legitima, secun
dum Bar. sequitur Veronen. cautela 22. pater
uolens. Dec. consi. 19. ad fi. His ergo stantibus
quòd filij uiuente patre, uel matre, in eorum
hæreditate spem, uel ius probabile non ha
beant, utique dicēdum uidetur, quòd aliena
tio dotis facta cum consensu, & iuramento
matris, ualere debet, licet extent filij, quia præ
iudicium alterius consideratum in d. ca. cum
460 contingat, in filijs, cessat ex prædictis.† Pro
uera tamen resolutione huius articuli, consi
derandi sunt aliqui casus. Primus est, quando
maritus uergeret ad inopiam tempore aliena
tionis. ita. quòd subesset periculum, nec filij
possent educari dote uendita, cum enim non
aliunde sit, ex quo alantur, debēt ali de re do
tali. l. ubi adhuc. C. de iure dot. l. alimenta. C.
de neg. gest. tali ergo casu satis diceretur agi
de præiudicio filiorum, & ob id alienatio fa
cta non ualeret, etiam cum iuramento mulie
ris. Et hoc casu procedit opi. Ioan. Fabri hic,
& glo. in d. ca. cum contingat, ut ibi declarat
Imola, colum. 5. nume. 14. & Alcia. post eū, nu.
461 21.† Nec isto casu militant, quæ supra dixi
contra filios, qui uiuo patre, uel matre ius uō
habent in eorum bonis: procedunt enim re
spectu rerum, non alimētorum in quibus be
ne filij ius habent, cum parentes ad ea filijs
præstanda saltem iudicis officio teneantur. l.
si quis a liberis, in prin & in §. si uel parens. &
ibi Bar. ff. de lib. agnos. Alex. consi. 7. columna
pen. uolu. 2. consilio 134. nume. 36. uolum. 6.
462 † Quod etiam procedit in procreatis ex
damnato coitu de iure cano. cap. cum habe
ret, & ibi Cano. de eo, qui duxit in matrimo
nium quam poll. per adulter. Barto. Bal. & Sa
licetus in authentica, ex complexu, C. de in
cest. nupt. Anchara. consilio 401. in fine, Soc.
462 cons. 161. col. 1. uolum. 2.† Adeoque hæc ue
ra sunt, ut si ab alio, qui non tenebatur alere
filium, præstita fuerint alimenta, posit ille, q
ea præstitit, a patre repetere, d. l. si quis a libe
ris. §. si mater. & ibi Bar. Soc. d. cons. 162. Dec.
464 Neap. 10. (& ultra uidemus, quod pater tene
tur alere filium, qui partem suam ludendo
consumpsit, ut post Iacob. de Are. tradit Bal.
in l. scimus, col. fi. C. de inof. test. uel si eam lu
xuriose cōsumpsit, vt idem tradit Bal. in l. j. §.
ius naturale, nu. 7. ff. de iust. & iu. & in auth. si
captiui, in fi. C. de episc. & cle. Cast. in l. si cum
dotem. §. si post. nu. 7. ff. sol. mat. Ias. in aut. quod
43 gl. Bar. & alios in l.1.ff. pro empt. † Mihi tamen longe magis placet præcedens opin. si enim uidemus in actore non domino transferri dominium, ut supra dixi in secūda declaratione, fortius in reo idem dicendum est argumento text.in l.fauorabiliores, ff.de reg. iuris, & l.Arianus, ff.de actio.& obl. ubi prōcliuiores sumus pro reo, quam contra reum. Ita hāc rationem facit Imo.in d.c.proposuit, col.9.quam ego confirmo: uidemus enim, φ
44 † legatus extra prouinciam licet excommunicare non possit sine licentia diœcesani, potest tamen excommunicatū absoluere: Imo in c.nouit.de offi.deleg. sequitur Marf. in singu.90. Nec obstat fundamentum Castren. & Aquens. quod hic non interuenit traditio, nec dimissio operatur effectum traditionis.
45 † Dico enim, quòd ex quo per sentētiam declaratum fuit reum esse dominum, & actor, ut pareat sententiæ, rem apud reum dimittit patet talem dimissionem esse ordinatam ad finem transferendi dominium: ideò talis dimissio operatur traditionis effectum, l.qua ratione, §.interdum, ff.de acquir. rer.dom. §. interdum, supra de rer. diui. declarat Ias. in dicta l.si pro fundo, columna penulti. meri
46 to trāsfertur dominium. † Nec obstat text.in dicta l.si pro fundo, in fi. quia speciale est in contractu transactionis, ut dimissio facta ex illa causa, non transferat dominium: secus uerò in alijs cōtractibus, ex quacunque alia causa res alij dimittatur, tribuitur enim titulus, & dominium trāsfertur, ita Bal. in c.1. in fine, de contro.inter uas. & alium de bene, refert, & sequitur Alc. & Ias. in d.l.si ꝓ fundo latè Bertr.consi.316. uol.1. & in consil. 255. uol.

uolum. 3. notisſimorum cum alijs copioſe
deductis per Tiraquellum (qui tamen con-
tradicit) in tracta.ſuo de utroque retract. §.
47 j.glo.24.nu.62. & 67.† ut enim inquit Bald.
in d.l.ſi pro fundo, poſt Iacob.Butr. in l. ſiue
apud acta, C.eo. tit.ibi remisſio non reſpicit
rem, ſed litem, & ſic ſolum dimisſio fiebat
ibi, ut imponeretur finis controuerſiæ, non
48 ut transferretur dominiũ,& ut alibi † Bald.
in l.ſi inter eos, C.communia utr. iud.dice-
bat, dicta l.ſi pro fundo, in fine, loquitur, quã
do contractus celebratur ſuper inſtantia li-
tis, ſecus ſi contraheretur ſuper re ipſa, & ali
bi idem Bal.in l.1.C.de bon. mat. inquit, ꝙ
remittere litem nõ eſt dare, d.l.ſi pro fundo.
Sed bene remittere rem, uel actionem quæ
omnia refert, & ſequitur Iaſon in d. l. ſi pro
49 fundo, col.pen. † Et ſi dicatur, aduertendum
eſſe, ꝙ quando iudex pronũtiat rem eſſe poſ-
ſeſſoris conuenti, nulla poteſt fieri prætextu
talis ſententiæ executio realis, ut declarat
Bald.in l.cum Papinianus, C.de ſent.& inter.
colum.2. per l. ſi inter, ff.de exec.rei iud. ſe-
quitur Alex.in l.1.§.in operis, ad fin.ff.de o-
per.no.nunc. Cum ergo nulla executio, uel
traditio fieri posſit uere, non poſſumus etiã
fingere illam interueniſſe uigore d.dimisſio
50 nis, † quia ubi non habet locum ueritas, nõ
poteſt habere locum fictio.l.qui ad certũ, ff.
loca.declarat Bart.& alij, in l. ſi is qui pro em
ptore, ff.de uſucapion. (cum potisſime fictio
non inducatur non apparẽte cauſa propter
quam debeat induci, ut tradit Bartol.conſi.
65.Petrus Nicolæ, nerſi.2.uidendum eſt. Nat
ta conſi.549.num.3.ſicut nec quando æqui-
tas aliud ſuadet, ut idem Natta ponit conſil.
374.num.3.&) ita fortiter arguit Claud.A-
quenſ.in dicta l.ex hoc iure, numero 44.
52 † Dico ego, quòd Bald.in dicta l.cum Papin.
loquitur reſpectu eorum, quæ nullo modo in
iudicio deducta ſunt. Exempli gratia, ſecun-
dum eum, Titius egit rei uendicatione, reus
ꝓbauit de dominio ſuo, & obtinuit, quia do
minus, utique ſi qua poſſesſio, puta ciuilis, eſt
penes actorẽ, quia reus conuentus naturali
ter tantum posſidebat, non poterit, inquit
Bald. uigore d.ſententiæ reus euincere ciui-
53 lem actoris, quia hoc non eſt actum. † Idem
eſt in q. poſita per Alexand.in dicto §. in ope
ris, denuntiante nouum opus, & dicente con
tra nuntiatum agentem negatoria, quòd au
diri non debet, quia ædificauit ſpreta nun-
tiationem, non enim per uiam d. exceptio-
nis conſequi poteſt, ut ædificans teneatur
demoliri. Ratio eſt quia de demolitione
nil actum eſt, ſed tantum de inhibendo ope-
re, iuxta l.1. ff. de oper. non. nuntia.in uer.
[*inhiberetur*.] Sed in quæſtione noſtra actum
eſt utrinque de dominio, actore dicente ſe
dominum, reo hoc negante, & dicente ſe
dominum, iuxta §. primum, infra de acti.
Ergo ſumus extra terminos, Bald. in dicta
l. cum Pap. & Claud.Aquenſ. male loquitur.
54 † Et quoniam ſupponunt omnes Bartolum
ſibi contrariari in dicta l.ex hoc iure, & in di
cta l.exceptio, quod Alexand.animaduertẽs,
in dicto §.ſi iuſſu, num.14. uiſus eſt quandam
concordiam adhibere, ut opinio Barto. in
dicta l.exceptio. quæ eſt, ut transferatur dò-
minium procedat, quando reus petijt ſe de-
clarari dominum, ſentiens opin. Barto. in di
cta l.ex hoc iure, qui tenet dominium non
transferri, procedere, quando reus nõ petijt
55 ſe declarari dominum. † ego conſiderans,
quòd imo Bartol.in dicta l.ex hoc iure, loqui
tur, quando reus hoc petijt, & tamen uult do
minium non transferri, & ſic concordia Ale
xandri corruit. Cogitaui alio modo Barto-
lum ab hac contrarietate ſaluare. Dico
enim, quòd Bartol. in dicta l.exceptio, loqui
tur in caſu, quo res erat actoris, non autem
rei conuenti. Probatur ex l.ſi quis rem, ff.de
56 except.rei iudic. quam citat, † ſecundum
quam eius dictum debet intelligi, iuxta no-
tata per eum in l.non ſolum, §. liberationis
uerba, ff.de lib. leg. Paris. conſi.71.num.12.
uolum.2. Alexand.conſi.45.nume.3.uolu. 6.
nam in dicta l.ſi quis, quidam à non domino
rem emerat. ergo nec res erat facta ſua, iuxta
regulam l.traditio, ff. de acquiren.rer.domi.
mox petente domino abſolutus fuit, ita, ꝙ
& ſuam eſſe pronuntiatum fuit, ſecundum
glo.ibi, & ſic loquitur aperte ille tex. quando
actor erat dominus. Et hoc caſu bene Bar. in
dicta l.exceptio. concludit dominium in reũ
transferri: ſi enim quando fertur condem-
natoria pro actore, quando res erat rei con
uenti, transfertur dominium in actorem, l.
3.§.idemque erit, ff.de rebus corũ, & ſupra
diximus in ſecunda declaratione. tanto ma
gis in reo idem dicendum eſt, quia fauorabi
liores ſunt rei, l.fauorabiliores, ff. de regul.
57 iur.& ſupra comprobaui. † Barto.uero in di
cta l.ex hoc iure. loquitur, quando res erat
rei conuenti. Oſtẽdo ex ratione, quã ponit,
poſtquã dixit, ꝙ non transfertur dominium
in reũ. ratio eſt, quæ me mouet (inquit ipſe,)
quia reus petit pronuntiari ſe dominũ, non
autem dominiũ in ſe transferri. Ergo ex iſtis
uerbis datur intelligi, ꝙ erat dominus, alias
petijſſet in ſe transferri dominiũ, & hoc caſu
quando reus eſt dominus, bene conſonũ eſt,
nõ transferri dominium, quia idẽ eſt in acto
re domino, ut non transferatur, quia natura
actionis non patitur trãsferri, ſed potius de-
clarari, ut inquit ibidem Bart. & ſuprà dixi
in ſecunda declaratione, & ex his habes ſal-
uationem ad Bartol. in dictis locis a contra
rietate, & hanc tertiam declarationem pro-
58 cedere in reo nõ domino, alias ſecus. † Quar
to declaratur ſupra dicta concluſio, ut proce
dat in ſententia diffinitiua, ſecus uero in in-

terlocutoria, quia per eam non inducitur ef fectus translationis dominij, Ita Bal. in dicta l.1.ad fi.C.communia utr. iud. & ibidem Sal, col.2.in princ. Aret. in dicto §. fi. colum. pen. circa med. Roma, & Alex. in d. §. si iussu. Ias. & Aquensf. in dicta l. ex hoc iure, mouentur omnes per l.a diuo Pio, §. si super rebus, uer sic. sed sciendum, ff. de re iudi. ubi si capta sint pignora ex interlocutoria iudicis in executione sententiæ, & comparet tertius, qui dicit rem non esse debitoris, sed suam, Iudex summariè hoc cognito pronuntiat rem nõ esse debitoris, & sic paret, quòd illa interlocutoria iudicis lata pro actore, non facit prę iudicium in iudicio proprietatis, quominus tertius possit comparere, & dicere, quòd illa res est sua (sed ille text. in eo iudicio parũ facit: id enim contingit, quia tertio non citato non præiudicat ex sententia dato, quòd esset diffinitiua. l. de unoquoque, ff. de re iudi. cum uulgaribus, unde melius) † confirmatur ista declaratio, quia cum per diffinitiuam sententiã finis imponatur negocio principali, per interlocutoriam uerò emergenti, ut declarat glos. & Ange. in l. qui restitue re, in fi. ff. de rei uendi. tradit Abb. in rubr. ex. de re iud. Alexand. Ias. & Ripa, ff. eodem, impossibile est dicere, quòd per interlocutoriã transferatur dominium, ex quo de illo tractatur in negocio principali tantum, nõ autem in emergẽti articulo. Cætera uero, si quæ sũt quæ in hac q. dicãtur per Doct. in locis supra commemoratis, uideas ibi per eos, quia locus iste non est principalis. † In eadem glo. ibi [*in flumine*] habes ex ea, quòd flumen per alluuionem suam transfert dominium, l. ergo, §. alluuio, ff. de acquir. rer. dom. concordat text. in §. præterea, quod per alluuionem supra de rerum diui. ad quem se remittit hic Are. ubi & Balduinus adfert carmen Lucani de alluuione siccanentis.

Illos terra fugit dominos, his rura colonis.
Accedunt donante Pado.

† (unde text. in l. ergo, §. flumina, ff. de acq. rer. dom. bene dicit, quòd flumina uice censitorum funguntur: hoc est, ut inquit glo. iudicum, qui uni auferunt & alij dant dominiũ.)
63 † Adeoque transfert dominium, licet Aret. hic non dicat, quòd (acquisitum per alluuionem non potest Princeps alteri uendere, uel concedere, & auferre ei cui quæsitum est de iure gen. nisi ex causa concernente pub. utilitatem, ut tradit Bero. consi. 140. nu. 38. vol. 3.
64 † Quamquam de iure acquirendo per alluuionem futurum secus senciat & late Bapt. Aymus, in tract. de allu. lib. 1. cap. 10. contra Ruin. consilio 95. uolum. 1. item) licet alias,
65 † quando flumen impetu quodam agrũ alicuius occupauit, non applicando illum alicui uicino fundo, sed sibiipsi flumini, quia in eo sibi nouum alueum fecit, ueteri alueo derelicto, si postmodum idem flumen alio impetu facto illum nouum alueũ dereliquit ager ille primò occupatus dẽat restitui priori domino ex æquitate, l. adeo, §. quòd si toto, in fi. ibi, [*sed uix est*] iuncta glo. ff. de acquir. rer. domi. (Bar. in tract. Tiberiadis, li. 3. de alueo. Frãcis. Marci. q. 111. nu. 19. secundę partis.) tamen quando non sibiipsi flumen agrum illum applicauit, sed alteri uicino fundo paulatim per alluuionem, licet postmodum alueum mutet, non debet illa terra paulatim applicata uicino fundo, restitui etiam de æquitate priori domino, sed remanet eius cuius fundo accessit, ita utrumque casum determinat Bal. egregie in rub. ff. de rer. diui. in uersi. sed pone, quòd impetus fluminis, colu. 8. in meo libro, & ante col. 6. uers. sed nũquid. Sequitur Aret. in dicto §. præterea, quòd per alluuionem, Corn. in consil. 191. colum. j. uolum. 3. Ias. in consil. 126. colum. 3. uolum. 4.
66 † Ampliatur autem ista conclusio, ut procedat, non solum quando decremẽtum, quod uni fundo contingit, & alteri per alluuionẽ adijcitur, latenter, ut paulatim contingit, prout uidetur loqui tex. in l. 1. C. de alluui. & Pau. ubi dicit tex. quod [*si paulatim ita auferatur, ut alteri parti accrescat, id alluuionis iure quæritur*] & est glos. in c. ex transmissa, in uer. [*mi-*
67 *nutatim*] de præscript. quæ dicit, † ꝙ alluuio statum prædiorum immutat alij auferendo paulatim, alij dando latenter, idemque nide tur de mente Bal. in d. rub. ff. de rer. diu. col. 5. uersi. nunc de rebus singulorum, ubi dicit, ꝙ alluuio ex una parte per minutissimas particulas addit, & ex alia diminuit, & corrodit, datque exemplnm de arena cadente de horologio uitreo, ubi utrumque. s. decrementum ex parte superiori, & incrementum ex parte
68 inferiori fit paulatim. † (Sed & aliud exemplum tradit glo. in §. prętetea, Inst. de rer. di ui. & Azo, in summa, C. de allu. qui dicunt ex imbecillitate uisus tam subtilia incrementa perpendere quem non posse, ut in cucurbitis, quę quamuis citissime crescãt, non ideo tamen augumentum earum quiquam discernere ullo modo potest Lynceo licet oculatior, sequitur Bapt. Aymus in tracta. de allu.
69 lib. j. capitu. 3. in prin.) † Sed etiam procedit dicta conclusio, si tale decrementum non fiat paulatim, sed cum impetu fluminis, ita, ꝙ uideri posit, quantum quoquo momento temporis detrahatur: si enim postea paulatim, & lateuter alteri fundo addatur, dicitur alluuio propria, & uera, per quam ius & dominium acquiritur illi fundo, cui adijcitur. Ita peregregie determinat Ias. in di-
70 cto consil. 126. colum. j. & 2. nolum. 4. † motus ex diffinitione alluuionis, quæ dicitur esse incrementum latens, dicto §. præterea, l. item si fundi, §. huic uicinus, in uer. [*latet incrementum*] iuncta gl. ff. de usufr. l. hoc iure,

§. si

§.si aquam.ff.de aqua quo.& æsti.ibi, [*sed si alluuione paulatim accesserit fundo tuo,*] & sic d.iura
considerant tantum incrementum fieri debe
re latenter & paulatim, de decremento uero
71 ne uerbum quidem. †Idemque secundũ Ias.
patet in cucurbita, pèr quam glo. in l.adeo.§.
præterea,& ibi Doctores, ff. de acquiten.rer.
dom. & Bal.in dicta rubrica, dant exemplum
in alluuione, in qua non est dare nisi incremẽ
tum latens, decrementum uero secus, ibique
ulterius hanc opi.confirmat, ut uideri potest
idque breuibus explicat ultra Iasonem Bal-
duinus in dicto §. præterea, in ver. incre-
72 mentum. †Et licet ipse non dicat, dici potest
dictã l.primam, C.de allu.& palud. & glossam
in dicto capitu.ex transmissa, quæ considerat
in hac alluuione decrementum latens & pau-
latim, loqui secundum communiter acciden
tia, & id quod frequentius euenit, ut decre-
mentum, sed non fit per hoc, quominus fit al
luuio, si decrementum fit statim, & non paula
tim, dummodo incremẽtum fit latens, & pau
latim, quia talem casum, ut minus frequentẽ
tex.ille non recensuit, (quando enim decidi-
tur aliquis casus ratione frequentioris con-
tingentiæ, non per hoc alius casus extendi-
tur, glo.in clem.in uer. præsidentes.in fi.de re
scrip.& post eum Bar.& Imo.Ias.in l. 1. num.
33.ff.solu. matrimonio, cum similibus à me
supra cumulatis, in prin. de dona.nume. 32.)
73 quod nota. †Secundo ampliatur, ut proce-
dat non solum in fundis, quibus terra adijci
tur, quorum directum est dominium posses
soris, sed etiam si tantum utile, puta in em-
phyteuta, uel cui quæsitum est utile domi-
nium mediante longi temporis præscriptio
ne, ut tradit Cum.in consi. 15. col. 4.& 5. uo
lum. 4. uel in uasallo, cui feudum meris ter-
minis demonstratum est, ut per Gletta.in
74 tracta.de feudis, artic. 5. nu. 22.† Tertio am
pliatur procedere, etiam si flumen aquis sub
sidentibus, suoque recessu, uicinum fundum
ampliarit parte sui aluei derelicta, nam & id
alluuionis iure censetur, adeo ut non obsit
etiam via publica intermedia, l.Martius, ff.de
acquir.rer.dom.& tradit Balduin.in d.§. præ
75 terea, in uerbo, flumen. † Limitatur autem
ista conclusio, ut procedat in flumine publi-
co, secus in priuato, torrẽte, fossatis, & id ge-
nus, quæ licet labantur per agros uicinorũ,
non tamen conferant ius alluuionis (l.la-
cus, & ibi not.ff.de acq.rer.do.Bapt. Aymus
in tracta. de alluuionib. in c. 3. in fi.& ca. 16.nu.
2.& Cornel. Benincas. in tract. eiusdem no-
minis, prima parte, nu. 13.) ea quidẽ ratione
quia eorum alueus est priuatus, quod secus
est in flumine. Ita latius declarat Bald.in dic
ta rubr.ff.de rer.diui.col.6.uers.sed hic quæ
ritur. sequitur Aret.in d. §.præterea (& cla-
rius Bapt.Aym.in d.c. 16.in fi. dicens, quod cũ
flumina priuata nihil a cæteris reb. priuatis
differat ad similitudinẽ priuati hominis cedi
guntur, ideo ius censendi seu adiudicandi nõ
habent, quod priuatis non competit.)
76 †Hinc est, quod in lacu, uel uallib. priuatis non
habet locum ius alluuionis, l.Rutilia Polla, in
fi.ff.de contra.empt.l.lacus, ff.de acquir. rer.
domi.& ibi not.l.uicinus, §.fi.ff.de aqua.plu.
arc. tradit Bartol. in tracta. de alluui.in uer.
delatio uerò. Alexand.in consil.57.nu.9.uol.
7.Corn.in consil.287. num.2.& 9. uolum. 3.
(Bero.consi. 140.num.3.& 12.uolu. 3. Fran-
cis.Marci, Decis. 111.nu.21. secundæ partis.)
77 †Secundo limitatur non procedere in agris
limitatis, vt est casus clarus in l.in agris, ff.de
acquir.rer.domin.in quibus alluuio locũ nõ
habet, ut ibi dicitur, & tradit Bartol.in tract.
Tiberi.in prima par. in §.acquiritur, ubi ra-
tiones uarias in hoc cõsiderat. Sequitur Cor
ne.in consil.322.colum.penul.uolum.3.& in
d.consil. 15.nu.5.& nu.13. Balduinus in d. §.
78 præterea, in uerbo, agro. †ea ratione motus
quia incrementum fit potius publicũ, & po-
puli Romani, qui agrum dedit captum ab
hostibus, assignauitque ueteranis ueluti cer-
tis limitibus præscriptum, retinens sibi tum
iurisdictionem, tum ius accessionis, (& cum
prædictis etiam concordat Bero, consi. 140.
num. 13. uol. 3. Franc. Marci, Decis. 111. num.
79 16. secundæ partis.) † Tertio limitatur, ut
non procedat in his, quæ sunt publici iuris,
ut est iurisdictio, & publici confines alicuius
territorij, qui non mutantur per alluuio-
nem, nec inde recipiunt diminutionem, uel
augmentũ. Ita determinat Bar.in d.§.acqui-
ritur, quem sequitur Bald.in d.rub. de rer. di
ui.colum.5.in fi.uersic.sed ulterius quæritur.
Cepol. in tracta. seruit. rust. in titu. de flumi.
pri.Corn.in dicto consilio 322. colum. 2. uo
lum. 1.& late in dicto consilio 287. uolum. 3.
post quendam Bal.Ser. Colæ: idem late tenet
Ias.in consil. 146. in 2. uol.& Dominus meus
Riminaldus in consil.64. ubi uarijs rationi-
80 bus insistit. † & licet Curt.in cons.56. teneat
contrarium, ponens illud consilium fuisse fa
ctum per Collegium Papiense, tamen à pri
ma opin. recedendum non puto, quam & ip
se Curt. ibi, colum. 2. fatetur esse commu.&
in eadem met causa totum contrarium con
suluit Ias. in dicto consil. 146. ut uideri po-
test, (idemque pluribus exornat Francisc.
Marci, in dicta Decisi. 111. num. 22. licet di-
cat, quòd in patria sua de consuetudine Do
mini territoriorum sequuntur flumina, lon
ge uero plenius de his agris limitatis ponit
Bapt. Aymus in tracta. de alluui. libro 1. ca-
pitu. 17. ad quem lectores delego, & breuius
Benincas. in eodem tracta. prima parte, nu-
mero 14.) Iura autem, & rationes, qui-
bus hinc, & inde Doctores utuntur, omit-
to, & ad dicta per eos me remitto, (sic
& ad Baptistam Aymum in dicto tra-

da.de allu.lib. 2.c. 6.ubi latisſime ponit hūc
81 articulum.) † In eadem glo. ibi [*idem in Imperatore,*] habes ex gloſ. quòd Imperator trāſ
fert dominium rei alienę, quam alienat, & ſic
gl. ſupponit Imperatorem d. rei non eſſe dominum, quod ſuppoſitum prima fronte ui
detur contra tex. in l. fi. C. de quadrien. præſ.
ibi [*cum omnia Principis eſſe intelligantur*] & in
l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. ibi [*ego quidem mūdi dominus.*] Sed ſaluando gloſſam, dicas, quòd
lex finalis loquitur de rebus fiſcalibus, & alijs, , quæ ſunt de priuata ſubſtantia Imperatoris, inter quas nulla differentia conſti-
tuenda eſt, inquit text. [*cum omnia Principis eſſe intelligātur*] id eſt, ſiue ſint fiſcalia, ſiue pri-
uata ſubſtantia, non autem intellexit de alijs
particularibus rebus ſingulorum hominū.
Ita exponit Archid. in ca. per principalem.
9. quæſt. ultima, quem refert Alberic. in dicta l. fina. poſt princip. & approbat Bal. ibi co
lum. 1. licet de prædictis mentionem non faciat, & ante eos Odofred. ibi, Felyn. in c. quæ
in eccleſiarum, num. 21. de conſtit. (ſed quia
non reſpondent iſti ad l. deprecatio, præter
quam eſt alius pulcher text. in l. 1. C. de rap.
uir. ibi [noſtri orbis regiones] ideo pdictis
82 iuribus) † dici poteſt quòd Imperator eſt
dominus ratione iuriſdictionis uniuerſalis,
& liberæ adminiſtrationis, ſicut tutor, & curator, l. interdum, §. qui tutelam, ff. de furt.
Ita Caſtrenſ. in d. l. deprecatio, ſecus in parti
culari, nec eo modo, quo quis eſt dominus
fundi, quia duo in ſolidum &c. Et hoc eſt, qđ
ante ipſum uoluerunt gl. Cyn. Iacob. Butr. Al
ber. Angel. & omnes in dicta l. fina. & nouiſſime Berous, in cap. 2. de rebus eccleſ. non alien. num. 10. & latius in c. quæ in eccleſiarum) num. 152. de conſtitut. Caſſaneus in conſuet.
Burgun. §. 4. rubri. 4. in textu apres le dict. nu
me. 15. ubi dicit, quòd eſt dominus quo ad
protectionem. (& cum prædictis tenet etiam
Anto. Gabrielius Romanus in ſuis. concluſionibus, lib. 5. titu. de acquit. rer. domi. con-
clu. 3. alios citans ut per eum, qui etiam firmat ſequētem declaratiōnē plurib9 allegās.)
83 † Vel dici poteſt, eum eſſe dominum, & uere
totius mundi, uelut cuiuſdam uniuerſitatis,
prout mundus eſt uniuerſitas quędam, & licet ſinguiæ res non ſint ſuæ, unde ſi alius
mundum teneret, ipſe poſſet uendicare. Ita
declarat Bartol. in l. 2. §. per hanc, per illū tex.
ff. de rei uend. quem refert ſimpliciter Bal. in
84 dicta l. fi. column. in fi. † Bene ergo ex prædictis gloſſa iſta ſuppoſuit Imperatorem nō
eſſe dominum rei, quam alienat, intelligendo eam de dominio particulari, quod ab eo
conceſſum fuit, ut habetur in l. omnes, & in
§. fi. ſupra de uſucap. quod neſcit Balduinus
ibi, an tam iuſte, quàm ſecurè factum ſit.
Parum enim iuſtum uidetur fiſci autoritatem temerè alijs obeſſe, & loco. priuati hominis, a quo licebat 10. aut 20. annis rem petere obijci fiſcum grauiorem aduerſarium,
aduerſus quem non niſi quadriennio liceat
85 agere. † (& licet non dicat Balduinus, hoc
præſenſit Bal. in proœ. decretal. & in dicta l.
bene a Zenone. dicens, quòd diſp. illius legis
habet potius de bono quā de æquo, & ideo
cum ius canonicum ſit fundatum in æquitate. Bald. in l. fi. in princ. C. de iure del. merito
diſp. d. legis uelut iniqua locum nō habet de
iure canonico, ut Fab. Aret. & alij dicunt, in
§. fi. ſupra de uſuc. ſequitur latius Bero. conſi.
83. num. 5. uol. 3. & intra quoque dicetur, nume. 119.) Iſta tamē concluſio recipit aliquas
notabiles declarationes, quas, pperfecta in-
telligentia dictę l. finalis, C. de quad. preſc. in
86 rendo hoc loco referre. † Primo enim d. l. fi.
quæ habet, quòd ſi Imperator uel Auguſta,
aut fiſcus Imperialis donet, uel uendat aliquid alienum, ſtatim transfertur dominium
dato quadriennio uero domino contra Imperatorem, Auguſtam, ſeu fiſcum, procedit
tantum in Imperatore, ut loquitur, non aūt
in alijs inferioribus a Principe, etiam non re
cognoſcentibus Imperatorem, ut no. Angel.
in repet. l. prima, C. de fide inſtr. lib. 10. Bal. in
5. fi. in fi. de re iud. Mat. Laud. in trac. de prin.
in 11. ſpeciali, Iac. de Sancto Georg. in tract.
feud. in uer. Princeps, in 40. ſpeciali, Soc. in
conſi. 46. co. 6. uolu. 4. Iaſ. in auth. quas actiones, nu. 6, C. de ſacroſan. eccl. & in conſi. 167.
in princ. in ſecundo uol. Curt. in conſi. 50. nu
53. Dec. in conſil. 357. colum. penult. num. 7.
Clar. Riminaldus meus, in conſi. 434. nume.
18. Curt. Iun. in conſil. 142. col. fi. & in conſil.
185. nu. 6. & nouiſſimè Soc. Iun. in conſi. 69.
87 num. 56. uol. j. † licet Roman. in conſil. 59. in
6. dubio, in domino Fani, & in conſi. 319. in
fi. in ciuitate, uicem Principis obtinente, Iaſ.
in conſi. 127. col. 8. in ſecundo uolum. in Duce Sabaudiæ, Curt. Iun. in l. hæres abſens, nu.
17. ff. de iudic. in Vicarijs, uel locum tenentibus generalibus Principis, & Peri. in conſi.
1. nu. 122. uol. j. in Duce Mediolani contrariū
89 ſtatuant. † quorum ſententia a pluribus ſupra citatis ſuperari uidetur, probaturq; iſta
prima declaratio ex uerbis dictę l. finalis ibi,
[*a ſacratiſsimis Imperatoribus*] & clarius in ver
ſiculo, [*Quæ omnia*] ibi [*ſiue a noſtra clementia, ſiue a ſereniſſima Auguſta coniuge noſtra, ſiue ab his qui poſtea digni fuerint nomine Imperiali,*] & ſic manifeſtè loquitur de Imperatore tantum tunc
uiuente, & alijs futuris homine Imperiali dignis, quo nomine utique alij Principes non
ſunt digni. Secundo comprobatur hæc ex
ratione ibi propè finem ſubiecta, ubi tale
priuilegium conceditur Imperatori; quia
dicit text. [*ſuo labore, ſuiſque conſilijs pro toto orbe terrarum die noctuque laborat.*] quæ ratio
utique in alijs principibus non militat.
89 † Et ob hanc ceſſantem rationem in Fran-
ciæ

ciæ rege, licet supremo Principe, consuluit Abb. consi. 3. in 27. q. in secundo uol. dictã l. fi. non procedere. quem Dec. & Curt. in d. cõsilijs referunt, & sequuntur, licet sit magnum uerbum, cum Rex, & Imperator æquiparentur, c. super quibusdam, §. 1. de uerb. sign. & Rex in regno suo sit Impator, ut no. Archid. 2. dist. in c. constitutio. sequitur Bal. in proœ.
90 decretal. col. 3. nu. 15. († Imò uero maiorẽ habet potestatem Rex iu Regno suo quã Imperator in suo Imperio, ut inquit, & probat Andr. de Iser. in c. 1. de uasal. de cre. æta. Cassane. in consue. Burgun. Rub. 8. §. 3. in tex. ab in testat. uu. 23. cũ simil. per Boeri. Decis. 178. num. 9.) & saltem de consuetudine seruatur in regno Franciæ secundum Guli. Bene. in repet. c. Raynut. de testa. iu uersi. & uxorem, nu. 384. in prima par. post Mausuerum, quem refert, & hoc tenet Nic. Boer. decis. 8. num. 4. & Ruin. consi. 31. num. 18. uolum. 5. & Andr. ab Exea in rub. de constit. nu. 69. (& in dicto Rege Galliæ pro comperto debet admitti stantibus pluribus titulis, & prærogatiuis illi cõcessis, de quibus tradit Cassane. in consuetu. Burgun. in proœ. in tex. Du Sauiet. empire.
91 † Et quia ut inquit Bal. de prohi. alie. per Feder. colu. fi. Rex Franciæ est tamquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis emiuentis, & qui quoad subditos suos est tãquam quidam corporalis Deus, & lex animata in Regno suo, ut idem Bal. in l. hoc am
92 plius, C. de fideicomm.) † Tertio confirmatur ex finalibus uerbis illius text. qui dicit [*tale priuilegium procedere post Imperiales infulas susceptas*] & sic post coronationem, secundũ plerosque. Non ergo loquitur de alijs principibus, sed de Imperatore tantum, quibus ponderationibus ad illum tex. utitur Soc. Iuni. in d. cõs. 169. ubi loquitur in Duce Vrbini & tenet in eo dictã l. fi. non procedere, sed minor est in eo difficultas, cum recognoscat in superiorem Summum Pontificem. Quæstio autem nostra loquitur in non recognoscen-
93 tibus superiorem. † Saluari tamen possent dicta Romani, & cæterorum contraria, de quibus supra, quando tales inferiores Principes, aut ciuitates haberent ex concessione expressa Imperatoris omnia iura regalia, & fiscalia Imperij, ut uoluit Bal. in cõsi. 363. quæritur, uol. 3. in nouis, quem uariato nume. citat Berous in d. c. 1. nu. 9. ad fin. & idem Bal. in consil. 25. num. 6. uol. 3. in nouis. Berous in dicto cap. quæ in ecclesiarum, nume. 158.
94 † (tales enim qui habent iura Imperij sunt supra ius positiuum, cap. proposuit, de concess. præb. glo. in l. rescripta, C. de precibus imper. off. glo. Bar. & omnes in l. fi. C. si cõtra
95 ius. † Et iu eis sufficit pro ratione uoluntas, Innoc. in c. cum ad monasterium, de sta. mo. Bar. in l. relegati, ff. de pœn. cum similibus per
96 Natt. consi. 367. nu. 8. † Et in summa possunt oĩa quæ Imperator in uniuerso orbe. Bart. in l. hostes, ff. de capti. in l. 1. §. de qua re, ff. de ff. de postul. Natta consil. 501. nume. 28.)
97 † Secundo declaratur dicta l. finalis, ut procedat, quando tempore alienationis Imperator rem possidebat, & bona fide, secus si non possidebat, uel alienam esse sciebat, ita Bart. in l. fin. C. si contius. Bald. & Angel. in l. 2. C. de commu. rer. alie. Aret. in §. fi. supra de usu ca. ubi etiam Faber, Abb. in c. penult. nume. 13. de re iud. gl. notab. in l. 3. in uersi. distrahatur, C. de uendi. re. fis. lib. 10. Abb. in ca. 2. ad
98 fi. de reb. eccle. non ali. † ubi tandem Berous col. fi. dicit sic in consulendo & iudicando tenendum. Fely. in capitu. quæ ecclesiarum, in nu. 27. de constit. ubi inducit d. l. 2. C. de com. rer. ali. per locum à speciali, ut ibi per eum sequitur ibidem Berous, num. 153. Soc. Iu. in d. cons. 69. col. fin. uolu. 1. & Clar. meus Riminal. in cons. 103. num. 52. Ias. in consi. 167. col. 1. in 2. uolum. Dec. in dicto consi. 357. nume. 7. Balb. in tract. de præscrip. in 2. parte. 5. partis princi. in 8. quæst. in 3. & 4. limitat. Curt. Iun. in consi. 242. colum. fi. Gul. Bene. in repetit. cap. Raynu. de testam. in uer. & uxorem. num. 382. iu prima parte, Grammati. decis. 65. nume. 32. (idemq; tenet late Bero. consi.
99 56. num. 16. & consi. 83. uol. 3.) † Quæ possessio, & bona fides in dubio præsumitur. Bald. iu d. l. 2. Rom. iu d. consi. 310. ad fi. Ias. in dicto consi. 227. col. 8. in 2. uol. Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum, Cur. Iun. in d. l. hæres absens, num.
100 16. † An autem ex parte recipientis pari modo requiratur bona fides. gl. in l. 2. in uer. moueri, C. eod. tenuit, quòd sic: quam sequitur Fulg. in consi. 20. col. 4. uer. rursum, quod dici solet, & Soc. Iun. in dicto cõsi. 69. in fi. ubi plus dicunt, quòd nemo ibi eam improbat, & idem tenet Gramma. decis. 65. nu. 45. (Bero. iu allegato cons. 83. col. 2. uersic.
101 2. iura. uol. 3.) ego † uerò contra sentio, nã in dicta l. 2. & fina. non curatur de bona fide accipientis, dummodo causam habeat à fisco, transfertur enim in eum dominium sine inquietudine apud eum mansurum. Ita dicit iu terminis Bald. iu dicta l. 2. in fi. & est de mente Odofredi ibi hæc opinio, dum refert, quòd quidam dixerunt illam legem loqui, quando quis emit à fisco bona fide, postea statim transit ad aliam opin. dicẽdo, uel dicatis melius, & sic sensit illam opi. glossæ nõ esse bonam. Confirmo hoc ultra Bald. & Odofred. nam contra Imperatorem tantum cadit præscriptio quadriennij, non etiam contra recipientem, imò is statim securus est, ut ibi dicitur, & in §. fina. supra de usucap. bona fides ergo tantum requiritur ex parte Imperatoris præscribentis iuxta text. supra de usucap. in princip. & in l. 1. C. de usucap. trans. non autem ex parte recipientis, qui nulla indiget præscriptione.

102 ptione.†Tertiò declaratur d.l.fi. ut procedat interueniente traditione,& nō ante. Ita
uoluit Bal.in c.secūdo,de noua for.fidel. quē
simpliciter refert Corset.in reperto. Abb. su
per decretali, in uer.'dispositio l. benc a Zenone, & Aldobrandinus, suprà titu. j. in §.
fi.in apost.tex.& ante eos Ias. in l. traditioni
bus,col.2.C.de pact. & in l.quotiens, nu. 10.
C.de rei uend.Cort.Iun.in d.l.hæres absens,
num.18. ea solum ratione motus Bald. quia
ubi cum Principe contrahitur, seruatur ius
commune. Ego uero ad hoc pondero tex.in
dicta l.fin. in uarijs locis.Primo,in princ. ibi
[*ne homines qui ex nostro ærario donationis, uel em*
ptionis titulo quicquam accipiunt.] Secundo, ibi
[*sed aduersus emptores,uel donationem accipientes,*
uel per alios titulos alienationis quicquam detinen-
tes.] Tertio in uersiculo, [*quæ omnia.*] ibi [*si*-
ue res eis per nosmetipsos,siue per procuratores, ex
epistolam tamen nostro fuerint assignata.] Quar-
to ibi [*& nemo audeat eos qui res accipiunt per*
quemcunque alienationis titulum.] Quinto, ibi
[*& per alios titulos assignasse.*] Sexto in fi.ibi
[*res accipientium.*] Septimo ad idem pondero
tex.in l.2. C.eod.post princ.ibi [*datæ fuerint*]
in quibus omnibus locis manifestè patet, sē
per Imperatorem loqui de contractu facto
per eum mediāte traditione dum utitur uer
bo [*accipere,detinere,assignare,*] quod nota, quia
neminem uidi ponderantem ad hoc illa iura.
103 † & licet non mediocris soleat esse difficul
tas,an per donationem,uel alium contractū
Principis transferatur dominium absq; traditione, de quo late Ias.ī l.traditionib.col.2.
& post eū Dec.C.de pac.Ias.in l.quotiens,C.
de rei uend.in cons.27.uol.1.D.meus Rimin.
in consi.213.nu.7.Ruin.consil.208.num. 12.
uol.j.Boer.Decis.41.nu.28.& Tiraq. in tract.
104 de nobili.c.37.nu.51.in † hac tamen mate
ria dictæ l.fi.puto indubitanter non transfer
ri, ne duo specialia concurrant. Primum, quod
non dominus transferat dominium, contra
l.traditio, ff.de acquir.rer.domi.Secundū,quod
non dominus transferat dominium, contra
105 l.traditionib.C.de pac.†In illa uero difficul
tate agitur de donatione rei Principis, uel
alio contractu super re sua inito, quo casu
primum speciale cessat: ideo minor est ibi
dubitatio, an dominium transeat sine traditione, quam in hac materia dictæ l. fi. (imo
uero quando prædicta non probarent hanc
declarationem,ea tamen esset admittenda,ut
sic dicta iura minus corrigerent ius commu
ne quam sit possibile,l. præcipimus, in fi. C.
106 de app.cum uulg.) † Quarto declaratur,ut
procedat dicta l.fi. quando Imperator nullū
ius habet in re,credit tamen esse suam, ut su
pra dictum est.Secus autem, quādo aliquod
ius habet in re,licet non plenum, tunc enim
illud solum uidetur alienare, non etiam ius
tertij, l.si domus, §.fin.ff.de leg.1, Ita decla-
rat Aret.in d.§.fi.supra de usuc.post Ioā.Fab.
& ante Aretinum idem tenuit Bal.in cōs.suo
57.illustris Dominus noster, quem refert, &
sequitur Soc.in consi.46.nume. 24.in 4.uo
lum.& est consilium 254.uolum.j. in nouis,
107 (& ista declaratio iustificatur ex uulgata
regula, quod concessu Principis intelligitur facta sine præiud.tertij, l.2.§.merito,& §. si quis
a Principe, ff.ne quid in loco pub. Bald.in l.
ex facto,in prin.& post Ias.& alij.ff.de uulg.
late Dec.consi.11. num.4.Cro.consi.113.nu-
mero 13. inde cum possit uerificari respe-
ctu iurium Principis concessio sua non de-
108 bet ad aliena iura porrigi.) † Quinto non
procedit d.l.fi. in rebus in quibus non cadit
commercium, ut est in libero homine,l.non
ideo, C.de lib.causa,& ibi sentit glo.& Salycet.& tenet expresse Ioan.Fab.& Are.in d.§.
109 fi. † Sexto declaratur dicta l.fi.ut procedat
quando Imperator rem uēdit iure proprio,
secus si iure creditoris, ita uoluit Bal.in l.1.
colum. 2.C.de hær.uel act.uend.& in secundo
proœ.decr.col.3.Corset.& Aldob.in locis su-
pra citatis,in tertia declaratione,Balb.in tra
cta.præscri.in secunda par. 5.partis principa
110 lis, in 8.q.in 5.limit. † cuius rei ea est ra-
tio: quia primo casu arguitur bona fides, se
cundo non,imò scientia rei alienæ:quo casu
cessat dicta l.fin.ut supra dictum est in secun-
da declaratione .(item quia cum Princeps
uendat iure creditoris uti priuatus id agit
sicque contractus remanet destitutus aucto
ritate Principis,ī qua fundatur dispositio d.
111 legis,bene a Zenone.) † Septimo declara-
tur, ut procedat in rebus profanis seu laico
rum per Imperatorem alienatis, secus in re-
bus ecclesiæ: quia non transfertur dominiū,
imò recipiens tenetur eas restituere sub ex-
communicationis uinculo,c.quicūque, 12.
q.2.& ibi gl.hoc ponit in terminis. Idem tra
dit Archid. 23.q.8.c.cum uenduntur.Abb.&
Imo.in c.secūdo,de reb.eccl.alie. ubi Berous
nu.20.Fel.in d.c.quę in ecclesiarum,in tertia
limit.Berous in 5.nu.159. Corset.& Aldobr.
in locis supra cōmemoratis,Dec.Neap.36t.
col.fi.Gul.Bene.in repe.c.Raynut.de test. in
uer.uxorem,nu.33.'in prima parte. & Rimi.
112 meus egregie in consil.434.num. 22. † (&
ista declaratio comprobatur ex eo,quòd le-
ges laicorum generaliter loquentes non ex
tenduntur ad clericos nec ad iura ecclesiasti
ca tum ex defectu potestatis, c.ecclesia, San-
ctę Marię,de consti.& c.bene quidem, 96.di
113 stinct.cum ex defectu uoluntatis. †quia in
tentio statuentium regulatur a poten. ideo
generalis dispositio statuti nō trahitur ad il
lud, quod in specie ficti non posset, ut per
Bart.in l.si quis sub conditione, in fi. ff.de cō
dit.insti.& ita tenet Arch. in c.lege. 10. disti.
Barb.consi. 21.uolu. 3.& Dec.in d.c.ecclesia
S.Mariæ,nu.65.unde pati modo d.lex bene a
Zeno-

Zenone, nõ debet habere locum quãdo Prin
114 ceps rem ecclesiæ alteri concederet.)† Octauo, pari modo declaratur, ut non procedat in rebus donatis ecclesiæ per Imperatorem, nõ enim statim fit secura ecclesia, sed requiritur, ut spatio 30. annorum præscribat, ita gl. in d. ca. quicunque, tex. & glo. in c. placuit. 16. q. 3. Imola in d. ca. 2. Roma. in sing. 612. incip. lex bene a Zenone, Fel. ubi supra, in secunda limi. & Berous in tertia. Soc. Iun. in d. consi. 69. columna penul. num. 60. Paris. in consi. 27. num. 88. uolum. 1. & Gul. Bene. in loco proxime cі-
115 tato.† Soli tamen Barba. & Berous in d. ca. secundo, contradicunt, moti ea ratione, quia d. l. fi. loquitur de rebus ecclesiæ donatis, ut patet in uersiculo, quia igitur. Vnde sequitur, quòd ex quo fauet ecclesijs, dicitur approbata esse per ius canonicum, iuxta doctrinam Hosti. & Ioan. And. in ca. fi. eo. titu. ubi dixerunt, quòd lex Imperialis emanans in fauorem ecclesiæ, censetur approbata per canones. Licet ergo ecclesia non acceptauerit dictam l. fi. contra se, ut in præcedenti declaratione, potuit tamen eam pro se acceptare, cum non ad postulationem ecclesiæ emanauerit d. lex fi. & ita damnant Sicul. & Berous
116 tarionem glo. in d. c. placuit.† Sed tu considera, quòd isti longè ac late hallucinati sunt: dicunt enim contra tex. in d. cap. placuit, ubi uult res ecclesijs donatas ab Imperatoribus possessas per spatium 30. annorum ab ipsis ecclesijs, ab eis auferri non posse, cum enim fundet se in præscriptione 30. annorum, patet, quòd loquitur in rebus, quæ non erant Imperatorum donantium, alioqui statim dominium fuisset trãslatum secuta traditione, iuxta regulam. §. per traditionem, supra de rer. diui. & sic ille tex. loquitur in terminis d. legis fi. & tamen non dicit statim ecclesiam esse securam, & dari quadriennium, contra Imperatorem, sed opus esse ecclesiæ, spatio 30. an-
117 norum.† Nec quicquam ualet intellectus ad illum tex. Beroi dicentis, quod loquitur de re, quam Imperator possedit per annos 30. donata ab eo ecclesiæ, quam ipsa postmodum possedit intra annos 30. ut illa dictio [*intra*] uerificetur. l. 1. §. si intra. ff. de suc. edi. quia respondetur non esse uerum illũ tex. loqui de re possessa p annos 30. ab Impatore, sed ab ecclesia tãtũ. Ita pbatur ibi, [*siue a diuæ recordationis Imperatoribus siue ab alijs Dei cultoribus donata, & ab eis per annos 30. possessa sunt.*] illa enim uerba [*& ab eis*] referenda sunt ad proximiora, & sic ad illa uerba, [*Dei cultoribus donata,*] sicq; respiciunt possessionem ecclesiæ, cui facta est donatio, non autem Principis donantis, merito expositio sequens Beroi per dictionem,
118 [*intra*] corruit, tantoque minus ualet, quia ita tex. dicit, [*quæcunque iuxta 30. annorum spatia, ab ecclesia possessa fuisse noscuntur*] id enim uerbum [*spatia*] relatum ad 30. annos, impedit, ut de modico tempore possit intelligi. Ex quibus apparet manifeste, quòd ecclesia pro se non recepit dispositionem dictæ l. fi. sicut nec contra se, ut & bene inquit ibi gl. Nec obstat decisio Hosti. & Io. And. in d. c. fi. loquuntur enim in dubio, & also in contrarium non apparente, secus in casu nostro, ubi constat con-
119 trarium, per d. c. placuit.† Nonò declaratur d. l. fi. ut non procedat de iure canonico, cũ iniquitatem quandam sapiat, ita Ioan. Fab. & Aret. in d. §. fi. & ante eos glo in d. c. secundo, de reb. eccl. non alie. & ibidem sequitur Cardi. Soc. Iun. in d. consi. colum. penul. Paris. cõsilio 27. nume. 88. uolu. 1. Gul. Bene. ubi supra num. 384. & Aldobran. in d. §. fina. (idem Frã. Mar. q. 1122. num. 8. 1. par. Bero. in c. qui res. nume. 9. de reb. eccl. nõ alie. ubi restatur, esse magis communem, & in consi. 183. nume. 6. uolum. 3. ubi uult ius canonicum seruandum esse in utroque foro, etiam in quibuscunque
120 terris.)& licet† Abbas in d. c. 2. Fel. in d. c. q. in ecclesiarũ, in quarta limitat. & Balb. in tractã. de præscr. in secunda par. 5. partis prin. in 8. q. in 8. limitatione, intellexerint istud de iure canonico quoad præiudicium ecclesiarũ procedere, nõ etiam laicorum, imo inter eos seruabitur d. l. fi. etiam de iure canonico, alias secundum Fely. aliter intelligendo d. l. fi non procederet in terris ecclesiæ, per c. si duobus, & ibi no. Abb. de app. quod esset multũ euer-
121 uare d. l. fi.† tamen mihi longe uerior, sicut & crebrius recepta, uidetur præcedens Doctorum sententia passim intellecta, & respectu laicorum. Moueor, quia si ius canonicum non recepit d. l. finalem casu, quo de commodo ecclesiæ tractari posset, quod est, ubi ecclesiæ donaretur, uel uenderetur ab Imperatore, ut probatur in dicto capitulo, placuit, & diximus supra in octaua, declaratione, tanto minus recepta esse debet eodem iure, ubi de commodo laicorum agitur, ne ius canonicum laicos uideatur prædilexisse plus, quàm ecclesiam, & sicut quando agitur de præiudicio ecclesiæ, ius canonicum non recepit illam legem, ut supra in septima declaratione enarraui, ita pariter quando agitur de præiudicio laicorum, quorum res ab Imperatore alienantur, ut seruetur æqualitas, argum. l. ut liberis. C. de colla. cum uulgatibus, (& contra Fel. de terris ecclesiæ stat decisio Beroi, in d. consi. 83. proxime citato.)
122 † Decimo declaratur d. l. fi. ut procedat, dũmodo constet, quòd Imperator uoluerit uti plenitudine potestatis. Ita dixit Bal. in proœ. primo decret. colum. 2. num. 3. uersicu. unde lex bene, a Zenone, sequitur Dec. in consilio 357. colum. fi. Ias. in d. consi. 167. in prin. in secundo uol. Soc. Iun. in d. consi. 69. colum. pen. in 1. uolum. Balb. in tract. de præs. in 2. par. 5. partis principalis, in 8. quæst. in 9. liml. & Al-
123 dobran. in d. §. fi.† Nec in dubio præsumitur,

tur, quòd Imperator uoluerit uti plenitudi-
ne ptãtis, secundũ Inn. in c. innotuit. in prin.
de elect. cum alijs de quibus in locis præalle
gatis. Cur. Iun. in consi. 185. colum. pen. num.
7. quibus addo insignem meum Riminal. in
consi. 276. num. 35. (& Decianum respon. 56.
uolumi. 2. † nam plenitudo potestatis nihil
124 aliud est quam derogare iuri communi, &
ordinario, ut per Alex. consi. 30. in fi. uolumi.
125 5. & Barba. consi. 55. uolum. 4. † ubi dicitur,
quòd plenitudo potestatis est plenitudo arbi
trij, nulli legis necessitati supposita, nullique
iuris publici regulis limitata. Idemque tradi
dit Soc. consilio 27. uolumi. 3. sequitur Decia.
126 resp. 41. nume. 20. uolum. 2.) † sed Fel. in d.
c. quę in ecclesiarum. in 5. limit. dicit, quòd
limitatio repugnat dictæ l. fi. indistinctè lo-
quenti. Item, quòd non est necessaria stante
alia, de qua supra per me secundo loco, quòd
requiritur bona fides ex parte Imperatoris
alienantis, quasi dixerit Fel. quòd plenitudo
potestatis arguit scientiam rei alienæ, nõ bo
nam fidem, & cum eo tenet etiam Berous, nu
mero 161. Ego tantum ab ista declaratione
127 seu † limitatione communiter recepta non
discedo, quam etiam tenet Gramma. in d. de-
cisio. 65. num. 79. motus ea ratione, quia illa
lex priuans quempiam iure suo, debet intel-
ligi in casu, in quo consueuit princeps, uideli
cet, quando facit de plenitudine potestatis,
& uult tollere ius alterius, non autem quan-
do simpliciter, quia in dubio non dicitur ei
derogatum per uulgare dictum Inn. in cap.
innotuit, de elec. Nec obstat quod inquit Fel.
nam ex eo tollitur, ne duo specialia concur-
rant: alterum, quod alienæ rei trãsferatur do-
minium; alterum, quòd in dubio princeps di-
catur uti plenitudine potestatis, quæ ambo
repugnãt regulis iuris communis. Quod ne-
ro secũdo loco subdit Fely. cessat, si dicamus
consequutiam non ualere, Princeps utitur
plenitudine potestatis, ergo scit rem esse alie
nam, cum tamen esse possit, quòd id nesciat,
& tamen ita uelit uti plenitudine potestatis,
quatenus res esset aliena, licet hoc ignoret.
128 † Vndecimo declaratur d. l. fi. ut procedat,
quando alienatio fuit solemnis ac ualida, pu-
ta, si fit uenditio, quòd subhastationes inter-
uenerint, alias secus, ita Bal. in dicta l. 1. col. 2.
C. de hær. uel acti. uend. dicens, quòd Docto-
res antiqui ita intellexerunt d. l. omnes, & l.
bene a Zenone. Idem Bal. in consi. 295. quæri
tur, an si per officiales, refert, & sequitur Soc.
in dicto consi. 46. in 4. uolu. glo. & Aldobran.
in d. §. fi. supra de usuc. quod quantum sit re-
spectu uenditionis, satis potest tolerari, cum
etiam in rebus proprijs possit cadere subha-
statio, authentica hoc ius porrectum. C. de sa
129 crosanctis ecclesijs. † sed quo ad donatio-
nem, de qua etiam loquitur dicta l. finali, ne
scio uidere quomodo hæc solemnitas pos-
sit cadere, & ita reperio Iacobinum de San-
cto Geor. in tract. feud. in uer. Princeps pede
montium. colum. 5. quem referr, & sequitur
Balbus in tract. suo præscrip. in 2. par. 5. partis
prin. in 8. q. in septima limita. concludere, q
respectu donationis nemo dixerit subhasta-
tionem requiri. Cum quo Iacobino etiam re
130 sidet Gramma. in d. deci. 65. nume. 35. † (&
bene, quia subhastationes propter uenditio
nes inuentæ sunt, uel quando res minorum,
uel ecclesiæ uenduntur, ut de primis in l. & si
fine. §. 1. & ibi glo. Bar. & alij. ff. de mino. Cor.
consi. 71. uol. 3. cum simil. per Rolan. à Valle,
consi. 33. num. 13. uolum. 1. De secundis in au
then. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccl.
uel quando res debitorum pro satisfaciendo
creditorib. uẽduntur, ut habetur in l. si quos,
C. de resc. in. uend. & tradit Menoch. de arbi-
tra. iud. lib. 2. centuria secunda, casu 128. at in
donatione subhastatio non requiritur, & est
131 impertinens.) † Duodecimo declaratur d. l.
fi. ut procedat, quando fiscus, uel Imperator
uenderet rem tanquam simpliciter suam, nõ
adiecto, ex qua causa sit sua, secus, quando uẽ
deret rem tanquam suam ex certa causa, pu-
ta, tanquam hæres & successor in ea re, cũ in
ueritate non esset. Ita concludunt Bal. & Saly.
post Cy. in addi. in d. l. 1. C. de hære. uel act. uẽ.
& sequitur Soc. in d. consi. 46. num. 19. in uol.
4. Gramma. in d. deci. 65. num. 79. (Rode. Sua
rez. alleg. 11. Bero. consi. 83. colum. fi. uol. 3.)
moti per textus, in l. nec ullam. §. item si quis
a fisco. ff. de pet. hær. licet ibi glo. Pet. Bar. &
Ang. dicant illum tex. corrigi per d. l. omnes,
ubi idem tradũt plerique, & Fab. Aret. & Ias.
in d. §. fi. supra de usuca. quod ego non cre-
do, cum quantum fieri potest, correctio legũ
sit uitanda l. præcipimus. C. de appel. l. 1. C. de
inoffi. do. l. sancimus. C. de testa. cum similib.
132 & tradit Soc. in loco preallegato. † Decimo
tertio declaratur d. l. fi. ut non procedat, quã-
do actor, & reus haberent causam ab Impera
tore, puta, quia Imperator primo uni rem cõ
cessisset, mox secundo loco alteri: primus. n.
posset secundum molestare, nec ille posset se
tueri beneficio d. l. fi. probo istam declaratio
nem ratione, & lege. Ratio quidem & duplex
133 est in promptu. † Altera, nam si princeps rẽ
uni primo concessit, non potest eam alteri
concedere, etiam motu proprio, nisi dicar, nõ
obstante tali concessione alteri primò facta.
Ita tradit Bar. in l. prædia, C. de loca. præd. ci-
ui. lib. 11. sequitur Alex. in consi. 3. colum. 2.
uolum. 5. repetito in consi. 11. uolumi. 6. ubi
plures alios citando uult primam concessio-
nem Principis præualere secundæ per eum fa
ctæ, quod etiam ponit alios citans Dec. in cõ
silio 432. in prin. in consi 498. num. 19. in cõ-
silio 286. colum. pen. & fi. & in consilio 292.
colum. 2. late Gozad. in consi. 14. nume. 15. &
134 per totum, Cur. Iun. in consi. 142. col. 1. † si
enim

enim Doctores isti uno ore uolunt primam
concessioné ualere,& non secundam, necessa
rio sequitur,quòd ille,qui possidet uirtute se
cundæ concessionis, non habet beneficium
d.l.omnes, & d.l.fi. quia Doctores non dice-
rent secund m esse nullam,& primam esse ua
lidam,si quidem ille,qui possideret uigore se
cundæ concessionis, esset tutus ex dispositio
ne d.legum,imo totum contrarium sequere-
tur,quòd secunda concessio primã absorbe-
135 ret. † Altera uero accedit ratio non minus
elegans, nam si bene consideremus,illæ leges
uoluerunt priuilegiare habentem causam a
Principe propter ipsius Principis dignitaté,
tanquam non uidetur conueniens, quod qs
uelit impugnare factũ Principis,& iõ induxe
runt d. leges, quod quicunque habens cau-
sam a Principe, non debeat posse molestari,
sed debeat haberi regressus contra Principẽ.
hæc enim ratio cessat,quando uterque actor,
scilicet,& reus habẽt causam a Principe, quia
tunc ex utraque parte tractatur de honore
Principis conseruando,ideo tali paritate cõ-
siderãdum est,quis habeat meliora,& potio-
ra iura,lex autem, quę hanc opin. confirmat,
est tex. in dicta l. prædia, ubi clare dicit tex.
quòd si aliqua prędia iure perpetuo fuerint
alicui per Imperatorem concessa, transferri
ad alium perpetuarium ea non oportet, sub-
iungens textus. [*Aperte enim hoc diffinimus edi-
cto, ut a perpetuario nunquam possessio transferatur,
etiam si alteri sponte eam Imperator donauerit.*] ec-
ce quam clare tex. concludit primam concef
sionem secundæ præualere, quò fit,ut hoc cõ
tingat,secundum acquisitorem non esse tutũ
ex dispositione d.legum. Ita hanc declaratio-
nem ad d.leges,ne mihi laudes aliorum uen-
dicẽ, tradit Cur. Iun. in dicta l. hęres absens,
columna fina. ff. de iudic. subiungens, quòd
ita consuluit in ciuitate Mantuæ,& ita per Se
natores fuit iudicatum, & executio commis-
sa, & ita eius consilium inueni, quod est con-
si. 74. ubi hæc omnia ponit, & ultra eum
nouissime idem tradit Grammat. in dicta de
cis. 65. num. 43. ubi citat Cur. in d. consi. licet
eum in lectura non uiderit, & ante prædictos
hanc opin. tenet etiam Roma. quem ipsi non
citant, in consi. 198. qui pluribus iuribus mo
uetur, ut ibi per eum, (& in addi. ad eum Man
tuo. Roma. quæ uide.) † Reperio tamẽ, quòd
136 Berous in d. cap. quæ in ecclesiarum, num.
156. hanc decisionem intelligit, quando prin
ceps neutri rem uere, uel ficte tradidisset, at si
ultimo rem tradidisset, & non primo, tunc se
cundus esset potior ratione traditionis sibi
137 factæ, l. quoties. C. de rei uend. † Sed ego a
priore sententia Romani, Cur. Iun. & Gram-
ma. non recedo, qui proprie hoc casu loquun
tur. Nec obstat regula legis, quoties, quia fal-
lit in principe, ut late disputat Ias. ibi, & tenet
138 in consi. 27. uolum. 1. † (ut enim dicit egre-
gie Bal. de pace Constan. in uerbo, possideãt,
non est boni Principis unum altare cooperi-
re, & aliud discooperire, nec priuilegia uni
139 concessa alteri dare.) † Decimoquarto de-
claratur dicta l. fi. ut procedat in maioribus.
Secus uero in minoribus, uel etiam in maio-
ribus, reipublicæ, tamen causa absentibus,
aut in captiuitate detentis, in quorum præiu
dicium. d. lex non procedit. Ita glo. in d. §. fi.
supra de usucap. & in l. fina. C. si aduers. fis. per
l. neque. C. de testam. mil. Grammat. in dicta
decisio. 65. numero 8. post Laud. quem alle-
gat ibi, in quo casu tu diligentius attende,
nam glos. in dicta l. fina. C. si adu. fisc. & ibi
dem Vber. de Bob. & Alberi. in d. l. neque. te-
nuerunt minori, & similibus non fieri præ-
iudicium, quominus etiam elapso quadrien
nio possint habere regressum contra empto
rem ad rem suam uendicandam, nam se-
cundum eos titulus de quadr. præs. nihil im-
mutauit quo ad res minorum, cum de eis ni
hil dicatur, ita quod hodie emens a fisco rẽ
minoris non plus est securus, quam olim
per edictum diui Marci, quo res minorum
excipiebantur, & sicut poterant tunc rẽ pete
re minores ipsi, ita & hodie, quia quod non
140 mutatur, &c. l. præcipimus, C. de app. † Con
firmatur ista opinio per dictã l. neque, ubi ta
les possunt petere restitutionem in integrũ,
non obstante lapsu quadriennij, quæ resti-
tutio reponit in pristinum statum, l. quod
si minor, §. restitutio, ff. de minorib. (&
prædictis concedi debet ex clausula gene-
rali, si quã mihi iusta causa uidebitur, secun-
dum magis communem opi. de qua per Soc.
consi. 69. uolum. 4. Alex. consi. 71. uolum. 1.
Balb. in tracta. de præscr. in 4. par. prin. q. 29.
Cagno. in l. 2. num. 74. & 81. C. de pact. inter
emp. post allegatos per eum, & p alios quos
cumulat Senatus Pedemontanus, decisi. 69.
num. 16.) & ob id rem debent posse cõsequi
141 aduersus acquisitorem. † Altera uero fuit
opinio contraria, & quidem communis, ꝙ
imo emptor, uel qui alias a fisco, aut Impe-
ratore acquisiuit, statim sit securus, nec ullo
modo a minore, uel similibus possit molesta
ri, sed minor, & similes habeant regressum
etiam ultra quadriennium ad pretium rei cõ
tra fiscum, uel Imperatorem. Ita hãc opinio.
tenuit Iacobus Butrig. quẽ refert & sequitur
Bal. in d. l. fi C. si aduersus fiscum, idẽ Petrus
ibi, Cynus, Salicetus, Castrensis, Odof. & oẽs
142 moti ea ratione, nam tempore, † quo sta-
bat edictum diui Marci, recuperatio rei alie
natæ per fiscum erat temporalis in maiorib.
nam usque ad quinquennium poterant eam
recuperare contra emptorem, dicto §. finali,
supra de usucapi. in minoribus uero erat per
petua, quia etiam ultra quinquẽnium admit
tebantur ad eam recuperandam, dicta l. fi. C.
si adu. fisc. postea fuit immutatum tale edi
ctum

ctum,& fuit statutum , quod recuperatio rei
alienatę non posset fieri, sed ageretur ad æsti
mationem rei, seu ad eius pretium usque ad
quadriennium, contra fiscum, uel Imperato-
rem, dicta l. omnes, & dicta l. fi. C. de quad. pſ.
(ergo tam respectu minorum quam maiorũ,
143 † quia leges illæ corrigentes uidentur intel
ligendæ secundum terminos legis correctæ
sicut dici solet de lege interpretante, quæ in-
telligitur secundum terminos legis interpre
tatę, l. nihil, & ibi Bar. ff. de coniun. cum emã.
144 libe. & in Auth. de fil. ante dot. instr.) † Con
firmatur ista secunda opinio, nam ubi læsio
infertur ex immediata dispositione iuris, ita
minor comprehenditur sub generali disposi-
tione, sicut quilibet maior, casus est in l. sine
145 hærede. §. Lucius. ff. de admi. tut. † Hinc di-
xit Bal. in l. non uidetur. C. de in inte. resti. mi
nor. quòd si ex forma statuti consanguineus
tenetur facere compromissum, pupillus etiã
comprehenditur, nec poterit petere se resti-
tui tanquam læsus, quia ista læsio surgit im-
mediate a iuris dispositione. refert, & sequi-
tur Aret. in l. possessionem pupillum, colum.
2. in prin. ff. de acquir. posses. Alex. in consi. vlt.
num. 6. & per totum uolum. 6. (Bal. Cast. Sa-
lyce. Aret. & Alex. in l. fi. C. in quib. caus. in in-
teg. rest. Ang. Cast. & Alexan. in l. si plures ff.
146 de pact. Natta, consi. 541. nu. 17.) † Et per
dictũ §. Lucius. cautum habemus pro regula,
quòd statutum generaliter loquens, ita com
prehendit minores sicut maiores, ut no. Ale-
xand. in consi. 19. colum. 3. uolum. 1. ubi etiã
citat Petrum, & Cy. in l. 2. in ult. colu. C. quæ
sit lon. consue. Iaco. Butr. in l. de quibus, in fi.
ff. de leg. & alios de quibus ibi per eum. Idem
que tradit Roma. in consi. 166. colum. 1. in fi.
& latius ponit Marsi. in singu. suo 481. ex qui-
bus uidetur concludi posse minores satis cõ-
prehendi sub dicta l. fi. C. de quad. præscr. ut
contra emptorem ad rem agere non possint,
sed tantum contra fiscum, uel Imperatorem
etiam lapso quadriennio ratione minoris æ-
147 tatis. † Quid dicendum? Credo ego, quòd
prior opi. sicut æquior est, ita & sit uerior. Mo
ueor, nam edictum diui Marci distinguebat
inter maiores, & minores, ut patet in d. l. fi. C.
si aduer. fiscũ. Superuenerunt postmodũ d. l.
omnes, & l. bene a Zenone, illud corrigentes,
quæ generaliter locutę sunt. Vnde dico, quòd
distingui debent per dictam l. fi. si adu. fis. ut
talis correctio procedat quo ad præiudicium
148 maiorum, nõ autem minorum. † Hæc enim
dicitur extensio passiua, quæ in legibus, & sta
tutis permittitur, ut patet in auth. offeratur.
C. de lit. cont. quæ distinguitur per l. sciendũ,
ff. qui satis. cog. ut utrobique glo, & Doct. no-
tãt, & probatur in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad leg.
Fal. & ibi Bar. & alij, Bar. in l. omnes populi.
in 6. q. prin. in uersicu. 4. quæro. ff. de iust. & iu
re. Alex. in consi. 20. colum. 3. uolum. 1. Dec.
consi. 331. colum. fi. Goza. in consi. 19. colum.
2. num. 7. & Clarissimus meus Riminal. consi.
125. num. 12. & consi. 528. numero 23. Guil.
Bened. in rep. sua ca. Raynutius, de testam. in
uersi. si absque liberis moreretur 2. num. 34.
149 in secunda parte, cum simi. † (confirmatur:
nam lex noua generaliter loquens non intel
ligitur derogare iuribus antiquis specialiter ,
loquentibus, sed secundum ea limitari debet
& distingui gl. in Auth. de hær. ab intesta. in
prin. in uer. uocantibus. Bar. in extra. ad repri
mendum, in uerbo non obstantibus , cum si-
milibus, per Nattã, consi. 162. nume. 41. ergo
per d. l. fi. non intelligitur derogatum edicto
diui Marci de minoribus specialiter loquen-
ti, sed secundum illud debet distingui.) debe-
mus ergo dicere, quòd hodie emptor, vel alio
modo acquirens a fisco, uel Imperatore sta-
tim securus sit a uero domino maiore, secus,
quoad minorem, qui poterit etiam lapso qua
driennio rem petere, per dictã l. fina. C. si adu.
150 fis. quæ in hoc remanet incorrecta. † & tenẽ
do hanc partem non obstant contraria. Nam
prima ratio considerata tollitũr, intelligen-
do, quòd immutatio edicti diui Marci noui-
ter facta quo ad recuperationem rei, dicatur
facta respectu maiorum, nõ etiam minorum
151 ex ratione proxime considerata. † Ad secun
dum uero de l. sine herede. §. Lucius. ff. de ad-
mi. tut. dico illud esse intelligendum, ubi di-
spositio loquitur simpliciter in rem, secus, si
in personam. Ita est de mente Bar. ibi in sum-
mario, & ponderat bene Soc. in consi. 124. nu
mero 3. uolu. 3. quòd ultimum est in d. l. om-
152 nes, & fi. † Præterea illa regula per d. §. Lu-
cius, quæ habet statutum generale, etiam mi-
nores comprehendere, non procedit in ma-
teria odiosa, & iuri communi contraria. Ita
not. Roman. in consilio 49. circa primum.
153 † Vbi statutum permittens carcerationem
pro debito priuato, non comprehendit mi-
norem, quia talis carceratio est odiosa, & iu-
re communi minor pro debito priuato non
potest carcerari, secundum eum ibi pluribus
rationibus, & autoritate Ange. in l. nemo car
cerem. C. de exact. trib. lib. 10. sed d. l. omnes,
& fi. cõtinent odium quoddam respectu ue-
ri domini, qui ad rem agere non potest. Item
corrigunt edictum diui Marci, quod eum ad-
mittebat infra quinquennium, ergo minores
154 non debent complecti. † Ex qua solutione
infero particulariter ad declarationem deci-
sionis Baldi in dicta l. non uidetur. C. de in in
teg. resti. ubi in statuto de compromissis in-
ter consanguineos faciendis, comprehendi-
tur pupillus, & minor. id enim est, quia mate-
ria illa est fauorabilis, & tale statutum factũ
fuit pro bono pacis, & litium, ut tradit Anch.
in consi. 187. (sicque tenent Bal. Alex. Corn.
Cast. Saly. Ias. Roma. Dec. Iacob. a S. Georg.
in l. qui se patris. C. unde lib. & ibi dixi, nume.
407.

407.Ioan. Bap. in tract.de arbi.libro 6.cap.j. Caccialu.in tract.de transact. q.21.& amplissime Blanc.in tract.de compro.q.t.limitando, & declarando, ut per eos.) & ideo comprehendit etiam filios naturales tantum, ut
155 per Auc.in d.consi.187.† Parique modo comprehendit filios emancipatos, quia largo modo dicuntur agnati, ut tradit Bal. in l. qui se patris, colum. pen.C.unde lib. quem sequitur Roma.Cast.& Alex.colum.penu. Dec. nume. 25.Ias.num.55.Cur.Iun.num. 78.& cæteri repetentes ibi.Et idem Ias.in l.2.§.1.nume.5.ff. de in ius uoc.Dec.in l.penu.colum.fina.num. 36.C.de pact.(Cast.consi.69.in anti.Alex.consilio 59.colum.2.& 3.uolum.2.D.meus Riminaldus,consilio 129.num.20. Brun.in tracta. Quod stant.Masart.12.num.40.Blanc.in tra-
156 cta.de compromiss.in 3.quæst.)† Præterea, ut dicit Alex.in dicta colum. pen.tale statutũ non dicitur esse correctorium iuris commu-
157 nis, sed limitatiuum:† non enim omnea cogit ad compromissum contra ius commune, quo nemo tenetur compromittere, ut tradit Bar.in l.furti.§.qui iussu.ff.de his, qui not.infam.Bal.in l.ex stipulatione.C.de senten.Alexand.in consi.254.colum.4.nume.6. uolum. 6.sed de agnatis tantum disponit.Nil mirum ergo, si in casu Bal. in dicta l.non uidetur, cõ-
158 prehendit etiam agnatos minores.† Iura enim limitatiua introducta ob aliquam causam fauorabilem, extẽduntur, ut patet ex no. per glo.in l.1.in uer.liberos.C.de his, qui ante aper.tabu.inducendo, ut per Alexan.in dicta colum.pen.& est decisio Bar. quam non citat Alexan.in l.si constante.in 9.q.primæ par. prin.ff.solu.matrimo.ubi cæteri sequuntur,& sequitur eam Ias.in auth.non licet, colum. 3. de lib.præt.& in l.Gallus.in prin. num. 60.ff. de lib. & posthum.per tex.in capit. cum dilectus,& ibi no.Abb.de confir. uti. uel inut.sed in casu nostro sumus in materia correctoria, edictum enim diui Marci disponebat acquirentem a fisco non esse statim securum, lex autem, omnes, & fina.uolunt imo eum esse statim securum, & sic corrigunt, non limitant, merito non debent minorem comprehende
159 re.† Decimoquinto,& ultimo declaratur d. l.fina.ut non procedat in præiudicium dotis. Ita singulariter uoluit Bald. in consilio 323. quemadmodum Imperator, quod multum commendat Ias.& dicit alibi non legisse in l. 1.in 3.notab.ff.solu.matrimo. Idem tenet Socin.in consilio 46.nume. 25.uolumi.4.Balb. in dicto tracta.præscri. in 2. par. quintæ par. prin.in 8.quæst.in ultima limitatione. Negu. in tract.de pigno. in 8. parte, in primo mem. nume.23.& nouissime Andreas Tiraquel. in tracta.suo de retractu.§. 1.glo. 14. nume.91. in fi. unde siue Imperator uendat, aut donet rem dotalem alicuius uxoris, siue rem mariti obligatam uxori suæ pro dote, tanquam suam, dicendum est uxori non præiudicari. nec acquirentẽ statim esse securum, imo uxori aduersus talem acquirentem dari recursum, non obstante dicta l.omnes,& dicta l.fi-
160 na.† solus Cur.Iun.in dicta l. hæres absens, nume.18.ff. de iud. damnat hanc declarationem, quia secundum eum tenentes eam, mouẽtur per unam regulam, quam putat ipse erroneam fore, uidelicet, quòd lex generaliter loquens non habet locum in causa dotis, per tex.in l.fina.in prin.& ibi Sal.C.de iure dot. hæc enim regula sibi non placet: ut enim inquit, dos habet multa priuilegia specialia, quæ Doctores enumerant in l.1.ff.solu.matrimonio, in quibus enumerãdis non esset opus elaborare ipsis Doctoribus, si uerum esset, quod causa dotis esset exempta ab omnibus regu-
161 lis, seu legibus generaliter loquentibus,† & ad tex.in dicta l.fi.iuncto, Saly.ibi respondet, quòd ibi dicebatur dotem non requirere insinuationem, unde infert Saly. ad statuta requirentia, quòd instrumenta registrentur, ut non habeant locum in causa dotis, ea ratione, quæ Salycetum mouit, quia erat specialiter decisum in causa dotis insinuationem nõ requiri, & per consequens dicendum erat pari modo non requiri dictam registrationem, quæ est similis insinuationi,& sic, quia dos erat specialiter priuilegiata in simili casu, de quo dicta statuta loquebãtur, quod non est in materia dictæ l.omnes,& dictę l.fi.C.de quad.præ
162 scrip.† Sed tu considera, quòd alta satis est quæstio, an lex, uel statutũ generaliter loquẽs comprehẽdat casum dotis, de qua per Iason, in dicta l.1.in 3.nota. ff.solu. matrimonio, & alios in uarijs locis supra per me cumulatis hoc eodem titulo, in prin. numero 357. quibus tantum addo Andream Tiraquel.in loco præallegato, nume.92. & sequen.ubi late insi-
163 stit.† Et ut late ponit Negus.in tract.de pignor.in loco supra citato, communis opi. secundum eum, quæ habet non comprehendi casum dotis, procedit etiam in casu, in quo dos non sit specialiter priuilegiata, ut ibi per eum latissime, quo stante procedit ista declaratio, posito, quòd dos in hac materia dictę legis, bene a Zenone, non esset specialiter pri
164 uilegiata.† Quicquid tamen sit, quia an illa sit communis opi. facile constat ex quotis per me adductis, sub d. numero 357. ubi contra Negus.inclino. dico in casu nostro, uidelicet in materia d.l.omnes,& fina.causam dotis esse specialiter priuilegiatam, primo, ut considerat eleganter Ripa in d.l.1.ff.solu.matrimonio, numero 15, dicens ideo l.illam non habere locum in præiudicium dotis, quia expresse cautum erat, quòd fiscus non utatur priuilegio suo contra dotem ut not.glo.in l. 2. C. de priui.fi.& sic quia dos erat priuilegiata cõtra fiscum in casu de quo d.l.omnes, & fi.Lo-
165 quitur † secundo,& quidem melius, dos n.

alienari non poteſt, & in hoc eſt ſpecialiter
priuilegiata, ut late ſupra uidimus in princi.
huius tituli. Idemque eſt in bonis mariti pro
dote uxori hypothecatis expreſſe, uel tacite,
iuxta materiam.l.ſi C.qui poti.in pigno.hab.
& in §.fuerat. infra de acti. non enim ualida
eſt eorum alienatio, quod inde patet, cum ad.
ea ſoluto matrimonio, & quandoque etiam
conſtante uiro inope, mulieri detur regreſ-
ſus.l.ubi adhuc.C.de iu. dot. quod non eſſet,
ſi ualida eſſet eorum alienatio facta per ma-
ritum. Cum ergo d.l.omnes, & fina.inducant
alienationem ab Imperatore factam de bo-
nis alienis, ut ſuis eſſe ualidam, ſtatimque re-
cipientes ab eo ſecuros reddi, dicendum eſt
d.ll.non comprehendere cauſam dotis, quæ,
in tali materia alienationis reperitur ſpecia
166 liter priuilegiata, ut alienari non poſſit, † ſi-
cut & in caſu Sal.in d.l.ſi.illa ſtatuta de inſtru
mentis regiſtrandis non comprehendunt do
talia, ſeu dotem, quæ non requirit de iure in-
ſinuationem, quæ nihil aliud eſt, quam regi-
ſtratio, & deſcriptio coram iudice, ut not.Bal
dus, & alij, in l.illud.C.de ſacroſan.eccl.& dixi
ſupra de dona.in §.1.num. 152.& ob id regi-
ſtratio uere dici poteſt.imo tex.in l.ſancimus.
C.de diuer. reſ.de hac regiſtratione loquens,
utitur uerbo, [*inſinuentur*] unde apparet inſi-
nuationem, & regiſtrationem eſſe unum, &
idem, (quod etiam confirmatur. nam Anto.
Canar.qui facit tract.de inſinua.q.1.dicit, ꝙ
regiſtratio requirit ſcripturam ſignũ, quòd
regiſtratio, & inſinuatio ſunt ſinonima,) & ſic
Cur. omni reſpectu male loquitur, & ex his
ſunt abſolutæ omnes iſtæ declarationes addi.
ctam l.omnes, & fina.quas menti teneas, non.
enim ita alibi ſimul omnes appoſitas repe-
167 ries. † In eadem glo.ibi [*idem in prælatis*] ha-
bes ex glo.quòd licet prælatus non ſit domi-
nus rerum eccleſiæ, ſed adminiſtrator tãtum,
ut tradit Innocen.in c.cum ſuper.de cau. poſ
ſeſ.& pro.Abbas in ca.literæ, colum.3.nume.
4.de dila.& probatur in cap. ſine exceptione,
12.q.2.in uer. [*non tanquam proprys.*] poteſt ta-
men eas alienare, & dominium transferre, vt
eſt text.in authen.hoc ius porrectum. C. de ſa
croſanctis eccle.regiſtrata in ca.3.§. hoc ius.
10.q.2.quod ſane procedit ſecundum Are.in
caſibus ibi permiſsis, & ſolemnitate ibidem
requiſita, de quo etiam in c.nulli, de reb.eccl.
non alien.& in clemen. 1.eo.tit.per Soc. in cõ
ſilio 15.& in conſi. 29.uolum. 1. quæ utpote
extranea & magis ad canoniſtas pertinentia
268 prætermitto. † Id tantum dicam, quod ſo-
lemnitates alias requiſitæ ceſſant, nec neceſ-
ſariæ ſunt in alienationibus rerum relictarũ
fratribus mendicantibus, ut tradit Bal.in au-
thẽ.ſi qua mulier, colum.4. C. de ſacroſanctis
eccle.ſequitur Fely.in c. in præſentia, colum.
26.nume.51.de proba. Marſi. in ſingul. 132.
ubi etiam citat Bal.in c. cum cauſa. circa finẽ,
de re iud.qui mouet quæſtionem, ſed non de
169 cidit, meo iudicio. † Idem & ſecundo ca-
ſu dicendum eſſet in eccleſia grauata fundũ
alienare per fideicommiſſum, in qua aliena-
tione non eſſent neceſſariæ dictæ ſolemnita-
tes. Ita Lapus allegatione 26.Fely. & Marſ.in
170 locis ſupra commemoratis. † Tertio idẽ exi
ſtimo in re uiliſſima, ut terrula, uel uineola
modici pretij, tunc enim ſolus epiſcopus ſine
conſenſu cleri illam poteſt alienare, ſolenni-
tate non ſeruata, tex.eſt in c.terrulas, 12. q.2.
ponit Ang.in Auth. de alienatione, & emphy
1 teuſi.in §.hoc etiam, ad finem, † (idem de
mobilibus, quæ prælatus ex cauſa remunera
tionis poteſt alienare, Bart. & Caſt.in l. iube-
mus, ad li.in ſi.prin. C.de ſacroſan. eccl.Abb.
in c.cæterum, de dona.Iaſ.in l.ex hoc iure, uo
lum.13.in 8.effectu.ff.de iuſt.& iure, cum alijs
per Cephal.conſi.39.num. 31. & abunde De-
cia.reſpon.27. num.25.uolum.3.) quę utpo-
172 te ſingularia tenementi. † In ead.ibi [*idem in
tutoribus,*] uult glo.quod tutores, qui loco do
minorum habentur, licet uere non ſint domi-
ni rerum pupilli, eas poſſint alienare, per l.in-
terdum, §.qui tutelam.ff.de furtis. cõcordat
l.iuſiurandum, quod ex conuentione, §. pri-
mo, ff.de iureiurando.l.non omni, C. de admi
niſtratione tutorum, cum ſimilibus, quod de
plano procedit in his, quæ ſeruando ſeruari
non poſſunt, quales ſunt ueſtes tritæ, & ani-
malia ſuperuacua.l.lex, quæ tutores, in ſi. C.
de adminiſtratione tutorum. parique modo
actiones competentes ad huiuſmodi res ce-
dere poſſunt, ut declarat Alexan.in l.reſtitu-
173 ta.§.pupillus, numero 3. ff.ad Treb. † Hinc
etiam molendina poſſunt alienari, cum ſint
in continuo periculo, & æquiparentur rebus,
quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ut tradit
Ang.in l.non ſolum.ff. de petitione hæredita
tis, ſequitur Rube.in conſilio 138. colu. 1. in
174 fine. † (Ripa in l.quominus, numero 126.ff.
de flumi.niſi ſolo cohæreant, ut per eum. An-
gelus enim & Rube. loquuntur de molendi-
no in flumine poſito, hinc illud uulgare pro
ditum eſt, Chi hà molino in Pò, caſa in gole-
na, & puttana mena, non uſciſſe mai d'impac
175 cio, ne di pena. † In cæteris uerò imminen-
te ære alieno, cui aliunde ſatisfieri non poſ-
ſit, & interueniente decreto iudicis, ſi res eſt
immobilis, ſecundum Areti.hic, imo uero ẽt
ſi eſt mobilis, pretioſa tamen, uel quæ ſeruari
poteſt, ut probatur in dicta l.lex quæ tutores
poſt princ.ibi, [*ut hæc omnis,*] de quibus requi
ſitis plenius ponit Corne.in conſilio 92.& in
conſilio 185.uolum. 4. Rubeus plures citans
in conſilio 138.in princip.Socin. Inn.in con
ſilio 148.numero 32.uolum. 1.Deciſ.Neapo.
249. (& ante prædictos Speculator, in titu.de
emp.& uend.§. nunc dicendum, columna 2.
uer.hęc quoque.Alex.conſi.53.uolum.3. Ro-
ma.conſilio 403.num.12.Patiſ.conſi. 98.uol.
1.conſi.

lum.j.conſ.85.num.17.& 18.uolum.3.Piot.
in l.ſi quando,nu.198.C. unde ui. Rolandus
a Valle,conſi.33.uolum.j.Menoch.in tracta,
recuper.poſſeſſ.remedio 15.num. 146.& ad
numerum 12.dicit Aret.hic colligi ex l.ma-
gis puto.§.ne paſſim.cum ſequen.ff.de reb.
176 eo.) † Proceditque iſta concluſio non mo-
do,ſi tutor uellet alienare, ſed etiam,ſi alicui
locare uellet pro uno,uel duobus annis,cum
hoc, ut teneatur eidem,uel ſucceſſorib. ſuis
pro eadem penſione locare. Id enim facere
non poteſt, cum hæc ſit quædam ſpecies alie
nationis, & ideo iſtud pactum reijcitur. Ita
dixit Ange.per illum tex.in §.neque illud,in
Authen.de non alie.ſequitur Alexand.in con
177 ſil.164.col.j.in ſecundo uolum.† In eadem
ibi, [*idem in procuratore*] concluſit glo.quod pro-
curator cum libera adminiſtratione poteſt
alienare,§.nihil intereſt,ſupra de rerum diuiſ
ſio.licet non ſit dominus, ut probatur, licet
glo.non dicat in l.j ff. de procuratot. in eius
178 diffinitione. † Quæ concluſio procedit in
alienatione ex cauſa oneroſa, vt eſt uenditio,
ſecus ſi ex cauſa lucratiua,ut eſt donatio, l.fi-
liusfamil.in princip.ff.de donatio. quam ci-
tat hic Aretin.cõcordat text.in l.1.ff.quæ res
pig.oblig.ibi, [*ſicut nec eis donare conceditur.*]
Ad idem tex.in l.ſicut,§.an paciſci, ff.quibus
mod.pign.ibi [*an quemadmodum donare non poſ-
ſunt,*] & in l.contra iuris, §.fin.ff.de pact. ibi
[*donandi ius eum non habere*] & in notabili caſu
hanc concluſionem firmat Anch. in conſilio
32.Alexand.conſi.22.num. 14.uolum.j.De-
cius conſ.402.nume.9.(Bald.& Alexand.in
l.ſi procurator, C. de procur.Natta conſilio
25.nume.4.Bero.conſil.174.nume.13.uolu
mi.1. Franciſ. Marci Deciſi. 905.numero
179 3.ſecundæ par.) † Ratio autem huius rei
duplex eſſe poteſt. Altera quidem,quia do-
nare eſt perdere, ut dicitur in dicta l. filiuſ-
famil. Altera uero, quia donatio eſt extra
adminiſtrationem nec ad eam pertinet.l.fi.
& ibi not.Bald.ff.de cur.fur.quas rationes
ponit Roman.in dicta l.filiusfamil. in princ.
180 † Ex iuſta tamen cauſa motus poteſt dona-
re ſecundum Aret.per tex. in dicta l. filiusfa.
181 in uerſicu.quid ergo. † & iuſta cauſa dici-
tur,ſecundum Roman.ibi,colu.1. remitten-
do uſuras,fauore animæ,iuxta glo. in l. præ-
ſes, C.de tranſactio.ſequitur Salicetus,& cla
riſsimus meus patruus magnus Riminaldus
182 in l.pactum curatoris,C.de pactis. † Secun
do, remittendo partem debiti pauperi, qui
totum ſoluere non poteſt, l. 1. & ibi colligit
183 Ang.C.de annonis & tributis,lib.10. † Quod
mihi ſatis non placet, nam bene exactio pro
pter paupertatem impediri uidetur, l.illici-
tas, §.finali, ff.de officio præſ. Sed remiſsio
debiti non uidetur fieri poſſe, quia illa exa-
ctio, quæ propter paupertatem impeditur,
uidetur temporalis, cum præſumatur quis
acquirere in futurum, l. finali, C. arbitrium
tut.l.cum §.deficientium, ff. de muneribus,
& honoribus. quæ ratio ceſſat in remiſsione.
& ita reperio Decium declarantem in dicta
l.pactum curatoris, in tertia limitatione.
184 † Tertio dicitur iuſta cauſa,remittendo de-
bitum non liquidum,ſecundum Roma. in di-
cta l.filiusfam.per gl.notab.in l.contra iuris
§.fina.quam ibi not.Angel.ff.de pact.& Ale-
xand.in dicta l.pactum curatoris.ſequitur ea
ratione motus,quia ex quo debitum non po-
teſt liquidari deficientibus probationibus,
dicta remiſsio non uidetur præiudicium af-
ferre,per regulam l.qui accuſare, C.de eden-
do.Idemque ſequitur, D. Antonius de Ale-
xandria,& Dec.in dicta l.pactum curatoris.
185 † ubi etiam Iaſon confirmat,quãdo de præ-
ſenti non poterat probari, nec in futurum
ſuberat uériſimilis ſpes. Idéque tradit Abb.
in conſi.39.duo ſunt,dicens eſſe commu. ſe-
quitur Decius in conſil. 297. colum. fina.
186 † Contrarium tamen tenuit Raph.Fulgoſ.
in dicto §.finali, quia in futurũ poſſent pro-
bationes emergere iuxta l.ſub prætextu, C.
de tranſact.Idemque tenent Bald. & Salicet.
in l.1.C.de pact.quatenus permittunt talem
remiſsionem pro parte fieri, non in totum.
Idẽm tenet Alexand.in conſil. 52.colum. 3.
uolum.j.Imola,in l.ex duobus,colum.10.ff.
de duobus reis, & poſt eum Aret.colum.12.
187 † motus ea ratione,quia reus forte ſtimu-
lante conſcientia ſoluet, uel introductus
cum iuramento in iudicio confitebitur id,
quod probari non poteſt, iuxta capitu. pri-
mum,de confe. in 6.Idem quoque tenet Lã-
cel.& Claud. Aquenſ.in dicta l.pactum cura-
toris, ubi etiam Curt.in addi.ad Alexand. &
Iaſon, in dicto §. finali, ita quòd forte hæc
uidetur eſſe magis communis opinio, licet
Abbas, & Decius in conſilijs ſupra relatis
188 contrarium adfirment. † Et hanc.opi-
nio.ego confirmo, quia reus etiam actore
nihil probante tenetur iurare, uel iuramen-
tum referre, alias habetur pro confeſſo. &
eſt in manifeſta turpitudine, l.manifeſtæ, ff.
de iureiurand. quam ſic ibi Bald. in lectura
antiqua, Caſtren. Alexand. & Iaſon, intelli-
gunt, Alberic.poſt Iacob.de Are. in l.bonæ
fidei, col. pen.C.eod.Aret.in capi.ſecundo,
de probat.Iaſ.in repetit.l. admonendi, ff.de
iureiuran.nu.71. & ſequen.in fine, Ripa ibi.
num.65.& Marcus Mant.nu. 144. qui atte-
ſtantur eſſe commu. & in practica ſeruari.
189 † Et ſaltem procedit, quando actor ab
initio uiam iuramenti, non probationis
elegit, licet forte ſecus, ſi onus probandi
prius aſſumpſiſſet, in quo deficiens, ad iu-
ramentum uellet conuolare, ut ſic diſtin-
guit Dec. in dicto capitulo ſecundo, co-
lumna 3. & Ripa de ipſo mentionem non
faciens in dicto numero 65.& ante utrun-

utrumque fuit de mente Cardi. in capitu.si. de iureiuran.colum. 2. dum dicit, q si actor ante factas probationes iuramentum deferat, reus cogitur iurare,uel referre. Sentit ergo secus esse,quando prius elegit uiam probationum,ex quibus infero ad casum nostrū quòd cum iste procurator deficiēte uia probationum possit deferre iuramentū.nam
190 † (prout potest,nam procurator habens speciale mandatum ad iurandum potest, ut ponit Franc. Marc. q. 687. secundæ partis, & illi procurator cum libera æquiparatur,ut idem ponit q.693.& latius probat Anch.Iunior Regiensis uti mihi frater honorandus, q.3.circa finem,libro 2.demumque Bero. cō sil.25.nu.12.uolum. 3.) & ille reus teneatur iurare,uel referre,utique non est dicendum, q possit debitum remittere licet dubium,& intricatum,quia magis absolute præiudicat domino,quam deferendo iuramētum. Reus enim timore iuramenti aut uerum intabit, debitum confitendo : nec est præsumptio , quod iuret falsum, l.merito, ff. pro soc. Aut si non iurabit, actor sibi relato iuramento iurabit,& obtinebit,& ex his tollitur fundamentum Alex.& Ias.in d.l.pactum curatoris, quia imò fit præiudicium domino,& spes est uerisimilis probandi creditum,uel per iuramentum rei,uel eo non iurante,per iuramen
191 tum actoris. † Alio quoque casu crederem talem procuratorem donare posse, quando esset procurator Regis, uel alterius clarissimæ & illustriss.personæ,quatum propriū est donare,in tutore, & curatore talium personarū, determinant Innoc.& Ioan.And.in c.grandi. de supplen.negli.præla.Sequitur Roma. in d. l.filiusfam.col.1.per text.ibi,in uersicu. nonnunquam,tenet Alex. Ias. & D.meus Rimin. in dicta l.pactum curatoris, & fuit de mente Angeli in l.procurator,cum libera , ff.de pro
192 cur. † Idem existimo dicendum esse, si sciēte, uel patiente domino procurator donet, ut pulchre ponit meus Riminal. in dicta l. pactum curatoris, motus ex notatis per Innocen.& Docto.in c.cum olim Abbas,de offic. deleg. & in c. ex parte decani. de rescrip.quē sequitur Romā.in consi.170.in prin. Archid. & Ioan.Andr.in c.qui ad agendum , de proc. in 6.Card.Flo.in c.cum olim,el primo,de offic.delega.Pau.de Cast.in l. sæpe, ff.de re iud.
193 & in l.Caius,ff.de pig.act.†ubi uult Innoc. & sequaces , quòd si dominus sciuit suā causam agi a falso procuratore, sibi præiudicat, si non cōtradicat,& sibi imputet. Nam ex uoluntate sua creditur agere,cum potuerit prohibere,& non prohibuit, (sequitur Alexan. alios citans,consil. 84. in princip. uolum.5. idemque tradit Fel. in capi. fraternitatis,de testi.in capitu. 1.ut li. non contes. & in capi. cum olim,primo.colum.3.de off.deleg. Rui. consi.35.num.19.uolum.1.Ceph.consi. 271. nume. 112.) Sic ergo dicamus in quæstione nostra, quòd uidetur ex uoluntate sua donā
194 re. † & licet passus Innocentij sit dubius, ut inquit Riminal.in dicta l.pactum curatoris, & super eo latissime insistat Alc.in l.sæpe,nu. 87.per 5.colum.tamen sine scrupulo procedit opinio sua,quando procurator habebat aliquale mandatum,licet non esset plenum, & sufficiens. Dominus enim sciens ipsum excedere mandatum,& eius fines,si patitur, ni detur consentire,d.c.cum olim.& c. si.de in reiuran. in 6. & ita declarat Alesand. in d. L. sæpe,num.87.sequitur Ruin.consi.39.num.3.
195 uolum.5. † Vltimò quoque casu procurator ad donandum admittetur,si ob remunerationem faciat,cum hæc proprie non sit donatio,iuxta not.in l. Aquilius, ff. de don. Siquidem etiam prælatis hoc conceditur, iuxta not.per Docto.in l.iubemus, C.de sacro-
196 san.eccl. † Idemque,si donatio fieret ob utilitatem domini, ut hæc post Sal.cōmemorat Riminal.meus egregie in dicta l. pactum cu-
197 ratoris,quæ omnia teneas menti. † Subdit autem Aret.hic,quòd si concedatur alicui,q donare possit,intelligitur talis concessio de donatione inter uiuos, non autem ex causa mortis, ut est casus in dicta l.filiusfa.in uers. sed enim,ff.de donatio.& ibi omnes tradūt, contra quam conclusionem quædā obstant. Primò text.in l.alienatum , §.donationis, ff. de uerb.signifi.ubi donationis uerbum,omnem donationem comprehēdit siue mortis causa,siue non.Secūdò regula,cui licet,de regulis iur.in 6.ubi qui plus licet,itē & minus, plus autem est donatio inter uiuos,quia nullo casu reuocatur,quàm causa mor.quę reuocatur tribus ex causis,vt supra de donatio.in
198 princ.†Tertio accedit ratio,nā sicut donare prohibitus intelligitur etiam de donatione causa mortis, dicta l. filiusfam.in uers.pari autem ratione,& in l. 1.ff.de tut.& rat. Ergo econtra, concessio de donando debet intelligi etiam de donatione causa mortis.
199 † Quarto concurrit, nam contra eum,qui legem apertius dicere potuit, fit interpretatio,l.ueteribus,ff.de pactis,c.contra eum, de regulis iuris,in 6.Corn. consilio 188. nume. 5.uolumine j.Paris.consilio quinquagesimo secundo, numero 10. uolumine primo . sed quando quis concedit facultatem donandi, potest exprimere inter uiuos, & sic apertius dicere, ergo contra eum fieri debet interpretatio , ut etiam de donatione causa mortis intellexisse dicatur, ex quibus hæc Aretini conclusio dubitabilis uidetur.
200 † Non recedendo tamen ab eius opinio. quæ & communis est , ut per Roman. in dicta l. filiusfami. sola difficultas in tollen-
201 dis contrarijs tantum residet. † Vnde ad primum respondent Bartol. Angel. & Castren. in dicta l. filiusfamilias, quòd ibi uerbum,

bum, [*donationis*] erat in genere sumptum. Nil mirum, si omnem donationem comprehendit, secus in dicta l. filiusfam. & licet Imo. ibidem, & Alciat. in dicto §. donationis, dixerint hoc restringere illum text. nosque dubios reddere, quando in specie, uel in genere hæc dictio sumenda sit: mihi tamen talis solutio uerisima uidetur, textus enim inquit [*donationis uerbum simpliciter loquẽdo*] hoc est intelligendo illud in se, genus est continens in se omnem speciem donationis, sed distinguẽdo uerbum donationis, quo ad mẽtem, & effectũ, intelligitur de simplici, & ab
202 soluta donatione inter uiuos. † Ita reperio, quòd Albericus declarat in dicta l. filius famil. Cuius intentio fuit dicere, donationis uerbum sumitur, ut genus in dicto §. donationis, prout sumitur etiam uerbum, obligatio, & actio in genere, ut omnem obligationem, & actionem comprehendant, infra de obligatio. & actio. in prin. ut ibi gl. & Doct. notant. considerantur enim in abstracto hæc omnia a lege, non autem prout ad dispositio
203 nem & actum rediguntur. † secus autem est in dicta l. filiusfa. ibi enim uerbum donationis, ad dispositionem refertur, uidelicet, quod quis possit donare, merito intelligitur de inter uiuos donatione, et pura, & ueriori donatione. Et ita declarando reddimur certi, quãdo in specie uel in genere sumatur hoc uerbum donationis, contra Imo. & Alcia. nam ubi in abstracto & per se ponitur, & a lege cõsideratur, sumitur ut genus, secus ubi ad dispositionem, & ad actum refertur, quòd no
204 ta, quia est uera solutio. † (ratioque differẽtiæ qua suaderi potest est probabilis: nam quando uerbum donationis, sumitur in abstracto, quia non restringitur ad aliquem casum, stat ut genus, ideo donationẽ causa mortis, & alias species donationum comprehen
205 dit. † cum genus sub se comprehendat species proprie, ut not. Bal. in l. 2. C. de iu. aure. anulo. Dec. in l. 1. nu. 7. ff. de reg. iur. Cagnol. in l. in toto & pars, nu. 3. eo. tit. glo. & Docto. in l. si quid earum, §. inter emptum, ff. de leg. 3. sed quando dispositiue refertur, sumitur in specie, ideo debet intelligi de donatio. per prius & propria, qualis est inter uiuos, non autem de impropria, ut per Oldrad. consil. 159. quem plenius exornat Bero. consilio
206 65. num. 17. uolum. 1.) † Potest & secunda solutio adferri, quam tradit Roma. & Imo. in dicta l. filiusfam. ut in materia exorbitante uerbum donationis stricte sumatur pro donatione inter uiuos. Exemplum in materia insinuationis, quæ requiritur ultra 500. aureos, quòd exorbitat a regula, l. in re mandata, C. mand. merito cessat in donatione causa mortis, l. fina. C. de donat. causa mortis.
207 † Idem in dicta l. filiusfam. ubi habenti liberam peculij administrationem concessa erat facultas donandi, quod exorbitabat a regula, l. procurator cui libera, iuncta glo. ff. de procur. & dicta l. filiusfam. in princi. cum alijs supra citatis, merito non comprehenditur donatio causa mortis. si uero sumus in materia mera iuris communis, & tunc late suscipitur, dicto §. donationis. Exemplum in patrefam. si enim dicamus, quòd potest donare, utique intelligitur etiam de donatione causa mortis. quæ solutio licet in se uera sit, & conueniat ad dictã l. filiusf. nõ tamẽ cõuenit ad dictũ §. donationis, cũ ibi tex. in nulla materia loquatur, sed in abstracto, & in se uerbum donationis consideret, unde tene solutionem Bar. quæ ante omnes fuit Iacobi de Rauenna, ut Alb. & Ang. testantur.
208 † Ad secundum respondet Imo. & Rom. in dicta l. filiusfam. quòd alio respectu maius est donare causa mortis uelut afferẽs maius præiudicium concedenti potestatem donãdi: cum enim facilius quis moueri possit ad donandum causa mortis quàm inter uiuos, cum primo casu donatio sui natura sit reuocabilis, secundo secus, posset ille, cui talis potestas est concessa, facere plures donationes causa mortis animo eas reuocandi, & tamẽ ante reuocationem mori, in magnum concedentis præiudicium, quod non ita facile euenire potest in donatione inter uiuos, quæ nõ ita frequenter fit, cum irreuocabilis sit, meritò talis concessio donandi non intelligitur
209 de donatione causa mortis. † Ad tertiũ dico in prohibitione illud esse, ne una uia prohibitum, alia concedatur, contra regulã, cũ quid una uia, de regulis iuris, in 6. sed in cõcessione secus est, quia præsumitur concedentem non cogitasse tristem euentum, & sic mortem eius, cui concedit facultatem donandi, cuius mortis intuitu fit causa mortis donatio. Ita Roma in dicta l. filiusfam. & Cu
210 ma. nume. 11. † Ad quartum respondeo, quod ubi uerba prolata possunt intelligi secundũ intellectum utriusque agentium, si quidem non apparet, quòd sit uerisimilius, tunc illud procedit: si autem apparet, quod est uerisimilius, tunc illud attenditur, l. in obscuris, ff. de regu. iur. glossa Bart. & omnes in dicta l. ueteribus. Dyn. in dicto capitu. contra eum. sed hic est uerisimilius intelligere de donatione tãtum inter uiuos, tum ut concedens minus sibi præiudicasse dicatur, tum etiam ne præsumatur de morte eius, cui concedit cogitasse, ut supra dixi.
211 † Secundo dico, quod dicta regula non procedit in mandato, & procuratore, de quibus agitur in quæstione nostra, ubi si uerbum aliquod ambiguum ponatur, non fit interpretatio contra constituentem, imo standum est eius interpretationi. glos. est not. & communiter approbata, in c. petitio. in glo. fi. de procur. tradit Spec. & Ioan. And. de pro

cu. §. ratione autem formæ, uersicu. ubi an-
tem. Alexand. in consi. 146. col. 5. in fi. uolum.
5. sequitur Iason, licet sub dubio, in l. stipula-
tio ista habere, §. in stipulationibus, ff. de
uerb. oblig. quod enim inquit Ias. mandan-
ti imputandum esse, cur legem apertius non
dixerit, ex eo cessat, ꝙ concessio sua exorbi-
tans stricte capi debet. iuxta op. Imolæ, & Ro
ma. de quibus supra, & eo potissime, ꝙ in mã
dato stricte agitur, l. diligenter, ff. mand.
militantque uerisimilitudines supra conside
ratæ, quibus stantibus satis aperte dicitur
intẽtionem suam dixisse, ut de donatione in
212 ter uiuos intelligatur. †Altera est ex Areti
no conclusio, ꝙ in libera concessione admi
nistrationis non comprehenditur dolus, per
l. creditor, §. Lucius, & ibi not. Bartol. Bald.
Alber. Aret. & omnes, ff. mand. per quem tex.
idem tradit Bartol. in l. fideicommissa, §. si sic.
ff. de leg. 3. & Angel. in l. procurator, cui libe
ra, ff. de leg. primo, & ad hoc dicit illum esse
aureum Bald. in capi. penulti. colum. fina. de
præscrip. & ad hoc eum reputat singularem
idem Bald. in capitu penulti. de post. præl. &
eum dicit esse meliorem, qui si in iure, Bal. in
capitu. cum in iure, col. 1. de off. deleg. refert
& sequitur Ias. in l. si sic, ad fi. princ. ff. de leg.
213 primo. † & per illum tex. inquit Alber. ibi,
quòd si liberum arbitrium concedatur pote
stati in maleficijs, sicut sæpe fit, quòd non ui
deatur concessum, ut dolo, uel fraude quid
agat, sed ex fide, & si quid dolosè gerat, te-
netur, quod etiam dicit tetigisse in l. si quan
do, C. de inoffic. testam. & in alijs locis per
214 eum relatis. † Idque ultra Alber. confirmo
ex decisione Gand. in tracta. de malefi. in ru
br. an potestas, qui habet arbitrium. ubi te-
net, quòd licet potestas ex statuto hẽat ple-
num arbitrium seu liberum procedendi in
criminalibus, tamen non potest torquere,
nisi præcedentibus iudicijs, & sic talis libera
potestas intelligitur, ut ex fide tamen agat,
quam decisionem sequitur Alexand. in con-
sil. 65. colum. 2. uolum. 1. Fulgo. consil. 69. su-
per quæstione formata. Iason in dicta l. si sic,
nume. 24. in l. 1. colum. 2. C. de sacrosan. eccl.
& in l. milites, C. de testamẽ. mil. Mars. in pra
cti. crimi. in §. secunda quæst. num. 6. Rimin.
meus in cons. 6. nume. 15. & ante omnes post
Gand. tenet idem Alber. in 3. par. stat. in 37.
quæst. quem refert alibi Mars. in practi. cri-
215 mi. in §. cõstante, nu. 27. † (facit illud quod
etiam dicitur generalem liberationem non
extendi ad ea in quibus posset esse captio seu
læsio liberantis, l. cum Aquiliana, ff. de trans.
Alex. consi. 46. col. 3. uersi. pro hoc. uol. 1. Cra
216 ue. cons. 33. num. 8.) † Pari modo per tex.
in dicto §. Lucius, inquit ibi Bald. esse opti-
mam litteram ad bailiam, quæ datur in com
promissis, quòd non extendatur nisi ad id,
quod bona fide agitur, secundum doctores.
217 † & ideò data magna iniquitate arbitrorũ,
uel enormi læsione inde causata, reductio
peti potest. non obstante quacunque uerbo
rum cautela, & clausulis in amplissima for-
ma in compromisso appositis, quia uerisimi
liter partes hoc non senserunt, ut eas arbi-
ter enormiter læderet, argumen. dicti §. Lu-
cius, sed potius sub confidẽtia discretionis
arbitri, & ad captandam eius beneuolẽtiam
censetur adiecta. Ita Bal. in l. cum antea. C. de
arbi. & in cons. 331. præmitto, quòd ista fuit
quæstio, uol. 3. Pau. de Castro, consil. 74. quia
frustra. Alexand. consi. 131. in secundo uolu-
mi. late Dec. consil. 39. colum. penult. & cons.
533. colum. 1. Socin. consi. 24. colum. 2. con-
sil. 85. uolum. 1. Curt. Iun. consil. 50. nume. 7.
Grat. consi. 30. nume. 6. uolumi. 1. cons. 24. in
princip. & consil. 118. num. 25. in secũdo uo-
128 lum. † (& ut inquit Castr. in dicto consilio
74. ita se habet communis opin. & obseruan
tia, sicque practicant aduocati, ut inquit Bal.
in l. si unus, §. illud, ff. de pact. & in consi. 339.
præmitto, uolum. 3. & cum prædictis quoq;
tenet Ioan. Bapt. de S. Blas. in tracta. de arbi-
tris, lib. 7. cap. 15. colum. 2. & Emilianus con-
219 ciuis meus, consil. 48. num. 33.). † Hinc per
regulam dicti §. Lucius, disponitur, quòd li
cet per lapsum quinquennij, postquam mi-
nor deuenit ad maiorem ætatem, taciturni-
tas eius confirmet contractum nullum ex
causa onerosa factum in minori ætate, l. fin.
C. si maior fac. ali. rat. hab. tamen hoc sane in-
telligitur, dummodo in tali actu dolus ad-
uersarij non interuenerit. Ita limitat pul-
chre Curt. Iun. in dicto consi. 50. num. 6. Ro-
ma. in consi. 54. uisis, & late Paris. consil. 49.
colum. 2. uolum. 1. quæ omnia conferunt in
casu nostro, ut in libera administratione cõ
220 cessa dolus non comprehendatur. † quòd
& ulterius confirmo per text. in l. in uẽditio
ne, §. de tempore, ff. de bo. au. ind. poss. ubi
liberum arbitrium creditoribus concessum
uendendi, uel locandi, intelligitur sine dolo
malo. Ad idem tex. in l. tutor, ff. de fur. ubi in
libera administratione tutoris non uenit
fraus. Accedit & tex. in l. si pater, ff. q̃ in frau.
cred. ubi in libera peculij administratione cõ
cessa filio, non uidetur concessum, ut in frau-
221 dem creditorum alienet. † & per illum tex.
Bartol. in l. si procurator, uersic. sed oppo. ff.
de condic. ind. dicit, quòd in generali manda
to non uenit illicitum. Ad idem tex. uo. in l.
non solum, §. si hæres, ff. de libe. leg. ubi libe
ratio legata negotiorum gestori, non com-
prehendit dolose gesta, & illum tex. glos. ibi
ad procuratorem extẽdit, per dictũ §. Lucius
(& ex prædictis iuribus ita determinat Rui.
in l. 1. in princip. num. 16. ff. de oper. no. nun
ci Paris. consi. 17. num. 35. uolum. 3. Ceph. cõ
silio 208. nume. 12. & consi. 210. nu. 82. Natta
222 consi. 342. nu. 2.) † Postremo loco accedit
ratio

ratio satis clara, nam sub generali administratione concessa, comprehēditur id, quod in specie fuisset dominus concessurus, & nō aliter, l. peculij, ff. de pecul. tradit Cor. in cō sil. 148. num. 20. in j. uol. & in consil. 284. nu. 6. in quarto uolum. Sed in speciali concessio ne administrationis non præsumitur dominus uelle concedere, quòd in dolo uersetur, cum nemo suum iactet. l. cum de indebito, ff. de prob. ergo nec sub generali cōcessione
223 dolus comprehendi debet. † (& in summa dolus intelligitur semper exceptus in quacumq; e dispositione licet generali. d. §. Lucius. l. si pater ff. q. æ in frau. cred. Ruin. in l. 1. in princip. nu. 16. ff. de oper. no. nunc. Paris. consi. 17. num. 35. uolum. 3. Ceph. consil.
224 210. nu. 82.) † Id unum tamen attendi dēt, q; si talis procurator quid dolose gesserit, id nullum non erit, imò ualebit contra dominum: is tamen contra procuratorem actionem mandati habebit, si soluendo sit, siu minus in subsidium contra eum, cum quo procurator gessit negotia. Casus est in l. si procu rator. in fine, & ibi not. Doctor. C. de procur.
225 † Libera autem dicitur administratio con cedi, secundum Aret. hic in tribus casibus, quorum primus est, non modo si hoc exprimatur, quia uerbum [*libera*] totalitatem im portat, ita quod apud concedentem nihil remaneat, ut tradit Anch. consi. 408. probata, colum. 2. uers. & certe non uidetur. Crau.
226 consi. 122. nu. 5. † uerum etiam si dicatur, q; procurator habeat plenam administrationē dicta l. si procurator, in 2. respon. cum glossa ubi Bart. Castr. Alexand. Iason, & omnes notant, Bartol. in d. §. Lucius, & in dicta l. procu rator, cui libera, ff. de proc. ubi etiam Angel. & Castrens. notant, & idem no. Bartol. in l. alio, num. 9. co. 3. ff. de ali. & cib. leg. Pro qua conclus. adde tex. in l. fideico. §. quamquam, & ibi not. Barto. ff. de lega. 3. ibi [*non enim ad plenum arbitrium uoluntatis.*] ex quibus uerbis no. Barto. quòd verbum [*plenum*] relatum ad uerbum, [*arbitrium*] importat liberam uolūtatem. Idem ergo dicamus eo relato ad uerbum [*administrationem,*] ut in q. nostra. Ad idē pondero text. in dicta l. creditor, §. Lucius, ff. mand. ubi agitur de libera administratione concessa, & tamen text. in fine dicit, [*plene quidem mandasse ex fide tamen,*] & sic æquiparat hæc uerba plenum, uel liberum, (& alijs modis colligitur libera administratio concessa, ut per Paris. consi. 78. num. 30. uol. 1.)
227 † Contra tamen hanc conclusionem fortiter stringit text. in l. quam Tuberonis, §. sunt quidam, ff. de pecul. ubi inquit tex. quòd libera administratio specialiter concedenda est, & ibi ad hoc in specie notant illum text. Gul. & Bal. dicentes, nota argumētum, q; ad hoc ut procurator habeat liberam, requiritur uerborum expressio, q; dominus expresse con cedat liberam, a qua sententia non dissentit ibi Alberic. & Sal. quatenus generaliter dicunt, q; libera specialiter concedi debet, & sic non modo in administratione peculij loquuntur, sed etiam in alia qualibet, ut in procuratore, de quo agimus, (& illū tex. dicit ad hoc esse meliorem de iure Bald. in c. contingit, de transac. quem refert Natta, cō sil. 355. Crau. consi. 924. num. 9.) Sed ad illum tex. respondent Castrensis. & Ias. in d. l. si procurator, & Castrens. ibi sufficere, si uerbum æquipollens uerbo, libera, adijciatur, ut est uerbum plena, de quo in dicta l. si procurator, per quam suppletur ille, §. sunt quidam.
228 † Vel secundo dici potest, q; ille text. dicens q; libera administratio specialiter est concedenda, non exponit specialiter, idest, per uer bum libera. Sed nullo modo exēplificat, merito dico specialiter liberam cōcedi, siue utamur hoc uerbo libera, siue plena. Confirmatur hoc, nam tex. ille intendit hoc dicere, q; sufficit seruo peculium non adimi, ut dominus dicatur concedere, secus autem est in libera peculij administratione, ubi nō sufficit non adimere, sed specialiter est concedenda, quibus autem uerbis uti opporteat in tali speciali concessione liberæ administrationis peculij, tex. non declarat, & hæc est mera ueri
229 tas ad illum tex. quod bene nota. † Secundus casus, in quo libera dicitur concedi administratio, secundum Aret. est, quando dictū est, q; procurator possit facere, quicquid posset ipse dominus, per l. creditor, §. Lucius, ff. mā. Idem not. ibi Bartol. Aret. & Sal. Bart. Paul. de Cast. & Ang. in l. procurator, cui libera, ff. de procur. Bartol. Bal. Aug. Pau. de Cast. Sal. Aret. Ale. & Ias. in l. si procurator, C. de proc. per dictū §. Lucius, & l. 1. in princ. iuncta gl. magna in fi. ff. de off. proc. Cæs. Bald. in consi. 432. in 2. uol. Alexand. in consi. 28. col. 1. uol. 6. Dec. in consi. 493. in princ. Decis. Neap. 35. colum. 3. Imo. in c. fi. de dilat. ita q; hæc est cō
230 munis opi. † contra tamen hanc conclusionem tenet Ioann. Andr. in dicto c. fin. de dila. & Alberi. in l. quam Tuberonis, §. alia, ff. de pecul. per illum tex. qui dicit, q; libera administratio specialiter concedi debet, ergo præ dicta uerba non uidentur sufficere. & licet ipsi non respondeant, text. in dicto §. Lucius, non probat communem opin. ibi enim sunt alia uerba, uidelicet [*concedo tibi, ut uis, de bonis meis negotiari, ut domino enti bonorum meorū*] idest, ac rinde ac si esses dominus rerum mearum &c. non autem dicitur, quod possis facere omnia, quæ possem ego, minus etiā pro bat dicta l. 1. & gl. ff. de off. pc. Cæs. ibi enim tantum dicitur, quod [*acta à procuratore Cæsaris, sic ab eo comprobātur, atque si à Cæsare gesta essent.*] gl. postmodū ibi in fi. distinguit tres species mandati, specialis, generalis cum libera, & in rem suam, quæ omnia manifeste ad

231 casum nostrum non conferunt.† melius ergo puto sustineri posse communem sententiam, per tex. not. quem ibi ad hoc notat in specie Ang. in §. ad hoc prohibemus, in Auth. de collator. colla. 9. sequitur Ias. in dicta l. si procurator, & Alllic. in alleg. decil. Neap. 305. [*iudices enim,*] inquit tex. [*antequam ueniant in prouincias, damus eis licentiam uices agentes suos instituere, qui debeant omnia usque ad sui præsentiam agere, quæ possint ipsi iudices facere.*] per quæ uerba in mandato posita, secundum Ang. ibi omnis potestas dicitur translata in procuratorem, sicut ibi in uicarium, & sic libera administratio. Nec obst. tenendo communem d. §. alia. quo Alber. ibi mouetur, quia responde dupliciter, ut supra dixi, nume. 257. ubi uide.

232 † Tertio casu dicitur concedi libera administratio, secundum Aret. hic, quando dominus promittit habere ratum quicquid per procur. fuerit gestum, allegat Bar. hoc dicentem in dicta l. procurator, cui libera, ubi etiã Ang. idem tenet, Cast. in d. l. quam Tuber. §. sunt quidam. ff. de pecu. & glo. in c. per tuas, de arb. (idemque tenet ad unguem Paris. consilio 78. num. 30. uolu. 1.) fundatur hæc opi. in l. 1. ff. de offi. proc. Cæs. in prin. ubi procurator Cæsaris habet liberam administrationem secundum glo. in uer. diligenter. ex eo, quia Cæsar habet rata ab eo gesta, ut ibi dici-

233 tur. † Secundo confirmatur ex regula. l. si quando, ff. de lega. 1. quòd uerba debent aliquid operari, (quã regulam pluribus confirmat Cra. consi. 702. num. 14.) sed si per dicta uerba non intelligeretur data libera administratio, nihil operarentur, cum & sine eis teneatur dominus habere rata gesta per procu

234 ratorem, l. si procur. in fi. C. de procu. † Quæ fundamenta recte intuenti parum obstant, nam circa primum respondet ibi Bart. in repe. num. 9. in fi. quòd illa non sunt uerba constituentis procuratorem, sed legis dicentis, quòd Cæsar habet rata gesta a procuratore, quonam uero modo procurator esset constitutus, tex. non dicit. Secundum uero procedit in ultimis uoluntatibus, ubi latior fit interpretatio. l. in testamentis, ff. de regu. iur.

235 † in contractibus uero secus, ubi uerba generalia, quę sequuntur actum determinatum, non operantur ultra illum, sed declarationẽ illius tantum. Ita Bar. & Albe. respondent in d. l. 1. ultra quos ego alio modo respondeo il

236 lud non procedere, † ubi sit expressio eius, quod tacite inest per eundem modum, quo inest, ita Ioan. And. in c. solitæ, de mai. & ob. super glo. tanquam, sequitur Alex. in consilio 33. colum. 2. uol. 1. Crau. consi. 70. colum. fi. quod est hic, nam tacite inest, ut teneatur dominus habere rata per procuratorem gesta, & ideo gl. no. in l. si procuratorem absentem, ff. de procur. dicit, quod ista uerba sunt super flua, quam sequitur Spec. de procu. in §. 1. uer

sicu. item opponitur contra procuratorem, & Ias. in l. indebitam, in fi. ff. de cond. inde. licet Ang. in d. l. si procurator. nõ firmet pedes.

237 † Contrariam uero partem tenent Pet. Alber. & Bar. ibi, Pau. de Cast. in l. procurator, cui libera. ff. de procurator. Petrus, Cyn. Bal. Saly.

238 Aret. Alexander, & Ias. qui† dicunt esse communem in dicta l. si procurator, C. de proc. fundatur principaliter ista communis opi. in l. quã Tuberonis. §. alia. ff. de procur. ubi libera administratio specialiter concedi debet, inquit tex. ergo uerba, promittẽs habere ratum &c. non uidentur sufficere, quæ lex apud me parum facit. Vt enim declaraui supra num. 218. non datur ibi exemplum, quomodo dicatur specialiter concedi. Vnde possum dicere specialiter cõcedi per uerba, de quibus in q. no

239 stra. † Secundo etiam respondeo, quod alibi lex dicit casus fortuitos exprimẽdos esse specialiter, ut quis de eis teneatur, casus est in l. 4. §. quæsitum. ff. si quis caut. & tamen sufficit dicere, suscipio in me omnes casus fortuitos, uel periculum omnium casuum fortuitorum licet non exprimat de incendio, naufragio, ui fluminis, & id genus. gl. est notabilis, & communiter approbata ibi, quam infiniti sequuntur, ut per Baldum, Alexandrum, & Iasonem in l. Titius. ff. de liberis, & posthumis, ubi Alexan. dicit esse communem opinionẽ, (sequitur Rolandus a Valle, consi. 26. num. 16. uol. 2. ibique supra plures alios casus enumerat specialis mandati, ut per eum.) ergo similiter in quæstio. nostra dicamus, quòd ista uerba, promittens ratum &c. sufficiant ad liberam administrationẽ, licet tex. in dicto §. alia. dicat, quòd specialiter concedi debet. Vnde pe

240 tet articulum satis esse dubium. † Puto tamen pro ueritate distingui posse tres casus. Aliquando enim & primo constituitur quis procurator, nõ ad certum negotium, sed simpliciter, & indeterminate, puta, constituo te procuratorem, & promitto me ratum habiturum, quicquid per te gestum fuerit, & tunc dicitur concessa libera administratio, quia qui dicit omne, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de legatis 3. (& generalis locutio quo ad uerba nihil intactum relinquit, Bal. consilio 305. uerba Principis, uolumi. 1. & uerbo generali omnia includuntur, Bal. cons. 191. in testamẽto. uol. 1. Cra. consi. 133. num. 5.) Cõfirmatur hoc, ex quo enim non est expressum certum negotium, super quo fiat procurator, si non intelligeretur concessa libera administratio, ad nihil se extenderet ista cõcessio, & sic actus

241 corrueret. † Vt ergo magis ualeat, quam pereat, iuxta. l. quotiens. ff. de reb. dub. dicamus concessam esse liberam administrationem. Tertio pro hac sententia facit bene tex. in l. qui hẽt, in fine. ff. de tutel. ubi si pupillus petat curatorem, nec adijciat in quam rem, intelligitur datus in omnes res, & controuersitas,

inquit

inquit tex.Ergo idem dicamus in qnęstione
nostra,ad omnes casus datum procuratorē,
& in istis terminis saluari potest Aretinus
242 hic.† Aliquando & secundo constituitur
procurator ad certum negotium,puta ad uē
dendum fundum,& postea in fi.dicitur, Pro
mittens Dominus habere ratum &c. & tunc
non intelligitur concessa libera administra-
tio.Sed illa uerba intelliguntur, ꝙ dominus
promittit habere rata omnia,quæ fient circa
illum actum nenditionis fundi suprà deter-
minatum,& in istis terminis loquitur Bar.in
243 dicta l.1.ff.de off.procur.Cæs.† Pro quo fa-
cit, quod notat idem Bartol.in l. quod dici-
tur,in princip.ff.de tutel. ubi si quis consti-
tuit procuratorem cōtra Titium in tali cau-
sa,& generaliter in omni alia,intelligitur cō
tra Titium, quia illa generalitas restringi-
tur ad personam suprà determinatam. Se-
quitur clarissimus D.meus Riminal. in cons.
77.num.9.(Idemque tradit Roma. singul.
155.constituo procuratorem, Fel.in c.sedes
col.5.de rescr.Dec.consi.502.ex duobus,co-
lu.fi.Natta,consi.197. num. 4.) sic & in casu
244 nostro dicamus.† Confirmatur & secūdo,
nam clausula, quæ ponitur ad firmandum,
& conualidandum illud, quod præcedit,
dato, quòd loquatur latius, quam dispo-
sitio præcedens, non tamen comprehendit
nisi præcedentia tantum, ut not.Domini.in
ca.p.1.§.confirmatos,colum. fi. de relig. do-
mi.in 6.Calde.in consi. 16. in titulo de præ-
ben.Imola in l.qui Romæ.§.duo fratres,col.
8.ff.de uerbo.obliga. Moder.in capi.licet,de
off.ordi.Decius in consil.195.colum.penul.
245 †(sicut etiam clausula posita ad executio-
nem dispositionis non alterat dispositionē
præcedentem,clem.j.in fi.de præben.Abb.in
c.cum nostris,in fi. de concess. præben. Dec.
consi.2.in fi.post Card.consi.25.in fi. de præ
ben.D.meus Rimin.consi.79.nu.24.& consi.
88.nu.12.& ibi in apostillis dixi.) Sed sic est
in hoc casu, hæc enim uerba, Promittēs &c.
posita sunt ad firmandum actum expressum,
& ad illius executionem,ergo illum tantum
debent complecti, licet latius loquantur.
246 † Et in istis terminis intelligo procedere
gl.singularem in l.si procuratorem,ff.de pro
cur.quæ dixit huiusmodi uerba esse super-
flua. Aliquando & tertio constituitur pro-
curator super aliquo certo negotio, & po-
stea subijcitur in procuratorio, Promittens
dominus habere rata, & firma etiam omnia
alia, quæ fuerint gesta per ipsum procurato-
rem,& tunc intelligitur concessa libera ad-
ministratio,& ob id admittetur procurator
247 etiam ultra casus supra expressos.† Proba-
tur hæc opinio pōderando dictionē, [*etiam*]
quæ implicat,ut declarat Bar.in l. suus quo-
que, ff. de hære.insti.implicatque casum mi
nus dubitabilem, magis uero dubitabilem
exprimit, ut notant Doct.in l.qui se patris,
C. unde lib. vbi Fulg.Alex.Ias.D.meus Rimi
nal.& Dec.& ibi latius dixi.sensus est ergo,ꝙ
promittit habere rata etiam omnia alia, ne
dum expressa,de quibus non est dubium,sed
& non expressa, quod erat magis dubium.
Si etiam non expressa promittit habere rata,
ergo liberam concedit administrationem.
Confirmatur etiam per tex.in l.ea tamē adie
ctio.ff.de leg.3.ubi si maritus quædam bona
legauerit uxori suę,postea adiecerit,quæque
eius causa parata sunt, uirtute illius copulæ
adiectæ relatiuo quæ legatum auget, ut com
prehendat etiam,si quid præter ea, quæ dicta
sunt,eius causa paratum est. Sic ergo & in q.
nostra dicamus, quòd ista uerba, etiam om
nia alia, comprehendant alia præter supe-
rius expressa, quæ omnia diligenter nota in
hac materia,quam sic alibi declaratam non
248 reperies. † Differentia autem euidens
est inter mandatum generale, uel cum libe-
ra.Nam primo casu procurator non potest
transigere,alienare,nec id genus,l.mandato
generali,l.procurator totorum,ff.de procu-
ra. secundo sic. l. procurator. cui libera. ff.
eod.unde primo casu non potest se intromit
tere in requirentibus speciale mandatum, c.
qui ad agendum, primo respon.de procura.
in 6.secundo sic,ut bene, & eleganter tradit
Lanfran.Decis.sua 52.quod teneas menti. Vl
tra uerò alios modos,in quibus dicitur con
cedi libera administratio preter supra discus
sos,ponit Ias.in d.l.si procurator.quē uide.
249 † Postremo loco in eadem glossa alienare,
in fine.Concluditur,ꝙ serui habentes liberā
peculij administrationem, possunt alienare
rem peculiarem,l.si conuenerit,in fi. ff.de pi
gn.actio.Et tamen licet gl. non dicat, earum
rerum non sunt domini, cum enim in pote-
state sint alterius, nihil suum habere pos-
sunt, ut inquit tex.in l. acquiritur, §.1.ff. de
acquir.rerum dominio,& in §.item vobis ac
250 quiritur, infra titu.primo. † Secus tamen
est,ut inquit hic Aret.in re domini, uel alie-
na,l.si seruus,C.quod cum eo.Cuius ea est ra
tio, licet ipse non reddat, quia in re domini
ca seruus non habet administrationem,cum
sit separata substantia à peculio,l.depositi,§.
finali,ff.de pecul.quæ ratio militat etiam in
re aliena, ergo & idem ius, l. illud, ff. ad l.
251 Aquil. † In glos. [*certus modus*] in princip.
habes ex ea secundum Aret.pactum de uen-
dendo pignore inter partes appositum,uale
re,nec isto casu necessario est aliqua denun-
ciatio facienda debitori,secundum glos.in l.
creditor.la seconda,C.de distract.pignō.quā
ultra Aretinum hic sequitur Salice. ibi. & in
l.finali, post princip. C. de iure domi. imp.
idemque tenet Bal. in l.si conuenerit, ff. de
pigno.actio.Negus.in tracta.de pign. in pri-
252 mo membro, in 6.par.princ.† Cōtrarium
uero,

uero, quod denũtiatio requiratur, tenet Ca
ſtrenſ.ibi in princip.motus ea ratione, nam
poſito, quòd ſit data licentia uendendi, de-
bet tamen intelligi data ſub conditione, ſi
debitor eſt in mora; in qua (licet Caſtrenſ.
non ſubdat) non conſtituitur ante interpel
lationem, l.mora, in princip.ff.de uſur.l.ſi ex
253 legati cauſa, ff.de uerborum obli. † Tu ue-
rò in hac re ſic dicas: Aut enim pactum de
uendendo eſt appoſitum, addito, quòd de-
nuntiatio non ſit neceſſaria, & tunc ſine du-
bio nõ requiritur, & pactum ualet. Caſus eſt
ſecundum unam litteram, de qua per gloſ. &
Barto.ibi in l.Titio, §.Titius, ff.ad municip.&
in l.Herennius, in princip. ff.de euict. Paulus
de Caſt.in dicta l.ſi cõuenerit, num.5. Neguſ.
in dicto tract.de pig.in 1.memb.6.par. nu.5.
254 †(Simile uidemus in emptore, qui non te-
netur denuntiare uenditori litem ſibi mo-
tam, quando uenditor per pactum onus de-
nuntiandi ei remiſit. d.l.Herenius, quod pa-
ctum ualet, & eſt utile, ut inquit Pract. Papi.
in forma libelli, in cauſa uenditionis in gloſ.
promittens. ſequitur Anto.Burg.in cap.fi.de
emp.& uend. cum ſimilibus per Cagno. in l.
255 uenditor, num.6.ff.de iud. † Idẽ in iuramen
to appoſito in inſtrumento, ut per Aruo.cau.
91.nec in alijs caſibus per Dec. conſilio 102.
& Cranettam, conſilio octuageſimotertio.)
Aut uerò de denuntia facienda, uel non, ni-
hil eſt dictum, & tunc dicẽdum eſt, ꝙ quo ad
ualiditatem contractus non eſt neceſſaria de
nuntiatio, & ſic ex parte emptoris, ut mole-
ſtari non poſſit a debitore, non eſt neceſſaria
denuntiatio: imo licet omiſſa fuerit, nõ uitia
tur contractus ſed ualet, & ita procedat opi.
Are.hic, & ſequacium. Aut uero loquimur ex
parte creditoris uendentis, & tunc dicẽdum
eſt eam requiri, alias tenetur debitori ad in
tereſſe, ſi forte fraudem commiſit in uendẽ
do pignore, & ita procedat opin.Pau.de Ca-
ſtro. Ita in effectu diſtinguendo poſt Iaco.de
Aret.tenent Cy.Bal.& Alb.in d.l.creditor, &
Rube.ĩ cõſ.89.nu.6.Negu. loco citato, nu.6.
256 †(& ſecundum membrum probatur, nam de
nuntiatio fieri debet debitori, non ut ſciat
tãtum, ſed ut aliquid faciat; hoc eſt ut ſoluat,
ergo debet ei denuntiari per docto. Bar.in l.
denuntiaſſe, ff.de adulter.in l.2. §.uoluntate.
ff.ſolu. matrimonio, cum ſimilibus, per Dec.
conſilio 74.columna ſecunda, Soc. Iun.con-
ſilio quarto, in fine, uolumine ſecundo.)
257 † Vel & ſecundo dici poteſt, ꝙ aut pactum
de uendendo eſt appoſitum caſu, quo pecu-
nia non reſtituatur in tali termino præfixo
ad ſoluendum, & tunc dicendum eſt denũtia
tionem non requiri, ſed lapſo dicto termi-
no poterit creditor uendere abſque alia in-
terpellatione, cum dies interpellet pro ho-
mine, l.magnam, C. de contrahen.& commit
ten.ſtipul.& ita procedat opinio Aretini hic
& ſequacium. Aut uero pactum eſt appoſitũ
non præfixo certo termino ad ſoluẽdum, ſed
tantum dictum eſt, quòd creditor poſſit uen
dere pignus non reſtituta ſibi pecunia, & tũc
requiritur denuntiatio, antequam uendatur.
& ita procedat opinio Caſtrenſis. ita colligo
fuiſſe de mente Angeli poſt glo. ibi in l.debi-
tores. C.de pign. licet non expreſſe loquatur,
quando erat appoſitum pactum de uenden-
do pignore, & ꝓ hac diſtinctione ego ſolus,
& nouiter conſidero tex. noſtrum, ubi dicitur
quòd licet creditori uendere pignus ex pa-
cto appoſito de uendendo, ſi pecunia non ſol
uatur tempore conſtituto, ut gloſ. ſubdit i.1
uer. [*non ſoluitur*] hoc enim caſu textus nũ-
denuntiationem requirit. Ergo a contrario,
ſenſu, nullo tempore ad ſoluendum præfixo,
ſentit tex. denuntiationem requiri, antequã
ex dicto pacto creditor uendat pignus, quod
258 no. † Primo tamen caſu, quando lapſus eſ-
ſet terminus ſolutionis, ſi debitor offerret pe
cuniam priuſquam creditor uẽderet pignus,
deberet audiri debitor, nec ultra poſſet cre
ditor ad uenditionem procedere, ut per Spe
cu.de lite conteſtata. §.1.uerſi. paret. Cardin.
in clem.1.§.nos itaque. quæſt.pen. de iure in.
ſequitur Dec.& Cag.in l.fructus. ff.de reg.in.
& Negu. loco citato, nu. 18.in tertia limitat.
259 †(& horum ſnĩa confirmatur, q̃a diſpoſi-
tio legis, magnam, locum non habet in con
tractu pignoris, ut in fortiori caſu tradit An-
gel.in l.cum dominam, C.de pigno. quem ſe-
quitur Mar.ſingu.468. ubi dicit, quòd facto
pacto, quòd ſi tali die pecuniam non ſoluero
habeas pignus in ſolutum, licet nõ ſoluerim
tibi pecuniam præfixo tempore, potero pur-
gare moram, & pecuniam ſoluere, ergo tan
to magis in caſu noſtro, ubi tale pactum non
interuenit, ſed adeſt tantum lapſus temporis
260 debitor audiri dẽt. † & ex alia rõne, quia cũ
creditor non ſit paſſus damnum ex mora de-
bitoris debet eam purgare poſſe de æquitate
canonica non obſtante lapſu temporis, ut tra
dunt Butri.& Imo.in c.dilecti, de arbitr. Bald.
in l.ſi pacto, quo penam, colum. penul.C. de
pac. Dec.cõſ.138.col.3.Marſ.ſing. 463.co.2.)
261 † In eadem gl.ibi, [*ſed ſi nihil*] concludit ip-
ſa, quòd ſi nihil fuit dictum de uendendo pi-
gnore, requiritur unica denuntiatio, & ultra
eam lapſus biennij, antequam uendatur pi-
gnus.l.fi.§.ſecundo.C.de iure domi. imp. ex
qua colligit Aret. hic, biennium tale currere
non a die pignorationis, ſed denuntiationis
factæ, ut probatur in dicto §.2. ibi, [*ex denun-*
262 *tiatione poſt biennium.*] † Hoc autem procedit
ultra Aretinum, quando debitum eſt liquidũ,
quando uero debitum non eſt liquidum, re-
quiritur, ut præcedat ſententia interlocuto-
ria, per quam liquidetur, & ad ſoluendum de
bitor condemnetur, & ultra ipſam curſus biẽ
nij, ut probatur in dicto §.ſecundo, quem ſic
intel-

intelligit Alber. ibi glo. Bar. & Saly. in dicta l.
si conuenerit, & Ioannes de Platea hic, post
263 Fabrum. † Dicitur autem debitum esse liqui
dum, si super eo sit iudicatum, ita, quòd retra
ctari non possit, uel id sponte debitor sit con
fessus. Aut si cõstet ex instrumẽto habẽte exe
cutionem paratam ex statuto, ita, quod contra id
nulla exceptio possit opponi, ut tradunt Bal.
Ange. Castr. & Ias. in l. 1. ff. de transactionib.
264 † In ead. glo. in fi. habes ex ea trinam denũ-
tiationem requiri, antequam pignus uenda
tur, quando pactum est de non uendendo, ut
probatur in dicta l. si conuenerit. Tu uero ad
de ultra trinam denuntiationem requiri etiã
cursum biennij, ita glo. Barto. Castr. Salic. &
alij in d. l. si conuenerit, quia si hoc tẽpus exi-
gitur non apposito pacto de uendendo, for
tius eo adiecto de non uendendo, ne hoc se-
cundo casu ubi pactum est appositum ad fa-
uorem debitoris, ipse sit deterioris cõditio-
265 nis, quàm primo casu. † Bene uerum est, quod
si extaret consuetudo expectandi tantũ per
annum, uel aliud tempus, seruanda esset, se-
cundum Bar. ibi num. 4. & post eum Salycet.
265 † (quia in contractibus consuetudo loci ser
uatur, Abb. Anch. & Fel. in cap. 1. de sponsal.
Caccialup. in l. cunctos populos, colum. 46.
uersi. item scias. C. de summa Trinit. Gabrie-
lius Roma. in suis conclusionibus, lib. 6. de cõ
267 sue. concl. 2. numero 8. † nec immerito con-
suetudo loci debet attendi, cum sit actus pra-
cticus secundum Bal. in l. quicunque, C. de
ser. fug. & habeat uim solẽnis decreti, ut idẽ
Bal. dicit in cap. 1. colum. 3. qui feu. da. poss.
Soc. consilio 277. numero 5. Rolandus à Val-
le, consilio 32. numero 22. uolumi. secundo.)
sitque trina hæc denuntiatio per interualla
iudicis arbitrio designanda, secundum Aret.
hic, post Iac. Butr. & Sal. in d. l. si. Odofred. &
Castr. in dicta l. si conuenerit, & Neguſ. de pi
268 gnor. primo memb. 6. par. colum. 2. † Vlte-
rius ex hac glos. no. quòd nõ obstante pacto
de non uendendo, potest creditor pignus uẽ
dere trina denuntiatione, & cursu biennij p-
missis. Ex quo inferri potest secundum Aret.
hic, post Bar. in dicta l. si conuenerit, huic be-
neficio uẽdendi pignus effectualiter per cre
ditorem renuntiari non posse. Sicque tale pa
ctum nõ ita ualere, quominus liceat pignus
uendere, ut uoт. idem Areti. in §. fi. infra quib.
modis re contrah. obl. post glo. in dicta l. si cõ
uenerit. ubi idem Alberi. tenet & Decius in l.
269 fructus, ff. de reg. iu. † Sed Iuuenalis à Costa
in dicto §. finali, uerius putat tale pactum ua-
lere, per d. l. si conuenerit, i bi, [*si modo non con-
uenit, ne liceat.*] Valet ergo conuentio, & quia
uendendo creditor furtum facit, ut tex. sub-
dit, qui effectus non sequeretur ex pacto nul
lo, cap. non præstat impedimentum. de reg. iu.
in 6. Nec glo. ibi dicit id non ualere, ut Aret.
putat, sed opponit ad tex. quòd imo creditor
possit sibi per pactum præiudicare l. penu. C.
de pact. demum respondet speciale esse pro-
pter pub. utilitatem. an autem pactũ ualeat,
270 uel non, ne uerbum quidem facit glo. † Ego
uero has opiniones non tam aduersas, quàm
diuersas censeo: Aret. enim & sequaces dicen
tes tale pactũ non ualere, de irreuocabili ua-
liditate loquuntur: non enim secundum eam
ualet tale pactum, cũ ter denuntiando, & post
biennium, eo nõ obstante pignus uendi pos-
sit. Textus autem in dicta l. si conuenerit, & Iu
uenalis de ualiditate reuocabili loquuntur,
quia eo pacto facto, uendi pignus non potest
ante trinam denuntiationem, & cursum bien
nij. interim ergo ualet, sed his secutis annulla
271 tur resoluiturque. † Hisque modis glo. po-
test intelligi in dicta l. si cõuenerit, quatenus
miratur, quomodo non potest sibi creditor p.
pactum præiudicare, cum uideatur posse, per
d. l. pen. hactenus enim sentit tale pactum ir-
reuocabiliter ualere, & sic eo facto, non licere
pignus uendere, etiam post trinam denuntia
tionem, & cursum biennij. postea dum dicit
hoc esse speciale propter publicam utilitatẽ,
redigendo eam ad terminos textus, sentit il-
lud ualere, sed reuocabiliter, quia antequam
ter denuntiet, & biennium currat, non potest
uendere iuxta pactum, postea sic, eo non atte
272 to, & ita hanc rem intelligas. † Pulchrum est
autem quærere, cur huic beneficio uẽndendi
pignus, non possit creditor renuntiare, & sic
cur tale pactum omnino ualere non debeat.
Et ratio est secundum glos. Bar. & Sali. ibi Cy-
num in l. 1. C. si antiquior creditor. Aret. in §.
finali, infra quibus modis re contrah. obliga.
Ioan. de Platea, & Aret. hic, quia pignus esset
inutile apud creditorem, si illud nunquã uen
dere posset, & ob id non reperirentur credito
res, qui uellent pecuniam debitoribus indi-
gentibus mutuare, quòd esset contra publi-
cam utilitatem, sequitur Negusan. loco su-
273 pra commemorato, colum. 1. † Ego uero
hanc rationem licet communem non satis p-
bo, cum enim sit in facultate creditoris facere
hoc pactum, sicut & in uolũtate debitoris est
facere pactum contrarium, non autem ad id
astringitur, ut hic in uer. uoluntate debito-
ris, nescio uidere, quomodo hoc sit cõtra pu
blicam utilitatem: dato enim, quòd unus cre
ditor ita paciscatur, non sequitur, quòd cæte
ri ita cogantur pacisci, nec alij per hoc a mu-
tuo abstinebunt, cum poterunt mutuare abs-
que hoc pacto, unde quia tendit in præiudi-
cium creditoris tantum, utique uidetur re-
nuntiare posse tali beneficio, & pactum uale-
274 re, iuxta. l. penultimam. C. de pact. † Et si di-
catur, tale pactum non ualere, quia si valeret,
præsumptio est, quòd debitor semper uellet
apponere hoc pactũ, nec aliter uellet pignus
dare, creditor autẽ nollet sub hoc pacto mu-
tuare, & sic publica uideretur utilitas, quia
non

non reperirentur mutuãtes. Dico ego, quòd
imo præsumptio est tota in contrarium, uide
licet, quòd debitor, ut pecuniam consequa-
tur, faciat omnia ad libitum creditoris, & sic
tale pactum omittat, ut alibi declarat Bar. in
l. 2. C. de pact. pig. & ibi sequitur Saly. & sic ista
275 ratio sustineri nõ potest. † Aliam rationem
ponit Odof. in d. l. si cõuenerit, quòd tale pa
ctum in effectu non ualeat, quia per illud in-
uitarentur debitores ad delinquendum, ar-
gumento tex. in l. conuenire. ff. de pact. dota.
ubi non ualet pactum, ne ob res amotas aga-
tur, cum per illud mulier ad ferandum inuita
retur, (ad idem tex. cum ibi not. in l. si unus. §.
illud. ff. de pact. & tradit Bero. consi. 180. nu.
17. uolum. 1.) sic in casu nostro si pactum ua-
leret de non uendendo pignore, eo apposito
debitores inuitarentur ad delinquendum, ui
delicet, ad nunquam restituendum mutuum,
scientes pignus distrahi non posse uigore pa
cti appositi. Id enim esset quoddam genus de
licti, cum fallerent fidem, quod graue est. l. 1.
276 ff. de constit. pecu. † Sed nec ista ratio satisfa
cit, cum hoc pactum apponere, non pendeat
a solo debitore, nisi etiam creditor consen-
tiat. Vnde quia præsumptio est, eum cõsenti
re non debere, cessat hæc inuitatio ad delin-
277 quendum. † Præterea, dato etiam, quod cre-
ditor consentiat huic pacto, quia tamen per
illud non inuitatur debitor directo ad delin
quendum, sed indirecte tantum, nam facto si-
bi tali pacto incipit cogitare de nunquam re
278 stituẽdo mutuũ, ideo toleratur, † (nam quo
tiens per consequentiam peruenit ad unum
de casibus prohibitis sine facto, & culpa ali-
cuius, si hoc contingat in consequentiã actus
permissi ualet, & tenet, ut per Ruin. consi. 61.
colum. 3. uolum. 3. Soc. consi. 80. uolum 4. Soc.
Iun. consi. 8. num. 22. uolum. 3. & ego dixi, con
279 silio 374. num. 30.) † Sicut & quando testa-
tor remittit tutori confectionem inuentarij,
per quod tamen tutor indirecte inuitatur ad
delinquendum, & tamen toleratur, & ualet di
cta remissio secundum Bar. & omnes, in l. ne-
mo potest. ff. de leg. 1. in 5. q. ubi Ias. in 2. lect.
num. 65. dicit esse commũ. Crotus, num. 29.
Moder. Bononi. num. 565. Rui. colum. 21. de
280 clarando, ut ibi per eos. † lex enim conueni
re. ff. de pact. dotal. proprie loquitur, quando
quis directe inuitatur ad delinquendum ut
est, quod mulier non possit conueniri de fur-
to, uel actione rerum amotarum ob res amo
tas: sonat enim hoc pactum in delictum, se
cus, ubi quis per indirectum inuitaretur ad
delinquendum. hoc enim toleratur, ut in
exemplo supradicto in tutore, & hic. Ita de
clarat egregie Ange. in quæst. per eum dispu
tata, incip. quidam ex nobili genere. quem re
fert. & sequitur Alexand. in consi. 2. colum. 9.
uersi. non obstat septimum, in primo uolum.
repetito in consi. 86. in secundo uolum. &
sequitur etiã Ias. in d. l. nemo potest. in 2. lect.
num. 43. Vnde & ista ratio Odofredi non sub
281 sistit. † Cogitaui ergo, si melior ratio adfer
ri posset, ut dicamus tale pactum non ualere
ea ratione: pignus enim datur, ut creditori
magis i tuto sit creditũ. §. fi. infra quib. mod.
re contrah. obl. sed si hoc pactum ualeret, iam
creditum non ita esset in tuto creditori, cum
tale pignus nullam, uel modicam sibi utilita-
tem adferret. ergo dictum pactum ualere nõ
debet, alias quædam repugnantia resultaret,
quòd ex datione pignoris dicatur creditori
consultum, ex dicto autem pacto contrariũ,
282 contra. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iu. † Vel
& secunda ratio assignari potest, tale pactum
non ualere propter æquitatem in contracti-
bus seruandam, prout seruari debet, ut tradit
Bar. in l. Iulianus. §. si quis a pupillo. ff. de acti.
emp. l. si id, quod. §. fi. ff. de rescin. uend. l. pen.
in fi. C. commu. di. per quas ita declarat Cra-
283 uet. in consi. 70. in prin. † Sed non ualet pa-
ctum, quòd debitori non liceat in perpetuũ
pignus redimere, ut est gl. notab. in l. qui Ro
mæ. in prin. quam ibi sequitur Are. & bene de
fendit Ias. num. 22. ff. de uerbo. oblig. ergo pa
ri ratione, non debet ualere pactum, quòd nõ
liceat creditori pignus unquam uendere, &
istas rationes bene menti teneas, quia alij nõ
284 ponunt eas. † Prædicta uero procedunt, se-
cundum Io. de Plat. & Aret. hic, in pignore cõ
uentionali, secus in iudiciali, uel prætorio, (q
quando locum habeant, parique in legali, ui-
deas Ias. in l. a diuo Pio. §. in uenditione. in
prin. ff. de re iud. & in §. item Seruiana, col. 1.
infra, de acti.) nam in iudiciali tempus, post
quod uendi potest, est duorum mensium. l. de
bitoribus. ff. de re iudic. a die captionis secun
dum glo. & Imo. ibi Bar. in d. l. a diuo Pio. §.
in uenditione. Negus. de pignor. primo mẽb.
285 6. par. colum. 1. † In prętorio uero tempus,
quo uendi potest, est arbitrariũ, ut no. per gl.
& Doct. in l. cum proponas. C. de bon. autho.
iud. poss. Imo. in d. l. debitoribus. ubi dicit es-
se commu. post Angelum ibi, & testatur Ne-
gusan. loco citato, nu. 8. tenetque Io. de Plat.
& Are. hic. an autẽ creditor uendens pignus,
de euictione teneatur, cõcludunt Ioã. de Pla.
& Aret. hic, quòd non per l. primam. C. cre-
di. euict. pigno. quod latius ibi disputat Bal.
286 & Saly. † Vnum uero ultra eos addendũ pu-
to, quòd ad pręsentem textum nostrum facit.
Ang. enim in d. l. debitoribus. fuit in ea sentẽ-
tia, quòd tempus biennij ad uendendum pi-
gnus præfixum in l. fi. C. de iure dom. impe.
ubi nihil de uendendo pignore conuentum
est, dumtaxat procedat in creditore fęnerato
re, de quo proprie secundum eum loquitur
d. l. finalis. Si uero non est fęnerator, remanẽt
secundum eum iura antiqua incorrecta, quæ
tali casu uolunt pignus quamprimum uendi
posse, quòd debitor in mora constitutus sit,

etiam

etiam per interpellationem extraiudicialem
ut probatur in dicta l. si conuenerit. ff. de pi-
187 gno. actio. iunctis notatis ibi. † Quam sen-
tentiam ego post Imolam in d. l. debitoribus.
probare non possum, tum quia tex. in dicta l.
si. passim de quolibet creditore uerba facit, si
cut & hoc loco Iustinianus, cum etiam, quod
de fęneratore dixit, ideo fecit propter facti
frequentiam, quia non communiter contin-
188 gebat mutuari gratis, † (si quidem notoriũ
est, quòd pecunia non solet, ut plurimum in-
ueniri mutuo sine solutione usurarum, ut in-
quit Afflict. dec. 91. num. 8.) ideo se retulit ad
communem facti contingentiam, iuxta. l. nã
ad ea. ff. de legi. non per hoc abnegans idem
189 iuris esse in non fęneratore: † quando enim
quid dicitur gratia frequentioris usus, inclu
sio unius nõ est alterius exclusio, limitaturq;
tex. l. cum prætor. ff. de iudic. ut per glo. in cle
men. 1. in uer. pręsidentes. de rescr. per Ias. in
l. 1. nume. 33. ff. solu. matrimo. Fel. in c. non-
ne, colum. 2. de præsump. & ita puto tenendũ
fore passim hoc procedere contra Angelum.

§. SECVNDVS QVIBVS ALIE. licet, uel non.

SVMMARIVM.

1 *PVPILLVS non potest conditionem suam facere deteriorem.*
Etiam si damnum non sit certum, sed periculum damni subesse possit. 2.
3 *Hæreditates quandoque damnosæ sunt.*
4 *Pupillus admittitur, ubi non obligatur, & damnum non patitur.*
Cuius exempla dantur. 5.
Item potest donare causa mortis. 6.
Nemque mulier sine solemnitate statuti. 5.
Et alieno nomine contrahere.
7 *Adultus, & pupillus quomodo æquiparentur.* 8.
8 *Adęquatur ubi una res alteri quicquid disponitur in re, cui adæquatur, communicat rei adæquatæ, nõ econtra.*
8 *Pupillo est interdicta administratio rerum suarum.*
9 *Dictio aliquando, denotat regulam in contrarium.*
Sicut dictio nonnunquam, & interdum.
10 *Pupillus nullam rem potest alienare, etiam quæ seruando seruari non potest.*
11 *Negatiua uniuersalis in totum negat.*
Et requirit, quòd omnia concurrant etiam, quæ sub lata significatione comprehenduntur.
12 *Pecunia numerata dicitur de rebus quæ seruando seruari non possunt.*
Pinellus contra. 15.
Quem damnat auctor. 16.
13 *Res, quæ seruando seruari non potest ex qua fructus percipiuntur, & tamen seruatur.*
17 *Intellectus leg. fi. §. ipsum autem. C. de bon. quæ liberis.*
18 *Intellectus leg. si chorus. §. 1. ff. de leg. 3.* 19.
20 *Intellectus leg. lex quæ tutores. C. de admi. tut.*
21 *Alienatio fundi fundari potest in persona pupilli cũ auctoritate tutoris.*
22 *Possessio duplex est, ciuilis, & naturalis, contra Bar. qui tertiam adiunxit.* 23.
24 *Possessio naturalis dicitur etiam corporalis.*
Et quandoque corpore tantum, quandoque animo retinetur. 25.
26 *Vsufructuarius naturaliter tantum possidet.*
27 *Infans, uel infanti proximus animum non habet.*
28 *Pupillus quare naturalem possessionem sine tutore perdere non potest.*
Quid autem per alienationem, uel per egressum. 29.
Et de ratione. 30.
30 *Contractus ab initio uoluntarij.*
31 *Egressus de fundo uoluntarius.* 32.
Possessionis tamen amissio necessaria dicitur, et quare. 32.
33 *Promittens sistere in iudicio excusatur si postea deliquit, & ideo non sistit.*
34 *Pupillus possessionem alienam sine tutore perdere potest.*
35 *Vsucapio supponit rem alienam.*
Et in re mobili cadit. 36.
37 *Possessio rei mobilis neglecta.*
38 *Pupillus possessionem rerum immobilium alienarum potest alienare cum tutoris auctoritatem.*
Sed auctor contra. 39.
40 *Intellectus leg. magis puto. §. 1. ff. de reb. eorum.*
41 *Argumentum a contrario sensu non procedit quando resultat contrarietas, uel correctio legum.*
42 *Adultus curatore carens omnia mobilia alienare potest ipso iure.*
Et quando restituatur. 43.
Immobilium uero sibi prohibetur alienatio. 44.
Pecuniamque alienat. 46.
45 *Pecunia est res mobilis.*
47 *Adultus res immobiles sine decreto non potest alienare.*
Sicque tenent Canonistæ. 48.
Fallit interueniente iuramento minoris in contractu. 49.
Dummodo non fuerit enormiter læsus minor. 52.
Et est communis. 53.
Secundo, quando iuramentum fuerit præstitum a minore tanquam a minore, secus si ut maior contraxit nulla minoris ætatis mentione facta. 56.
Tertio, quando iuramentum fuit assertorium tantũ non autem confirmatorium. 57.
Sed Corn. & Paris. contra. 60.
Quos auctor damnat. 61.
50 *Auctentica, sacramenta puberum. C. si aduer. uend. nedum de iuramento, sed etiam de contractu disponit.*
51 *Iuramentum minoris facit eum haberi pro maiore.*
Et illicitum dicitur data enormi læsione. 54.
Quia dolus inde præsumitur. 55.
57 *Minor iurans se maiorem non potest restitui in integ.*

propter

propter mendacium.

Potest tamen dicere de nullitate contractus ob solemnitates non seruatas.58.59.

Corneus tamen & Paris. dicunt iuramentum tollere etiam nullitatem. 60.

Sed auctor contra.61.

62 *Iuramentum uerbotenus præstitum tollit beneficiũ restitutionis nisi minor ætas probetur, secus si corporaliter fuerit præstitum.*

63 *Intellectus leg. si alterius. C. si minor, se maiorẽ.65. 66.67.*

64 *Alternatiua aut, cuius naturæ sit.*

68 *Iuramentum minoris confirmat contractum aduersus statutum illum annullans non seruata solemnitate ab eo requisita.*

Nisi præsumatur iuramentum metu, uel dolo extortum.71.

69 *Statutum simpliciter annullans contractum, locum non habet in iurato.*

70 *Saluus conductus alicui concessus locum non habet in contractu iurato.*

71 *Pupillus non potest alienare ullam rem etiam si tractet de se liberando.*

Quod mirum, cum possit obligari ciuiliter ad finem consequendi liberationem.72.

In quo Bar. & Imola decepti.73.

Rationem Iason attulit. 74.

Quam Decius taxat.75.

Aliam subdit auctor.77.

74 *Pupillus solus non habet administrationem bonorum.*

Nec ciuiliter obligari potest sine tutore.76.

Nec dominium transferre.77.

Nec hæreditatem adire.78.

79 *Error iuris sicut facti prodest recipienti mutuam pecuniam a pupillo sine tutoris auctoritate.*

Quo ad fructu, si non quo ad usucapionem.82.

Et de ratione diuersitatis.84.

Quid autem in præscriptione longi, uel longissimi tẽporis, remissiue.83.

85 *Pecunia a pupillo mutuo data consumpta competit condictio ex mutuo reconciliato per consumptionem, quod probat auctor. 88.*

Aretinus uero tenet condictionem generalem sine causa dari.

Quod declaratur, quando procedat. 86.87.

86 *Furiosus consensu deficit.*

89 *Lex debet esse de dubitabili.*

90 *Pecuniam mutuam recipiens a pupillo sine tutoris auctoritate mala fide eam consumens tenetur ad exhibendum.*

Et quia non potest exhibere iuratur in litem contra eum.

91 *Pupillo non defertur iuramentum in litem, & de ratione.*

92 *Mutuum non reconciliatur consumptione mala, sed bona tantum fide, & est communis.99.*

Quod uidetur absurdum, ut subdit auctor. 93.

Et illud Ias. tollere conatur 96.

Aliterque Decius.98. & aliter.105.

Quod non probat auctor.99.106.

Et alio modo nouo ipse tollit. 109.

94 *Dominij quæstio refricari non potest agenti ex mutuo.*

Et eius probatio difficilis.95.

97 *Mutuum ratihabitione reconciliatur.*

101 *Consumens dolo conuenitur ac si res extaret.*

102 *Lex si nummi alieni. ff. de soluti. declaratur.*

103 *Intellectus leg. nam & si fur. ff. si cer. pet.*

Et leg. cum omnis. §. si pupillus.104.

105 *Possessor malæ fidei quandoque melioris conditionis est possessore bonæ fidei.*

107 *Iuramentum in litẽ non tenetur iudex sequi, cum possit illud moderari.*

108 *Lex secundum naturam. ff. de reg. iur. quando procedat, uel non.*

109 *Agens ad exhibendum, non tenetur probare se dominum.110.*

111 *Iurans in litem, non tenetur probare se dominum.*

112 *Præsupposito cessante cessat fundamentum.*

113 *Statutum cessat non probata eius qualitate.*

114 *Debitum ciuile tantum, uel naturale tantum a pupillo solutum, differunt.*

Quod auctor taxat.115.116.

117 *Intellectus leg. si forte. ff. de soluti.*

N*VNC admonendi sumus neque*
pupillũ.] Diuiditur hic tex.
in duas partes. In prima po
nit dictum, in secunda exẽ-
plum. Secunda ibi, [*ideoque.*]
Casus uero ultra Aldobran
dinum formari potest. Quæ
situm fuit, an pupillus quicquam alienare pos
set: & quòd sic, uidebatur dicendũ. Nam adul
tus curatorem habens, & pupillus, æquipara-
tur. l. si curatorem habens, ubi glo. Bal. Sal. &
oẽs notant. C. de in integ. resti. min. Sed adul-
tus alienare potest, & ualet contractus licet
restituatur in casu læsionis, ut ibi in secundo
responso, ergo idem in pupillo uidebatur di
cendum. Contrarium tamen tex. noster deci-
dit, ratio in promptu fuit. Prima, propter faci
litatem ætatis pupillaris, secundum Aldo-
bran. hic, & ante eum Christophorum, quem
1 non citat. † Vel & secunda, quia non potest pu
pillus conditionem suam deteriorem facere
sine tutoris autoritate, ut supra de autori. tu-
2 to. in prin. † (quod etiam procedit si damnum
non sit certum, sed periculum damni subesse
possit, ut æris alieni latentis in hæreditate ad-
eunda, ut ibi declarat Aldobrand. cum hære-
ditates quandoque † damnosæ sint. l. si hære-
ditatem. §. 1. ff. mand. & in hæreditatis aditio
ne, quam solus pupillus facere nõ potest pul-
cras addit rationes Ioãnes Sicardus in l. po-
tuit. C. de iure deli.) sed in alienando posset
4 deteriorari, ergo &c. † Vnde uidemus, quòd
casu quo pupillus non obligatur, & damnum
5 non patitur, admittitur sine tutore, † puta in
adeundo hæreditatem periculo eius, cui per
fideicõmissum uenit restituenda, ut no. Ang.
in

in l.2.ff.de accep.quem refert,& sequitur De
cius in l.bonorum,colum.2.in princi. C. qui
admi. (sequitur Aldobrandinus loco cita-
to, nume.7.) uel in adeundo ipsam iussu aut
mandato patris, in cuius est potestate,l.mo
re,in fi.& ibi not.Ias.col.fi.ff. de acquiren.hæ
red. Simile uidemus in minore, uel muliere
prohibitis ex forma statuti contrahere sine
consensu duorum consanguineorum: qui
tamen alieno nomine ueluti procuratorio
possunt id facere sine dicta solennitate,cum
ad damnum, uel utilitatem alterius contra-
hant,ut tradit Roma.Alexand.& Ias.in l.quæ
situm,ff.si quis cauti.Angel.& Ale.in l. quam
uis,ff.de acquir. possess.Aret.& Ias.in dicta l.
more.Caccialu.in l.1.nume.94.C.de summa
tri.Craue.consi.100.nume.j.& Tiraquell. de
legibus connubiali.in uer. [*contracter*] glossa
6 3.num.168.† (Imo uero si suo quoque nó
mine contrahant in casu quo pęnitendo re
uocare possint contractum ut donando cau
sa mortis ualet ita, quòd eis non datur in in
teg.restit.cum possint ad libitum reuocare,
glossa in l.Aurelio.§.Caius.ff.de lib.leg.Bar.
in l.1.§.fuit quæsitum,& ibi Alexand. col. 2.
Ripaque,num.31.ff.ad Treb. Ias.in l. si frater
tuus, nume.2.C.qui test.fac.poss. & Senatus
Pedemontanus,decis.120.numero 11.) Nó
7 †obstat ratio dubitandi,quia ibi est fallacia,
æquiparatio enim facta de adulto & pupillo
loquitur in adulto habēte curatorem. quòd
uero dicitur adultum alienare posse, proce-
dit in adulto non habente curatorem, ut est
casus in dicta l.si curatorem, in secūdo respō
so. ergo argumentum non procedit in eisdē
8 terminis. †Secundo & melius aduertendum
est: nam tex.ibi gl.& Doctor.æquiparāt adul
tum habentem curatorem, furioso, & per
consequens pupillo, ex quo fit,ut pupillo,ad
quem fit adæquatio,nihil adijciatur,uel con-
cedatur ex dispositis in adulto habente cura
torem,sed tantum econtra adulto, qui exæ-
quatur pupillo,attribuitur quicquid plus iu
ris est in pupillo,ad quem fit adæquatio, iux
ta notata per Bartol.in l.1.in princip.ff.de le
gat.1.per l.Princeps,ff. de legi.& l.maximum
uitium, C. de libe.præt. declarādo,ut ibi per
eum: cum quo ibi transit Angel.Cast. & Mo
der.communiter,vt Alexan.refert,nume.10.
& post eum Ias.nume.37.(Ruin.consi.43.co
lum.j.uolum.5.) allegando tex optimum in
l.illud,in princip.ff. de donatio, causa mor-
tis.ubi quia dicitur donationes causa mor-
tis esse legatis adæquatas, infertur quodcun
que iuris est in legatis, id in donatione cau
sa mortis esse accipiendum,& sic disposita in
re, ad quam fit adæquatio, communicantur
rei adęquatæ.Et ita est ad unguem in dicta l.
si curatorem,ubi disposita in pupillo,ad quē
fit adęquatio, communicantur adulto ad-
æquato. sed modo in figuratione casus, de
qua suprà,pro ratione dubitandi,fit argumē
tum econtra de adulto ad pupillum, & sic de
de re adæquata ad rem,ad quam fit adæqua-
tio, quòd non licet, cum nihil de dispositis
in re adæquata communicetur alteri,ad quā
fit adæquatio, secundum Bar.& omnes in di
8 cta l.1.quod bene nota.Hic est casus.†Notat
ex hoc tex.Aret.quòd licet pupilli sint domi
ni rerum suarum, est tamen eis interdicta ad
ministratio earum. Primum dictum proba-
tur omisso secundo, quod est clarum in tex.
ex eo,quòd in hoc titulo Impator loquitur
de quibusdam casibus specialibus, & contra
regulas iuris communis,ut supra dixi in ru-
9 bt.† Et probatur ex tex. supra in princip. in
uerbo, [*Aliquando*] quod denotat regulā es-
se in contrarium, l. aliquando,ff. ad Velleia.
(sicut dictio nonnunquam,l.nonnunquam,
ff.de adop.l.ultima,ff.de iust.& iu. l.1.ff.de ap
pell.& dictio interdum,Cor.cons.13.colum.
2.uolum.3.Decia.respon.49.num. 12.uolu-
mi.1.) Secundo confirmatur ex tex. nostro,
in uer. [*Vendicari*] ex quo datur intelligi, ꝙ
pecunia mutuata à pupillo erat sua, cum uē-
dicatio detur domino,l.in rem, ff. de rei uen
10 di.† Secundo notat Aret.quòd pupillus nul
lam rem etiam mobilem,& quæ seruando ser
uari non potest, alienare potest sine tutore.
Ita probatur ibi [*neque ullam rem,*] quod cum
sit uniuersale negatiuum,in totum negat. l.
is, qui ducenta, §. utrum, ff. de rebus dub.
11 † (adeo, quòd ad ueritatem negatiuæ requi
ritur,quòd omnia concurrant etiā quæ sub
lata significatione comprehenduntur. glo.
in c.nemo pōt.de reg.iur.in 6. Bar.in l.nullā
C.ex quib. cau. infa.irro.Rom. & ibi Barb.
in l.generaliter, ff.de uerborum obligatio-
nib. Decian.respon.1.num.66.uo.2.) Exem-
plum est in frumento, uino, & id genus.
12 † Quibus & accedit pecunia numerata, di-
cuntur enim esse de rebus, quæ seruando ser
uari non possunt, ut tradit hic Balduinus,&
est glossa quam ibi ad hoc ponderant Barto.
Angel.Imo.Castren.Alexā.Ias.& alij in l.j. §.
fuit quæsitum, ff.ad Trebel.& dicit non esse
alibi Bald. in l. si curatorem, C. de in integ.
restitut. min.Et est peregrina secundum eun
dem Bald.in l.j.in principio,ff.de reb.eo. Sed
habes aliam idem tenentem, & ibi expressè
notat Bartol.in l.interdum,ff. de condci. in-
debiti, probaturque hoc in §. constituitur,
supra de usufr. in l.Iulianus,ff.de pet.hæred.
[*pecuniam quæ seruari non potest*] & in capitu.fi-
nali,de pigno. ibi [*pecuniam & alia,quæ usu con
sumuntur*] & ibi. Cardi. Flo.& Imo.ad hoc no
tant illum text. quam sententiam tenet etiā
Corn.in consi.49.colum.fi.uolum.3.Alexan
in consi.92.nume.3. uolum. 6.Dec.in consil.
309.num.15.Paris.in consilio 25.colum.pe-
nul.num.73.in secundo uol.& nouissime An
dreas Tiraquell.in libro suo de retractu,in ti

tulo, de retraict lignagier, in §. 1. nume. 103 ubi infinitos citat, (idemque tradit Boeri. decis. 208. numero 4. Decis. Senatus Pedemonta. 135. nume. 11. Rodericus Suarez, in l. 1. de Las Arras. nu. 67. Natta, consi. 496. num. 14. ubi dicit quod cum sit de rebus, quę seruādo seruari nō possunt, semper est sibi creatio
13 ni parata.) † Res enim ut declarat Barto. & Doctor. in dicto §. fuit quæsitum. dicūtur seruando seruari posse, quando ex illis fructus percipiuntur, & tamen seruantur, ut uidemus in prædijs, & possessionibus nostris, quod in pecunia non contingit, qua si utaris ad usum, ad quem est destinata, uidelicet, ad numerationem, l. 1. ff. de contrahenda emptione, non conseruatur, imò assidua permutatione, & expensione consumitur, cum dominium eius in alium transfertur, dicto §. constituitur. & si ponas eam in capsa uel muro, licet ibi per multos annos seruari possit, non tamen dicitur de rebus, quæ seruando seruari possunt, cum ibi stando, non afferat utilitatem, secundum usum, ad quem inuenta est, ut latius post alios declarat Ias. in dicto §. fuit quæsitum, (idemque pulchre declarat Roderi. Suarez, supra citatus, ubi allegans l. lex quæ tutores, C. de admini. tut. ibi aurum, argentum & c. inquit, quòd loquitur quo ad actualem & non fructuosam conseruationem, sed ad hoc ut pecunia afferat utilitatem secundum eum usum ad quem destinata est, dicitur de rebus quæ seruando ser-
15 uari non possunt.) † Non omitto tamē, quòd Arius Pinel. in l. 1. num. 42. secundæ par. C. de bon. mat. hanc conclusionem iam receptam dicit naturali ratione corruere, cum ad oculum pateat pecuniam rem esse quæ seruari possit & sane a multis plus nimio seruatur, idque probat ex l. fi. §. ipsum autem, C. de bon. quæ lib. ubi dicitur filio pecuniam seruandā esse, item per l. si chorus, §. 1. ff. de leg. 3. ubi de pecunia præsidij causa reposita Celsus loquitur, & sic seruandi causa. Demumque perpendit tex. in dicta l. lex quæ tutores, ubi loquitur in fine de rebus quæ seruando seruari non possunt quia solo tempore absque usu consumuntur, supra uero separatim ponit de pecunia dicens, quòd in ea robur esse patrimonij ueteres posuerunt ex qua separatione uidetur text. reputasse pecuniam differre a rebus quæ seruando seruari non possunt & ad iura superius allegata respondet Pinel. primoque ad capitu. fina. de pignor. quòd ibi non dicitur pecuniam esse rem quæ seruari non possit. sed ex usu a dominio nostro exire in diuersosque Dominos sortiri, ipsā tamen non consumi, secundo ad l. Iulianus, ff. de pet. hæred, ibi, pecuniam quæ seruari non possit inquit Pinel, intelligi debere de pecunia nō idonei debitoris a quo exigi nequeat ob inopiam uel aliam causam; eo enim respectu iur. consi. appellat seruari non posse, ut ibi
16 sentit glo. † Sed licet hæc subtiliter excogitata sint, ab opi. communi non recedo, quā præter adducta superius confirmo ex l. 1. & secunda, ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consu. ubi loquendo de rebus quæ usu tollūtur subdit de pecunia caueri cuius usufructus legatus est, nec eo modo Senatus Consulto id effectum esse, ut pecuniæ usufructus proprie esset. Sed quasi ususfructus, quia proprius consistit ususfructus in re qua utimur salua rei substantia, l. 1. ff. de usufr. quod de pecunia dici non quæ ipso usu assidua permutatione quodammodo extinguitur, dicto §. cōstituitur. hinc ergo patet ipsam esse de reb. quæ seruando seruari non possunt propter eius consumptionem, ut etiam dicit text. in d. c. fi. de pign. ubi simul cōmiscet pecuniam, & bona quæ consumuntur usu. Et licet uerū sit, quòd diuersos Dominos sortiatur, ut inquit Pinel. & prior eo glo. in dicto §. constituitur. tamen uerum est eam per expendêtes non seruari, quod de fundo seu domo dici non potest, quas res eis utendo seruamus, & hæc pro communi sufficiunt posito, quòd dicta lex, Iulianus, nihil faceret, ut supra dedu-
17 cit Pinel. Nec † obstant iura sua, & primo tex. in dicto §. ipsum autem, quia retorquet inquantum dicit, ꝙ pater uendere debet res damnosas ut pretium earum uel in res uel in causas hæreditarias procedat. hinc enim colligitur pecuniam expendi & consumi, & sic esse de rebus quæ seruari non possunt. dum uero subdit uel filio seruetur, loquitur de infructuosa conseruatione, ut dicunt Bartol. & Docto. in dicto §. fuit quæsitum. & Roderi. su
18 pra citatus. † Ad l. si chorus, §. 1. de leg. 3. retorquendo illum respondeo, quatenus dicit pecuniam sine peculio fragilem esse, quia de facili potest perdi, ut addit glo. hic enim colligitur eam usu consumi nec seruari posse utē
19 do. Quod † uero eam præsidij causa repositam peculiū appellat, significare uoluit eam pecuniam quam uti specialem, & pręcipuam paterfam. seponit ut ea ad extremum utatur pro peculio, rem charam & peculiarem significans, ut exponit & latius cōfirmat Coras. Miscella. lib. 1. capi. 13. in fin. quæ conseruatio interim infructuosa est, licet ad cōmodū, uel adiumentum sit ordinata, ut expendatur
20 cum opus erit, & tunc consumetur. † Ad textum uero in dicta l. lex quæ tutores, cōsideratum ut supra per Pinel. dico, quòd dum loquitur tex. de pecunia, probat communem, quia dicit usum fœnerandi pecuniā uix diurnum, continuum, & stabilem esse, cum eo, facto sępe intercidēte pecunia ad nihilū minorū patrimonia deducātur. si. n. perit pecunia ergo non seruatur. quod uero de uestibus detritis usu subdit, quæ seruari non possunt id agit respectu uenditionis earum tutoribus conces-

concessæ quam in alijs rebus eis supra prohibuit, & ita communis opin. defenditur.)

21 † Tertio notat Aret. quòd etiam alienatio fundari potest in persona pupilli cum autoritate tutoris, ut probatur hic a contrario sensu, & magis clare in l. pupillus, ff. de acq. rer. do. In quo pondera, dum Aret. utitur implicatiua, [*etiam*] ipsum sentire talem alienationē expediri posse per tutorem solum, quod licet hic non probetur, probatur tamen in l. 3. §. idemque erit, ff. de reb. eo. & in l. lex, q̄ tutores, C. de admini. tuto. & in l. interdum, §. qui tutelam, ff. de furt. quibus in locis agitur de alienatione facta a tutoribus, & tamē de interuētu pupillorum ne quidem uerbū. cætera notabilia sunt clara, ideo ea præter-

22 mitto. † In gl. prima ad eius intelligentiam præmitte duas esse possessiones. Alteram ciuilem, quę animo retinetur per constitutum extra rem, alteram uero naturalem, quæ corpore detinetur, & sic, quando quis est in re, ut uoluit gl. in l. 1. ue rsicu. ait, secundum opin. Ioan. ff. de acquiren. possess. cum quo transeunt magis communiter Doctores, ut ibi Alex. testatur, nu. 53. & sequen. Ias. nume. 70. Ripa, num. 28. Hormano. Dec. colu. 18. Gul. Ponta. num. 29. probaturque inter cętera in l. 2. §. quòd uulgo, ff. pro hære. uersi. [*Possessio non solum ciuilis, sed etiam naturalis*,] quem text. a responsione Barto. defendit Ias. num. 56. & in l. nemo, C. de acquir. poss. uer. [*duplicem*.]

23 † ex quo Barto. sententia confunditur, in d. l. 1. qui tenuit esse triplicem possessionem. Id enim est contra text. in d. l. nemo, in uer. [*duplicem*,] & ibi Ange. tenuit contra Barto. per illum tex. & idem tenuerunt Bald. Ang. & Saly. in l. licet, C. eodem titu. Alexan. Aret. Ias. & omnes, in dicta l. 1. ut ibi Guli. Pont.

24 testatur, nu. 58. Ripa, nu. 35. † cūm quæ naturalis dicitur, itidē corporalis appellari possit secundū eos. ex his ergo declara glossam dicentem, quod pupillus nullam rem potest alienare ratione possessionis, quæ animo retinetur, ut intellexerit de ciuili possessione, quam non potest in alium transferre sine tutore. Dum uero subdit, licet corporalem sine tutore perdere possit, intellexit de naturali, quam egrediendo fundum perdere potest sine tutoris interuētu, meritò notat Areti. ex hoc, quòd ea, quæ sunt meri facti, ut naturalem pupillus sine tutore potest amittere, secus, quæ sunt iuris, ut ciuilem (& ad hoc est tex. in l. pupillus, ff. de acq. rer. do. & in l. possessionē pupillus, ff. de acq. poss. tradit

25 Croto. consi. 47. nu. 27.) † In ea. ibi [*licet corporalem*,] pro intelligentia Aretini dicas, quòd quædam est possessio naturalis, quæ corpore tantum retinetur, ut est illa, quæ iūcta est cū ciuili, puta, quando quis est in fundo suo. Quædam, uero, quę animo retinetur, ut est illa, quam habet usufructuarius, quocunque enim uadat, eam retinet. l. 3. §. unde ui, & ibi notatur, ff. de ui, & ui arma. & colligitur, et notatis per gl. 2. in fi. & ibi latius Doctores, in dicta l. 1. ff. de acquir. possess. Dum ergo inquit glo. nostra, quòd pupillus possessionē corporalem sine tutore potest amittere, dicit Aret. hoc esse uerum, si retinetur corpo-

26 re, & sic, quando iuncta est cum ciuili. † Secus, si retinetur animo tantum, prout est in usufructuario, qui naturaliter tantum possidet, l. naturaliter, in princip. & ibi notatur cōmuniter, ff. de acquiren. possess. Hanc enim pupillus usufructuarius perdere non pōt, quia militat eadem ratio in ea, quæ in ciuili, pupillus enim ciuilem amittere non potest, quia in eo deficit animus desinendi possidere, qui requiritur ad amissionē, l. quēadmodum, ff. de acquirenda possess. Ergo nec naturalem, quæ animo retinetur. Sed tu considera, quòd licet Aretini dictum possit esse uerum, ratio tamen non est bona, utpote, minus generalis (iuxta superius a me tradita

27 in princ. huius tituli.) † & in pupillo tantum concludens animum non habente, ut est infans, uel infanti proximus, iuxta tex. in §. pupillus, infra de inut. stipul. Vbi verò pupillus esset maior infante, & pubertati proximus, ut quia decem annos cum dimidio transcendisset, ut not. glossa in dicto §. pupillus, attēta ratione Aretini, sequeretur, q̄ pupillus talem naturalem posset amittere sine tutore, ex quo in eo animus concurrit, quod tamen est erroneum, & cōtra tex. in l. pupillus, ff. de acquirendo rer. domi. ubi nec quidem possessionem naturalem pupillus potest amittere sine tutore, & restringere illum textum ad pupillum infantem, uel infanti proximum, est uiolentia, secundum Alexa. od. in l. possessionem pupillum, ff. de acquirenda possessi.

28 post principium. † Melior ergo ratio adferri potest, quòd ideo hanc naturalem pupillus sine tutore perdere nō potest, sic enim usumfructum, unde prouenit hæc naturalis amitteret sine tutore, quod facere non potest, cū ususfructus sit pars dominij, l. 4 ff. de usufr. & in his quæ ad dominiū spectant, solus pu-

29 pillus non sufficit, ut hic. † In eadem gl. ibi, ut l. pupillus, & l. possessionē, aduerte, quòd illæ leges inuicem cōtrariantur, cum prima dicat pupillum sine tutore etiam naturalem possessionem perdere non posse, altera uero contrarium. Vnde Aret. hic hoc perpendēs, distinguēdo soluit, quod aut agitur de amissione per egressum, & pupillus amittit, sicut maior, & ita procedat dicta l. possessionem. Aut de amissione per uiam contractus alienando, & tunc secus, dicta l. ff. pupillus, quam solutionē licet Aret. non dicat, posuit gl. tertio loco in dicta l. possessionē, eamq; Docto res passim sequuntur, ut ibi Aret. col. 2. testa-

30 tur. † Et ratio differentiæ est, secundū ipsū,

post Imolam,& ante eos Iacobum de Ranenna,quem Albericus refert. Nam si per alienationem pupillus amitteret naturalem, id ex sua uoluntate procederet, cum contractus ab initio sint uoluntarij,l.sicut,C.de actio.& oblig.l.inuitum, C.de contrahenda empti. hoc autem pupillus facere non potest, non enim ex sua uoluntate sine tutore sibi præiudicare potest, ut est casus in §. neque, supra de aut. tut. ubi quia actus aditionis est uoluntarius,§.si infra,de hær.qual.& diff. l.qui in aliena.in princip.ff.de acquirenda hæredita.merito non potest pupillus sine tutoris autoritate adeundo sibi nocere.

31 †Hæc autem ratio cessat in amissione per egressum quæ causatur non ex uoluntate, sed necessario ex dispositione iuris, quo cauetur, ut naturalis retineri non possit à possidēte utroque modo,si exit de fundo,l. clam possidere, §.qui ad nundinas,ff.de acquir.poss.merito, quia talis amissio procedit ex immediata dispositione iuris,ideò pupillum sicut maiorē comprehendit, l.sine hærede,§.Lucius,ff.de

32 adminiſt.tut. † & si dicatur, imò talem amissionem causari ex uoluntate pupilli recedentis,quia si non recederet de re, eam nō amitteret,replicat Aretin.in dicta l. possessionē, ꝙ licet recessus sit uoluntarius,non tamē est ordinatus ad hunc finem perdendi possessionem,meritò amissio dicitur necessaria, cum

33 contra uoluntatem pupilli causetur. †Confirmo ego istud ultra Aretin.ex singulari doctrina Bartoli,quam sequitur Alexand.ibi in l.2.§.fina.ff.si quis caut.& in l.si fideiussor.§. si necessaria, ff. qui satisda. cog. Vbi,si quis promisit sistere in iudicio, demum propter delictum suum fuit alio magistratu detētus, ità ꝙ non comparuit, sibi tamen datur exceptio,quia illud delictum & culpa ibidem cōmissa, non fuerunt ordinata ad hunc finē,vt detineretur,& comparere non posset, sed ut tantum delinqueret,merito tanquam deten

34 tio fuerit necessaria, debet excusari.†Prædicta uero procedunt, secundum Areti. hic in possessione rei propriæ,in aliena autem re, etiam per alienationem pupillus sine tutore naturalem potest perdere,l.2.§.si a pupillo, & sequen.ff.pro empto. ubi emens a pupillo,uel furioso sine tutoris seu curatoris autoritate usucapit, ergo supponenda est possessionis alienatio, cum sine ea usucapio non

35 procedat, l.sine,ff. de usucap.†(item supponi debet,quòd res esset aliena nō autem pupilli secundum naturam usucapionis quæ cadit quando quis acquirit a non domino,

36 ut supra de usuca.in princip.) † hoc autē ultra Aretinum tu sane intelligas in possessione rei alienæ mobilis, prout loquitur text.in dicto §.si à pupillo, qui de usucapione uerba facit, quæ proprie cadit in mobilibus tātum, iuxta glos. supra de usucap. in princi,

37 in uersic. usucapiantur. † Ratio enim est in ea, quia possessio rei mobilis neglecta est,& amittitur etiam sine animo,& uoluntate nostra,quam primum est per alium apprehensa,l.si rem mobilem,ff.de acquirenda posse. unde pupillus non transfert eam ex uoluntate sua, sed potius ex dispositione iuris uolentis, ꝙ per apprehēsionem rei mobilis ab alio factam perdatur possessio,& hanc intelligentiam ponit glossa, & Bar. in dicto §. si a pupillo,Alexand.& Aret.in dicta l. possessio

38 nem, quòd no. † Quod uero attinet ad possessionem rerum immobilium alienarū,concludit glossa in dicta l.2.§.si à pupillo, ff.pro empt. & post eam Barto. ibi & Imo. numero 7.Iacob. de Are.& Bald. in l. magis puto. in princip.ff.de rebus eor.& ibidem Alberi. in §.1.Alexand. in l.possessionem,ff.de acquir. poss.uolum.2.& Tiraq.de legibus cōnub. in uer. [*contraſſet*] gl.3. nume.150.eam pupillū alienare posse cum tutoris autoritate sine decreto iudicis,licet in translatione proprietatis decretum requiratur, dicta l.magis puto,§.non passim,& l.lex, quæ tutores, C.de admi.tut.idque ea ratione, qnia minoris est præiudicij, quam ubi agitur de dominio, & proprietate, dicuntque hoc probari in dicta l.possessionem, a contrario sensu, ut ibi A-

39 lexand. & Imo.in dicto §.si a pupillo.†Mihi uerò non satis placet hæc sententia. Contra quam tenuit Bartol.sibi contrarius in repet. l.creditores,in prima q.princip. C.de pign.

40 † eamque ratione confirmo,nam mediante possessione peruenitur ad acquisitionē dominij, ut supra de usucap.in si. prin.& infra titu.primo,in §. si. ibi, [*& per hanc possessionē etiam dominium*] sed ad translationem dominij requiritur etiam decretum iudicis, dicta l.lex, quæ tutores, cum simil. Ergo ad translationem possessionis, per quam ad dominium peruenitur, argum.l.oratio.ff.de sponsal. & ex hac ratione cessat ratio de minori præiudicio in cōtrarium adducta, quia imo agitur de notabili præiudicio propter dominium, quod causetur ab hac possessione.

41 †Secundò, de hoc adduco casum in dicta l. magis puto, in §.1.iuncta gl.ubi tutores nō possunt alienare fundum alienum sine decreto bona fide emptum, & possessum à pupillo, cum enim esset alienus, patet, quòd dominium non erat apud pupillum, sed possessio tantum, & tamen dicta alienatio respectu possessionis facta non ualet sine decreto. Et licet in fundo piguorato pupillo, text. statim concludat contrarium, id est, quia tali casu possessio non potest afferre de se acquisitionem dominij, prout in præcedenti casu, & ob id tanquam inutilis sit conceditur, ut alienari possit sine decreto, sed priore casu, secus. & tenendo hanc partem non obstat glossa in dicta l.si a pupillo, quia

diuinat

diuinat ad illum tex. illa gl. ut ibi Bart. & Alex. in dicta l. possessionem, fatentur, nec est uera

41 ut ex prædictis patet. minus quoque † pungit in oppositum tex. in dicta l. possessioné; a contrario sensu inducendo, quia tale argumentum non procedit, ubi resultat legum contrarietas, seu correctio, l. 2. C. de condit. insert. l. conuenticulam, C. de episco. & cleric. capi. a nobis, el 2. & ibi ponderat Abb. & Fel. de sent. excom. Alex. Ias. & Dec. in l. 1. ff. de offic. eius (& ibi nu. 450. ego addidi pulcherrimã, & nouam rationem) Euerard. de centum locis lega. c. 4. in 1. & 2 limit. Decis. Neap. 314. nu. 4. Clari l. Rim. meus, i cõs. 264. nu. 10. Crauet. in cõs. 39. nu. 5. cum simil. quæ diligenter

42 nota contra communem opinionem. † In eadem gl. ibi [*quid in adulto*] declara hanc gl. ut hic per Ioan. Fab. quem corrupre tamen refert Aret. ex cuius dictis prima colligitur cõclusio, quòd adultus curatore carens, omnia mobilia, & sic etiam, quæ seruari possunt alienare potest ipso iure, dicta l. si curatorem. solum inest differentia inter ea, quæ seruari nõ possunt, nam primo casu datur restitutio in casu læsionis, licet damnum non sit graue, dummodo non sit modicum, l. etsi sine, §. quę

43 situm, ubi glo. fin. ff. de minor. † Secundo uero casu concurrente tantum graui damno, l. penult. ff. eod. & supradicta conclusio confirmatur, nam adultus curatore carens, habetur pro maiore, quãtum ad hoc, ut gesta per eum ualeant, ut no. Alexand. in dicta l. si curatorem, in 2. notab. & fuit de mente glossę penult. ibi dum dicit, q̃ uidetur quasi paterfamilias, & ideo quod facit, ualet, ergo debet alienare posse etiã mobilia, quæ seruari possunt (idemque tenet Bart. in l. neque, C. de proc. Cast. consi. 102. in anti. Ias. in l. si constã te, nu. 221. ff. sol. ma. & in l. iurisiurãdum, quod ex conuentione, §. pupillus, colum. penult. ff. de iureiur. sequitur Roland. a Valle, consilio

44 54. in princip. uolum. 1.) Comprobatur † ex eo, quòd immobilium tantum est ei interdicta alienatio. l. non solum, C. de præd. min. ergo in mobilibus est permissa, l. cum prætor,

45 ff. de iudic. † unde uidemus, quòd pecuniã, quæ est res mobilis, ut probat text. in §. & quia parum, in Authent. de nupt. ibi, [*in pecunijs aut alijs mobilibus*,] & ibi not. Angel. idemque ponunt Cyn. Bal. & Alber. in l. ea demum, C. de collat. & latius exornat And. Tiraquell. de Retractu. in §. 1. in glossa 7. nu. 102.

46 † adultus alienat, & sui creditoris eam facit, ut est glossa notab. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebel. quam omnes ibi commendant, Iason in l. non omnis, §. si. ff. si cer. pet. & alibi. Docto. quos congerit Tiraquell. in loco proximè citato, num. 104. (Idemque tenet Rolandus proxime citatus in princip.) Nec huic conclusioni aduersatur text. in l. lex, quæ tutores, C. de adminis. tut. ubi etiam in mobilibus, quæ seruari possunt, opus est decreto iudicis: loquitur enim in adulto habente curatorem, nos in non habente.

47 † Secunda est conclusio, quòd adultus res immobiles alienare non potest sine decreto. l. non solum, C. de pręd. min. & in l. si quidem, C. eodem tit. 1. responso. & licet tex. in dicta l. si curatorem, in secundo responso, indistinctè loqui uideatur tam de re immobili, sicut de mobili, tamen non est nouum, quòd distinctionem recipiat a dictis legibus, quæ in immobilibus denegant alienationé, iuxta not. per gl. Bar. & alios in l. de pretio, ff. de publi. in rem acti. in l. quamuis, ubi Barto. Castren. Alex. & Ias. ff. de in ius uoc. in l. sciendum, ff. qui satis. cog. & in auth. offeratur, C. de lit.

48 contest. † (& hanc opin. de alienatione immobilium interdicta adulto curatore carẽte sine decreto, ponit Barto. post Iacob. de Are. & Alexand. in l. si ex legati causa, ff. de uerborum obliga. Ias. consi. 48. colum. 2. uolum. 1. ubi refert omnes Canonistas ita tenere in c. constitutus, reprobata ibi glo. de in integ. restitut. sequitur Rolandus à Valle, consi. 54. num. 28. volum. 2. ubi dicit idem de annuis re-

49 ditibus.) † Limitatur tamen ista conclusio, ut non procedat interueniente iuramẽto minoris in contractu: tũc enim ualet alienatio uigore iuramenti, secundum Ioan. Fab. Ioã. de Plat. & Aret. hic, per text. in auth. sacramẽta puberum, C. si aduer. uend. ubi dicitur iuramenta puberum super contractibus rerum suarum non retractandis inuiolabiliter

50 esse custodienda. † & licet de sacramento tantum custodiendo dicat, quid autem de contractu non aperiat, omnes tamen ibi communiter idem de contractu sentiunt, ut Bartol. Bald. Angel. Sal. Castren. Curt. Corn. & cæteri, & Canonistæ pariter in capitu. cum contingat, de iureiuran. Aret. in consil. 22. nume. 8. de quo latius disputaui, supra eod. titu. nostro, in princip. tuendo communem

51 opinionem, ut ibi uideri potest. † Confirmaturque hæc opin. quia, ut inquit Aretin. hic, iuramentum minoris facit eum haberi pro maiore, ut est glossa quam ipse non citat, in l. secunda, C. de rescind. uendit. notant omnes in dicta auth. sacramenta puberum, ubi Cur. num. 14. Alex. in consi. 27. colum. 2. in 1. uolum. Parisius, consi. 16. nu. 145. in 2. uol. Ergo contractus ualere debet, sicut

52 in maiore. † Declaratur tamen hæc communis limitatio, ut procedat, dummodo minor in tali contractu iurato nõ fuerit enormiter læsus. data enim enormi læsione tex. in d. authentica, sacramenta puberum, non procedit; quia tunc iuramentum esset iniquitatis uinculum, & per consequens non seruandũ, c. si uero, de iureiu. Ita uoluit Pet. de Anch. in consi. 83. uisis diligẽter, circa fi. in consi. 180. colum. fi. in consi. 329. pro maiori intelligen

tia,colum.fi.& in cõsi.375 in supradicta quie
tatione,colum.1.Calder.in consi.8.duæ puel
læ,in titu.de iureiura.Cuman.consi. 180.ui
detur prima fronte, Decis.Neapo.322.num.
9.& seq.Gul. Bene.I rep. c.Raynutius,de test.
in uer.duas habens filias,nu. 263.in 1.parte,
53 Paris.consi.12.num.65.in 2.uolum.† Decius,
qui dicit esse commu.in consi.45.in princ.in
consi.349.num.6.uersi.2. principaliter, & in
consi.403.num. 21. Idemq; late testatur Soc.
Iun.in consi.48.num.24.cum seq.uolum. 1.&
in consi. 144.num.25.per duas colum.eo.uo
lumi.idem late firmat Cur. Iun. in consi. 53.
colum.pen.& in consi.141.colum.2.ubi dicit
esse ueriorem, & magis communem opi.lo-
quendo in terminis cap.quamuis, de pact.in
6.qui a pari procedunt cum d.authen. sacra-
menta puberum, ut passim per doctoribus,ex
quibus patet tenentes contrarium male lo-
54 qui.(comprobaturque hæc concl.quia data
enormi læsione iuramentum dicitur illicitũ
ex parte recipientis,ergo relaxandum est a iu
dice,Butr.consi.46.Bal.in c. 1. Itẽ sacramẽta.
de pac.iur.fir.Rom.sing.491.Decis.Neap.80.
num.5.& 363.num.3.Rip.lib.3. resp.respon.
15.num.6.Fel.in c. 1. colum.7.de iureiu.Cra.
consi.192.num.2.Gui.Pa.consi.175.in fi. con
silio 209.Fed.de Sen.consi.272.And.Sic.inter
consi.Calca.consi.26.uolum.pen.Alc. in cap.
55 cum contingat,num. 161. de iureiur.† & ra-
tio in promptu est quia dolus præsumitur ex
enormissima læsione.l. si superstite. C.de do-
lo Barto.in l. si societatem. §.arbitrorum,ff.
pro soc. in l. si quis cum aliter, ff. de uerbo.
ob.Cap.consi.174.uolum.1.Anch.consi.180.
ad fi.Alex.in l.stipulatio,hoc modo,num.10.
ff.de uerbo.ob.Are.consi.92.colum.2. Fel.in
c.in præsentia,num.8. de prob.Ias.consi.153.
num.8.uolum.4.Soc.consi.214.num.9.consi.
263.num.1.uolum.2.Rui.consi.98. num. 26.
consi.170.nu.29. uolumi.1.Dec. in l.fraudis.
numero 3.ff.de reg.iu. in c. ad hæc. primo, de
ap.in fi.consi.349.numero 6.Cor.consi. 166.
uolum.1.consi.140.consilio 189. ad fi.uolu-
mi.3.consilio 236.uolum.4.Rip.respon.4.nu
mero 6.de don.Soc Iun.consi.53.numero 2.
uolumi.1.consilio 98.numero 25.uolumi.2.
consilio 47.num.29.uolum. 3.Aquens.in l.si
quis cum aliter,colum.1.ff.de uerbo. obliga.
Alc.in dicto cap.cum contingat, numero 77.
Cra.consilio 39.numero 5.consilio 142.nu-
mero 22.Gra.Deci.76.num.12.Dida.Var.res.
lib.2.cap.4.Pan.qui communem dicit,consi.
12.numero 83.consi.89.nume.70. uolum. 1.
ergo tale iuramentum tanquam dolo extor-
tum minori non nocet Butr.& Abb.in d.c.cũ
56 contingat.)† Scd'o declaratur, ut procedat,
quando iuramentũ fuerit præstitũ a minore,
tãquã a minore, hoc est, sciente se esse mino-
rem,secus si minor contraxerit, ut maior,pu-
ta,quia de minore ætate ne uerbum quidem
est factum in instrumento, licet uere sit mi
nor:tunc enim si errando contrahat,& iuret,
non procedit d.auth.sacramenta puberum.
Ità ponit eleganter Soc.Iun.in consi.3.colu.
penu.in 2.uolum.ea ratione motus,quia,qui
ut minor iurat, dicitur renuntiare beneficio
minoris ætatis,ut tradunt omnes in d. authẽ.
sacr. pub. quod cessat in eo, qui nescit se esse
maiorem cum nemo iuri,quod ignorat, dica
tur renuntiare.l.mater. ff.de inoff.testamen
57 to. † Tertio declaratur, ut procedat dispositio
tio d.auth.sacramenta puberum.in iuramen
to confirmatorio, puta, quando minor cum
iuramento promisit attendere, obseruare, &
non contrauenire,secus in iuramento asserto
rio,hoc est, quando minor tantum iurauit se
esse maiorem.hoc enim casu licet minor non
possit uenire contra contractum per restitu-
tionem in integrum, tanquam minor, quia
suo mendacio punitur, potest tamẽ dicere de
nullitate contractus ob solennitates iuris cõ
munis,uel statutarij nõ seruatas.hæc fuit opi.
Imo.in c.cum contingat.de iureiur. quem re
fert,& sequitur Soc.in consi.61.colum.3. uol.
1.dicens,quod per auth.sacr.pub.leges anti-
quæ sunt correctæ in iuramẽto promissorio,
non assertorio,& latius ponit Marsi.in singu.
58 suo 299. † mouẽturque etiam prædicti ex no
tab.dicto Ioan.And.in addi. Spec. in titu. de
sent.in §.ut autem,in prin.dicentis,quòd li-
cet iuramentum corporaliter præstitum asse
rentis se esse maiorem, excludat illum peni-
tus a beneficio restitutionis in integrum,nõ
tamen excludit eum a beneficio nullitatis al
legandæ,sic intelligendo,& declarando l.si al
terius,in fi.C.si min. se maio.dix. quod dictũ
sequitur,& commendat ibi Cast.idque extol
lit Roma.in consi.12.colum.fi.Soc.in d.consi.
61.colum.3.& in consi.66.colum.7.uolum.1.
Cremonen.in sing.142.Cur.Iun.in consi.118.
num.6.unde sic in terminis auth.sacramenta
59 puberum, dicendum est,(& ultra† prædictos
idem tenet And.Sic.consi.2.num.9.consilio
21.5.colum.uol.1.Rui.consi.135.num. 12.uo
lumi.1.consi.60.num. 4.uol.4. Mars.in l. pen.
colum.antep.ff.de quæst.consi.125.colum. 4.
Soc.Iun. consi.48.num.17.uolum.1. consilio
44.num.17.uolum.2.Ias.in d.auth.sacramen-
ta puberum,colum.7. Stepha.Aufre.in addi.
Capellæ Tholo.q.242.& est glo.in auth.si qua
mulier.C.ad Vellei. dicens, quòd iuramentũ
non confirmat contractum ipso iure nullum
quam singularissimam dicit Roma.in l.j.ff.de
usuca.Rolan.à Valle,consi.2.num.8.uolum.j.
consi.7.num.36.uolum. 3. & ultra prædictos
addi potest Anch.Iun.q.14.num.22.secundæ
partis,tenens post allegatos per eum statutũ
generaliter loquens de iuramento locũ habe
re tantum in iuramento confirmatorio,non
60 autem in assertorio.) † Bene uerum est, quod
Corn.in consi.121.in fi.uolu.3. quem refert,
&

& sequitur Paris.in consi.97.nume.32.per 3.
colum.uolumi.2. uoluit, quòd d.l. si alterius,
tollit etiam remedinm nullitatis ex illis uer-
bis, [*nullum tibi supereße auxilium,*] quæ sunt uni
uersalia,& negatiua,ergo nihil excludnnt, ar
gumen. l.primæ.§.& generaliter.ff.de leg.pst.
item quia secundum Paris.illa l. si alterius, es-
set delusoria,si solnm denegaretur restitutio,
& concederetur nullitas,cum utraque ex mi-
nori ætate proueniat,ut ibi latius per eum,di
centem hoc esse de mente Vberti.de Bob.quē
refert Spec.in tit.de rest.in inte.§. 2.uersi. sed
cum ei.Bal.& Saly. in d.l.si alterius, inducen-
do,ut ibi per eum. Sed ego a priore sententia
recedendum non puto, plurium testimonio
61 confirmata,de qnibus supra.† Nec obstat pō
deratio Cornei,& post eum Parisij, quia est er
ronea,& minus uera,cum secnndum commu
nem sententiam,si dicatur, quòd nulla exce-
ptio opponi possit,nunquam tamen intelligi
tur reiecta exceptio nullitatis,ut not. Ang.in
l.non erit.§.dato.ff. de iureiuran.Fel.abunde,
in cap.ex parte.el secondo,in ultima fallen.nu
mero 17.de off.deleg.(Rui.consilio 16. num.
25.uolum.2.)ergo pari modo per illa uerba,
[*nullum tibi supereße auxilium,*]non debet intel-
ligi nullitas exclusa,& ita proprie respondet
Cur.Iun.ad ponderationem Cornei,in consi.
119.nume.3.& 4.de quo Curtio, Paris.mētio
nem non facit,& Curtium in eodem met casu
late consulendo sequitur Soc. Iun. in consi.3.
62 num.27.iu secundo uolum.† Confirmaturq;
hæc opin.secundum Cur.& Soc.Iun. nam om
nes Doct.in dicta l. si alterius. præcipuè Bart.
Bal.Ang.Cast.& Saly.declarando illum textū,
faciunt tantum differentiam inter iuramen-
tum uerbotenus præstitum, & corporaliter,
nam primo casu tollitur beneficium restitu-
tionis in integrum,nisi minor ætas probetur
per instrumenta. Secnndo uero casu ex toto
tollitur dictum beneficium restitutionis in
integrum,ita,ꝙ minor ætas ēt per instrumen
ta probari non potest,& sic illa uerba,[*nullum
supereße auxilium*] multum operantur respe-
ctu tollendæ restitutionis in integrum. nul-
lus autem Doctor loquitur de nullitate,nec
dicit,quod iuramentum corporaliter præsti
tum tollat nullitatem contractus excepto
Corneo, de quo supra, & considerationes,
quas facit Paris.in dicto consil.97. in trahen
do in suam sententiam Baldum,& Salic.in di
cta l.si altrius,non snnt extra cauillationem,
ut uideri potest, ideo non refero,& satis est
nobis hanc esse communem,& ueriorem o-
63 pinionem,quam etiam confirmo.† Nam to
ta illa lex de restitutione tantum in integrū
uerba facit,& primo casu, dū loquitur de iu-
ramento uerbotenus præstito eam admittit
probando minorem ætatem per instrumen
ta tantum,non etiam per testes,unde dū sub
dit, [*huiusmodi autem sacramento corporaliter præ
stito nullum tibi supereße auxilium*] uoluit dice-
re,quòd nec per testes, nec per instrumenta
probari poterit minor ætas, & restitutio pe
ti,non antem noluit dicere,quòd de nullita
te dici non possit,cum de ea ne quidem som
64 niauerit Imperator in tota illa lege. † Com-
probatur,& subtilins ponderando illam ad-
uersatiuam [*Autem*] de qua ibi, [*huius modi
autem sacramento*] cuius natura est, nt pona-
tur inter duos casus,quorum unus sit de ter-
minis alterins, & einsdem generis. Exempli
gratia si dicatur,scholares legunt, Petrus au
tem currit,intelligitur Petrns,scilicet schola
ris, nt aduersetur his, quæ sunt eiusdem ge-
neris.Ita post glo.tradit eleganter Bartol.in
l.mariti,§.si.ff.de adult.Bal.in l.omnes popu
li,col.15.ff.de iust.& iu.Cor.in consi.129.co-
lum.2.in 2.uol. Nicol. Boer.decis.146.num.
10.Andr.ab Exea de pac.nu.165.Paris.cons.
9.num.29.uolu.3. (idque potissime procedit
quando oratio posterior est imperfecta,& in
diget aliqua suppletione,ut contiugit in di-
cta l.in uerbo tibi, quod suppleri debet,idest
minori de quo supra semper fuit locutus Im
perator.sic enim Bal.& sequaces loquuntur,
& intelligendi sunt,ut declarat Rui. pulchre
in consi.76.num.8. uolumi.2.& cum prædi-
ctis etiam concordar Cattel.Cotta libro suo
memorialium,in nerbo aduersatiua.) Cum
65 † ergo dū primo loqnitur de iuramento uer
botenus præstito, clare loquatur ille text.de
restitutione i integrū,datur intelligi, quòd
dum secundo loco aduersatiue præcedenti-
bus loquitur de iuramento corporaliter præ
stito,dicendo nullum auxilium superesse, pa
ri modo debet intelligi de restitutione in in
tegrum.Ad qnam petēdam nullum superest
auxilium,etiam per instrumenta, quòd pri-
mo casu concedebatur,& sic repetet illa ad-
uersatiua in eisdem terminis, & eodem ge-
nere, secus si comprehenderetur nullitas in
illis uerbis, quæ est dinersi generis a restitu
tione,cum restitutio præsupponat actum ua
lidum, nullitas contrarium,& sic repetitio
non fieret in eisdem terminis, nec in eodem
66 genere.† Non obstat etiam,ꝙ illa lex esset e-
lusoria,ut dicit Paris. hoc enim negatur: di-
spositio namque illius legis loquitur, quan-
do contractus non erat nullus, sed ualidus,
nt inquit Curt.Iun.& bene,in d.cōsi.119.nu
67 me.2.† Et ultra ipsum cōfirmatur, loquitur
enim ille tex.de restitutione in integ. quę re
stitutio præsupponit mero iure contractum
tenere,& ualere,sed in eo minorem esse lęsū,
ob quam lęsionem cōceditur sibi restitutio,
l.nā & postea, §.si minor,ff.de minor.l.si qui-
dem,& ibi Salic.C.de præd. mino. Hoc ergo
stante, si contractus minoris sit ualidus, sa-
tis operatur illa lex,quia nullo modo potest
petere restitutionem in integrū. Si uerò est
nullus,& ipse dicat de nullitate, hoc dicit ex
tra

tra terminos illius legis, ideo cessat, q̄ sit elu
soria, quia satis est, q̄ operetur in casu suo, nō
etiam extra, & attenta ratione Parisij, pari
modo lex, uel statutum tollens exceptionē,
deberent dici elusoria, non tollendo nullita
tem, contra notata per Ang. in d. §. dato, &
Felin. In dicto c. ex parte, de quibus supra.
Concludo igitur, quod sicut in terminis di-
ctę l. si alterius, ex illo iuramento assertorio
nō tollitur nullitas, ita nec tolli debet in ter-
minis nostris, uidelicet, auth. sac. pub. C. si ad
68 uer. uend. quód nota. † Quartò declaratur, vt
procedat etiam stante statuto annullante cō
tractum minoris non seruata solennitate in
eo requisita, puta, consanguineorū, & id ge-
nus. adhuc enim contractus minoris iura-
mento confirmabitur, & ualebit ex disposi
69 tione dictę authent. sacr. pub. † idque ea ra
tione, nam statutum simpliciter annullās cō-
tractum, non habet locū in iurato, ut est gl.
not. in c. cum non deceat, de electio. in 6. Ale
xand. in consi. 27. col. fi. uol. 1. Roman. sing. 7.
consi. 343. consi. 404. consi. 436. Decis. Neap.
S. 3. nu. 13. 307. nu. 19. Paris. alios citans in cō
sil. 16. nu. 88. in 2. uol. & est communis opin.
ut testatur Ruin. consi. 100. nume. 8. uolu. 3.
(sicque tenet etiam Anch. Iun. q. 8. prima par
te, & ample, Gabri. Roma. in suis conclu. li. 2.
tit. de iureiuran. conclu. 5. num. 14. Crot. con
70 sil. 5. num. 35. alios citans.) † Hinc est, quòd
saluus conductus principis alicui concessus,
non habet locum nec operatur in contractu
iurato, ut per Alex. in consi. 38. colum. 2. uol.
3. Dec. consi. 352. col. fi. (Idem quoque tenet
Alex. consi. 205. uisis his, circa fin. uolum. 2.
Crot. consi. 84. num. 2. Fel. in c. cōstitutus, nu.
20. de resc. Decis. Neap. S. & 111. nu. 14. Ias. in
l. quotiens, nu. 2. C. de preci. imper. oft. Meno
ch. de arbitra. iud. li. 2. Centuria 4. casu. 337.
nu. 19. & alios quoque cumular Gabrielius
Roman. in suis conclu. lib. 2. de iureiuran. cō
71 clu. 5. numero 1. & † prædicta procederent ni
si statutum præsumeret iuramentum metu,
uel dolo extortum, quod cū superius, in prin.
num. 492. huius tituli, declarauerim, ad ibi di
cta me remitto.) In glos. [*alienare posse,*] licet
Areti. hic, & cæteri nihil scribant; quædam ta
men dici possunt non iniucunda: habes enim
ex iuribus in ea citatis non modo textum no
strum cōprobari, uerum etiam ampliari. qua
tenus enim hic dicitur, quòd pupillus non
potest ullam rem alienare sine tutore, proce-
dit etiam, si tractet de se liberādo, ut quia sol
uat creditori suo; non enim facit pecuniā ac-
cipientis, nisi ea consumpta, ut clare dicitur
in l. quod si forte. §. fi. ff. de solu. & in l. non om
nis. §. fi. ff. si cer. per. de quibus in gl. idque mi
rabile uisum est Pau. de Cast. in d. l. non om-
nis. in fi. quòd fauore liberationis dominium
non transferat pupillus sine tutore, utique. n.
72 transferre posse deberet. † Confirmo obie-
ctum ultra Cast. nam pupillus sine tutoris au
thoritate potest obligari ciuiliter ad finem
consequendę liberationis: ciuiliter dico, quia
de naturali nō est dubium, quòd regulariter
obligatur si est maior infante. l. 1. in fi. iuncta
gl. & scriben. ibi. ff. de nouat. De ciuili ergo lo
quor, in qua potest obligari, vt supra dixi. Exē
plum, si pupillus erat debitor ex aliquo con-
tractu iuris gētium, potest enim nouare obli
gationem illam per Aquilianam stipulationē
ad finem, ut postmodum liberetur a credito
re per acceptilationem. textus est, & ibi not.
glo. Ang. Cast. & alij in l. 2. ff. de acceptilatio.
(Alex. in l. mutuum. §. fi. ff. de acq. hære. Ias. in
l. is cui bonis. colum. 2. ff. de uerbo. obl. in l. si
pupillus, colum. 2. ff. si cer. pet. in l. non eo mi
nus. C. de procur. Barb. consi. 35. colum. pen.
uolum. 2. Rolandus à Valle, cons. 54. num. 17.
73 uolum. 2.) † Et licet Imola, & Bar. in d. l. 2. in-
telligant pupillum naturaliter obligari tm̄ in il-
lo casu, puto tamen eos errare, cum Aquilia-
na stipulatio uerbis fiat, & sic ciuilis obliga-
tio insit necessario, §. primo, infra quib. mod.
toll. obl. iuncto. §. de pecunia autem constitu
ta; infra, de actio. nec glo. aliqua in l. obliga-
ri, ff. de autor. tuto. in principio, hoc dicit, li-
cet Bar. citet dictum locum. Si ergo ciuiliter
pupillus sine tutore obligari potest ad finem,
ut liberetur, mirum uidetur, cur pari modo
soluere non possit, ad finem, ut consequatur
74 liberationem. † Reperio in hoc passu Ias. in d.
l. non omnis, in §. fi. soluentem hoc obiectū,
inquit enim, quòd ideo pupillus non potest
soluere sine tutore, licet tractet de se liberan-
do, quia solus ipse non habet administratio-
nem bonorum, l. iusiurandum quod §. 1. ff. de
iureiuran. quòd ante ipsum dicunt Bald. Ro-
ma. & Cur. in apostil. ad Alexan. & Alcia. in d.
§. fi. Vnde quia lex interdicit alienationem, &
administrationem rerum suarum pupillo, fit
in causa, quòd soluere non potest etiam, ut li
beretur, quæ ratio secundum ipsum cessat in
obligatione: lex enim eam pupillo non prohi
bet, uel interdicit, sed tantum non assistit. l. 1.
75 in fi. & ibi Bar. ff. de noua. † Sed hanc rationē
taxat Dec. ibi, quoniam regula d. §. 1. locum
habet, quando agitur de præiudicio pupilli.
Quod patet, dum loquitur de iuramento de-
lato per pupillum, secus uidetur in liberatio-
ne. Præterea ultra Dec. tex. in d. l. 1. in fi. & ibi
Bar. ff. de nouat. de naturali obligatione lo-
76 quuntur. † obiectum uero factum de l. 2. & ibi
notatis. ff. de accepti. loquitur de ciuili, ī qua
falsum est, quod lex pupillo non resistat, imo
resistit, ut est tex. in l. obligari, in prin. ff. de au
tor. tut. quam pro se, & perperam Iason, citat
in dicto §. fi. ubi dicitur, quod pupillus ex nul
lo cōtractu potest obligari sine tutore, quod
ciuiliter intelligo, cum naturaliter possit, ut
supra ostendi. Confirmo hoc autoritate Bar.
ibi post prin. ubi dicit, quod pupillus hæredi-

tatem

tatem lucrosam non potest adire sine tutore,
quia illud acquirere fit per istam acti obligā
di se, ideo non permittit lex, ꝙ fiat sine tuto-
ris autoritate, & sic clare sentit Bar.ibi, ꝙ lex
77 interdicit obligationem pupillo.†Aliam rō-
nem assignat tex.in d.l.obligari.i §. pupillus.
ubi dicitur, ꝙ soluendo sine tutore pupillus
nihil agit, quia nullum dominium trāsferre
potest,& conformis est tex.in §.fi. infra,eod.
ubi dicitur, [*quod soluunt non fit accipientis, cum nullius rei alienatio sine tutoris autoritate eis concessa sit.*]& ratio rationis esse pōt, quia in tali trau
slatione dominij pupillus posset decipi a cre
ditore propter infirmum eius iudicium.l.j ff.
78 de minorib.†Simile uidemus in hæreditate,
quamuis apparenter lucrosa, quam sine tuto
re adire non potest,quia posset aliquod dam
num latēs incurrere.§.neque, supra de auto.
tut. (& ibi declarat abunde Siluester Aldob.)
Sed hæc ratio cessat, quando se obligat ad fi-
nem,ut liberetur. Ex illa.n.obligatione nihil
abdicatur ab eo,nec timor est alicuius dece-
ptionis,quæ possit pupillum damno afficere,
cum per acceptilationē sequentem liberetur
79 in totum.†In gl.[*bona fide,*] cæteris,quæ præ-
cedunt,omissis,cum nihil habeant,habes cō-
clusionem ex ea, ꝙ ita iuris error prodest,si-
cut & facti,ut patet secundum eam in recipiē
te mutuam pecuniam a pupillo sine tutoris
autoritate,siue cum maiorem esse crediderit,
& sic errauerit in facto, siue in iure fuerit er-
ror, ut quia sciuerit eum esse pupillum,credi-
derit tamen sibi licere alienare sine tutore,
utroque namque casu bona fide consumpta
pecunia mutuum reconciliatur,daturq; con-
dictio pupillo,& sic error prodest accipienti.
cōformis uidetur esse tex. quē citat Are. hic,
in l.si uir, ff. de don. ubi si maritus uxori rē alie
nā donauerit, pcedit usucapio, & tamē uxor
errabat in iure,putans inter eā & uirū suū do
nationem ualere, cōtra.l.j.& p totū,ff. de do-
80 na.int.uir.& uxo.†Sed ut ibi tradit Bar.non
erat error ibi iuris in specie, quia uxor illa pu
tabat rem esse mariti donantis,cum esset alie
na,ex quo errore facti in specie,sequitur,ꝙ nō
erat error iuris i specie, quia uerē ualebat do
natio facta de re aliena, & sic rectē putabat in
tali casu donationē ualere, ideo procedit usu
capio. Quam declarationem Bartoli sequitur
ēt Fel.in c.de quarta.col.14.uer.lim.5. de præ
81 sc.†Imò clarius secundum Pau. de Cast.ibid.
error ille iuris erat in causa, pp quam dona.
ualebat, credebat.n. illa mulier donationem
ualere ex eo, ꝙ esset permissa inter eam & ma
ritum,& tamen nō ualebat ex isto capite,sed
quia res erat aliena; & sic talis error in causa
non impedit usucapionem, secus, ubi error
esset in titulo,quem crederet ualere, & tamē
non ualeret,quia tunc non procederet usuca
pio,nec error talis prodesset.l.nunquā,in pri.
ubi etiam Cast.declarat.ff.de usuc.idemq; tra
dit Fel.in d. c. de quarta,col.8.in fi. num. 26.
qua declaratione stante,cū in tex. nostro quā
do recipiens errabat in iure, error esset in ti-
tulo, quia credebat pupillum alienare posse,
& non potest, uideretur dicēdum talem erro
rem nocere, contra gl. quod confirmatur ex
tex.quem ipsa citat in l. 2.§.si a pupillo,in 2.re
sponso.ff.pro em.ubi emens a pupillo scien
ter,putans tamen licere pupillis alienare res
suas sine tutore, & sic stante errore in titulo,
82 non usucapit.Quid †ergo dicendum est pro
saluatione glossæ nostræ? breuiter dicas,ut hic
per Ioan.Fab.& Aret.quòd quoad fructus,&
alios contractus error iuris uidetur causare
bonam fidem. hoc est,non malam, & ita pro-
cedat tex.noster,& glo.nostra hic.Secus uero
in usucapione,& ita procedat d.l. nunquam,
83 & d.§.si a pupillo,in 2.responso. (†quid autē
iuris dicendum sit in præscriptione longi,
uel longissimi temporis late ponit Paris.cōsi.
66.nume.424. uolumi. 2. Craue. consil. 27.
num.3.Gabriel.Rom.in suis conclu.lib. 5.de
84 præscrip.conclu.14.)†&ratio†diuersitatis es
se potest,ut per Christophorum,& Aldobran
dinum hic,quia ī usucapione agitur de lucro
in alio contractu,secus ut in mutuo, de quo
agitur hic, cum ad tantundem recipiens pu-
pillo tenebitur,ut infra quib.mod. re contra
hit.obl.in prin.cum simi.& sua interest, ne ad
exhibendū possit conueniri,& contra eū in li
85 tē iuretur.†glo.[*condici*] clare tenet in tex.no
stro consūpta pecunia dari certi condictionē
ex mutuo recōciliato p consūptionē,per tex.
in l.si a furioso,& seq.ff.si cer.pet. Are.uero te
net competere condictionē generalē sine cā,
quia sicut ex numeratione non pōt nasci cer-
ti condictio ex mutuo,ita nec postea ex con-
sumptione,cum non adsit iustus consensus re
conciliandi, ꝙ scire interest, secundum ipsū
pp medium aptū concludendi in libello,(iux
ta no.p oēs in l.j. in prin.ff.de eden.)& hanc
opi.tenuit gl.in d.l.si a furioso, in terminis il
lius tex. qui sic intellectus pro hac gl. non fa-
86 cit.†Tu tamē cōsidera, ꝙ opi.Azonis ibi glos
satoris tenentis dari certi condictionē gene-
ralem ex æquitate, non procedit quoad oēs
casus,de quib.ibi,sed tantū in primo , qui de
furioso loquitur,in quo cōsensus deficit tēpo
re numerationis,& ēt cōsūptionis.(§.furio-
sus,infra de inuti.stip.l.furiosi.ff.de regu.iu.)
In hoc illa gl.est cōiter apꝓbata, ut ibi Alex.
Ias.& Dec.testantur,licet solus Are.& Soc. eā
87 damnent.quibus Ias.& Dec.respondent.†Sed
in aliis casib.de mutuante pecuniā alienā ser-
uo, q mutuans postea cęperit furere , idem-
que in alio de Iure, Ioannis glossatoris ibi p
Accursium relati præualet snīa , ꝙ competat
certi condictio ex mutuo reconciliato p con
sumptionem,cum ab initio mutuans habue-
rit uoluntatem numerandi.Ita Bar.Ang.Ro-
ma.Pau.de Cast.Alex.Ias.Dec.& oēs indifferē

88 ter ibi concludunt,†quorum fretus autorita te dico ego in tex. nostro pariter competere certi condictionem ex mutuo reconciliato ex consumptione, cum pupillus habuerit ab initio animum, & uoluntatem numerandi, sicut & ibi præter primum casum. Ostēdo hoc in tex. huic conformi, in l. non omnis. §. fi. ff. si cer. pet. ubi dicitur, ꝙ si pupillus sine tutoris autoritate crediderit consumpta pecunia cōdictionem habet, [*non alia ratione, quam quod facto*] dicit tex. [*eius intelligitur ad eum, qui accepe-rit peruenisse,*] ita eo eius. s. pupilli, subdit gl. in secunda expositione, quæ communiter est approbata, ut ibi refert Alex. Ias. & alij, & sic patet, ꝙ adest uoluntas pupilli numerādi ab initio, ideo debet competere certi condictio ex
89 mutuo. Secundo †probo hoc, nam iste tex. ut sit aliquo modo de dubitali, iux. l. ꝙ Labeo. ff. de Carb. ed. debet intelligi de pupillo habente aliquem intellectum, ut proximo pubertati, non aūt de infante, qui nullum habet intellectum. §. pupillus. infra, de inut. stip. alias esset penitus de indubitabili; merito patet in tex. nostro grauiter Aretinū errare tenētem cōdictionem certi generalem competere, cū
90 imo competat specialis ex mutuo. †In glo. fi. habes ex ea, & tex. nostro in fi. ꝙ recipiens mutuam pecuniam a pupillo sine tutoris autoritate mala fide eam consumens tenetur ad exhibendum, & quia exhiberi non potest, cōtra eū iuratur in litē, l. ad exhibendū. C. ad exhib.
91 †& super hac gl. Doct. hic nihil scribunt. (an de primo considera quomodo de iuramentō in litem loquatur cū pupillo nō deferatur. l. uideamus, in prin. ff. de in lit. iu. & ibi zas. Beto. consi. 128. in fi. uol. 3. & Fanuc. de Fabu. in tract. de iurer. in li. 2. par. nu. 12. reddens rationem, quia pupillus iudicio, & discretione catet. §. præterea, & ibi gl. & Are. infra q. b. nō est perm. fac. tes. unde discernere, & æstimationē rerū amissarum facere, uel affectionē iustā allegare non pōt, sed gl. saluari pōt, quæ dicit, ꝙ iuratur in litē ex eo, ꝙ interest pupilli. sēsit .n. non pupillū iurare, sed aliū, nempe tutorē pro eo prout pōt. d. l. uideamus. §. curatores. secūdo considera, d. ueniri ad iuramentū in litē, q a tenebatur recipiens ad exhibēdū, unde in defectū exhibitionis ad id iuramētū deuenitur, Cor. cōs. 318. uo. 5. Rai. cōs. 54. n. 19. uol. 1. & i aurea sua repe. l. si quādo, Clar. Plot. nu. 752. C. vbi ui 3. no. nu. 92.) ꝙ ī hoc casu sup
92 ponūt Doctores, †mutuū ex cōsumptione nō reconciliari, sed tantū, quando bona fide consumptio pcessit, ut inter cæteros ponit Aret. hic supra, in penultimo, & vltimo notabili huius tex. Idemq; notant oēs in l. rogasti. §. fi. p illū tex. ff. si cer. pet. per quā dicūt limitari oia iura dicentia consūptione mutuū reconciliari, q a pcedunt, quādo consūptio facta fuit bona fide, secus, si mala, tūc n. cōsumēs nō conuenitur certi condictione, sed ad exhibendū, ut ibi dicitur, ita Bal. ibi, Ang. Saly. Cast. Alex. & Ias. Bar. & Imo. i l. si alienā. ff. de solu. ex hoc
93 tamen sequi uidetur absurdum unum. †Nam secundum hoc melioris conditionis est, q mala fide consumpsit, q bona. probatur, nam quando quis cōsumpsit bona fide, cum recōcilietur mutuum, pt ille, qui mutuauit, agere certi condictione ex mutuo, nec habet alit
94 necesse probare se dominum. †Quia agenti ex mutuo nō potest qui petiuit, recepit, referre quæstionē dominij. ut not. Bar. & cæteri Doctores communiter. in l. nam. & si tur. in prin. ff. si cert. pet. ubi Alex. num. 5. Ias. nu. 7. testantur esse cōmu. Sed quando cōsumpta est pecunia dolo malo, ex quo non reconcilia tur mutuū, nec ille, q mutuauit, potest agere ex mutuo, opus est, ꝙ agat rei uendicatio-
95 ne, & probet se dominum. †Quæ probatio dominij longe est difficilis, ut per gl. & Doct. in l. cum res. C. de prob. per Bar. & alios in l. rē alienam. ff. de pig. acti. & in l. rē, quæ nobis. ff. de acq. poss. ergo sequitur, ꝙ iste consumens mala fide, fit melioris conditionis, q qui bo-
96 na fide cōsūpsit. †Reperio, ꝙ hanc dubitationem mouet Ias. in d. l. rogasti. in §. fi. col. 2. ubi conformis est tex. nostro. Respōdetque uerū esse, ꝙ dominus, qui mutuauit, si uelit, poterit uendicare, & ad exhibēdū agere, ut ibi, & hic dicitur, sed sibi hoc erit difficilius, ppr probationem dominij necessario faciendam, ut su-
97 pra dictum est. †Vnde dicit Ias. dēt dominus ratificare mutuum, quo casu licet nō fuerit reconciliatum consumptione dolosa, tamē reconciliabitur ratihabitione dominij, iuxta notata p Bar. in l. 2. §. appellata. ad fi. ff. si cer. pet. q & hoc modo ratum habēdo poterit agere ex mutuo, nec sibi magis poterit referri q̄ō dominij, q̄ quando agitur ex consūptione facta bona fide, & ita dicit Ias. posse euadi hoc contrarium, & absurdū, de quo supra, sed ut inque ibidē Dec. illud non tollitur, si non fiat ratifi-
98 catio, nec tali casu Ias. id soluit. † Vnde Deci. uolens se ex hoc dubio extricare, cōcludit ibi ueriorem esse illam opi. ꝙ mutuum recōcilietur, et si mala fide consumptio sit facta, p tex. in l. si alienā. ff. de solu. ubi tex. cōsiderat difficultatē, quę est in discernēdo numos cōmistos, ut ob id reconciliationē inducat, quę rō utriq; locū hēt, siue bona, siue mala fide cōmistio sit facta. Aliidem circa tex. in l. nam & si fur. in fi. ptin. in uersic. [*si admonitus*] iuncta glo. & in l. non omnis. §. si pupillus, in uer si. [*nam omnino,*] ff. si cer. pet. quæ iura ante ipsum ibidem considerant ad hoc Are. & Soc. hanc opiniō. tenentes, unde stante hac opi. pro uera, tollitur obiectum, cum ita poterit condici, sicut quando consumptio processit bona fide, & si dominus agendo rei uendicatione in necessitatem probandi dominium se reponet, sibi
99 imputandum erit. † Sed nec ista resolutio mihi satisfacit ullo modo, cum sit contra communem

munem opi. ꝙ ubi consumptio processit mala fide, non reconciliatur mutuum, nec competit certi condictio ex mutuo, sed actio ad exhibendum. quę quidem communis opinio efficaciter probatur ibi, & hic, dum dicitur, ꝙ si mala fide consumpti sunt numi, ad exhibendum agi potest: ex hoc. n. sentiunt condici non posse per regulam. l. cum prætor. ff. de iud. ex quo datur intelligi, ꝙ non modo loquuntur quantum ad hoc, ꝙ actio ad exhibẽdum locum habeat, ut Dec. & Soci. dicunt, nerum etiam, ut ostendant condici non posse.
100 †Comprobaturque etiam hæc cõis opi. per tex. in l. Cassius. in uersic. [*fine dolo malo,*] ff. de soluti. & ibi no. Bar. ubi etiam assignatur rõ, quare per consumptionem reconciliatur mutuum, s. ne consumens locupletetur cum aliena iactura: si enim nõ reconciliaretur, nõ posset condici. item nõ competeret actio ad exhibendum, & sic consumens lucrum faceret cũ damno domini, quæ ratio cessare uidetur, quando mala fide consumpsit, quia põt conueniri a domino, ac si possideret per actionẽ ad exhibendum, ut hic. & ita hanc rationem pro hac cõi sententia considerat Alex. in d. l.
101 rogasti. in §. fi. circa fi. †Pro qua & alia ratio accedit, quam ibidem tradit Ias. nam qui dolo malo consumit, cum dolo desierit possidere, certe eius odio fingitur res extare, & põt conueniri, sicut si extaret. ergo cum fingatur extare, & sit aliena pecunia in casu illius tex. non potest elici contractum fuisse mutuũ, & ob id condictio locum habere non potest.
102 †Nec obstãt iura contra com. citata ꝑ Dec. & Soc. & primò d. l. si alieni, quia secundũ gl. Bar. & Imolam ibi intelligitur, quando immistio & per consequens consumptio facta fuit bona fide, sequitur Ias. in d. l. rogasti. in fi. nu. 4. nec quicquam facit illa ratio considerata ꝑ Deci. de difficultate discernendi numos com mistos: illa enim non est ratio finalis consum ptionis, sed bona fides, vt patet hic, & in d. l. rogasti, in §. fi. Bene uerum est, ꝙ illa difficultas est qualitas necessaria ad causandam consumptionem, quia si pecunia discerni posset, non diceretur consumpta, sed non est in causa, ut sequatur effectus reconciliationis, uel non.
103 †Non obstat etiam tex. in d. l. nam & si fur. quia licet ibi glo. supponat, ꝙ illa admonitio præcesserit consumptionem, & sic, ꝙ mala fide facta sit, tamen hoc falsum puto ex uerbis textus, ubi quæritur, [*an si per partem numos consumpseris per partem condicam,*] & respondetur, [*me condicturum*] quod magis tex. declarat sub iungens, [*si*] id est quia [*admonitus fueris, numos alienos fuisse, ideo per partem condico, quia nondum totos consumptos compereram,*] uidelicet tempore admonitionis, & sic illa sequuta fuit consumptionem: id enim uerbum [*compereram,*] denotat, quòd iam erat facta consumptio tẽpore admonitionis, ergo bona fide processerat: nil mirum ergo, si competit certi condi-
104 ctio propter reconciliationẽ. † Non obstat etiam tex. in d. §. si pupillus. quem ad hoc ibi, notat et Alexã. Ias. Soc. & Deci. ibi enim quis recipiebat pecuniam mutuam a pupillo sine tutore, & sic erat in mala fide, quia sciebat pecuniam pupilli non effici suam, & tamen consumptione mutuum recõciliatur, quia respõdeo, ꝙ imo consumptio illa fiebat bona fide, uel quia recipiens errabat in facto, uel etiam in iure, prout in tex. nostro contingebat, iuncta gl. in uer. bona fide, & ibi diximus, ꝑ quẽ tex. ille glossatur, & declaratur, & per dictã l. Cassius. ff. de solutioni. Cũ ergo cõcludendo uera sit cõis opi. ꝙ cõsũptione facta mala fide mutuũ nõ reconciliatur, patet adhuc obiectum supra formatum contra hunc tex. obstare, & alia solutione id indigere. Tertiam resolutionem posuit idem Dec. in d. l. rogasti. in fi. licet eam primo referat, q̃ supra proxime scri
105 ptam. †Inquit. n. non esse nouum, ꝙ quãdo que sit melioris conditionis malæ fidei possessor, q̃ bonę fidei aliquo particulari respectu, licet non absolute, ut no. gl. quam ibi sequitur Odofr. & Ang. in l. in rẽ. ff. de rei uen. unde nil mirum, si ibi, & hic iste mala fide consumens, est melioris conditionis, ut conueniri nõ possit, nisi probetur dominium, ꝙ secus in bona fide consumente. Confirmatur hæc solutio ul tra Decium, cum. n. iste mala fide consumens grauetur in hoc, quia conuenitur ad exhibendũ, & in defectũ rei, q̃ præstari nõ põt, iuratur, in litẽ contra eũ, ut hic in gl. q̃d iuramentum longe plerunque excedit uerã æstimationẽ, l. j. ff. de in lit. iur. l. j. ff. de acti. emp. & utrobiq; Docto. (l. uideamus. §. in infinitũ, & ibi Doct. ff. de i lit. iur. Fanut. in trac. de iureiu. i litẽ, in 5. mẽb. primæ par. & latius in 3. par.) nil mirũ, si in alio releuatur plus, q̃ bona fide cõsumẽs, ut agẽdo contra eũ, debeat probari dominiũ. non aũt si contra bona fide cõsumentẽ. l. secũ
106 dum naturam. ff. de regu. iur. † Sed nec ista resolutio mihi placet, licet. n. in casu illo particulari d. l. in rẽ, in fi. malæ fidei possessor sit melioris conditionis, q̃ bonæ fidei, non tamẽ sequitur, ut idẽ in casu nostro dicẽdũ sit, nã casus ille est contra regulã, q̃ dicit cõtrarium. l. si a domino. §. si ꝑdo. ff. de pet. hær. l. non solũ. ff. de noxa. cũ uulg. ergo, ut singularis non est trahendus ad consequentias. l. ius singulare.
107 l. q̃d uero. ff. de legib. †Nec fundamentũ per me factũ de incõmodo, & cõmodo satis stringit ea rõne, quia licet contra hunc, qui mala fide consumpsit, iuretur in litẽ pro parte pupilli, non tamen sequitur, ut tanti, quantũ fuerit iuratum, ueniat oĩo condemnandus, cũ poterit iudex, qui detulerit iuramentũ, id nõ sequi, uel prorsus absoluendo, uel ẽt minoris condemnando, ex cã. l. uideamus. §. fi. ff. de in lit. iu. (& tradit abunde Fanut. in dicto tractatu, in tertia parte.) Vnde cum firmiter non conse-

consequatur hoc grauamen, non est æquum,
ut consequatur commodum certum & firmũ
de quo supra, quia non militat eadem ratio,
ut pro incerto onere quis certum commodũ
108 reportet, † & ubi non est eadem ratio com-
modi, & incommodi, regula illa legis, secun-
dum naturam, non procedit secũdum Bar. &
Dec. ibi. Patet ergo, ꝙ ista tertia solutio non
subsistit, & adhuc dubiũ uiget, nisi alia uia re-
soluatur. Quid dicendum? Puto ego una cum
Celso Iureconsulto in l. Domitius. ff. de test.
posse dicere, quod aut non intelligo, quid sit
hoc dubiũ, aut ualde stulta est Ias. & Decij du
bitatio. & quia stulta fuit & male formata, iõ
109 peius p eos resoluta. † Quod. n. ipsi suppo-
nunt, quando mala fide consumens conueni-
tur, opus esse agenti probare se dominũ, plus
quam erroneum fore dico, & adfirmo, ostẽdo
hoc. agitur. n. in hoc casu ad exhibendum, ut
110 hic, & in d. l. rogasti, in fi. † Sed in actione ad
exhibendum non est necesse dominium pro-
bare. Casus est clarus in l. 3. §. j. ff. ad exhi. [*qui ad exhibendum agit, non utique dominium se dicit, nec debet ostendere*] dicit tex. ad idem tex. in ea. l. in
§. sciendum, in uer. [*non an eius res sit,*] & ibi põ
derat, & notat Albe. & licet ad exhibendũ aga
tur ad finem, ut res uendicetur, iuxta. l. j. ff. ad
exhiben. tamen, quia res reperitur cõsumpta
& ob id exhiberi nõ potest, & per consequẽs
nec uendicari, patet, ꝙ nec attento hoc fine
opus est probare dominium, quamprimum
enim reus cõuentus dicit se consumpsisse, uel
alio modo id constat, actor omissa rei uendi-
111 tione conuolat ad iuramentum in litẽ. † In
quo similiter non est necesse de dominio pro
bare, l. 2. ff. de in lit. iur. ubi non solum si peta-
mus nostrum, sed etiam si ad exhibendũ aga-
tur, iuratur in litem, & idem probatur in l. in
actionib. in prin. eo. tit. & tamẽ in dicta actio-
ne ad exhibendũ non requiritur probatio do
minij. Si ergo, ut patet, cessat hoc præsupposi-
tum Ias. & Decij de probando dominio, mani
feste cessat obiectum per eos formatũ, ꝙ me-
lioris sit conditionis malæ fidei consumptor,
112 quàm bonæ fidei. † quãdo enim quis se fun-
dat sub aliquo præsupposito, cessante illo p-
supposito, corruit fundamentum suum, iuxta
not. per Iac. But. Fulg. & Sal. in l. mancipia. C.
de seruis fugitiuis. Rom. sing. 486. statutũ pu
113 niens, Dec. cons. 466. nu. 8. (Sicut & quãdo
lex, uel statutum deducit aliquid cum ali-
qua qualitate, debet illa qualitas uerificari, ut
habeat locum lex, uel statutum, alioquin ces-
sat eius dispositio, Bar. ĩ l. j. §. j. ff. ne quid ĩ flu.
pub. Alex. consi. 3. nu. 3. cons. 172. nu. 5. cõs. fi.
nu. 3. uo. 2. & cons. j. col. 6. uer. hoc probo, uol.
3. cons. 8. nu. 14. & cons. 177. in fi. uolu. 2. Dec.
cons. 550. nu. . . cõs. 661. cum si. per Tiraq. de
retrac. §. 8. gl. 7. nu. j. & Sena. Pedem. dec. 121.
nu. 3.) At in casu nostro vere non est melioris
conditionis, cũ non sit opus agenti cõtra eũ
probare dominium, sicut nec agenti, contra
bona fide consumentẽ. ergo, &c. & hęc oĩa no
ta, quia ut uides hæc a nemine fuerunt hacte
114 nus reuelata. † Vltimo ex dictis Aretini ha-
bes differentiam inter debitum ciuiliter tan
tum solutũ a pupillo, & debitum naturaliter
tantum. Primo enim casu consumpta pecu-
nia cessat repetitio, & liberatur pupillus. l. qđ
si forte. §. fi. ff. de solu. Secũdo uero casu locus
est repetitioni. l. interdũ, iuncta gl. Bar. & aliis
115 ff. de condi. indebi. † Sed hæc differentia con
funditur aperte ex notatis per glos. in l. j. ff. de
cond. indebiti. quam cæteri sequuntur ibi, &
in hoc bene dicit secundum Ias. nu. 14. vbi ha
betur, ꝙ debitum ciuiliter tantum, facilius re
petitur, quam naturale: quocũque enim erro-
re repetitur siue errore iuris, siue facti proba
bilis, ut in facto alieno, siue minus ꝓbabilis,
ut in proprio, naturale uero debitum non re
petitur, nisi errore facti probabilis, secũdum
uero Areti. facilius naturale repetitur, quam
116 ciuile, ergo male. † Merito puto aliter dicen
dum fore, ꝙ siue sit debitum ciuile tantum, si
ue naturale tantum, persona pupilli faciat lo-
cum repetitioni secuta consumptione, & ita
procedat tex. in d. l. interdum, qui dicit gene-
raliter locum esse repetitioni his personis, &
si consumpti sunt numi, condici possunt, si ge
neraliter ergo: siue sit ciuile tantum siue na-
117 † turale tantum debitum non obstat. l. ꝙ si
forte, in fi. ff. de solu. quia loquitur de ciuili,
& naturali debito simul, non altero iure tan
tum, ut expresse dicit gl. & bene, in d. l. inter
dum, & ex his remanet hic. §. secundus satis
utiliter, ut arbitror, expeditus.

HIPPOLYTVS RIMINALDVS IVRISC. FERRARIENSIS.

In §. finalem, quibus alie. licet, vel non.

SVMMARIVM

1 SOLVENS pupillo sine tutoris auctoritate non liberatur, & quare. 4. 5.
1 Contractus claudicare non debet.
Fallit fauore pupilli. 6.
2 Contractus indiuiduus dicitur.
Nec pro parte acceptari potest, & pro parte refutari. 3.
5 Pupillus diceretur alienare recipiendo solutionem si debitor liberaretur.
7 Statutum de contracti. mino. uel mulierum sine solemnitatibus nullis, debet intelligi de damnosis, nō de proficuis illis.
Vnde non potest eis opponi, quod nō potuerint acquirere. 8.
9 Pupillus non potest alteri soluere sine tutore.
Et sicut contrahere non potest. 10.
Ita nec distrahere.
11 Contrariorum est eadem disciplina.
12 Solutio facta pupillo sine mandato iudicis, non liberat soluentem.
Licet pecunia salua sit, uel ex ea pupillus fuerit factus locupletior.
12 Iudex repellit agentem sine actione.
Secus quando competit exceptio tantum reo.
Et an possit appellari. 13.
Iudex agentem sine actione non repellens ex officio, numquid tenetur in sindicatu.
15 Castrensis, & alij nequaquam reo non postulante.
Iason contra. 16.
Sed auctor Castrensem sequitur. 17.
Et Iason contrarius sibimet. citat. 25.
18 Iudex non petitus non impartitur officium suum ad priuatam utilitatem
19 Iudex tenetur condemnare uictum in expensis, si petatur. 20. quod ampliatur. 26.
21 Statutum, quod iudex debeat terminare causas intra certum tempus sub pœna, intelligitur si petatur.
Idem de capitaneo qui debeat ferre sententiam secundum consilium sapientis, nam debet intelligi si petatur. 22.
Et de iudice qui debet committere causam, nam intelligitur si petatur. 23.
Vel, quòd praestetur certa fideiussio, alias actus non ualeat, nam procedit si petatur. 24.
Et aduocatus debet esse cautus, ut semper opponat, & petat.
27 Dictio recte, denotat causam, rite uero solemnitatem.
At dictio iuste, utrumque. 28.
Quandoque uero confunduntur hæc iura. 29.
30 Pupillus habens intellectum, potest sibi acquirere sine tutore.
Nedum si sit proximus pubertati. 31.
Sed etiam si infantiæ. 33.
Vel iudicis arbitrio. 32.
34 Infans non potest acquirere obligationem.
35 Intellectus leg. seruum. ff. rem pup. sal. quòd in casu speciali loquatur.
Martinus, & alij contra. 36.
Qui magis communem dicunt, 37. 39. 40.
Et illum textum intelligunt in proximo infantiæ sicut & auctor.
38 Infans licet naturaliter uideatur fari posse, tamen habetur pro eo, qui fari non potest.
41 Infans ex sua occupatione sine traditione alterius possessionem acquirere non potest secus si tradatur.
Quod auctori non placet. 42.
43 Ratio legem extendit ad eius terminos.
44 Dictio nullus, penitus negat.
45 Intellectus l. 3. C. de acquiren. poss. de iocalibus diuinat. 46.
Sicut & alius de possessione infanti tradita cum auctoritate tutoris. 47.
Igitur alium ponit auctor. 48. 49.
50 Dominium quid sit.
51 Debitor pupilli ex pensione, redditu, uel usuris soluens tutori tantum, sine iudice liberatur.
Nisi biennium transcendant, & centum aureos.
Auctor uero id in usuris tantum restringit. 54.
52 Vsuræ redditus, & pensiones æquiparantur.
53 Casus duo quando reperiuntur æquiparati, dispositū nouiter in uno, locum habet in altero.
Quod declaratur procedere in æquiparatione facta in eadem materia, secus si in diuersa. 56.
55 Relatiuum que, sine copula restringit.
57 Sententiæ appellatione, numquid in dubio intelligatur de interlocutoria, uel de diffinitiua: communis est, quòd de diffinitiua.
Et de ratione. 58.
58 Sententia diffinitiua dicitur per prius, interlocutoria per posterius.
59 Statutum loquens de sententia intelligitur de diffinitiua.
Fallit ubi esset eadem ratio. 60.

Et in materia indifferenti. 61.
Nec resultaret absurdum.
Secundo, quando prius dictum fuisset de sententia simpliciter.
Et postea de diffinitiua. 63.
Cui non acquiescit author post Ripam. 64.
Et aliter distinguit concilians opiniones. 68. 70.

62 *Statutum Ferr. de citato ad sententiam, locum habet etiam in interlocutoria.*

65 *Statuti una pars declarat aliam.*

66 *Sententiae uerbum positum in rescripto, intelligi debet solum de ea, quae transiuit in rem iudi. si in alia parte rescripti facta sit mentio de re iud.*

67 *Intellectus cle. 1. de re iud.*

69 *Filiorum mentio simpliciter, intelligitur de masculis, si testator in eadem oratione de masculis dixit, secus si in diuersis orationibus.*
Vel etiam si militat eadem ratio. 70.

71 *Praeceptum de soluendo pupillo cum tutoris autoritate dicitur interlocutoria.*
Alij uero dicunt, quod habet uim diffinitiuae. 71.
Sed & alij distinguunt, an sine causae cognitione processerit, & dicatur interlocutoria.
Si uero causa cognita dicatur habere uim diffinitiuae. 72. 73.
Author uero passim putat illud esse diffinitiuam. 74.

75 *Sententia de instrumento exequendo, dicitur diffinitiua.*

76 *Libello non oblato cessat forma substantialis iudicij.*
Sententia tamen potest esse diffinitiua. 77.
Licet cognitio causae non interuenerit. 78.
Cuius exemplum datur.

79 *Appellari potest a praecepto iudicis de soluendo.*
Et de ratione. 80.
Vt quando grauamen est irreparabile per appellationem a diffinitiua. 81.
Exemplum, quem torquendum esse. 82.
Vel quem esse capiendum, uel capturam factam ualere. 83.
Quod de iure ciuili procedit, secus de iure canonico. 86.

84 *Captus si steterit in carcere per mensem, tamen poterit appellare non obstante lapsu decem dierum.*

86 *Praeceptum de soluendo sine cognitione causae factũ non ualere.*
Et in eo Cynus, & sequaces damnantur. 87.

88 *Instantiam de iure ciuili finitur triennio.*

89 *Priuilegium uni concessum, an transeat ad alium. 90. remissiue.*

91. *Mobilia pupilli possunt alienari cum decreto iudicis sine tutore: at in immobilibus requiritur etiam tutor. 92.*

93 *Emptio fit ex uoluntate, solutio pro necessitate, & hoc regulariter. 94.*

95 *Dictio aliquando, denotat regulam in contrarium.*

96 *Actum necessarium facienti magis succurritur, quam uoluntarium.*

97 *Pupillus dicitur factus locupletior eo ipso, quod non est factus pauperior, de quo duo casus clari ponuntur. 98.*
In dubio uero disputatur quis probare debeat, an pupillus se pauperiorem.
Vel aduersarius illum locupletiorem. 99.
Quidam uoluerunt, quod praesumatur illum fuisse factum locupletiorem. 100.
Alij uero secus. 104.

101 *Maritus qui percepit fructus ex rebus paraphernalibus uxoris, praesumitur factus locupletior.*

102 *Socius ad quem pecuniae societatis peruenerũt, praesumitur factus locupletior.*

103 *Non praesumitur quem suum consumpsisse, & quando. 118.*

105 *Contractus pupilli quando nullus est, aduersarius probare debet eum fuisse locupletatum.*
Secus si contractus ualet, sed petitur rescindi per restitutionem. 105.

106 *Probare debet unusquisque, quod est intentionis suae fundamentum.*

107 *Solutio facta soli pupillo, nulla est.*

108 *Quando aliquem esse locupletem est causa actionis dandae, inspicitur tempus litis contestatae.*
Et quod eo tempore sit locupletior. 109.

110 *Argumentum a contrario sensu, ualidissimum.*

111 *Lex, utrum. ff. de petitione haereditate, ponderatur. 114.*
Glossaque ibi confutatur. 112.

113 *Diues semel, uel pauper, non praesumitur hodie talis. 121.*

115 *Glossae autoritas alias antecellit.*
Probabilis tamen est tantum, non autem necessaria, nec illi credendum nisi quatenus ratione mouetur. 116.
Et quandoque loquitur ex capite. 117.

119 *Praesumptio cessat non constito de signo, unde solet oriri.*

120 *Angeli doctrina in L. utrum. ff. de petitio. haered. distinguitur ab Alciato, & procedit in maiore. 124.*
Item plures habet in oppositum. 121.
Et est magis communis. 122.

123 *Opinio ultima censetur approbata.*

125 *Regulam habens pro se, dicitur habere fundatam intentionem.*

126 *Pupillus non debet esse de praeda sollicitus.*

127 *Ecclesia facta locupletior obligatur.*

128 *Statutum si tollat exceptiones, non impedit implorari iudicis officium, si contingat aliquem locupletari cum aliena iactura.*

129 *Restitutionem in integrum nomine pupilli, quando quis petere possit.*

130 *Infans, & pupillus moriens haereditate non adita transmittit ad haeredem suum beneficium restitutionis in integrum.*

131 *Pupillus soluere non potest sine decreto id, quod sine eo alienari non poterat.*
Fallit, ubi obligatio sumpsisset originem in alia persona quam pupilli. 132.

Haeres

133 *Heres debet eiusdē esse iuris cuius erat defunctus.*
134 *Solutio ualet a pupillo facta cum tutoris auctoritate, & quando.*
135 *Pupillus soluens naturale tantum debitum potest illud repetere praeuia restitutione in integrum.*
Alij uero, quod ipso iure. 136.
Et de differentia. 137.
Autorque in eo ponit opi. suam. 138.
Et latius. 139.



At ex contrario omnes res pupillo.] Diuiditur iste §. in duas partes principales, sicut ponit duo dicta. Secūda est ibi. [*Sed ex diuerso*] sūmatur autem, ut hic per Aret. Casus uero in prima parte sic fingi potest. Quaesitum fuit, an quis soluendo pupillo sine tutoris autoritate liberetur? & uidebatur, quòd sic. sicut enim ex parte pupilli recipientis transfertur dominium, ut ibi, [*recte dari possunt*] iuncta glossa pari modo ex parte soluentis uidebatur libera
1 tionem debere contingere, † ne contractus claudicet, quod esse non debet. l. Iulianus. §.
2 si quis colludente. ff. de actio. emp. † (unde dici solet contract s esse indiuiduos. l. si quis,
3 ff. de solu. l. quod si vno. ff. de in diem ad. † nec pro parte acceptari posset & pro parte non; per doctri. Bar. in l. Aurelius. §. idem quaesijt, colum. fi. ff. de libe. leg. tradit Fran. Vegius, consi. 56. num. 17.) contrarium tamen hic decidit ur, & in l. contra iuris. post prin. ff. de pactis, ibi [*nam nec solui ei sine tutoris autoritate potest,*] & in Topicis Tullius testatur dicēs, nō quemadmodum, quod mulieri debes, recte ipsi mulieri sine tutore soluas, ita quod pu-
4 pillo debetur, possis eodē modo soluere. † Ratio decisionis fuit, quia imputari debet soluenti [*qui temere sine tutoris autoritate soluerit,*]
5 ut hic dicitur. † uel & alia, quae depender ex eo, quod supra dictum est, ut tradit Balduinus, hic non posse pupillum alienare: alienare autem uideretur, si recipiendo solutionem, statim liberaretur debitor, & hāc rationem tradit tex. in l. pupillo. ff. de soluti. ubi postquā dixit pupillo solui non posse, sine tutoris autoritate, neque eum delegare posse, subdit ad utrunque dictum rationem, [*quia nec alienare ullum rem potest,*] quasi quod ex illa solutione alienatio induceretur, quod contingit abdicando a se actionem, quam habet recipiendo solutionem, ut ibi tradit Cast. ideo hoc sibi non conceditur. Non obstat contra
6 rium fundatum in d. §. si quis colludēte. † Id enim fallit in pupillo, de quo agitur, ut ibidē probatur in §. si quis a pupillo. & ibi Barto.
7 Cast. & alij ad hoc notant. † Simile uidemus in minore aut muliere prohibitis a statuto contrahere sine certa solennitate. Id enim statutum seruari debet in contractu damno so, non in utili, ut per Bal. in l. neque. C. de contrahenda stipu. Roma. consilio 316. cum aliis per Dec. consilio 331. columna 3. consilio 532. columna 2. Ioan. de Arno. Sin. 14. Ri
8 pa. in l. furioso, in prin. ff. de re iud. † Nec potest aduersarius opponere secundo casu de solennitate statuti non seruata, quia non allegaret directo, quod non potuerint obligari, sed quod non potuerint acquirere, quod minime statutum illis uetat, ut tradit Cast. consi. 91. colum. 3. uolum. 1. & consi. 119. uolum. 2. (Rip. in l. furioso, ff. de re iud. Paris. cō silio 26. uol. 2. Tiraq. in trac. le mort saisit, in
9 1. decla. 7. par.) In secūda uero † parte dubitari potuit, an pupillus alteri possit soluere sine tutoris autoritate. & primo, quod sic, uidebatur dicendum, cum sibi liceat meliorem conditionem suam facere sine tutoris autoritate, ut supra de auth. tut. in prin. quod hic esse uidetur, cum agat de se liberando ab obligatione, ut tradit Cast. in l. uero. §. fi. ff. de soluti. Contrarium tamen uult tex. ea ratione, ut credo, quia in hac solutione decipi, & damnificari posset ob eius infirmum iudicium multis fallacijs suppositum. l. 1. ff. de minor. ut latius declaraui supra proximo §. nume. 41. Ex quo cessat, quòd dixi de meliori conditione, cum facile deterior hoc colore fieri
10 posset. († Vel & alia ratio reddi potest, quia sicuti pupillus non potest contrahere. l. in causae. secunda, in princ. ff. de min. Doctores hic. Goz. consi. 33. num. 11. Paris. consi. 98. numero 55. uol. 1. & Rolan. a Valle, consi. 41. nu.
11 30. uolu. 3. † ita & distrahere, cum contrariorum sit eadem disciplina, ut not. Docto-
12 res, in rub. ff. de acq. poss.) † Ex hoc tex. notat Aretin. inter alia, quòd si pupillo fuerit facta solutio sine mandato iudicis, licet habeat pecuniam saluam pupillus, uel ex ea factus fuerit locupletior, non tamen liberatur soluens ipso iure, sed habet tantum exceptionem doli, quę duo inter se differunt, cum primo casu, quando quis liberatur ipso iure iudex, licet non opponatur, repellat ex officio agentē sine actione. Secundo uero casu quando quis habet exceptionem secus, ut not. glos. Bar. & Docto. in l. ubi pactum. C. de transf. &
13 in l. eum, qui ita. §. qui ita. §. de uerb. ob. † Itē & aliud sequitur, quòd primo casu potest appellari, si iudex, non fecerit. Secundo, non, ut tenet Inno. in ca. conquestus, de fer. sequitur
14 Cast. in l. non quicquid. ff. de iudic. † Pulchrū est autem (licet Are. non dicat) inquirere, an primo casu prioris exempli si iudex agentē non repellat ex officio, teneatur in syndicatu, cuius ueritas in de pē det, an cogatur hoc facere, nunc enim tenetur, si non fecerit. secus autem, si facere potest, si uult, nec fecerit ut no. Spec. in titu. de offi. iud. §. impedit. uer sicu. q d si iudex. quē refert & sequitur Ang.
15 & Cast. in d. l. non quicquid. † reperio, quòd

idem Cast.in d. l.ubi pactum, columna pen.
num.7. tenuit iudicem non teneri repellere
actorem,reo non postulante,per d.l.non qc-
quid.Et ob id nec in syndicatu eum conueni
ri posse. Cum quo transit ibidem D.Alex.nu
me.7.in fi. Areti. & Alcia.colum.penul.† Ias.
uero ibi nume. 19. tenuit contrarium pon-
derãdo Bartolum ibi, col.4.dicentem, quòd
ex quo iudex comperit actorem carentem
actione habet de necessitate reum absolue-
re,& sic actorem repellere.& licet Ias.non di
cat, hanc ponderationem ante ipsum facit
ibi Anto.de Alex.ut Cur.ibi reuelat,numero
17 19.licet tacite sibi Ias.adscribat.† Mihi ue-
ro longe magis placet Castrensis opinio p
regulam.l. 4.§.hoc autẽ iudicium.ff.de dam.
infec. Clarum est.n.quòd iudicandi munus
est necessarium.l.fi.§. iudicandi.ff.de mun.&
hone. & tamen ad id non tenetur iudex nisi
18 petatur,ut in d.§.hoc autem.†Imo genera-
liter ibi notat Imola, quòd ad priuatam par
tis utilitatem iudex nõ impartitur officium
suum non petitum super his, quæ sunt facti.
19 †Confirmo hoc, nam tex. in l.properãdum,
§.sin autem alterutra. C.de iudic.arctat iudi
cem condemnare uictum uictori in expen-
sis,ut ibi.[*sciant iudices uictum uictori in expensis
esse condemnandum.*] & ibi in summario tex.id
omnes admittunt,dum dicunt, quòd uictus
uictori debet in expẽsis condemnari, ut Bar.
20 Ang.Saly.Castrensis,Alexan.& Ias.†& tamen
hoc intelligitur demum, si petatur: si enim
non petatur,ad hoc non tenetur per d.§.hoc
autẽ iudicium, licet hoc possit facere, si uult:
per l.ædiles.§.sciendum.ff.de ædil.edic.ita te
nent Dy.& Barto.in d.§. hoc autem iudiciũ.
in 5.q.Bal.in d.l. non quicquid. Ang.& Ray.
in d.§.sin autem alterutra,& ibi late Alex.nu
mero 31.& post eum Iason eodem nume. di
cunt esse commu.ita quod in practica serua-
tur, ut tradit Imola in l.Paulus.la prima,co-
lumna 2.ff.de re iud. & eam tenet etiam mul
tos citans Ias.in l.uniuersa,num.4.C.de prec.
21 Impe.off.†Comprobatur & tertio,nam pari
modo uidemus,quòd stante statuto,quòd iu
dex teneatur causas terminare infra certum
tẽpus sub pœna, hoc sane intelligitur,si pars
petierit secundum Butri.& Abb.in cap.pen.
colum.penu. de indi. Calder.consi. 3. de pœ-
nis,Pau.de Cast.Alex.& Ias.in dicta l.prope-
randum,in princ.& in dicta l.uniuersa,colu.
2.(& in l. admonendi,num.21.ff.de iureiur.)
Clarissimus meus Riminal.in consi.535.nu.
22 9.† Ad idem, & quarto,si ex statuto capita-
neus tenetur ferre sententiam secundum cõ
silium sapientis,& aliter lata non ualeat, in-
telligitur, si pars consilium petierit, secun-
dum Butri. in dicto cap. pen. sequitur Alex.
in consilio 121.columna fina.in secundo uo
23 lumine, Iason in d.l. uniuersa. †Idemque &
quinto in iudice, qui teneatur infra certum
tempus causam committere, nam intelligi-
tur,si petitum fuerit, secundum Ang.in con
24 silio 140. (†idemque postremo uidemus si
statutum dicat,quòd præstetur certa fideius
sio,alias actus non ualeat, & sic loquatur præ
ceptiue, & necessitatiue, tamen intelligitur
si petatur, ut per Cast. & Ias.in d.l. uniuersa.
Alex.consi.205.uisis his,quæ narrantur, uo-
lum.2.Aret. consi. 137. Clarissime Domine
Dec.consi. 406.colu.1.Fel.in c.licet causam,
nume.28.de probat.) quæ omnia fundantur
in regula d.§.hoc autem iudicium.Pari ergo
modo in q. nostra dicendum est, quòd licet
iudex teneatur repellere agentem sine actio
ne,id tamen intelligendum sit,si fuerit a par
te petitum, ex suo autem officio non coga-
tur ad id, licet id facere possit si uelit, ut in-
25 quit Cast.in d.l.ubi pactum.†Cum quo repe
rio, quod tenet Iason sibi contrarius ab his,
quæ dixit in d.l.ubi pactum.in l.1.colum.2.
nume.6.ff.de offic. assessor. & ibi plus refert
Antonium de Butri.in c.bonæ.de post.prel.
& Angelum in l.si unus.§.pactus,ne peteret.
ff. de pact.idem tenere. unde Imo.& Ang.ibi
colum.pen.instruit aduocatum,ut sit cautus
quod semper exceptionem opponat, & hãc
partem etiam æquiorem ac mitiorem puto,
cum in pœnalibus mitior interpretatio su-
mi debeat,l.præses.ff.de pœn. esset enim hæc
pœna,quo ad iudicem,si teneretur in syndica
tu. Quam considerationem facit Imo.in di-
26 cta l.Pau.colum.secunda, in fi.†eamque pas-
sim tenendam fore arbitror, siue reus sciuit,
& opponere potuit,quo casu sine dubio pro
cedit hæc opin. Cast. cum potius de se ipso
reus conqueri debeat, quam de iudice.l.ar-
gentarius. §. cum autem.ff.de eden. siue ne-
sciuerit, uel opponere non potuerit,licet n.
tunc iudex necessitetur ad repellẽdum acto-
rem,secundum Anto. de Alex.in d.l. ubi pa-
ctum, quem Curt.ibi refert ponentem hanc
distinctionem, non tamen probat,quòd ne-
cessitetur,si non petatur, imo in contrarium
urgent ea, quæ supra dixi de expensis, & de
causa terminãda,uel committenda, & ob id
Cur. bene dicit, quòd est persuasiua opinio
illa Antonij de Alex. sentiens eam de mente
27 iuris non procedere.†In glo.prima, no. hic
esse textum iuncta gl. quòd dictio [*recte*] de-
notat causam,non autem iuris solennitatem
28 quod secũdum deuotat dictio,[*rite.*](†Sicut
utrumque denotat dictio iuste,glo. in §.ex-
hæredatos,in uer.iuste i Auc. de hæ.& fal.
Ias. in l.lecta. ff. si certum petatur, numero
decimosexto, uersiculo tertio,aduerte, & in
l.1.columna secunda.in fine, ff.de no. ope-
ris nunc. Decia. plenius confirmans resp.44.
nu. 13. uol. 1.) dantur.n. oẽs res pupillo sine
tutoris autoritate recte,quantum ad hoc,ut
eius fiant,secundum glo.q̃ est denotare cau-
sam dominij,q̃ transfertur,non tamen liber

ratur

ratur debitor, inquit tex. & glos. quòd inde est, quia minus solenniter fuerunt datæ sine tutore & iudice, quòd denotat iuris solemnitatem, ad quod hæc dictio [*recte*] non adaptatur. Ad idem habes tex. iuncta glo. quam ibi not. Barto. & alij in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poss. contratab. & in l. 2. quam ibi no. Bar. Ang. & Cas. ff. de inof. testamen. idem tenet Alberic. in dictionario suo, in uer. [*recte.*] idem Bar. in l. lecta. ff. si cer. pe. & cæteri post eum, ubi Deci. num. 21. dicit, quod hæc differentia uidetur communiter approbata. (sequitur Ias. in l. si ab hostibus. §. si uir uxorem. ff. sol. mat. in l. Titius. ff. de lib. & posthu. & in d. l. lecta, num. 16.) tamen † quia iura cõfundunt hæc uerba, illisque promiscuè utuntur, ut per Areti. in l. quamuis. §. infans. in fine, ff. de acqui. poss. & Ias. considerat in dicta l. lecta, num. 16. Dec. num. 21. & sequẽ. Butigella, nume. 46. Cur. Senior, nu. 27. Cur. Iun. num. 28. & ob id opinio Bar. de consultore ibi licet communis uidetur dubia, ideo

30 aliter non insisto. † In gl. [*dari*, [seligi possunt ex Aretini dictis aliquæ conclusiones. Quarum prima est, quod pupillus habens intellectum potest sibi acquirere sine tutore. Casus est hic, & supra de aut. tuto. in prin. ad idẽ est tex. in l. contra iuris, in prin. secundo respon. ff. de pactis. ubi si pupillus paciscatur, ne, quod debet, a se petatur, ualet pactũ, quia meliorem conditionem suam facere potest, etiam sine tutoris autoritate: cum enim loquatur de pupillo paciscente, necesse est intelligere illum textum de pupillo habente cõsensum, & intellectum, qui in pacto requi-

31 ritur. l. 1. ff. de pac. † Ampliatur autem hæc conclusio, ut procedat non modo in pupillo proximo pubertati, quod est secundum unã opinionem, quando excessit 10. annos cum dimidio, ut uoluit gl. quam sequitur Bar. in l. fi. in gl. fi. ff. de nouat. Bal. in l. si quis in tantam. col. 2. C. unde ui. Ad idem glo. in l. pupillum. & ibi notat Alberi. ff. de regu. iur. & alia cõformis habetur in §. pupillus. infra, de inu. stipulatio. ubi Aretinus dicit, quòd communiter tenetur, prout etiam post multos testatur Cagnolus in dicta l. pupillum. in princi. (sequitur Franc. Marci, q. 120. nu. 10. 2. parte & Ioannes Sicard. in rub. C. de nouat. & de

32 leg. num. 9.) † Vel secundum alteram opini. iudicis arbitrio relinquitur, cum non sit a iure determinatum, iuxta legem primam. ff. de iure deliber. & quia reperiuntur aliquando quidam maioris indolis, & intellectus in 10. anno, quam alij in quartodecimo, ut uoluit Butri. in cap. attestationes. de desp. impub. refert Abb. in cap. continebatur. eo. tit. Saly. in l. impunitas. C. de pęnis. Decius in d. l. pupillum. & fuit ante eos opinio Fabri, in d. §. pupillus. licet ipsi non dicant. (in quam quoque descendit Coras. Miscellaneorum,

33 lib. 6. cap. 23.) † Sed etiam prædicta cõclusio procedit in proximo infantiæ, & sic intra decem annos supra 7. iuxta primam opi. uel iudicis arbitrio iuxta secundam: adhuc enim in eo receptum est ex benignitate, ut acquirere possit. sicut pubertati proximi, ut est ca-

34 sus in dicto §. pupillus, in fine. † Secunda est conclusio, quòd infans non potest acquirere ea, quæ consistunt in ministerio iuris, ut obligationem: probatur ista conclusio, licet Aretin. non citet in l. prima, in prin. ff. de uerborum obliga. ubi infans stipulationem cõtrahere non potest. Ad idem textum in l. mulier. In fi. ff. eo. Confirmatur etiam per textũ in dicto §. pupillus, ubi postquã dixit, quòd pupillus alium potest sibi obligare, subdit hoc intelligendum fore in eo, qui habet intellectum, secus in infante & sic abnegat infantem obligationem sibi quærere posse. Idẽ probatur secundum Aretinum, in l. seruum. ff. rem pup. sal. fore. ubi [*si pupillus abest, aut fari non potest,*] & sic sit infans, [*seruum suum stipulari necesse est.*] ergo inde patet ipsum stipula-

35 ri non posse, si ad id seruo suo est opus. † Nõ omitto tamen, quod plerique alij per illum textum dixerunt in illo casu speciali infantẽ ad stipulationem admitti, uidelicet, ubi de re sua conseruanda agitur, ut probatur ibi, [*propter utilitatem receptum est recte eum stipulari,*] & ita glossa ibi Bar. & Ang. uoluerunt, gl. in dicta l. mulier. & in d. l. 1. ff. de uerborum oblig. ubi etiam Ang. Paul. de Cast. Aret. Petrusque de Besu. idem tenuerunt, si tamen sit talis infans, qui fari possit, puta ultra quatuor annos, & prope septennium, in qua ętate plurimi inueniuntur expedite loquentes.

36 † Sed contra istos, quod imo et in illo casu particulari infans stipulari nõ possit, tenuit Martig. lossator in d. l. seruũ, cuius opinionem dixit esse ueram ibidem Alberi. eamque tenuit Azo in summa ti. ff. de uerborum obligatio. Imo. Cuma. & Roma. in d. l. j. ff. eo. ubi etiam Alex. idem tenet, colum. fi. nu. 40. Soc. in l. fi. Ias. col. antepenul. circa fi. Claud. Aquens. nu. 9. Ripa, num. 67. Lance. Decius, Alcia. & Gul.

37 Ponta. num. 41. col. sequen. † qui dicunt hãc esse magis communem opi. maxime hodierno tempore. nec obstat ille tex. proximè, ut supra inductus. loquitur enim in proximo infantiæ, & sic qui 7. annos excessit, ut Marti. uoluit. probatur aperta ratione, secundum Soc. Ias. & alios in dicta l. 1. nam ille tex. uult, quòd pupillus ita demum possit stipulari, si fari potest, ita ibi, [*nam si præsens sit & fari pos-*

38 *sit.*] † Sed infans licet naturaliter uideatur fari posse ultra quartum, uel quintum annos, ut Castrensis dicebat, tamen iuris censura propter defectum intellectus habetur pro eo, qui fari non potest. Casus est in lege prima, §. sufficit. ff. de administratione tutorum. Ergo nõ uerificantur in eo uerba dicta

39 l.seruum. †confirmatur hoc per text. in dicto §.pupillus, qui bene glossat d. l.seruum, ubi Imperator dixit, quòd [*infans & infanti proximus nihil intelligunt parumque distant a furioso,*] postmodum in proximo infantiæ subdit quòd [*ex benignitate recipitur, ut idem iuris habeat, quod pubertati proximi,*] sic quòd possit stipulari, ergo clare determinat in infante, secus esse, & pari modo intelligēdus est tex. in dicta l.seruum, in illis uerbis [*propter utilitatem receptum est rectè eum stipulari.*] Ostendo hoc insuper à sufficienti partium enumeratione (a qua ualidum est argumentum l. 1. ff. de his qui sunt sui uel ali. iur. & supra eo. & Euerard. in centuria sua:) loquitur enim ille text. de pupillo præsente, qui fari potest, ergo de infante non loquitur, qui dici-
40 tur fari non posse, dicto §.sufficit. † Item loquitur ille tex. de pupillo, qui eius ætatis est, ut non intelligat, ergo de proximo pubertati loqui non potest, cum ille intellectum habeat, c.j. de de. pue. tradit Bar. in l.1. ff. de nouat. ergo necesse est dicere, ut loquatur in proximo infantiæ, qui fari potest, licet adhuc non bene intelligat quid agat. in hoc enim propter utilitatē ex benigna interpretatione cautum est, ut stipulari possit. Ita propriè loquitur ille tex. qui in effectu uerbis & sensu concordat cum dicto §.pupillus, parique modo procedit alius tex. in l.1. §.penul. ff. de actio. & obl. ubi loquitur de eo, qui eius ætatis est, ut non intelligat, quid agat, tamen loqui potest, & sic nec de infante nec de pubertati proximo loquitur, ergo de proximo infantiæ, & concludit eum stipulari posse, benigniusque ita acceptum esse, & hanc considerationem ad dictā l.seruum, facit Ripa in dicta l.j. licet uere antequam ipsum uidissem, eam præcogitaueram. Volui tamē ipsum citare, ne furto hoc mihi ascriberetur, quod vi-
41 tium satis abhorreo. † Tertia est conclusio, quòd infans ex sua occupatione sine traditione alterius possessionem acquirere non potest, l. quamuis, §.infans, ff. de acquir. poss. Secus mediante traditione alterius domini, uel possessoris, l.3. C. de acq. poss. Quæ intelligentia ad prædicta iura ante Aretinū, fuit Petri, Pauli de Cast. & Sal. in effectu, in d.l.3. licet ipse non dicat, eam tamē ego falsam esse puto, & contra textum in d.§. ubi dicitur quòd [*infans non potest incipere possidere, quia affectionem tenendi non habet.*] hæc †.n.
42 ratio cum generalis sit, siue agatur de possessione quærenda sine traditione, siue cum traditione alterius, utique debet dictū ampliare, ut utroque casu procedat, iuxta not. in l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. per Bar. Bal. & alios in l. 3. §. j. ff. de iur. & fac. ignor.
43 † (quotiens enim ratio legis est amplior dicto legis, tunc dictum ad terminos rationis legis extendi debet. glo. in cle. si. de elect. quā singularē reputat Cardinal. ibidem, Soc. consil. 89. num. 20. uolu. 4. & plura id genus ad uim rationis comprobandam ponit Rolan. à Valle consi. 14. num. 23. uolum. 3.) Confirmatur ex eodem tex. ibi [*sicuti si quis dormienti rem in manu ponat*] cum enim tali similitudine hoc probet, ubi loquitur de possessione tradita, pari modo dictum de infante, qui nō potest incipere possidere sine tutore debet
44 intelligi, etiam si sibi res tradatur. † Confirmatur adhuc hæc opinio, per text. in dicto §.infans, ubi dicitur, quòd [*sine tutore nullus consensus infantis est accipiendi possessionem*] id enim uerbum, [*nullus*] cum sit penitus abnegatiuum, l. is qui ducenta, §. utrum, ff. de rebus dub. (& potentius neget quam affirmatiua affirmet, glo. & Docto. in l. hoc genus, ff. de condit. & demon. Cast. consil. 170. in fi. in anti. Brun. in sta. quod stan. masc. 6. art. q. 26. Senatus Pedemōtanus Decis. 100. num. 44. nullamque recipiat restrictionem, Crau. consi. 94. nu. 6. Ceph. consi. 210. nu. 20.) denotat id procedere siue tradita res fuerit,
45 siue non. † Ad l. tertiam, C. de acquir. poss. Dixerunt aliqui illum tex. in iocalibus procedere, in quibus solent infantes aliquam affectionem habere, puta in ouo, obolo, nucibus & id genus, & in his possessio quæritur infanti. Secus uerò in fundo, domo, & id genus, in quibus animus, & affectus infantis non cadit, & ob id possessio sibi non quæritur, & tali casu loquitur dictus §. 1. & dictus §.infans, quam opinione uoluit Dynus, quē sequitur Bar. in dicto §.infans, & in dicta l. 3. ubi etiam Cyn. & Bal. idem tenent, & Alc. in dicto §.1. colum. antepenul. ubi etiam Iasi. nu-
46 me. 17. circa finē. † Sed iste intellectus diuinat, nimisque restringit d.l.3. ut ibi dicit Castr. imo ut Socin. aduertit in dicto §. 1. col. 3. & post eum Gul. Pont. nume. 2. colu. sequen. diuinat ille intellectus, uerbisque text. repugnat, dum loquitur de rebus donatis a quacunque persona, unde includit donationem factam a quacūq; persona, cuiuscunque qualitatis, sed donatio iocalium non quibuscū-
47 que conuenit personis, ergo &c. † Nonnulli ergo alij tenuerunt illū tex. procedere in possessione infanti tradita cum autoritate tutoris, iura uero cōtraria loqui non interueniēte tutore, quam sententiam posuit Ioannes glossator, ut refert Accurs. in d. l. 3. eamque ueram esse dixerūt Cy. Iac. Butr. Bald. & Ang. ibi. Sed & hæc opi. nō caret diuinatione, quo ad d.l.3. ubi de tutore nulla fit mētio in principali decisione illius text. Præterea, parum aut nihil dubitationis haberet ille textus, si loqueretur de possessione tradita infanti cū autoritate tutoris, cum iam ante hoc erat decisum in dicto §.1. & in d.§.infans. diui in §.
48 1. l. primæ, ff. de acq. poss. lect. 48. † Unde omissis his nugis & pluribus alijs, quæ in hoc dicuntur

ctitur,puto uerum intellectum ad illum textum colligi ex pluribus ibi relatis.Primo,quod loquitur de possessione rerum donatarum, & sic ex causa lucratiua quæsitarum. Secundo,quod de per se quæsitæ non fuerunt, sed traditæ.Tertio,quòd aliquis erat intellectus seu animi affectus in illo infante, ita ibi,[*donatarum rerum uacua possessio tradita infanti, licet animi plenus non fuisset, affectus corpore quæritur,*]
49 ideoque † dixit, corpore quæri, quia animi plenitudo non erat in illo infante, & quia talis res non uidebatur posse procedere ob dictam animi imperfectionem, cum ad acquirendam possessionem requiratur corpus, & animus.l. quemadmodum.ff.eo. ideo autorum sententiæ dissentientes fuerunt, ut ibi dicitur,& hoc modo intelligendo quadrant illa uerba in fine posita, ibi alioquin &c.Voluit enim tex.dicere,si quando concurrit animus & uoluntas donantis tradentisq; simul & factum infantis suo corpore accipientis, & cũ aliquo affectu,non acquireretur ei possessio, multo minus ei acquireret solus tutor, cum nihil tunc agat infans,nullumque eius factum interueniat. His ergo concurrẽtibus procedit illa l.3.text.autem in d.§.1.& in dicto §.infans, procedunt istis cessantib. ut ex eorum lectura manifestè patet. Et ita hunc intellectum reperio posuisse Gulielmũ Pontanum in dicto §.1.& mihi satis arridet cum uerbis dictæ l.3.inhæreat. Quarta,& ultima conclusio Aretini per l.si quis in emancipatum,C.de don.cadit in effectu sub 2. de qua supra,cum etiam dominium,de quo loquitur dicta l.si quis, consistat in ministerio
50 iuris.†est enim ius de re corporali perfectè disponendi,ut tradit Bartol.in l.si quis ui, §. differentia.ff.de acq.possess.sicut ergo infans obligationem,ita nec dominiũ quærere pôt cum utrumque in ministerio iuris consistat.
51 †In gl.[*debitorem,*] habes ex dictis Aretini,supra,quod debitor pupilli ex pensione, reditu,uel usuris,soluens tutori tantum, sine iudice liberatur,nisi pensio,reditus,uel usura,metam biennij, summamque centum aureorũ transcendant,& sic secundum Are. lex sancimus. C.de admiuistr.tut.locum habet etiam in pẽsionibus,& reditibus temporis & summę,de quibus supra.quam sententiam tenuit glos. in l.constitutionem . C. eodem, & post eam Bar.& Sal.Odofred.& Ang.in d.l.sancimus.
52 †Pro quibus facit ratio,nam usuræ, reditus, & pensiones æquiparãtur.l.usuræ.ff.de usur. ubi dicitur, quòd usuræ locum obtinent fructuum & aliarum obuentionum, idest,pen-
53 sionum,ut ibi per Odofr. † Cum ergo per l. antiquam æquiparentur,dispositum in uno per l.nouam , uidelicet per dictam l. constitutionem,debet in alio locum habere, iuxta not.per glo.Bar.& Doct. in l.si quis seruo.in fi.C.de fur.Barto.Alexan.& Ias.in l. Marcellus.ff.ad Trebe.Abb.in c.de multa, de præb. Ias.in l.transigere,colum.5.C.de trans.Rub.
54 consi.151.colum.2.†Contrariam tamẽ partem ego teneo,quia l.constitutionem extendens dispositionem d. l.sancimus, de usuris tantum loquitur, de pensionibus uero & reditibus ne uerbum quidem ponit. quod ergo non mutatur, cur stare prohibetur?l.sancimus. C.de testamen.l.præcipimus,in fi. C.
55 de app.†Secũdo accedit relatiuum[*quæ*]positum sine copula in dicta l.constitutionem, ibi, [*etiam in usuras extendimus , quæ tamen*]& c. cuius tali casu natura est restringere, & declarare tantum præcedentia,l.ea tamen adiectio.ff.de leg.3. ponit Bar.in l.omnes populi,in prin.ff.de iust.& iu.decis.Neap.404.nume.16 (Signorol.de Homode.consi.10.col. pen.Craue.consi.292.nume.4.Rolan.à Valle,consi.1.num.20.consi.98.num.20.uol.3.) Dum ergo dicit, [*quæ tamen*]&c.dici debet,s. usuræ, non etiam pensiones aut reditus, sic enim ampliaret, non restringeret præceden
56 tia,& alia declararet,quam supra dicta.†Nõ obstat ratio in contrarium posita de notatis in dicta l.si quis seruo.procedunt enim in æquiparatione facta per legem antiquam in eadẽ materia, de qua lex noua loquitur. Secus,ubi lex antiqua facit æquiparationem in diuersa materia ab ea,de qua lex noua loquitur,glo.est notabilis,in c.1.in uersi.declaramus,& ibi Geminia. ne cler.uel mon.& in c. licet Canon.& in c.si postquam.§.fi.de elec. in 6.& ibidem Geminia.sequitur Ias. in rep. l.si constante,num.30.ff.soluto matrimo.quod
57 ultimum est in casu nostro. ergo &c.†(bene uerum est , quòd satis est æquiparationem reperiri factam in eo de quo agitur,licet in aliis casibus esset differentia , ut post D. suũ Soc.dicit,Bero. consi.15.nume.9.uolum.2.)
58 †In glos.[*sententia*]ibi,[*scilicet interlocutoria*] habetur hic in tex.iuncta glo.quod in dubio appellatione sententiæ,intelligitur de interlocutoria,quem locum nemo, quem uiderim, hactenus ad hoc considerauit. Contrarium uero expresse glossa adnotauit in l. 1. §. biduum.ff.quando app.sit. quam ad hoc repertat singularem Bal.in c.cum olim,circa fi. de testib.& in c.uenientes, colum. 2.de iureiur. sed habes aliam , quã ibi ad hoc notat Imo. in d.c.cum olim.& multa iura ad hoc citantur per Alexã.Ias. Ripam,& alios in rub.ff.de re iud.& per Fely.in rub.ex. eo.ti.colum.5.p Dec.in c.super eo.el secondo, in quarto not. de appel. quibus in locis passim hanc regulã firmant nemine discrepante. Pro qua bene facit elegãs rat o, ubi enim quid de duobus dicitur, de uno per prius, de altero per posterius,simpliciter positum itelligitur de eo, de quo dicitur p prius, ut dicit Philosophus secũdo, Etico.& probatur in l.j.ff.si ag.uect. sed sententia per prius, dicitur de diffiniti-

ua,

ua,per posterius,de interlocutoria.l.1.ff.de re iudi.ergo si simpliciter uerbum,sententia ponatur,intelligitur de diffinitiua. Ita hanc rationem ponunt Cy.& Alberic.in l.ante.C. quor.appel.non recip.& fuit de mente Peru. in c.super eo.el secondo, in 2.not. de appel. dum dixit, quod intelligitur de diffinitiua, quasi in potiori significato uerbum,sententia, accipi debeat, & sic per prius in effectu,
59 ut Cy.& Alberic.dicunt.† Ex hac autem regula inferunt Docto.ad statuta mentionem facientia de sentētia, ut de diffinitiua intelligenda sint,non etiam de interlocutoria. Vnde si statutum prohibet appellationē a sentētia,uel quod de sententiis debeat solui gabella, de diffinitiua intelligendum est, non etiam de interlocutoria, quod primum uoluit Bal.in l.1.§.his cunabulis.ff.de offi.præf. præt.utrunque uero idem Bal.in addi. Spec. in titu.de prol.sent.colum. 2. refert Alexan. & alij in dicta rubr.de re iu.(idemque cōcludit Speculum aureum in 3. parte 6. partis, num.5.post Alexandrum in l.quod iussit, in
60 prin.ff.de re iud.)† Limitatur tamen hæc cōclusio de statuto,ut non procedat,quādo esset eadem ratio in interlocutoria, quæ in diffinitiua.Tunc enim statutum de utraque foret intelligendum.Decisio fuit originalis Bened.de Plumb.in l. etiam. §. hęres absens.ff. de manu.uind.quam sequitur, & dicit bene esse notandam Alex.in l.1.nume.15.ff.quod quisque iur.& in consi.49.colum.penul. in 2. uolum.Fely.in c.causam,quæ.colum. fi.de re scrip.& plenius in dicta rubri. extra de re iudi.colum.5.Ias.& Ripa in dicta rubri.ff.eod. Dec.in dicto c.super eo.ubi ex pluribus concludit ita tenendū esse,licet aliter secundū eū loquatur Alex.in dicta rubri. sibi contrarius ubi ab hac limitatione uidetur recedere lenibus rationibus,quibus etiam Ias.sibi, & Fely. ubi supra respondent, hanc limitationem tenentes,quam etiam confirmat excellentissimus meus patruus magnus Riminaldus, in consi.534.nu.10. qua(& ad eam bene conuēnit,& adaptari potest. quod dicitur appellatione sententiæ in materia indifferenti etiā de interlocutoria intelligendum esse, ut per Alex.consi.50.colum.penul.uolum.2.quem sequitur Speculum aureum supra citatum, ubi idem dicit quando non resultat absurditas ut Abbas in c. causam matrimonij,de
62 off.deleg.) q †bene nota ad intelligentiā statuti Ferrar.sub rub. si quis citatus fuerit, in 2.libro,ubi cauetur,quòd si quis citatus fuerit pro certa hora ad audiendum sententiā & illa hora nō fuerit lata,quòd possit iudex hora sequēti eam ferre sine noua citatione: eadem enim ratio militat in tali casu in sententia interlocutoria,quæ in diffinitiua.(materiaq; uidetur indifferens nec ulla resultat absurditas intelligendo quoque de interlocutoria.) meritò de utraque tale statutū debet intelligi,& ita quotidie practicatur Fer-
63 tariæ.† Secundò limitatur prædicta conclusio de statuto,ut nō procedat, quando prius in eo mentio facta fuisset de sententijs simpliciter,postea uero dictum esset de sententijs cum hac adiectione, diffinitiuis. ex hoc enim daretur intelligi, quòd in præcedenti parte uoluit large intelligere de sentētijs ēt interlocutorijs .Ita dixit eleganter Alexan. in dicta rubr.& Fely.extra,eo.titu.in rub.moti per tex.iuncta glo.in uerbo [*sententias*] in Clem.1.de re iud.quam ibi simpliciter Imo
64 la sequitur.† Sed ab hac limitatione Ripa recedit,& bene iudicio meo,in dicta rub. qa imò illa adiectio (diffinitiuis) in una parte debet potius operari, quòd illud uerbū (sententijs) simpliciter prolatum debeat intelligi de diffinitiuis,per regulam l. si seruus plurium.§.fi.ff.de lega. 1. & in l.qui filiabus in
65 princip.eo.tit. † nam,licet ipse non dicat, uerbum ambiguum positum in una parte statuti,secundum aliam partem clarā intelligitur,& declarationem sumit,ut tradit Bar. Bald.& Ange.in l.utrum,per illum tex. ff.de pet.hæred. Sequitur Ias. in dicta l. qui filiab. in princip.Corne.in consi.183.nu.3.in secūdo uolum.Socin.in consi.9.colum.2.uolum. 3.Gozadi in consi.19.num.10.Dec. in consi. 339.colum.2.& in consi.553.num.8.Clarissimus meus Riminaldus in consil. 164.nume. 42.& in consi.339.nume. 12.Ruin.in consil. 201.num.5.uol.1.& in consi.8. in fine, uolu. 5. & nouissime Soc.Iun.in consi.9.num.5.in
66 secundo uolum.† Confirmatur ista opin.secundum Ripam, in dicta rubrica, autoritate Romani magis ad proxima in consi.334. circa primum consultationis articulum,nu. 4.ubi determinat,quòd uerbum,Sententia, positum in rescripto, debet intelligi solū de ea,quæ in rem iudicatam transiuerit, si in alia parte rescripti facta sit mentio de re indicata.Idem ergo & in statuto dicēdum est, ne facta mentione de sententia,intelligatur de diffinitiua tantum , si in alia parte de diffini
67 ua exprimatiua . † Et tenendo hanc partē, non obstat tex.iuncta glossa in dicta clemen ti.1.de re iud.dico enim illum tex.de sententia diffinitiua intelligendum esse in illo uerbo [*sententia*] simpliciter prolato, propter aliam partem, in qua expressit de diffinitiua ex ratione prædicta, & sic glossa male illum textum intellexit ibi.Solum inter primū casum & secundum est differentia,quia in primo nolebat nictus impedire executionem, allegando nullitatem in secundo: allegando appellationem pendere ab interlocutoria interpositam,quod non licet, ut ibi.
68 † (possent tamē fędere distinctionis opiniones conciliari, quòd aut in eadem oratione primo dictum fuit de sententia, & postea

ftea de fententia diffinitiua, uel econuerfo,& tunc uerbum fententia,fimpliciter prolatum debeat de diffinitiua intelligi, ficque procedat opin. Ripæ: aut in diuerfis orationibus id factum fuit, & uerbum fententiæ,pofsit intelli gi etiam de interlocutoria,ficque pro
99 cedat Decifio Alexand. & Fely. † probatur hæc diftinctio per Doctores in alio fimili cafu:nam fi teftator in eadem oratione primo fecit mentionem de filijs fimpliciter, poftea fubiunxit de filijs mafculis,tunc dicunt uerbum filijs,fimpliciter prolatum,de mafculis intelligendum.Ita Cuma.hoc cafu loquens, confi.117.A.in teft.Abb.confi.36.uerficu.5. uolum.1.& fuit de mente Decij,conf.599.in fi. & in hoc cafu idem Dec. confi.480. colu. 2.uerfi.etiam ifta concl.Iaf.confi. 30. colum. 3.uolum.3.& clare D. meus Vberti. Zuccar. in l.fi.fub num.69.col.fequen.C.de edic.diui Adr.tol. fi uero teftator in diuerfis orationibus primo de filijs fimpliciter, poftea de mafculis locutus fuit, uel econtra,tũc fecus eft, quia uerbum filijs,fimpliciter prolatum etiã de fęminis intelligitur in ea parte. Ita Ioan. de Ana. confi. 22.ad fi. Anch.confil. 120.ad fi.Alexand.confi.55.colum.penul.ca.3.Dec. confi.339.colum.2.Soc.confi.227.ad fi.uol. 2.Soc.Iun.confil.49.colum. 3. uolumi. 1.
70 † Velet poftremo dici poffet etiã, quòd in diuerfis orationibus declaratio fieri deberet unius partis per aliam,quando militarẽt eadem ratio, uel materia effet fauorabilis, alias fecus, ut in exemplo memorato de filijs fimpliciter,& filijs mafculis prolato diftinguit Soc.Iun.confi.103.col.51.uolum. j. & confi.160.num.35.uol.2.quæ omnia dili-
71 genter menti teneas.)† Secundò, habes ex eadem gloffa, quòd fentẽtia,qua iudex pręcipit folui pupillo,cũ tutoris autoritate,dicitur interlocutoria,cui conformis eft alia, in §.fi quis autem nõ implens,& in §.illud quoque, in Auth.de hæred.& Fal.& plures alias citat Aret.in l.5.in princi.colum.2.ff. de uerbor.oblig.Idemque tenet Angel. & Caftren. in l.fi debitori, ff.de iudic.Andr. Sicul.in addi.ad Bal.in l. fancimus, C.de adminif.tuto. Lanfrafi.in c.quoniam contra, in uer.interlocutoriæ,num.35.de probatio.Are.in d.l.5. in princ.col.5.Ang.in d.§.fi quis,& Felin. in rubr.de re iudic.nu.6.motus ea ratione poft Are.quia quando debitor cõfitetur nõ oblato libello in fcriptis,non dicitur adhuc creditor petijffe, fed uelle petere, ideo fi poftea iudex facit præceptum in debitorem confeffum,non dicitur fententia diffinitiua,quia illa fertur,ubi eft forma iudicij, quæ conftat ex actore,reo,& iudice cap.forus, de uerbo. fignifi. (& cum prædictis late tenet Roderi. Suarez.in l.poft rem iudicatam, no. 3. ff. de re iu.Et uidetur effe tex.in l.interlocutio. C. cõmi.uel epiftolas. ubi tale præceptũ de foluendo debitori factum tex. appellat interlocutionem,ad denotandum,quòd non eft fen
71 tentia diffinitiua.) † At fecunda fuit opi. Angeli,in dicto §. illud quoque,quòd tale præceptum fit fententia uim diffinitiuæ continens,ideoque tenet eam reuocari nõ poffe. Et idem in fententia de exequendo inftrumẽtum,latè concludit ipfe Ang.in conf.116.primo inquiramus,& Rom.in d.l.5.colum. 2.tacito autore tranfcribens.d.confilium Ange. prout reuelat Felin.in d. rubr. fub nume.5.
72 † Tertia uero fuit eorum fentẽtia, qui diftinxerunt, an tale præceptum factum fuerit fine caufæ cognitione.Et tunc dicatur fententia interlocutoria, ficque procedat opinio prima. Si uero difcusfio iudicialis interuenerit, dicatur habere uim diffinitiuæ ficque procedat opinio fecunda. Ita Butri.Imo.& Peruf.in c.cum ceffante,colum.4.de appella. Innoc.& alij,in c.2.de reftitut.in integ.Bart. in l.non fatetur,colum.2.ff.de confef.Feli.in dicta rub.colu. 4. Et Speculum aureum in 3.
73 parte 6.partis iudicij,fub nume. 28.†Sicque in fententia fuper executione inftrumenti, pariter decidit Anton. de Canario in tracta.
74 de execu.inftr.q.48.in fi. †Ego uerò potius amplector quartam fentẽtiam, quòd pasfim hoc præceptum fit diffinitiua fententia, motus ea ratione,quia fententia diffinitiua illa dicitur,quæ negotiũ principale determinat, directoque,ac principaliter fup eo emanat, ut poft gl.tradit Bald.& Angel. in l.qui reftituere,in fi.ff.de rei uen. Imo.in l.fi finita, §. non autem, ff.de dam.infec.Corn.conf.262. nu.7.in fi.uol.4.Alexand.in rub.ff.de re iud. num.7.Ripa,num.15.fed ita cõtingit in quæftione noftra: fiue enim caufa cognita, fiue non,iudex pręcipit debitori,quòd foluat,decidit negotiũ principale, nec aliud remanet agendum,ergo debet reputari fententia dif
75 finitiua.† Et hac ratione plerique moti, dixerunt fententiam de exequendo inftrumentum,fimpliciter diffinitiuam dici,ut Ang. in dicta l.qui reftituere,licet fibi contrarius Roma.confi.174.in princip.Alexand.confi.49. uifis actis,colum.penul.uol.2.Et Spec.aureũ loco præallegato,nu. 24.Et tenendo hanc opi.prima de qua fupra de falfo conuincitur, nec obftat illa ratio Aretini fupra relata,& a
76 Felino comprobatã,† quia bene fateor libello in fcriptis non oblato formam fubftantialem iudicij ceffare, iuxta notata per Bart. in l.prolatam,colum.1.ad fi.C.de fenten. & interlo.omnium iud.fed non inde fequitur fententiam,quæ fertur,diffinitiuam effe nõ pof
77 fe.† Si enim feratur fuper eo, quod principaliter deductum eft,poteft effe diffinitiua, licet omiffa folennitate iudicij fuerit lata, ut per gloffam in §.omnẽ.in uer.ꝓferri, in authent.de litigi. per Imo. in dicto §. non Autem. Et per Aretin. in dicta l. 5. columna 2.

Et

(& ad l.interlocutio,responde id dici respe-ctu cōminationis, non autem præcepti de soluendo.)Secunda quoque opinio collabitur, quatenus uult hanc esse interlocutoriā, ut ex prædictis patet. Sed dum subdit, eam uim diffinitiuæ continere, meæ sententiæ Paulo accedit,quæ simpliciter eam diffinitiuam nominat.Et ratio,qua utitur Angelus in dicto §.illud quoque,eam corroborat, dum dicit, quòd postea alia diffinitiua non speratur. Hinc enim deprehenditur eam simpliciter appellari debere diffinitiuam. † Quate-
78 nus autem pertinet ad distinctionem illam, per quam inualuit 3. opinio de qua supra, parum quisque moueri debet ex illa,si consideret plerunque dari sententiam diffinitiuam, in qua tamen causæ cognitio non interuenerit,ut si iudex infra nimis breue tempus iudicauerit:ex tanta enim temporis angustia præsumitur causa non cognita factū, eum tamen sententia diffinitiua dicatur ab eo prolata,ut per Bart.in dicta l.prolatā,col. 2.ad fi.Calderin.consi.fi.de reg.iur.Ful.consi. 163.in princ.Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ, colum.10.num.13.de constit.Dec.consi.410. colum.2.eum simil. Vnde non ualet consequentia, si iudex fecit præceptum causa nō cognita,dici sententiam interlocutoriam,vt
79 ex prædicto exemplo facile patet. † Retenta tamen opinione huius glossæ, subijcit Aret. notandum fore, quòd ab hac sententia appellari potest, quod, licet non dicat, probatur in l.ait prætor, §. quid tamē,ff.de minor. ibi [*nisi forte quasi aduersus iniuriam appellandum quis ei putet.*]& licet Odofred.ibi dixerit, Iureconsultum allegando, non decidendo id dixisse, ego tamen id uerum non puto, cum text.ante dicat [*nihil imputandum esse debitori soluenti iussu iudicis*] subdendo [*nisi forte aduersus talem iniuriam appellandum quis ei putet.*]& sic hoc solum uult text.ei imputari posse: ergo datur intelligi, quòd poterat de iure appellare a tali sententia, alias nō uideo, quid imputari ei in hoc posset omittendo, quod de iure facere non poterat.ex hoc ergo dicendum est textum illum decidendo non allegādo locutū esse.Et dum subdit tex.[*sed credo*] &c.uoluit alio medio textus debitori cōsulere,excludendo pupillum petentem se in integrum restitui, & ita reperio Baldū ibi post Iacob.Butr. damnantem Cy. qui erat in opinione Odofredi,& intelligerem, quod ibi appellatio de iure procedat,& sit permis-
80 sa,sed omissa non noceat,quod nota. † Ratio que illius tex.in appellatione permittēda ab interlocutoria,est secundum Barto. ibi,quia talis sententia non expectat post se aliā diffinitiuam,& sic affert præiudicium irreparabile: licet enim iure ciuili ante sententiam diffinitiuam, & sic ab interlocutoria regulariter appellari non possit,l.2,& ibi not. Odof. Barto. Bald.Salic. Cast.& alij, C.de episco.audien,l.ante,ubi Alb. Cyn.Castr.& alij, C.quo-
81 rum appellation.non recip. † tamen quando per eam grauamen infertur irreparabile, per appellationem à diffinitiua, licita est eo dem iure appellatio, l. 2. secūdum intellectū Ioā.quem Bar.ibi tenet,ff.de appel.recipien. & alij sequuntur in dicta l.2. & in dicta l.ante. Peruſ. in c. super eo.el secondo, de appel-
82 latio. † exēplū est in dicta l. 2. quando iudex interloquitur quem esse torquendum, nam tale grauamē non posset postea reparari per
83 appellationem à diffinitiua. Idemque esset, si iudex pronuntiaret quem esse capiendum, uel capturam factam ualere, cum carcer sit mala mansio,l.si hominem,iuncta glos. ff. de pos.sitque species tormentorū, ut tradit Bal. in dicta l.2.C.de episco.aud.colum. 2.& 3.
84 † Et si captus steterit in carcere per mensem & ultra post pronuntiam,poterit tamen adhuc appellare non obstante lapsu decendij ad appellandum de iure ciuili præfixi in authen.hodie,C.de appel.cum istud sit grauamen successiuum,& quod in dies infertur ac contingit, & ob id nunquam currit tempus 10.dierum,sed semper dicitur ille captus esse infra illos 10.dies.Ita Bald.in dicta l. 2. colum.3.in princip.post Specul.in ritu. de appellatio.uersicu.sed dices, quos sequitur dicitque singulariter esse menti tenendum Perusi.in dicto capitu.super eo.col.1. nume.3.
85 † (Quin imò non desunt qui dicūt tale præceptum de soluēdo sine causæ cognitione manatum non ualere,ut uoluit Castr.& Alex.in l.de pupillo, §.meminisse,ff.de ope.no. nun. cum similibus per Rui. consi.107.nu.10.uol. 5.Bertram.consi.64.uolum.3. priorum, imò quòd contemni possit dicit Idem Bertran. cons. 247.num.3.uolum.2.priorum,& ob id non uideretur appellatio necessaria, tutius tamē puto eam interponi ad refrenandum iudicem, manusque suas ligandum,qui possit exequi siue de facto secū.prędictos,siue de
86 iure secundum alios.) † Prædicta uerò distinctio de grauamine reparabili, uel nō,per appellationem a diffinitiua procedit de iure ciuili,at de iure canonico passim a quocunque grauamine,& interlocutoria, permittitur appellare posse,dicto cap.ut debitus, de appellatio.Et utrobique notant Docto. maximè Perus.& Dec.post antiquos. Speculum aureum in secundo actu princip.num.292.
87 † Et licet Cy.in dicta l.ante.& Petrus, quem refert Baldus in dicta l. 2. dixerint iura canonica in hoc fuisse iniqua, neque respexisse nisi ad extorsionem pecuniæ, tamen secundū Baldum,hoc est falsum,cum tale ius fuerit introductum a sanctis uiris propter æquitatē, & iustitiam,quæ debet obseruari in iudicijs, & ut tradit Albericus maluerunt lites cum
88 iustitia,& sine grauamine pertransire. † Veraque

raque fuit ratio differentiæ inter ius ciuile,
& canonicum, quia de iure ciuili instantia fi
nitur triennio,l.properãdum,C.de iudicijs,
merito tot appellationes reprobantur, ut
causa faciliter expediri posit,quod non con
tingeret illis admissis, iure autem canonico
est perpetua, c.penult. de iudic. & ideo non
sunt litigatores, ita tractandi, ita post Gul.
Bal.in d.l.2.Perus.in dicto c.super eo. col. 3.
89 quæ bene nota. † In glos. [*sine omni*] ibi,
C.de fruct.& lit. exp.in l.fin. Are.hic occasio
ne quæstionis glossæ distinguit, an & quan-
do priuilegium uni concessum, transeat ad
alium. Quæ materia est satis extranea huic
titu.ideo uideas Bartol.& Cyn.& alios in di-
cta l.fin.Alexand.Ias.Dec.& Curt. Iun. in l.3.
ff.quod quis. iur. qui eam ibi discutiunt.
90 † & ultra eos in notabili casu uide Decis.
Neapol.66.in ordine de quodam debitore,
qui contra creditores suos moratoriam im-
petrauerat.Si enim quem ex eis alia de cau-
sa debitorem suum conueniat,ille cõuentus
potest idem ius impetratum contra eum re
torquere,per dictam l.3.& sic tale priuilegiũ
illi concessum transit ad eum,quod bene no
ta ultra Doctores in locis consuetis (plures
alios similes casus a me decisos curiosus le-
ctor uidere poterit,in l.1.per totum,ff.quod
quis.iur.potissime uerò in secunda parte edi
cti,num.78. quæ cum uideri possint,non trã
scribo.) In glossa [*permittat*,]' concludit
91 † breuiter Areti.quòd non modo in solutio
ne facienda pupillo,sed etiam in alienatione
mobilium sufficit decretum iudicis sine tu-
tore:in alienatione uerò immobilium, etiã
tutor requiritur,& hoc ad literam ante Are-
tinum ponit hic Ioan.Fab.licet Are.eum nõ
citet. Tu uerò idem dicas in alienatione mo
bilium,quæ seruari possunt, ut probatur in
dicta l.lex,quæ tutores,in princ.& circa fin.
92 † Nec obstat text. in dicto §.quid tamen, in
gl.citato, procedit enim specialiter ob con
pulsionem iudicis illa solutio sine tutore, q̃
alias uoluntarie facta non procederet,vt ibi
per Odofred. Vel & secundo loquitur in mi
nore pubere tamen, curatore carente, ut pa
tet ex uersic.permittitur,qui præcedit, talis
enim reputatur paterfamilias,ut per glo. in
l.si curatorem,in fin.C.de in integ.rest.min.
Nil mirum ergo,si solus iudex sufficit, nos
autem loquimur in pupillo & sic sumus in di
93 uersis terminis ab illo tex.† In gl. [*securitas*]
ibi [*quia emptio ex uoluntate*] &c. Conformis
est alia glo.in dicto §.quid tamen,in glo. al-
legato. Aret. tamen hic post Ioan. Fab.taxat
hanc rationem differentiæ inter solutionẽ,
& emptionem, quia etiam aliquãdo emptio
fit ex necessitate,ut in l.magis puto,§.nõ pas
sim, ff.de rebus co. unde ipsi dant aliam ra-
tionem, quæ est, quòd ex quo in alienatio-
ne rerum immobilium, uertitur maius dam
num, ideò maior solennitas exigitur. & ob
id datur in integrum restitutio pupillo læso,
dicta l.si quidem. Sed in solutione pecuniæ
ei factæ agitur de re mobili, ut supra dictum
est superiore §.& sic uertitur minus dam-
nũ, ideo cessat restitutio dic. §. quid tamen.
94 † Tu verò aduerte, quòd eorum reprehẽsio
ad rationem glo.non subsistit.quando enim
gl.dixit, quòd emptio fit ex uoluntate, locu
ta fuit, secundum regulam, quæ ita habet, l.
inuitum.C.de contrah.empt.l.nec emere, C.
de iure del.ipsi uerò loquuntur secũdum fal-
lentias, dum dicunt, quòd aliquando fit ex
95 necessitate. † Quæ uerba supponunt regulã
in contrarium, l.aliquando. ff.ad Vell. & ita
supponit Are.hic,in uer.dic regulariter.Præ
terea necessitas, de qua in dicto §. non pas-
sim,non erat ex parte contrahentis cum pu-
pillo,sicut in terminis gl.nostræ ex parte sol-
uentis pupillo: sed erat ex parte tantum pu
pilli alienantis ob æs alienum,ergo paret un
dique Fabrum, & Aretinum pessime loqui,
& ob id ratio ista glossæ satis tolerari potest
quam tenent hic Christophorus, Odofred.
& Bartol.in dicto §.quid tamen. Cynusq́ue,
& Sal.in d. l.si quidem,ad eam se remittunt.
96 † Fundaturque in ea iuris regula, qua caue
tur magis succurri actum gerenti ex necessi
tate,quam uoluntarie,de qua in l.cum postu
lassem,§.fina.iuncta gloss. ff.de dam. inf.in l.
si fideiussor,§.si necessaria,ff.qui satis.cogan.
& ibi not.Alexand.& alij. uel ut inquit Bald.
in dicto §. quid tamen,dici potest hoc in so
lutione contingere speciali fauore liberatio
97 nis,quæ omnia nota. † In glo. [*locupletior*,]
habes ex ea, quòd pupillus dicitur factus lo-
cupletior.eo ipso,quòd non est factus paupe
rior, per l. in pupillo, ff.de solutio. quod se-
cundum Ioann. Fab. hic procedit in illo ca-
su particulari, quando pupillus rem necessa
riam emit,quæ perijt. Secus autem generali
ter intelligendo.pupillus enim carens debi-
to, & pecunia,dicitur pauperior, nõ autem
98 locupletior. † Vnde pro declaratione huius
rei, quando quis dicatur locupletior, se re-
mittit ad not.per gl.in l.fin.C.pro empt.ubi
glo.ultra casũ dictæ l.in pupillo, ponit duos
alios,quando pupillus habet pecuniam, uel
quid emptum ex ea,qui casus de se sunt cla-
ri,& ad eos semper recurrimus, & illa gl.be-
ne signanda est,secundum Salicet.ibi, eamq;
sequitur Ange. Bald.& Andr. Sicul. in addit.
99 ad eum,& Ioann.Faber hic. † Pulchrum est
autem quærere,quid iuris, ubi non consta-
ret,an pupillus pecuniam haberet, uel quid
emptum ex ea, quis probare debeat, an ip-
se se pauperiorẽ factum, & male consumpsis
se, an uero aduersarius,eum locupletiorem
100 effectum.† & aduersus ipsum pupillum fa
cit,quòd si constat pecunias ad eius manus
peruenisse, ex hoc præsumitur factus locu-
pletior,

pletior, non probato per eum, quod eas in malã partem consumpserit, ut uoluit glossa, quam commendat Angel. in l. utrum, ff. de pet. hæred. sicque arguit Anch. consi. 5. colu. 1. uolens quem præsumi factum locupletiorem, eo ipso, quod recepit pretium, nec apparet consumptum, per l. in pupillo, ff. de solut. ubi in pupillo, cui sine tutoris autoritate solutũ est, dicitur, quod [*hoc ipso, quod non est pauperior fa ctus, locupletior est,*] & sic solum uidetur considerare, quod pecunia peruenerit ad eũ, ad hoc, ut locupletior dicatur. Hanc insuper opin. tenet Soc. consi. 27. uol. 1. & consi. 82. colu. 10. uol. 4. ubi sequitur gl. & Ange. in dicta l. utrũ. dicitque quòd allegans se perdidisse, & fuisse factum pauperiorem, cum hoc dicat pro fundamento suæ intentionis, ut exoneret se ab eo, quod debebat, sibi incumbit probatio talis amissionis, citatque glossam in l. creditor, §. si inter, ff. mand. quæ notat ex illo tex. quòd ex quo cõstat aliquid peruenisse ad aliquem, si dicat cõsumptum, ille, ad quem peruenit, probare debet. Sed & hanc partem tenet Corne. consi. 72. col. penul. nolum. 3. & est de mẽte Alex. in l. si ipsa, ff. quod met. cã. idemque tenet Ioan. Lup. in Rubr. de dona. inter uir. & uxo. §. 48. colum. 1.) & Ruin. consil. 29. in si. uolum. 2. ubi dicit, quod hæc opin. est uerior de iure, quia non præsumitur quis suum consumpsisse & iactasse, l. cum de indebito. ff. de prob. imò præsumitur locupletatus, l. si defunctus, C. arb. tut. Subditq; Ruin. quòd ab hac opin. glo. expresse approbata per Aug. non est recedendum: maxime, quia pro ea est iuris præsumptio, ideo releuatur actor ab onere probandi, & transfertur in illum, qui dicit contrarium, ut not. glo. in l. si tutor petitus, C. de pet. tut. non probando ergo pupillus consumptionem dicitur locupletior, & cum prædictis etiam concordat Soc. Iu. cõs. 150. nu. 38. uol. 1. citans Angelum nedũ in d. l. utrum, sed pariter, in l. sed & si lege, §. quod autem, ff. de per. hæred. dicẽtem, quòd nisi probetur, quòd possessor dilapidauerit in dubio dicitur factus locupletior fructib.

101 uel alijs rebus ad eum peruentis. † Simile uidemus in marito, quòd fructus percepit ex rebus paraphernalib. uxoris, nam præsumitur in dubio factus locupletior nisi probet contrarium. ita Alex. consi. 62. super primo dubio, uol. 2. Bero. consi. 44. num. 6. uo. 3.

102 † Et in alio casu Bero. idem determinat cõsil. 191. num. 49. uolum. 1. dicẽs, quòd socius ad quem constat pecunias societatis peruenisse, censetur ex illis in dubio locupletior factus & inter cætera citat Castrensem, consil. 371. ad primum quæsitum, dicẽtem, quòd postquam pecuniæ fuerunt per tutorem exactæ & ad illius manus peruenerunt præsumuntur esse penes eius hæredem, quia præsumitur ex eis locupletior factus, unde sic in pupillo dicendum uidetur ad ungnem, & ut etiam tenet Anch. Iunior, quæst. 38. num.

103 11. secunda parte.) † In contrarium uero pro pupillo bene facit, nam quandoque contractus est nullus, & tunc aduersarius minoris probare debet eum fuisse locupletatum, nec sufficit illi probare simpliciter rem, uel pecuniam ad eum peruenisse, sed in suam utilitatem fuisse conuersam ostendere debet.

104 l. prædiorum. C. de præd. min. † Quandoq; uerò cõtractus est aliquis, sed petitur rescindi beneficio restitutionis in integrum, & tunc minor probare debet se non fuisse locupletatum, pretiumque non fuisse uersum in suam utilitatem, l. 1. C. si aduer. cred. Ita declarat & distinguit glo. Bart. Bald. Ang. Sal. & omnes in dicta l. prædiorum. Cyn. pulchre, & clare in l. fin. ad fin. C. de rest. in integ. Alb. Ang. Fulg. Roma. & Ias. in l. nam & postea, §. si minor. colnm. fi. ff. de iureiuran. Socin. in consi. 115. col. fin. uolum. 1. (Guil. Mayner. in l. iure naturæ, num. 5. ff. de reg. iur. Gabriel. Roma. in suis conclus. lib. 1. titu. de prob. con

105 cl. 7. nu. 18.) † & ratio utriusque casus est, secundum Barto. & alios, quia unusquisq; probare debet id, quod est fundamentum intentionis suæ, iuxta plene notata per eundem Bartol. in l. in illa, ff. de uerborum obligat. & in l. 1. C. de eden. Unde primo casu, quia minor est reus, & excipit de nullitate contractus, actor uero replicando dicit illum fuisse locupletiorẽ factũ, dẽt hoc probare. At secundo casu, quia minor agens petit restitui aduersus contractum, uigore læsionis, probare debet, quòd non fuerit locupletatus, nec uersum in suum commodum, quo secundo casu proprie consuluit Socin. in dicto consi. 115. at nos uersamur in primo casu quia,

107 † quando solutio fit soli pupillo, nulla est, cum soluens non liberetur, ut hic, in uerbo, [*non liberabitur*] & tradit glo. quam Bar. & alij sequuntur ibi, in l. ait prætor. §. quid tamen. ff. de min. dicens, quòd utraque remanet obligatio, tantoque magis accedente statuto annullante contractum celebratum cum pupillo, uel minore sine solennitate iuris communis, & ipsius statuti, (prout extat Ferrariæ sub Rubr. de contractibus minorum.) meritò pars aduersa uolens sustinere talem solutionis actũ, eo prætextu, quòd pupillus fuerit factus locupletior, intentionem suam probare debet, & sic quòd pupillus pecuniã habet saluam, uel in suam utilitatem eã uer-

108 terit. † Secundo, hanc opin. confirmant Bartol. Bald. & Castren. in l. in pupillo, per illum tex. ff. de solut. dicunt enim, quòd quando aliquem esse locupletem, est causa actionis dandæ, inspicitur tempus litis contestatæ. Nam prout ibi est casus, si pupillo sine tutoris autoritate solutũ est, si quæratur, quo tempore sit locupletior, tempus quo agitur hoc

hoc eſt,litis conteſtatæ, (ut inquit gl.) diſpi-
ciiur. Idemque,ſi doli mali exceptio ſibi op
ponatur.Hinc ergo patet, quòd agenti con-
109 tra eum.† non ſufficit dicere, quòd pecu-
nia, uel res ad eum peruenerit,ſed aliter pro
bare debet,ꝙ tempore litis conteſtatæ ſit lo
cupletior,ut ibi tradit Caſtren.dicẽs, quòd
ſi tunc non eſt locupletior, licet primò fue-
rit,non prodeſt agenti contra pupillum.Cõ
firmatur hoc ex limitatione,quam ſubdit il-
le tex.ex mente Scæuolæ:inquit enim, quod
licet res perierit ante litem conteſtatam, ta
men interdum quaſi locupletior factus ſit,in
telligitur,id eſt, ſi neceſſariam rem ſibi eme-
rit, quam neceſſario ſibi de ſuo erat emptu-
rus, nam hoc ipſo, quòd non eſt pauperior fa
ctus,locupletior eſt. Hinc enim deprehendi-
tur hoc caſu tantum,ſatis eſſe rem ad eũ per
ueniſſe.Secus ergo extra illum caſum, à con-
trario ſenſu, & per locum à ſpeciali, ut tra-
dit Caſtrenſ.ibi,& Salic.in l.fin.C.pro empt.
110 † (quæ duo genera arguendi ſunt ualidiſ-
ſima,ut de primo notant omnes in l.1.ff. de
offi.eius,& ibi dixi,& eſt pulcher tex.in l.qui
teſtamento,§.illius,ff.de teſta.lateque pónit
Euerard.in centuria ſua,c.4.conſil. 2.proba-
tur.in l.quod uero, in l.ius ſingulare, ff. de
legi. in l.1.ff.ad munic. in regul. quæ a iure
de reg.iu.in 6.Petr.Cyn.& alij in l.ſi tutor C.
in quib.caſ. in inte.reſt.Euerard.capitu. 40.)
111 † Tertio adduco tex.in dicta l.utrum, ff.de
pet.hæred.& ibi Caſtrenſ. Dubitat Vlpianus
ibi, numquid bonæ fidei poſſeſſor debeat oẽ
pretium,quod ad eum peruenit, reſtituere,
dato,ꝙ illud cõſumpſerit, an uero Ita demũ
ſi factus ſit locupletior,& ſubdit,quòd verbũ
[*perueniſſe*] de quo in l.item ueniunt, §.idem
placere, ff.eod.ubi dicitur poſſeſſorem tene
ri ad pretia rerum uenditarum, quæ ad eum
perueniſſent, faciebat rem dubiam: ſi enim
peruenerunt,licet non durauerint, quia per
didit,uel conſumpſit,aut donauit;uidebatur
adhuc teneri, quia uerificantũr uerba Sena-
tus.Tamen Iuriſconſultus determinat con-
trarium,dicens, quòd debet conſiderari ſe-
quens clauſula Senatuſconſulti,quę ponitur
in dicta l.item ueniunt,uerſicu.[*eis autem*]u-
bi dicitur, quòd bonæ fidei poſſeſſor tene-
tur,ſi effectus ſit locupletior,& nõ ultra:ſed
ibi non fuit effectus locupletior, quia illud
uerbum [*perueniſſent*] debet intelligi cum ef-
fectu, id eſt,ꝙ peruenerint,& durauerint, ut
ibi tradit Caſtr.declarando textũ. ex quo pa
tet manifeſte,ꝙ quis nõ dicitur locupletior,
ex eo tantum,quòd ad eum peruenerit, ſed
opportet etiam probare,ꝙ peruentio duret
112 & ſic quod res ſit apud conuentum. †Hinc
que patet gloſſam ibi dicentem, quem locu-
pletiorẽ uideri ex ſola peruẽtione rei,niſi ap
pareat de conſumptione in malam partem,
perperam loqui,& contra illum textum,quia
dato, quòd de conſumptione prædicta non
appareat, non tamen præſumitur locuple-
tior ex eo ſolum,quòd appareat rem perue-
niſſe,niſi etiam conſtet,quòd duret,& textus
quem glo.citat ibi pro ſua opi.in l.ſed & ſi le
ge,§.quod autem quis, ff.eod. aliud probat,
uidelicet,ꝙ bonæfidei poſſeſſor de eo, quod
expẽdit de hæreditate,id ſibi imputat, quod
alias erat impenſurus,ſi ſe hæredem non exi
113 ſtimaſſet,quod alio tendit,ut patet. † (& in
tellectus dictæ l. utrũ cóprobatur ex doctri
na Bar.in l.in confirmando, ff. de confir.tut.
ubi per illum tex.dicit,quod ſemel diues,uel
pauper,non præſumitur hodie talis de neceſ
ſitate, quia diminutio,& augumẽtatio facul
tatum,facile contingere ſolet.ſequitur Fely.
in c.ad aures,colum.fi.de reſcri.Natta conſi.
114 510.col.3.†imo uero mirabilis eſt ille tex.
in d.l.utrum,non contentus rem perueniſſe,
ſed etiam, quòd duret requirens; quoniam
regulariter ubi conſtat rem perueniſſe præ-
ſumitur extare niſi per eum probetur amiſ-
ſio,l.teſtium;in fi.C.de teſti.l.publicati, C.de
teſta.l.ſi quis ex argentarijs, §.fi. & ibi Bart.
Caſt.Alex.Iaſ.& omnes,ff.de eden.Fel.in c.ſi-
cut,col.6.uerſ.5.declaratio de re iud.Alciat.
in tracta. de præſump.ſecunda reg. præſum.
25. ſed breuiter illud totum facit poſſesſio
cum bona fide, quia cum bonæfidei poſſeſ-
ſor pati non debeat damnum, l. ꝙ ſi poſſeſ-
ſor,ff.eo.Fulg.in d.l.itẽ ueniũt, in prin. tene
ri dẽt demũ ſi res daret & releuat a probãda
amisſione. cõtraria uero loquũtur in haben
115 te malã fidẽ.) † Et tenendo hanc partẽ non
obſtant contraria.Nam primo quo ad gloſ.
in d.l.utrum,patet eam eſſe reiectam:licet e-
nim autoritas gloſſæ omnes alias autorita-
tes antecellat,ut tradit Bal.in l.cũ hæreditas,
C.depoſi.ſequitur And.Sic.cõſ.j.nu.17.uol.j.
mirifice laudãs gl.& latius Bolog.in repe.au
116 thẽticę,habita.nu.334.C.ne fil.ꝓ pa. †eius
tamẽ autoritas eſt tantũ probabilis,nõ autẽ
neceſſaria,nec illi credẽdũ eſt, niſi quatenus
ratione mouetur,ut per gl.in l. 1.C.de legi.
& in l.ſed licet,ff.de off.præſ.& tradit Cagno.
in l.2.nu.42.C.de reſcind.uend.& eſt text.in
c.ego ſolis, 9.diſt.Sed iſta gl.legẽ,q̃ probet,
117 nõ allegat.Itẽ,nullã rationẽ adducit.†meri
to dicendũ eſt ꝙ locuta fuerit ex capite ſuo,
ut alibi de gl.tradit Bal.in l.res publica,C.ex
quibus cau.maior.in integ.tantoq;magis,ꝙ
cõtra eã ſtat tex.in d.l.utrũ,ſupra põderatus.
118 †Nõ obſtat ẽt, dũ Rui.in d.conſ.29.in fi.di-
cit ꝓ opi.gl.eſſe præſũptionẽ iuris,ꝙ qs nõ
præſumitur iactare ſuũ,& cõſumere.ꝓcedit
.n.in homine diligẽti,& ſtudioſo patrefa. ut
loquitur d.l. cũ de indebito, q̃ qualitas nõ ꝓ
119 batur hic cõcurrere.†iõ ceſſare dẽt præſũ-
ptio,nõ cõſtito de ſigno, ꝑ qđ lex præſumit
hoc eſt, ceſsãte ꝓſuppoſito, unde ſolet oriri
ꝓſũ.qđ Hermogenes in Rhetoricis ſignũ ap-

pellat, ut meminit Alciat. in tra. de præsump.
in tertia parte, ad finem, imo uero aduersus
hos iuuenes de abusu lex suspicatur, l. fina. §.
120 filijs, C. de bon. quæ libe. † Quo uero ad
doctrinam Ange. in dicta l. utrum, & sequa-
cium, de quibus supra, diligentius est ani-
maduertendum, in primis ad distinctionem,
quam super ea facit Alciatus in l. certi condi
ctio. §. quoniam, colum. 5. ff. si certum peta.
secundum quam distinctionem non proce-
121 dit in casu nostro. † Secundo perpendi de
bet, quod multi, & plures numero tenent
oppositum, & primò quidem idem Ange-
lus in consil. 160. Domina Catharina, ad fin.
dicit, quòd aduocatus cautus esse debet, ut
deducat, & probet emptorem ex pluribu. lo-
cupletiorem factum, speciesque locupleta-
tionis deducat: non enim sufficeret deduce
re, & probare, quòd in usus suos conuertit
suæque familiæ. Quia non sequitur, ergo lo
cupletior est factus. Quid enim, si conuertit
splendidius uiuendo, certe non est locuple-
tior, l. sed etsi lege, §. si quis sua, ff. de pet. hæ-
red. Ita pulchre Ange. ibi, & in consi. 133. co.
fina. Super primo puncto dico, quòd de iu-
re idemque tradit Castrens. consil. 17. in cau
sa, quæ uertitur Parperiæ, colum. antepenul.
in antiquis, Curt. consil. 71. colum. 4. nume.
11. Felyn. in c. de quarta, colum. 10. de præscr.
Iason, in l. Nesennius, §. fundum, colum. 2. ff.
122 de re iudi. † Curt. Iun. consil. 28. in fi. ubi
dicit hanc uideri magis communem opin. &
de iure ueriorem. Dec. in l. ex pęnalib. ff. de
reg. iur. quatenus postremo loco refert Cur-
tium in dicto consi. 71. & idem Dec. in l. certi
cōdictio. §. quoniam, ff. si cert. pet. quatenus
123 ultimo loco citat dictū consi. Ange. † nam
ex ultima opin. relata censetur in ea uelle p-
manere, iuxta no. in l. si idem cum eodem, in
fine, ff. de iurisd. om. iudi. & tradit dominus
meus Vbert. Zuchar. in rub. ff. si cert. peta. Et
ita Decium ponderat Cagn. qui & hanc par
tem tenet in d. l. ex pęnalibus, in quam insu-
per incliuat. Fulgn. in l. 1. C. si aduersus cred.
& Aldobrandin. hic, remittendo se ad Dec. in
dicta l. ex pęnalibus, qui hanc partem tenet,
ut prædixi, (i lēque sequitur Maurit. in tra
cta. de resti. in inte. capitu. 222. Anchar. Iun.
quæst. 15. in prima parte, Ruin. consi. 204. co
lum. fi. uolum. 1. & Natta, consil. 15. numero
8. ubi dicit, quòd quando quid proponi-
tur coram iudice, per quod apparet mino-
rem esse obligatum puta, quòd sit sibi mu-
tuarum, nec apparet illi adesse pecuniam, uti
que debet aduersarius probare illum fuis-
se factum locupletiorem, quia non sequitur,
quòd cum illam habuerit nunc & habeat for
124 sam enim male consumpsit. † & ad doctri-
nam Ang. in dicta l. utrum respondit Anch.
Iun. in allegata quæstio. 15. in prima parte
&po Ruin. consi. 113. num. 5. uolum. 5. quod
procedit in maiore qui locupletior allega
tur ex reperuenta ad eum, nam id præsu
mitur nisi probet ipse malam consumptio-
nem, secus uero in minore. Probatur-
que in terminis nostris optima ratione,
quam in casu suo deducit uterque Curtius in
125 consilijs citatis, loquendo de fructibus. † nā
bonæfidei possessor. (ut dicunt) habet regu-
lam pro se, quòd faciat fructus suos, ergo di-
citur habere intentionem fundatam. ille er-
go qui uult adducere fallentiam, per quam
regula non procedat, ex eo, quòd sit fa-
ctus locupletior, debet eam probare, iuxta
doctrinam Bartoli communiter receptam
in l. ex quacunque, ff. si quis in ius uoc. non
ie. tradit Dec. & Cagnol. in l. 1. ff. de regulis
iur. Crau. consi. 77. nu 4. hæc enim ratio con
cludit ad vnguem hic in pupillo qui habet re
gulam pro se, quòd ex solutione sibi facta si-
ne tutore non teneatur, ut hic, unde aduersa
rius qui, ut hanc regulam declinet, dicit eū
factum fuisse locupletiorem, id probare de-
bet, aliter quam adducendo rem simpliciter
126 ad eum peruenisse. † In gl. petar, habes ex
ea, quòd pupillus non debet esse de præda so
licitus, & sic cum aliena iactura locupletari,
non debet, imò ultra glossā tenetur inquan-
tum factus est locupletior, l. 1. §. primo, ff. de
autor. tuto. & quod inquit glossa in pupillo
pro generali regula cauetur in l. nam hoc na
tura, ff. de cond. indeb. in l. iure naturæ. ff. de
reg. iur. & in c. locupletari, eo. titu. in sexto,
(ponit Laurentius Rirchoff. consi. 9. tomo se
cundo diuersorum Germaniæ, nu. 58. cū se-
127 quen.) † Proceditque hæc regula etiam in
ecclesia, quæ si facta sit locupletior, obliga-
tur, ut per glo. & Bartol. in authen. qui res, C.
de sacrosan. eccle. Abb. in c. si quis præsbyte-
rorum, in fine, de rebus eccle. non ali. cum si
milibus, quæ Dec. ponit in dicta l. iure natu-
128 ræ. † Ideq; uidemus in statuto tollente ex-
ceptiones, ut locum non habeat, si cōtingat
quē locupletari cū aliena iactura, nam eo nō
obstante potest iudicis officium implorari,
ita Bart. & Angel. in l. plane, in fi. ff. de pet. hæ
re. Abb. Fel. & alij in c. ex parte, secundo, ff. de
off. del. Dec. in d. l. iure naturę, & abūde Mar.
singu. 88. In gl. [*nihil,*] & in uerbo, [*soluerit,*]
ibid. C. si aduer. solutio. l. 1. habes utrobique,
ꝙ debitor soluens pupillo cū tutoris autori-
tate, ipso iure liberatur, p illā l. primam, quæ
tamē loquitur in adulto. Idē tamen est in pu
pillo, ut est casus in l. Lucius, §. fin. ff. de admi
129 nist. tut. q̄ uide. † In gl. [*condemnabitur*] ibi, [*non
extraneo.*] Cōtrariū tenet gl. in d. l. filius. 2. q̄
glo. hic citat, in uer. [*actione*] sufficit. n. ꝙ q. s.
hēat cām a pupillo, licet sit extraneus, ut no-
mine pupilli possit restōnē petere, cum ea ce-
di possit ēt extraneo, l. ꝙ si minor, & ibi not.
Doct. ff. de minor. Faber. & Aret. hic (& est ēt
tex. i l. si minor, ff. de admi. tuto. quem citat
Maurit.

Mauriti, in tracta. de restit. in integ. c. 17. ubi rõne comprobat hãc conclusionẽ, ut per eũ)
130 † Hinc uidemus infantem, uel pupillũ morientem hæreditate non adita, transmittere ad hæredem suum beneficium restitutionis in integrum aduersus omissam additionem ut tenet Bar. in l. si infanti, C. de iure delib. & alij plerique, quos referunt Ale. & Ias. ibi, dicentes hanc esse commu. opi. prout etiam testatur Soc. consi. 9. col. 7. uol. j. & late plures citans, Guli. Bened. in cap. Raynutius, in uerbo, mortuo itaque testatore, 2. num. 179. de testam. Dominus meus Riminal. in cons. 20. nume. 15. & in consi. 120. nume. 3. (& late ponit Mauritius in dicto tract. c. 15. per totum idem quoque Lup. in Rub. de don. int. uir. §. 48. Port. Imo. lib. 3. concl. 12.) probaturque opinio glo. in dicta l. filius, quam glossa hic pro se citat, & tamen contra eam facit, ibi. n. loquitur de curatore bonis dato, & sic de persona extranea, quæ tamen in locum pupilli fuerit surrogata, dubitatque an utilem actionem habeat aduersus Sempronium, de quo ibi, quæ dubitatio sane fuisset supina, si non potuisset de iure ille curator agere. Concludit tamen ideo eum actionem non habere, quia Sempronius soluendo fuerat liberatus, idque secundum glo. ibi, quia solutio fuerat facta cum iudice, uel salua erat pecunia, quæ si cessarent bene actionem haberet, ut gl. sentit in glo. [*soluerit,*] in fi. ibi [*uel sine eo*] gloss. male loquitur ex his, quæ supra dixi in glossa permittat, ubi uideas causa breuitatis.
131 † In glossa fi. primam habes ex ea conclusionem, quòd pupillus non potest soluere sine decreto id, quod sine eo alienari non poterat, l. magis puto, §. si pupillus, ff. de rebus eo. quem sic etiam ibi Dyn. & Alberic. intelligũt, exponentes, si pupilus spoponderit qd, quod sine decreto alienari non poterat, idq; suadetur ex præcedentibus, & sequentibus, ubi loquitur de fundo, & sic re immobili, quæ sine decreto alienari non potest, l. lex, q tutores, C. de administratio. tuto. Ergo pari modo dicendum est illum, §. si pupillus, intelligendum fore, iuxta l. si seruus plurium, §. si
132 na. ff. de legat. 1. † Fallit autem ista conclusio, ut non procedat, quando obligatio, ex qua sequitur solutio originem sumpsisset in alia persona, quam pupilli, cui pupillus postea successisset, tunc enim sine prætore posset pupillus soluere, & illam obligationem dissoluere. Ita probatur ibi in §. sed si pater,
133 cum duobus sequen. † (& ratio esse potest quia hęres debet esse eiusdem iuris cuius defunctus, l. hæredem, ff. de regu. iur. unde sicut defunctus potuisset soluere simpliciter cum maior esset, ita & pupillus eius hæres.)
134 † Secunda est conclusio, quòd si pupillus soluerit cum autoritate tutoris, quod sine decreto poterat alienari, ualet solutio, nec restituitur, cũ non sit deceptus, pro quo citat Aretin. text. in l. uerum, §. item non restituitur, ff. de minor. ubi minor non deceptus, non restituitur. Facit bene text. in l. 2. §. 1. ff. ad Velle. ubi deceptis, non decipientibus iura subueniunt. quæ autem debeant concurrere ad petendam restitutionem, & de modo libellandi, uidendus est Bald. in d. §. item non restituitur, late Alexand. & Ias. in l. nam & postea, §. si minor, ff. de iureiur. Tertia est conclusio, quòd si pupillus sine tutore soluerit, consumptione solutio recõciliatur, quod secus dicit esse in mutuo Aretin. remittendo se ad dicta per eum, in præcedenti, §. in glos-
135 sa condici. sed ibi eum damnaui. † In ea. glo. in fi. stat ex ea conclusio, quòd si pupillus soluerit debitum naturale tantum, poterit illud repetere restitutione in integrum petita, q opin. tenuit etiam glo. in l. illud, ff. de minor. & in l. interdum, ubi Ioan. & Azo idem tenuerunt, ff. de condictio. indebi. quos secuti sunt Alberic. Odofred. & Salicet. Alberi. Iacob. Butri. Rayn. Guil. de Cun. & communiter Doctores, ut refert, & sequitur Salic. post dominum suum, in l. fi. C. si aduer. solu-
136 tio. † Contrarium uero, quòd imo ipso iure sine aliqua restitutione necessaria detur pupillo repetitio, tenet hic Aretin. quam sententiam tenuit Placentinus glossator, in dicta l. interdum, & late Bartol. Castrens. & Iason post eum, qui Ias. numero 6. dicit hanc esse ueram, & communem opinionem. Differentiaque secundum has opiniones in
137 eo consistit. † nam secundum primam opin. duo requiruntur iudicia, primum rescindens, per quod impetratur restitutio a iudice, officio nobili, l. quòd si minor, in fine, ff. de minoribus, declarat Bartol. in l. 1. columna 3. ff. de iurisdictio. omnium iudic. ubi cæteri sequuntur. Secundum uero iudicium est, quia obtenta tali restitutione intentabit pupillus condictionem indebiti, attenta uero secunda opin. a principio condictio indebiti poterit intentari, & sic uno tãtum iudicio opus erit. Ita Paul. de Castro cõsiderat in dicta l. interdum, columna 2. in principio, (latius ponit Mauriti. in tracta. de restitutio. in integ. capitu. quarto, & 5,) Tu
138 † uero dicas, quòd præsupposita quoque prima opinione dumtaxat uno iudicio res poterit expediri, cumulando simul in eodem libello officium iudicis rescindens, & actionem rescissoriam, dicendo hoc modo, Peto me restitui per officium iudicis, & post modum restitutione mihi cõcessa talem cõdemnari ad reddendam mihi pecuniam, uel quid aliud, ut tradit Iacob. Butrig. & Sal. in d. l. interdum, Dy. Bal. Ioan. Fab. Nicol. de Neap. Iacob. de Rauen, & alij quidam, quos refert Ias. in §. rursus, col. fi. infra. de actio. ubi hanc partem tenet, quam magis commu

nem appellat, & pluribus exemplis cõfirmat
ut per eum latius ibi, quod hic aliter non di
139 scutio, cum ibi sit locus suus. † In principa
li uerò articulo, an opus sit restitutione, uel
non, latus esset disputandi campus, de quo
per Doctores in locis supra commemoratis
ad quos me remitto in terminis, quibus lo-
quuntur. In terminis uero, de quibus glossa
nostra loquitur, puto eam bene loqui, Areti
num uerò malè: loquitur enim gl. de pupil-
lo, qui legitime soluerit, id est, cum tutore, vt
idem Aretin. exponit: hoc enim casu uerum
est ei opus esse restitutione, antequam repe
tat. lex autem, interdum, & consimiles, quæ
nullam de restitutione mentionem faciunt
loquuntur de pupillo, qui sine tutoris auto
ritate soluerit, & in his terminis articulus est
disputabilis ibi per Docto. ad utranque par-
tem. Communis tamen & uerus est secundũ
Iason. ibi, quod restitutio non requiratur, quod
& glos. tenet hic in fi. ibi, alias, hoc est, quan
do non legitime, & sic sine tutore soluerit,
suo iure condicet, & sic absque restitutione,
citando dictam l. interdum, quæ hoc casu lo
quitur: ubi uero tutoris autoritas interuene
rit, uerissimum puto, quòd restitutio sit ne-
cessaria, quam opin. tenuit etiam alia gl. in
dicta l. fi. C. si aduer. solut. & ita ibi Baldus o-
piniones concordat, & tenet opinionem gl.
ibi, quæ huic est conformis. Et ex his cũ lau-
de Dei finis sit huic pulcherrimo titulo Inst.
quibus aliena. licet, uel non.

HIPPOLYTVS

RIMINALDVS

In Rubrica, per quas personas ius nob. acquiritur.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio Christophori, & Aretini sit aremotis, ut auctor demonstrat. 2.*
Et aliter continuat. 4.
3 *Quod in consequentiam uenit, non attenditur.*
5 *Res inanimata numquid nobis acquirat Angelus, n. quò l sic.*
6 *Sed auctor post alios contra. 7.*
7 *Deinde limitatur in implemento conditionis, quod per innominatam rem potest expediri. 14. & aliter. 15.*
8 *Aqua per se fluens non põt inducere præscriptionem. Sed ue [illegible] quæsitum retinet. 15.*
9 *Intellectus §. ex his Inst. per quas person. ius nob. acquir.*
10 *Minor. si procuratorem constituerit cum debitis solennitatibus statuti poterit procurator actum explicare sine alia solennitate.*
Quid autem si mandatum fuerit generale. 11.
12 *Angelus in l. statu s ff. de usufr. declaratur.*
13 *Bart. in l. Caius ff. de annu leg. declaratur.*
14 *Statutum, quòd cuius equus prior ad brauium peruenerit lucretur præmium, si rogatius ceciderit & equus prior fuerit, dominus præmium consequetur.*
16 *Rubrica glossa per quas perso. quomodo melius staret.*



1 HANC † Rubricam] Christo
phorus, & Are. cõtinuant hoc
modo. Visum est suprà de mo
dis acquirendi dominiũ, nunc
uero de personis illud acqui-
rentibus. Quæ continuatio licet ipsi non di-
cant, fuit de mente glossæ hic, dum relatis il
lis duobus carminibus Horatij in primo ser
monum subnectit, quòd etsi multis modis
res nobis acquirantur, prout hucusque tradi
tum est à §. singulorum, suprà de rer. diui. ta
men certis sunt homines, per quos acquiri-
tur, sentiens post eos acquirendi modos e-
narratos, de his hominibus, per quos acqui-
ritur, esse dicendum, meritò hunc titulum
fuisse hic positum. Similem facit continua-
tionem glossa in l. acquiritur, in princi. ff. de
2 acquir. rer. domi. † Sed hæc continuatio, ut
a remotis mihi non placet, contra l. 2. ff. de
sta. ho. iamque alibi sæpe receptam senten-
tiam Aretin. noster testatur supra in proœ.
in fi. princ. Ias. cæterique Moder. in rub. infra
de actio. Alexand. & alij in rubr. ff. soluto ma
tri. Hier. Cagnol. in rubri. ff. de reg. iur. & Go
mes in rubri. de consti. in 6. dicentes ad pro-
xima continuandos esse titulos: nõ enim in
præcedenti titu. de aliquo modo acquiren-
3 di dominium agitur. † (& licet in §. nunc au
tem admonendi. dixerit, quòd omnes res
pupillo dari possunt & sic per eũ acquiri, ta
men id obiter dixit propter alienationem si
bi interdictam de qua principaliter totus a-
git ille titulus, vnde non debet attendi, quod
in consequentiam uenit, nec ab eo fieri con-
tinuatio, l. si quis nec causam, cum ibi no.
4 ff. si cert. petat.) † Meritò sic plane continua
ri potest. Supra uisum est de personis, qui-
bus licet alienare, uel non, hic uerò de per
sonis per quas licet acquirere, uel non. Pul-
chra tamen exoritur dubitatio, numquid e-
tiam per res inanimatas, uel quæ ratione ca
rent, ut sunt beluæ, furiosi, & id genus, no-
bis quæratur. Quam quæstionem solus Bal-
dus hic excitat, meminitque supra de illa di
5 xisse, sed ubi, non aperit. † Et in primis
in partem affirmatiuam inclinat text. in §.
præterea, supra de rerum diu. ubi flumen per
alluuionem nobis acquirit, licet inanimatũ
sit. Secũdò stringit tex. in §. ex his, infra eo.
ibi [& per hanc possessionem etiam dominium] &
sic possessio licet inanimata, nobis dominiũ
acquirit.

acquirit. Tertiò accedit text, in l. 1. §. item ac
quirimus, ff. de acquiren. poſſ. ubi ex cauſa
peculiari infans, & furioſus acquirũt, quos
tamen conſtat intellectum rationemue non
habere, §. furioſus, cum ſequen. infra de inu-
til. ſtipul. (imo dici ſolet, quòd talis ętas quic
quid uidet ignorat, neque ſcire neq; diſcer-
nere poteſt, l. 1. C. de fal. mo. l. pupillus, ff.
de acquir. hæredit. Crot. conſi. 60. nume. 16.)
6 † Quartò, confirmatur autoritate Angel. in
l. ſtatuæ, ff. de uſufr. ubi poſt gl. infert, quòd
datum cani, uel animali alicuius, non ob-
ſtante, quòd ipſum animal non ſit capax, ta-
men pertinet ad dominum eius, & ſic illud
animal domino quærit, ſecundum Ange. qđ
etiam fuit de mente Fel. in c. dilectus, colum
na 1. de offi. ord. ubi dicit, quòd ſi ſtatua, uel
imago non nihil diuinitatis repræſentat, do
natum illi eſt domini, iuxta glo. in dicta l. ſta
tuæ. ſentit enim ex hoc per illam ſtatuam do
mino acquiri. Quinto uidetur eſſe. deciſio
Bar. in l. Caius, in fi. per illum tex. ff. de annu.
leg. ubi no. ꝙ ſicut quando legatur ſeruo
meo, mihi acquiritur, ita quando rei meę le
gatur, & ſic per eam uidetur mihi acquiri, ſe
7 cundum Bartol. † Pro parte uero negatiua
multa faciunt, & primo quidem tex. in l. 1. §.
adipiſcimur, ff. de acquir. poſſ. ubi furioſus, &
infans non poſſunt acquirere poſſeſſionem,
licet enim in eis concurrat inſtrumentum
corporis, non tamen animus & uoluntas ad
poſſeſſionem quærendam neceſſarius, iuxta
legem, quemadmodum, ff. eod. Cõfirmatur
hoc ibi, (ſicuti ſi quis dormienti rem in ma-
nus ponat,) licet enim manus ſit proximum
inſtrumentum ad poſſeſſionem quærendam
quia tamen deficit animus, & intellectus eo
tempore, non quæritur poſſeſſio illi dor-
mienti. Secundo, idem probat tex. in dicta l.
1. in §. cæterum, ubi per furioſum non quæri
tur poſſeſſio, [*per quem enim uolumus poſſidere,
talis eſse debet,*] inquit tex. [*ut intellectum habeat
poſſidendi.*] Tertio accedit tex. in l. nõ hoc, C.
unde legi. ubi poſſeſſio hæreditatis ſola non
probat eius acquiſitionem, niſi de animo cõ
ſtet acquirendi. Ex quo colligitur, quòd res
inanimata acquirere nõ poteſt. Quarto hãc
opinio. tenet gl. no. in dicto §. ex his, in uer
bo, per hanc, & idem Barto. Angel. Imo. Ca-
ſtrenſ. & Alexand. in dicto §. adipiſcimur, &
melius in §. item acquirimus uolentes, ꝙ
per ſeruum furioſum mihi poſſeſſio nõ quæ
ratur ſicut nec per lapidem. Idemque tenuit
Bal. in l. ſi de proprietate, col. pe. C. ſi à nõ cõ
8 pe. iud. † & in capi. 1. §. ſi quis de manſo, de
cõtro. inueſt. dicens, quòd aqua per ſe ipſam
defluens, non poteſt inducere præſcriptionẽ
quia eſt res inanimata, per quam nihil nobis
acquiritur. Sequitur Cæpol. in tract. de ſeru.
urb. præd. c. 22. nu. 4. & Iaſ. in d. l. 1. in princi.
nu. 77. damnando Bar. ibi, ff. de acq. poſſeſ. Ex
quibus facile patet hanc eſſe communem, &
tenendo, non obſtant contraria, & primo
tex. in dicto §. præterea, illa enim acquiſitio
à iure gen. inducitur, non autem flumen id
de ſe agit. Ita ſonant uerba ibi, [*iure gentiũ ti
9 bi acquiritur.*] † Secundo, non obſt. §. ex his, de
bet enim intelligi per hãc poſſeſſionẽ à pro-
curatore quæſitam, ut ſupra dixerat, acquiri
etiam dominium ſcilicet a dicto procurato
re, non autem à poſſeſſione dumtaxat, cum
ſit res inanimata, & ita glo. ibi & bene inter
pretatur. Tertio non obſtat tex. in d. §. itẽ ac
quirimus. id enim ſpeciale eſt in cauſa pec-
uliari, quia uoluntate noſtra infans, uel furio
ſus finguntur poſſidere ob peculium eis cõ-
ceſſum, & ſic uoluntas noſtra ab initio inter-
ueniens tempore cõceſſi peculij ſupplet de
fectum animi, & intellectus eorum, & ſubin-
de acquiſitiones poſtea faciendas, abſq; eo,
10 ꝙ iterum cõſentiamus, † prout ſimili modo
uidemus, ꝙ ſtãte ſtatuto, ꝙ minor nõ poſſit
contrahere ſine ſolẽnitate duorum cõſangui
neorum, & decreti iudicis, ut hic extat Ferra
riæ, ſi minor cum his ſolennitatibus procura
torem conſtituerit ad talem actum, uel con-
tractum peragẽdũ in ſpecie, iã ultra in actu
illo conficiendo eadẽ ſolennitas non eſt ne
ceſſaria, ſed de ſe procurator illum contractũ
poteſt abſoluere, ut uoluit Federi. de Sen. in
conſi. 100. Abbas ſubiectus. col. 2. de quo me
minit Rim. meus in cõſ. 67. nu. 2. in conſ. 85.
nu. 3. & in conſi. 178. nu. 6. (ubi in apoſtillis
idem firmaui.) Idemque latius uoluit Laur.
de Rodul. in rep. c. ſine exceptione, 12. q. 2. in
10. q. Soc. in d. §. item acquirimus, colu. 4. in
7. concl. & poſt eum Iaſ. ibi, nu. 4. Idemq; po-
nit Soc. in l. ſi quis nec cauſam, in prin. uer. ex
tra materiã, ff. ſi cer. pet. cõcludens, ꝙ omnes
Doctores Italiæ ita conſuluerũt, hancq; par-
tem firmat in conſ. 254. col. 2. in prin. in 2. uo
lum. & Io. Camp. in tra. de dote, in 5. parte, q.
108. Et nouiſſime Andr. Tiraq. in libro ſuo
de legibus connubialib. in uer. contracter, in
11 gl. 3. nu. 184. † quam concluſionem licet ple-
riq; alij cõfirmẽt, etiam ſtãte mandato gene
rali ad contrahendũ, puta ad uendẽdum, ſed
nõ tale quid nec tali modo, ut uoluit Cuma.
in l. apud Iuli. §. fi. ff. de leg. 1. & Alex. in conſ.
189. uol. 7. apud me tamen hoc caſu ſatis pe
riculoſa uidetur, cũ infiniti contra ſentiant,
prout Fed. de Sen. & Laur. de Rodul. in locis
ſupra commemoratis, Soc. & Iaſ. in d. §. item
acquirimus, Aret. in l. mutum, col. pe. & fi. ff.
de acq. hær. Soc. in conſ. 112. co. pe. uol. j. Cac
cial. in l. 1. nu. 93. C. de ſumma triuit. dicens, ꝙ
multi Docto. ita in q. de facto conſuluerunt.
Marl. in ſingula. 255. Alciatus, in l. tranſactio
nẽ, col. pe. C. de tranſ. Tiraq. ubi ſuprà. Et po
ſtremo loco Pariſ. in conſil. 99. numero 37.
uolumine j. & ad text. in dicto §. item acqui
rimus, qui in contrarium pungit Iaſon

ibi, & Tiraquell. respōdeur, quos per te uide. (& secundum distinctionem prædictam man dati generalis uel specialis se quoque res sol uit post multos allegatos Gabrielius Roma. in suis conclusionibus, lib. 6. tit. de reg. iu. cō
12 clu. 2. nume. 35.) † Non obstat decisio Ange. in d. l. statuę, quia malè infert Ang. ibi ex glo. dum enim gl. ibi dicit fructum percipi posse ex statua, quia quilibet daret unum numū, ut possit uidere, ut fit de Leone, qui est Florentiæ, noluit dicere, quòd datum statuę, uel Leoni, quæratur domino, ut infert Ange. Sed uoluit sentire, quòd sunt domini statuæ, uel Leonis, qui alios introducunt uidendi causa statuam, uel Leonem, & sic eo medio lucrantur, non autem statua, uel Leo de se quærūt, & ita reperio, quod Odofred. ibi declarat.
13 † Ad dictum uerò Bartoli in dicta l. Caius, respondeo, quòd Bar. ibi non dicit, quòd legatum factum rei meæ, mihi quæratur per eam sed quod uidetur mihi relinqui, quod inde pater, quia finitur cum persona mea, ut ibi dicitur in fi. tex. hæc tamen secūda pars licet apud oēs sit cōis, dubia mihi ualde redditur ex duob. Primo, per tex. in l. ergo, §. flumina, ff. de acquirē. rerum dominio, ubi dicitur, ꝙ [*flumina censitorum uice funguntur, ut ex priuato in publicum adducant, & ex publico in priuatum*,] & sic auferunt, & dant dominium more iudi cum, secundū glossam, & Doctores, & tamen sunt res inanimatæ. Secundò ualde stringit tex. in l. si quis sciens, C. de rei uendic. ubi clare dicitur, quòd [*solum*,] id est, terra [*magis suum facit domino*,] hoc est illi quærit, [*segetem uel plantas, quam huiusmodi factum*,] hoc est plātatio, uel seminatio plantanti, uel seminanti. Et sic aperte dicit terram domino quærere, quæ tamen est inanimata. Vnde pro solutione horum dubiorum, cogita si uis cōmu-
14 nem tenere. † Quam tenendo, limita nō procedere in implemento cōditionis, quod per inanimatam rem expediri potest, exemplū stante statuto, quòd ille cuius equus prior uenerit ad brauiū, lucretur illud, licet enim Regatius, qui erat super equo, cadat, equusque solus (prior tamen) peruenerit ad brauium, tamen illud lucrabitur dominus equi, ueluti impleta conditione per equū. Ita Dynus, Bartolus, Albericus, Aret. Ale. Ias. & om nes in dicto §. itē acquirimus, ea ratione, ꝗa implementum conditionis est facti, lege 5. ff. de conditionibus & demōstrationibus, ideò sufficit de facto, & per rem intellectu caren-
15 tem eam impleri. † Idem dicendum est in conseruando ius quæsitum, ꝙ res inanimata bene facit l. qui fundum, in fine, ff. queadmo. ser. amit. ubi per aquam fluentem sua sponte per riuum ius aquæ ducendæ retinetur. Et ita per illum text. fuit de mente Bal. in l. si de proprietate, col. pen. C. si a non competente iudice, & clare ponit Ias. in l. 1. in prin. nu. 78. ff. de acq. poss. motus ea regula triuiali, quòd facilius conseruatur ius in esse deductum, ꝙ quod de nouo quæratur, l. patre furioso ff. de his, qui sunt sui. c. quemadmodum, de iureiu ran. cum simil. Vnde nil mirum, si res inanimata, quæ acquirere de nouo nō potest, ius tamen qnæsitum potest conseruare, & retine
16 re. † In eadem gl. ibi [*de quibus hic titulus secundus dicit*,] tu caue, licet alij non dicant, ꝙ de septima persona supra p glossam posita, qua lis est is, in quo usum dumtaxat habemus, titulus iste mentionem nō facit, sed bene duę glossæ, altera hic in ordine secunda, altera uero in §. de his, infra eod. Vnde forte melius staret hæc glosa, prout in recentiore codice reperio si diceret, de quibus hoc tit. dicitur. quæ uerba uerificari possunt, licet text. hoc non dicat, cum glossæ supradictæ hoc dicāt, quod etsi leuiusculum, nota. In eadem glos sa ibi, differt autem, dic ut in ea, quam Christopho. sequitur, Balduinus cæterique consentiunt. Et finita rubrica, iam ad contextū descendo.

IN PRINCIPIVM PER QVAS Personas ius nob. acquiritur.

SVMMARIVM.

1 *ACQVIRI nobis per quos possit.*
2 *Quod nostrum est, sine facto nostro ad aliū transferri non potest. Sed declaratur. 8.*
3 *Quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito.*
4 *Voluntas tua, non est uoluntas mea.*
5 *Factum unius non est factum alterius.*
6 *Stipulatio ad quod inuenta fuit.*
7 *Acquisitioni non semper uocare possumus.*
9 *Princeps, uel respub. ex causa bene ius nostrum in alium sine facto nostro transferre potest.*
11 *Casus non est figurandus, ubi ponitur regula. Et in eo deceptus Aldobrandinus. 12.*
13 *Quis non dicitur esse in potestate sui met, & de ratione. 15.*
14 *Dictio etiam, includit diuersas species ab expressis.*
16 *Filij, & serui dicuntur, esse in potestate nostra.*
17 *Serui usufructuarij non dicuntur illius.*
18 *Seruus usufructuarius si stipulatur ex re mea domino proprietario sibi quærit, sed ille tenetur reddere mihi conditione sine causa, quod Areti. & Imo taxant. Vel officium iudicis implorari potest. 19. Quod auctor confirmat. 20.*
20 *Iudicis officium datur mihi contra retinentem rem meam sine iusta causa.*
21 *Et etiam male fidei possessori ne quis locupletetur cum eius iactura.*
22 *Seruus usuarius non quærit ex opera sua domino usuario. Sed contra per Aret. & alios, unde distinguit auctor. 23.*

Vsus



CQVIRITVR *nobis non solũ per*] summatur, & diuiditur hoc principium, ut per Areti. & clarius per Christophorũ. Casus autẽ sic formari potest. Quaesitum fuit, numquid per nosmetipsos tantum, an uerò etiam per alios in tex.enu
1 meratos posset nobis acquiri. Et † prima cõsideratione dicendum uidebatur, quòd per uos tantum, per tex.in l. quaecunque, ff.de a. & i.& obligat.ubi dicit Paulus [*Quaecunque gerimus, cum ex nostro contractu originem trahunt, nisi ex nostra persona initium obligationis sumant, inanem nostrum actum efficiunt, & ideo neque emere, uendere, contrahere, ut alter suo nomine, recte agat, possumus.*] atque idem Paul.in l. Quintus Mutius in fi. dicit, [*nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cauere potest, idẽque multis principum rescriptis confirmatur, quib. alteri nominẽ stipulari uel acquirere posse cauetur,*] ut in l.3.& fi.C.de inuti.stipu.in l. si genero. C.de iure dot. & in l.1.C. per quas perso. & harum decisionum ratio per quam non mediocris difficultas in hoc tex. nasci uidebatur, duplex adferri poterat. Prima, sicut .n.
2 id, qđ nostrum est, sine † facto nostro ad aliũ transferri non potest. l. id quod nostrum. ff. de reg.iur.l. si unus. §.ante omnia, ff. de pact. & sic ut ius nostrum in alium transeat, opus est facto nostro, id est, uoluntate nostra, ut sic illa uerba [*facto nostro,*] exponuntur ibi per Dec.& Cagno. Ita econtra uidebatur, quòd alienum ius sine facto nostro in nos transfer
3 ri non posset, † ut quod operatur propositũ in proposito, idem operetur oppositum in opposito.l.& si contra.ff.de uul.& pup. l.fi.§.fi.ff.de leg.3.Soc.& alij in rub.ff.de acq. pos. Sed clarum est, quòd uoluntas unius nõ est uoluntas alterius, iuxta illud, [*uelle suum unicuique est.*] † (& pulchre declarat Paris. cõsilio
4 38.nume.40.uolumi.3.ubi ratione probat quare uoluntas tua non est uoluntas mea, quia uoluntas nihil aliud est nisi anima uolens, & anima mea, & tua non sunt una, & eadem in substantia.) † sicut nec factum unius
5 est factum alterius. Imo ex diuersitate perso

natum

narum, inducitur operarũ diuersitas, ut est tex. qui ad hoc continue allegatur, ut ibi notat Ang. in l. si non sortem. § libertus. ff. de cond. ind. & ideo secundum eum, tex. in authen. de instru. caut. dicit, quòd aliter scribit senex, aliter iuuenis, merito nusquam uidebatur per alios posse nobis acquiri, sed per
6 nos tantum. † Secunda ratio esse poterat, quia inuentæ sunt huiusmodi stipulationes, uel obligationes ad hoc, ut unusquisque sibi, quòd sua interest, acquirat. Cæterum, quòd alijs detur, nihil interest stipulatoris. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uer. obl. §. alteri, infra de inuti. stipul. ergo nil mirum, si acquisitio non ua-
7 let, nec fieri potest. † Contrarium tamen Imperator hoc loco decidit, post Caium, in l. acquiritur. ff. de acq. rer. dom. ratio decidendi esse potuit, quia non semper acquisitioni operam dare possumus, iuxta illud, non omnia possumus omnes. Et quod habetur in Authen. de consan. & ut frat. col. 2. ibi, [*multa nã que sunt hominum, & anxietates innumeræ,*] merito, ut laxior esset acquirendi facultas, dispositum fuit nobis acquiri posse per enumera-
8 tas hoc loco personas. † Non obstat; prima ratio dubitandi, id enim factum nostrum, sine quo ius nostrum in alium non transit, nõ ad hoc solum refertur, nec ita coarctatur, quasi nos ipsos id facere oporteat: uerum etiam si uoluntas nostra quoquomodo accesserit, id facto nostro ascribitur, ueluti si cui libera negotiorum administratio per nos concessa fuerit. §. uenditæ. in fi. supra, de rer. diui. sicq; diligenter declarat textum in d. l. id quod nostrum, Ferrarius ibi: merito nec in acquisitione, quæ longe benignior est, quam alienatio ut supra de auth. tuto. in prin. sic stricte capi debet, quominus facto nostro imputari possit, si personæ hic enumeratæ nobis acquirãt. (tantoque magis, quia qui per alium facit per seipsum facere uidetur. c. qui per alium, de regulis iu. in 6. cum potissime personæ de quibus hic. personam nostram repræsentent.)
9 † Secundo respondetur, quod sicut ex causa bene ius nostrum in alium sine facto nostro transferri potest, si Princeps id agat, uel respublica. l. item si uerberatũ. §. 1. cum ibi not. per Bar. ff. de rei uendi. l. Lucius. ff. de euict. & plene habetur per Fely. & Deci. in c. quę in ecclesiarum. de consti. per Bar. & alios in proœ. Digestorum. Deci. in consilio 269. colum. 3. 271. columna 3. 403. num. 14. 410. colum. 2. Goza. consi. 5. num. 14. Craue. consil. 5. num. 4. cum simili. Ex quibus ita signanter ibi limitant d. regulam. l. id quod nostrum. Decius, & Cagno. ita bene conuenit, ut lex, & Imperator hic ex causa introduxerit per alios, quã per nos ipsos, & sic sine facto nostro ius nobis acquiri posse, & causa potuit esse, quã su-
10 pra in decidendo perpendi. † Secunda quoque ratio dubitandi cessat in personis, de quibus in textu nostro: earum enim interest illis acquiri, quibus subiectæ sũt, ut obsequijs suis, eorum liberalitatem, ac beneuolentiam prouocent. l. 1. C. de reuoc. dona. merito propter earũ interesse ualere debet acquisitio, iuxta no in §. si quis alij. infra, de inuti. stipu. eoque modo resoluuntur omnia iura supra deducta, ut l. quæcunque, & consimiles, pro-
11 cedunt enim cessante interesse. † Hic est casus satis apposite consideratus, licet Aldobrandinus hic dixerit non esse figurandum casum hoc loco, ubi regula tradebatur earũ personarum, quę nobis acquirunt cuius prę suppositum si uerum esset, tolerari posset cõclusio sua, quam ante eum firmat Alberic. in l. ex hoc iure. in princ. ff. de iust. & iu. & Ange. post Iacob. Butr. in l. 1. ff. de rer. diui. quos ipse non citat. (& quibus addi possunt Caccialup. & Cagno. in l. Imperium. & ibi quoque dixi, num. 2. ff. de iurisf. om. iud.) Sed ue-
12 reor † ne longe erret ex eiusdemmet testimonio posito infra eo. in §. ex his. ubi textu ponente regulam, quòd per extraneam personam diuersam ab enumeratis hic nobis non quæratur, subdit ipse Aldobran. id esse, quia exceptio firmat regulam in non exceptis. l. nam quod liquide. ff. de penu leg. sentiẽs hic traditam fuisse exceptionem eorum, qui nobis potestãt acquirere, merito ibi firmari regulam negatiuam in alijs. falsum est ergo, dũ ipse putauit hic tradi regulã, & ob id conclusio sua collabitur, de casu nõ figurando, quòd nota & menti teneas. Notat Arct. hic quædã
13 leuia. † Vltra quem nota ibi, [*per uosmetipsos*] quod quis non dicitur esse in potestate sui ipsius, quod alibi clarius explicat tex. in l. liber homo. in prin. ff. ad leg. Aqui. ubi dicitur quod nemo dominus membrorum suorum uidetur, hoc autem in hunc modum sic deducitur, nam statim Imperator subiungit, [*sed etiam per eos quos in potestate habetis*] cum enim dictio [*sed*] quomodocunque posita denotet diuersitatẽ in facto. l. sed & si lege in prin
14 cip. ubi no. Castren. ff. de pet. hæred. † Item dictio [*etiam*] includat diuersas species ab expressis. c. in tantum. ad finem. de simon. clemen. grauis. de sent. excommu. Ioan. And. in c cum in illis, de pręb. lib. 6. Geminia. in consilio 65. colum. 3. uersicu. restat respondere, & in consi. 120. in fi. Paris. in consi. 46. nume. 30. uolum. 4. colligitur utroque respectu, quòd cum sub isto uersicu. [*sed etiam*] includantur personæ, quas habemus in potestate, quod nosmetipsi, de quibus supra expressum fuit, non sumus in potestate nostra, & sic nosmet
15 in potestate nõ habemus. † (& ratio facilius huius rei dari potest, nam habere in potestate denotat superioritatem, haberi uero in potestate significat subiunctionem, & inferioritatem, quæ duo sunt contraria, & ob id simul stare nõ possunt in eadem persona. l. j. ff.

de

de his, qui ſunt ſui.l. nec manifeſtum. ff. de
16 fur.Cor. conſi.302.ad fi.uolum.1.) † Secun-
do nota ibi, [*per eos, quos habetis in poteſtate,*]
quod tam filij, quam ſerui noſtri dicuntur eſ
ſe ſub poteſtate noſtra, hicque ambo conti-
nentur, ut eſt de mente glo.1. & ultra eã pro
batur ſupra, de his, qui ſunt ſui, uel ali.iur.in
§.1.& de patr.pot.in prin.& clarior eſt gl.in
l.acquiritur, in prin.ff.de acqui.rer.dom.vbi
uerba eadem de quibus hic, exponit, ut ſunt
17 filij, uel ſerui.† Tertio nota ibi, [*item per ſer-*
uos, in quibus habetis uſumfructum,] ꝙ tales ſerui
non dicũtur eſſe ipſius uſufructuarij, ex quo
ſeparatim ponuntur ab his, quos in poteſta-
te habetis, & ſic qui ueſtri ſunt, de quo alibi
eſt caſus clarus, in §.2.infra de here.inſt.& in
l.recte dicimus.ff.de uerb.ſig.ubi ſeruũ alie-
num appellat, in quo quis habet uſumfru-
ctum.Cætera uero ſunt plana, cum & princi
pium hoc ſit breue, ideo ad gl. deuenio. glo.
in uer. [*uſumfructum,*] recipit duas partes.
In prima allegat concordantem. In ſecunda
19 quærit, ſecunda ibi, [*quid ſi nudum uſum.*] † Cir
ca primam opponit Aret.& ſoluit, ut per eũ.
ex cuius dictis habes, quòd ſi ſeruus uſufru-
ctuarius ſtipulatur ex re mea domino pro-
prietario, ſibi quærit, ſed ille tenetur reddere
mihi, condictione ſine cauſa.l. pen.iun. glo.
ff. de ſtip.ſer.Sed tu conſidera, quòd Imo.ibi
quem Aret.non uidit, hoc impugnat: cum.n.
res non ſit ſine cauſa penes proprietarium,
imo ex cauſa reperitur penes eum, uidelicet
propter ſtipulationem, uel contractum fa-
ctum per ſeruum, eſt impoſſibile condictio-
nem ſine cauſa locum habere, quæ compe-
tit, ubi quid ad aliũ peruenit ſine cauſa, uel
ex non iuſta cauſa.l.1.& per totum.ff.de con
dic.ſine cauſa, merito ſubiungit Imola me-
lius dici poſſe condictionem ex illa lege cõ-
petere, quæ ex ſimili æquitate deſcendit, ex
qua deſcendit illa, de qua in l.ſi me, & Titiũ,
19 ff.ſi cer.pet.† Poſſet, & alia via in hoc caſu vſu
fructuario conſuli, vt officium iudicis implo
rando cogeret proprietarium ad rei reſtitu
tionem, ut uoluit glo.ſingularis in l. ſi ſerui.
20 ff.de uſufru.† Pro qua bene facit, nam ſi quis
retinet rem meam ſine iuſta cauſa, uel aliter
locupletetur cum iactura mea, datur mihi iu
dicis officium contra eum, ſecundum Hoſti.
& Io.And. in cap.bonæ.de app.Sequitur Ale
xan.Iaſon, & Dec.in dicta l. ſi me, & Titium,
21 † Adeoque etiam malæ fidei poſſeſſori, da-
tur hoc officium iudicis, ne alter cum eius ia
ctura lucretur.l.plane.& ibi Bar.ff, de pet.hæ
red.ex quibus pariter in caſu noſtro dicen-
dum eſt huic uſufructuario iudicis officium
dari, an autem hoc officium iudicis ſit nobi
le, uel mercenarium, terminari poſſet ex de-
ductis p Iaſ.& Dec.in d.l.ſi me, & Titium, ſed
non inſiſto, quia deuiat a propoſita materia.
22 † In eadem glo.ibi, [*non autem ex opera,*] con-
cludit gloſſa, quòd ſeruus uſuarius non quæ
rit ex opera ſua domino uſuario, per tex. in
l.per ſeruum, in princ.ff.de uſu, & hab.Cõtra
quam urget text.ut Aret.hic aduertit in §. p
eum quoque, infra per quas perſ.nob.oblig.
acqui. quem pro concordanti citat hic gloſ.
licet faciat contra eam, prout etiam facit lex
plenum.§.finali, ff.de uſu, & hab.in quib.con
cluditur etiam ex opera ſerui uſuarij domi-
no uſuario quæri, unde Aretin.Chriſtopho.
& Aldobran.hic, & Balduinus in dicto §. per
eum quoque. dicunt gloſam hanc procede-
re in opera adhibita in re aliena per ſeruum,
puta ſi uſuarius locaret operas ſerui, ſecus i
opera adhibita in re uſuarij, uel per eum con
23 ducta, & ita procedant contraria iura. † Tu
uero diligentius attende, nam adhuc contra
iſtos legum uertices mirifice obſtat tex.in d.
§.per eum quoque, qui reſtrictionem illam
non patitur, ſed indiſtincte dicit, [*ex operis*
ſuis per ſeruum, in quo uſum habetis uobis acquiri,]
Ergo etiam ſi in rem alienam operatus fue-
rit. Vnde puto clarius hanc rem ſic explican
dam fore. Aut enim uſuarius uult operas ſer
ui utendas, alteri concedere, uel gratis, uel
locando, & non poteſt, & ita loquitur tex.in
dicta l.plenum, §. finali, in principio, eodem
modo procedit tex.in dicta l.per ſeruum, ibi,
[*per ſeruum uſuarium ſi ſtipuler, uel traditionem ac-*
cipiam,] quæ uerba inferunt, quòd me inter-
ponebam iubendo ei, ut ſtipularetur, uel ac-
ciperet, hoc enim non ualebit, inquit textus.
[*ſi ex operis eius contingat, quia nec operas eius lo-*
care poſſumus.] Aut uero ſeruus ipſe ſine inter
uẽtu uſuarij ſtipulatur, uel locat operas ſuas
extra rem uſuarij, ad eius proficuum, & certe
tali caſu dicendũ eſt ei acquiri, & iſte eſt pro-
prie caſus dicti §.per eum quoque, qui loqui
tur de ſeruo tantum quærente ex operis, nec
ibi fit mẽtio de uſuario domino ſe intromit
tente, nec iſto caſu tex. in dicta l. plenum, in
fi.iuncta dicta l.per ſeruum, prohibet acqui
24 ri uſuario.† Ratioque differentiæ eſſe poteſt,
qa vſus ſe habet ad minus quam uſusfructus,
25 ut ſupra, de uſu, & hab.i prin.† Et ob id uſua
rius uti debet uſu, ut bonus paterfamilias.l.
fundi.§.finali, ff.de uſu, & hab. ſed quando ſe
intromittit uſuarius locando alteri operas,
uel aliter concedendo, non uidetur uti, ſicut
bonus paterfamil.cum ultra ſe extendat, quã
ius habet, ideo ſibi non quæritur. Secus aũt,
quando ſeruos de ſe id agit, tunc enim mer-
ces quæritur uſuario, quia nihil poteſt ſibi
imputari. Ita in effectu reperio fuiſſe de mẽ-
te Iaco.de Raue. quem refert, & ſequitur Al
beri.in dicta l.per ſeruum. Idẽque tradit Teo
phi.& Balduinus in dicto §. per eum quoq;
licet non ita plene deducant, & antequã eos
uidiſſem, fui in hac opinione, quæ mihi tan-
to magis placet, cum autoritas tãtorum ui
rorũ accedat. (& præter eos auctoritas quo-

que Iustinianus concurrit, ut probatur in §. item is ad quem, supra de usu, & hab. ubi dicitur, quòd, ad quem usus, is serui pertinet, ipse tantum opera atque ministerio uti potest, ad alium uero nullo modo ius suum transferre, ei concessum est, ergo locare nõ potest illius operas alteri, quod nota.) Glossa, [*bona fide*] diuiditur in tres partes, prout ponit tria dicta, secunda ibi, [*& exigitur*] tertia ibi [*sed in seruo.*] † Circa primam habes, quòd
26 tia ibi [*sed in seruo.*] † Circa primam habes, quòd ut per liberum hominem alteri quæratur, requiritur ex parte illum possidentis bona fides. l. cum hæredes. §. fina. ff. de acqui. possess. l. si seruus testamento. ff. de stipu. seru. de quibus in glos. ex quo unum satis notabile colligi potest; quòd facilius nobis acquiritur possessio per nosmetipsos, quam per alios, quod inde patet, nam per liberum hominẽ nõ acquiro possessionem, si eum uinxero, & sic eum bona fide nõ possideam, uel alio modo sciam eum esse liberum, ut in d. iuribus, & tamen licet sciam rem esse alienam, nõ impedior iure possessionem acquirere. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. posse.
27 † Ratioque huius differentiæ esse potest, quia facilius acquiritur possessio per actum uerũ, ut est per nos ipsos, quam per fictum, ut est per liberum hominem, & ita reperio, quòd Aretin. notat diligenter admodum in dicto §. si. in princip. quod nota, quia alij non de-
28 clarant. † In ea glos. ibi, *& exigitur bona fides,*] nota ex glo. differentiam, quòd in acquirendo per liberum hominem requiritur bona fides continua, per tex. in l. qui bona fide. §. 1. ff. de acq. rerum do. Secus in acquirendo per seruum, in quo sufficit bona fides ab initio, per l. qui scit. §. si. ff. de usur. idemque notat ibi gl. & in l. 1. C. de rei uend. Sed ista differentia confunditur aperte per tex. in dicta l. qui bona fide, ubi loquitur de utroque, & tamen uult per singula momenta bonã fidẽ exigi. Vnde melius dici potest, quòd aut loquimur in possidente cum titulo, & sufficit bona fides ab initio. d. l. qui scit. in fi. Aut in possidente sine titulo, & requiritur cõtinua, dicta l. qui bona fide. Ita fuit de mente glo. quam Barto. & Castren. sequuntur ibi, in l. sed & si lege. §. de eo. ff. de per. hære. Idemq; tenet Albericus & post eum Fulgo. in d. l. qui scit. in fine, & Castrensis in dicta l. 1. C. de rei
29 uendi. † Bene uerum est, quòd talis acquisitio quam facit possessor cum titulo, post superuenientiam malæ fidei non est effectualis, sed ipso iure tantum, cum teneatur uero domino restituere, ut not. glo. in dicta l. qui scit. in fi. per l. certum. C. de rei uend. sequitur Bar. in d. §. de eo. Pet. Cy. Bar. Cast. & om-
30 nes in dicta l. 1. quod menti tene. † In ea. ibi. [*& quo ad usucapionem*] colligitur, quòd quatenus ad usucapionem pertinet, sufficit ab initio bona fides, licet ex post mala superueniat. l. unica. §. hoc tantummodo. C. de usuc.
31 transf. & not. supra de usuc. in prin. † quòd sane procedit de iure ciui. secus de iure canonico, ut per Aret. hic, & supra de usuc. in prin. per textum in ca. fi. de præscrip. Cuius ratio conuenit etiam usucapioni, licet de præscri
32 ptione loquatur. † Proceditque hæc iuris canonici conclusio, etiam si fimus in præscriptione tanti temporis, cuius init ij memoria in contrarium non existat. (cuius probationem per testes qualis esse debeat, ut concludat docet Senatus Pedemontanus plures citans Deci. 101. num. 16.) talis enim præscriptio bonam fidem quoque requirit, & ideo constito de mala fide, nõ procedit, ut noluit Philip. Franc. in capi. j. in fi. de præscrip. in 6. Bertach. in repertorio suo, in uerbo præscriptio, post Ioan. And. & Cano. in c. si diligenti. eo. titu. Balb. in tract. de præscrip. in secunda par. 3. partis prin. in 6. q. num. 20. Rub. in consi. 13. num. 24. Zasius, in consi. 6. numero 23. in 2. uolumi. Anton. Capicius decis. 4. nu. 22. (Paris. consi. 112. num. 34. uolume. 1. Rolan. a Valle, consi. 6. num. 43. nume. 3.) † Bene
33 uerum est, quòd ex cursu longi temporis annorum 30. sic insurgit præsumptio bonæ fidei, quòd mala fides ab initio pſumpta, purgatur, nec amplius allegari potest, nisi uere probetur, ut per Bar. in l. fi. ad fi. C. unde ui. Abb. consilio 89. quæstione, colum. 3. consil. 102. in causa, colum. 1. uolum. 1. Alex. consi. 6. colum. 1. uolum. 1. cum alijs per Dec. consilio 262. columna fi. consi. 272. num. 9. Paris. consi. 32. in fine, uolumi. 3. & in consil. 93. ad fi. eodem uolum. D. meus Rimi. consi. 88. numero 25. consi. 93. numero 47. cum simil. (& hoc insuper ex Romano Felino, Gratoque deducit Didac. Couuaru. in ca. quamuis, de pac. in 6. in secunda parte relectionis. §. 1 s. columna 19. uer. 3. infertur, dicens, quòd in dubio non probata mala fide per actorem præsumatur ita bona fides, quòd contrariũ non poterit probari nisi per confessionẽ par
34 tis, ut per eum.) † Secundo procedit d. conclusio, non modo in præscriptione rerũ corporalium, uerum etiam incorporalium, ut sunt actiones personales, seruitutes, & id genus, quarum præscriptio causatur magis ex negligentia non petentis, uel non utentis, quam ex facto præscribentis: adhuc enim requiritur bona fides in earum præscriptione, ut reiecta opi. Bartoli contrariam uolentis
35 in l. sequitur. §. si uiam. ff. de usucap. † [qui tamen haberet plures sequaces, quas cumulat Gabriel. Romanus in suis conclusionibus lib. 5. de præscrip. conclusione 3. colum. 2. & Porti. Imolens. lib. 3. concl. 44. Demumque Didac. Couaruuias in cap. quamuis. de pact. in 6. secunda parte relectionis. §.
36 11. colum. 11.) tenuit Castren. † in l. hæc autem. in prin. ff. de serui. urba. præd. Ancha. in consi.

conſi. 5. in fi. Alexã. in conſi. 185. uiſo titulo, colum. penul. in 2. uolum. in conſi. 5 t. uol. 5. latiſſime Balb. in tracta. præſcrip. in ſecunda par. 3. partis princip. q. 13. Deci. in conſilio 266. colum. fi. & in conſi. ſequen. colum. pen. in conſi. 272. num. 5. & in conſi. 303. in prin. Clariſſimus meus Riminal. in conſi. 282. numero 89. in conſi. 288. num. 18. & in conſilio 296. num 23. cum ſim. in quibus locis Doct. uarijs, & ſolidiſſimis fundamentis hanc opinionem confirmant, & concludunt eſſe communem, quę breuitatis cauſa non recenſeo. (ſed addo tãtum Gabrielium Romanum in ſuis concluſionibus, lib. 5. titu. de præſcrip. conclu. 3. & Portium Imol. lib. 3. concluſ. 44. qui per infinitas, & uniformes autoritates hanc opi. uelut magis communem affirmãt ſicut & Didacus loco citato, columna 12. ad quos in gratiã breuitatis me refero.)

37 † Vno tamẽ caſu præ cæteris ſingulari, quos ponit Fely. in d. c. fi. de præſcr. limitatur hæc cõcluſio, quę in præſcriptione bonam fidem requirit, ut procedat quo ad creditorem, cui actio competit, ſecus, ſi nondum competit, ſed cõpetere poteſt acceptando, ut in legatario: ante enim quam acceptet, uel agnoſcat legatũ, hæres contra eum præſcribit, licet ſciat legatum factũ eſſe, nam tali caſu non dicitur præſcriptio malæ fidei, poſtquam non apparet legatarium agnouiſſe legatum. Nec iſto caſu agitur de iure quæſito tollendo, ſed de iure quærendo, quod eſt debilius, argumento. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, uel ali. iu. ita Pet. de Anch. in c. ſine poſſeſſione, colum. 9. de regu. iur. in 6. Soc. in conſi. 63. colum. 3. uolum. 1. & in conſi. ſecundo, ad fi. uolum, 3. Balb. in tract. præſcrip. in d. 13. q. colum. fina. Soc. Iun. in conſi. 145. nume. 72. uolumi. 1. & Cagno. in l. ſecunda, C. de pact. inter emp. & uend. num. 80. ubi dicit etiam commonem. (& idem tenet Gabriel Roma. & Port. Imol. locis citatis, limit. 5. ſed longe dubitat Didac. allegatus, & cõtrarium tenet, ut per eũ.

38 Sed utcunque ſit prædictorum,) † ſententia non uidetur tendere propriead limitationẽ d. capituli fi. de præſcrip. nam clarum eſt, ꝙ limitatio nihil aliud eſt, quam exceptio ab ipſa regula. ſed exceptio dẽt eſſe de regula ſeu de terminis regulæ, ut ſi dicamus, Omnis homo currit, niſi Titius, ſecus, ſi dicatur, niſi aſinus, aut equus, qui non ſunt de cõtentis ſub regula, ut declarat Barto. Caſtr. & alij in l. in his. ff. de legib. Dy. in rub. de reg. iu. in 6. Bar. Deci. Cagno. & Ferrarius in l. 1. ff. eo. Sed regula d. capituli finalis, de præſcrip. inquit p̄ſcriptionem cum mala fide non ualere, in caſu uero ſupra enarrato, in quo competit præſcriptio, non ſubeſt mala fides, ut Anch. & ſequaces ſupra citati uolunt. Ergo non poteſt dici proprie limitatio ſeu exceptio illius re-

39 gulæ. † Tamen ſuſtinendo eam pro limitatione, licet eam potius declarationem appellet Balbus in allegata 13. q. dico, quòd in hunc modum procedit. nam mala fides præſcriptionem impediens, de qua in d. c. fina. cauſatur a ſcientia debitoris, quæ cauſat culpam, uel peccatum, eo ipſo, quòd ſcit ſe obligatũ. Vbi ergo datur ſcientia, quæ non arguit culpam, nec malam uoluntatem obligati, tunc ſine dubio debet præſcriptio locum habere a ceſſante ratione malæ fidei, in qua fundatur, dicto capitulo fina. iuxta c. cum ceſſante, de appella. & l. adigere. §. quis. ff. de iurepatr.

40 † Exemplum in debitore, qui non tenebatur offerre, uel ſoluere ſine interpellatione creditoris. Nam tunc antequam interpelletur, nõ poteſt dici in culpa, nec in mala uoluntate, cum ſemper ſit paratus ſoluere, quando requiretur, & ſic caret peccato, & ꝑ conſequẽs mala fide, merito debet p̄ſcribere poſſe, ut notat Abb. in c. quòd clericis. colum. penul. uerſicu. & pro concordia. de fo. compe. & in d. c. fi. colum. 4. num. 13. Cor. in conſi. 272. co-

41 lum. 2. uolum. 4. † Dans particulare exemplũ in eo, qui mutuum, uel depoſitum recepit, q̃ licet ſciant ſe debitores, non tamen ſunt in peccato, quamdiu habent uoluntatem domini, uel creditoris, quæ non præſumitur mutata, niſi probetur. l. eum, qui mutatam. ff. de. p̄ba. (l. Lucius, in fi. ff. de lega. 2. c. maiores, in fi. deb aptiſ. c. prolatum, quod met. cau. Decia. reſp. 13. uum. 17. uolum. 1.) & propterea præſcribunt, ſi non interpellentur in iudicio uel extra, ut per eum latius ibi. Idem tradit Soc. Iun. in conſi. 195. nume. 65. uolumine 3.

42 † Dans exemplum in obligato ad retrouendendum, qui non tenetur offerre, & retrouẽdere, niſi requiratur, merito interim præſcribit, quia licet ſciat ſe ad hoc teneri, non tamen eſt in culpa mala fide, uel peccato, põt enim credere aduerſarium ſuũ nolle retroemere, & ſatis eſt ipſum eſſe paratum retrouẽdere quandocũque requiretur. & licet Imo, & Fely. in d. c. fi. colum. 2. hanc opinionẽ Abbatis, & ſequacium uideantur impugnare, ſolutionẽ tamen ex eorum dictis ponit Corne. in d. conſi. 277. quæ cum uideri poſſit, eã non trãſcribam. hæc autem in caſu ſuprapoſito locũ habent ad ſcopum, nam hæres, quãtuncunque ſciat legatum a ſe relictum, quia tamen non tenetur illud præſtare, niſi legatarius illud acceptet. & petat ab eo, merito interim debet poſſe p̄ſcribere illud ius agnoſcendi, quia non eſt in mala fide, uel peccato: poteſt enim credere, quòd legatarius nolit illud acceptare, & de eo non curet. Satiſq; eſt eum paratum eſſe ſolutioni, quandocunque legatarius agnoſcat, & petat, & in hoc ſtat concluſiue limitatio tex. in d. c. fi. ut licet ſcientia, de qua ibi, præſcriptionẽ impediat, ſecus tamen in caſu, de quo ſupra, quod eſt, quia ibi illa ſcientia cauſat malam fidem, hic non.

43 non.† Postremo ex his, quæ de seruo bona
fide possesso dicuntur, hic infert Areti.ad q.
de monacho unius monasterij ab alio mo-
nasterio bona fide possesso, ut secundo mo-
nasterio quærat, non autem primo, ut de ser
uo hic dicitur. Cum monachus seruo æquipa
retur, ut not. Inno. in capi. cum olim, secun-
do, de priuileg. sicque clare determinat (in-
quit Aret.) Bart. in l. cum fundus. §. seruum
tuum. in fi. ff. si cer. pet. Ange. & Imo. in l. si qs
44 mihi bona. §. 1. ff. de acq. hær. † Sed tu consi-
dera, quòd Bart. Ang. & Imo. non ita passim
loquuntur, ut Aret. eos citat. Barto. enim se
fundat in traditione facta secundo monaste-
rio, sicut ibi de seruo dicitur, quę si monacho
facta fuisset, secus esset, ut in seruo. glo. quar
ta, & Doct. dicunt Ang. uero & Imo. loquun-
tur de seruo monacho instituto, qui ante adi
tionem, legitime trāslatus fuit ad aliud mo
nasterium, unde tempore iuris quæsiti, pri-
mum monasterium nullū ius habebat in eo.
45 † Et quia legitima translatio ad aliud mona
sterium, supponit licentiam, & absolutionē
omnimodam a primo, quo casu nō amplius
illi, sed secūdo quæritur, ut per Bal. in l. Deo
nobis, ad fi. C. de episco. & cler. & in Marga.
sua in uer. monachus expulsus. per Innoc. in
c. cum olim. secundo, num. 3. de priuile. & in
c. sicut, de iureiur. per Bal. in l. liberos. C. de
collati. per Aret. in l. si quis mihi bona. §. ser
uus. in prin. ff. de acqui. hær. & latè Beroum.
q. 83. (& in prædicto casu pulchre consuluit
pro secundo monasterio Ceph. in cōs. 212.
46 p totum. † quinimo late disputant p Docto
res, qui de bonis acquisitis primo monaste-
rio, nunquid ad eum monasterium transmit
tant, cum Monacho ad illud transeunte, nā
Arch. in c. 1. 17. q. 4. Collecta. in c. 3. de renun.
Host. Ioan. And. Butri. Henric. Card. & Abb.
in c. quod a te, de cler. coniu. dixerunt, ꝙ sic
alij uero secus uoluerunt exceptis alimentis
ut per Imo. ibi Cald. consi. 23. de regula. But.
consi. 75. Cor. cons. 88. uolum. 2. & late Dida.
in c. 1. de testa. num. 20. cum sequentibus.)
47 † Propius igitur ad casum nostrum format
q. Roma. in d. l. si quis mihi bona. in princip.
nu. 3. de monacho unius monasterij ab alio
monasterio bona fide possesso illius contem
platione instituto, concludens, quod per eū
quæratur hæreditas illi monasterio bona fi-
de possidenti. Sed nec ista decisio penitus p
Areti. facit, fundat enim se Roman. in institu-
tione facta contemplatione secundi mona-
sterij, quasi secus sentiat in facta simpliciter,
ut in monacho translato ad aliud monaste-
rium, clare distinguit Berous, in c. in præsen
tia, nume. 549. de proba. unde pro Aret. tan-
dem est decisio plana Bar. in l. penul. colum.
48 fi. nume. 6. ff. de stip. ser. † quæ confirmatur.
Nam licet alias monachus a seruo differat.
& filio comparetur: sicut enim pater cogi-
tur alere filium. l. si quis a liberis. ff. de lib. ag.
etiam ex damnato coitu natum de iure ca-
nonico, c. cum haberet. & ibi Can. de eo, qui
dux. in matr. Bar. Bal. Saly. & alij in authē. ex
complexu, C. de inces. nup. Soc. consi. 161. co
49 lum. 1. uolum. 2. † (Quæ quidem æquitas ser
uari debet etiam in terris Imperij, secundū
Abb. I d. c. cū haberet, & alios infinitos, quos
cumulat Gabrie. Romanus in suis conclu. li.
6. titu. de alimentis, conclu. 1. colum. 1. & 2.)
Ita monasterium tenetur alere monachum,
c. ex parte, de accus. quæ necessitas in alendo
seruo non reperitur iniuncta domino, cum
possit eum uendere, ut post Arch. & Ioan. An
dre. quos refert, tradit Aret. noster, in tracta.
de testa. glo. 34. num. 6. & Alexan. licet nō ita
plene, in l. 1. §. per seruum, num. 11. ff. de acq.
50 pos. † Item monachus retinet ius agnatio-
nis, & successionis, l. Deo nobis. C. de episcō.
& cleric. (Bertran. consi. 69. num. 4. uolum. 3.
priorum,) † adeo, quòd comprehēditur sub
51 statuto fœminarum exclusio stantibus ma-
sculis, ut late ponit Lap. allegatione 101. in
ciuitate Florentina. Paris. con. si 47. num. 62.
uolum. 3. Brun. in tracta. quod stant. masc. in
12. arti. prin. q. 11. qui dicit esse commu. pro
ut etiam testatur Deci. in ca. ecclesiæ Sanctæ
Mariæ. de consti. nume. 76. (nisi tamen age-
retur de hæreditate clerici etiam in minori
bus constituti, ut late ponit D. meus Rimi-
naldus, consi. 268. per totū.) at seruus secus,
52 l. seruus. C. communia, de succ. † Item mona
chus potest esse testis. §. cogitandum, & ibi
not. in Auth. de monac. sicut & filius, l. testis.
ff. de tes. l. parētes. C. eo. sumpto arg. a speciali
sed non idem de seruo regulariter. l. serui. ff.
53 eod. † Attamen quo ad acquisitionem mo-
nachus ęquiparatur seruo, sicut enim seruus
passim acquirit domino, ita monachus mo-
nasterio, quod secus est in filio, ut hic, in l. cū
oportet, & in l. fi. C. de bon. quæ libe. & sic in
actu acquirendi omnino uidetur æquipara-
tio procedere de seruo ad monachum, licet
quo ad alia secus. Ita Imo. in l. eum hæredes.
§. fi. ff. de acqui. poss. & in l. 1. §. si fructuarius,
colum. 2. post Ange. ff. de stip. seruo. sequitur
Gul. Maynerius, in l. ex pœnalibus, num. 9 ff.
54 de reg. iur. † hancque magis communem ap
pellat Berous, in c. Raynutius, nume. 382. co
lumna seq. de test. ubi plures accumulat. (&
per regula firmat Franci. Marci. q. 104. nu-
me. 374. num. 2. & 528. nume. 7. 1. par. sicut
& 566. nume. 3. 2. partis.) Ergo ad instar ser-
ui qui secundo domino bona fide possiden-
ti quærit, ut hic; debet secundo monasterio
quærere, & hanc rationem multum urgentē
appellat Soc. in d. §. per seruum. colum. 2. te-
nens opi. Are. hic, licet eū non citet. (ad quē
Soci. simpliciter se remittit, & dicit esse re-
currendum Bero. consi. 26. nume. 6. uolu. 1.)
55 † Quæ & confirmari potest. Nam monachus

seruus

seruus dicitur,capitu.multos.54.distinct.tra
dit Petrus de Vbal.in tracta.de canonica epi
scopali,quæstione 14.numero 9. ergo quæ-
rit secundo monasterio, bona fide eum pos-
sidenti,sicut seruus secundo domino, prout
56 hic dicitur.† In contrarium uero,quòd imo
talis monachus primo monasterio quærat,
non autem secundo bona fide possidenti,est
aperta decisio Barto.Castreu.Alexan.& alio
rum,in l.quicquid.ff.de acquiren. posses.per
illum tex. sicut enim nobis quæritur per fi-
lium,licet ab alio bona fide possessum, ita &
per monachum uero monasterio,quia filius
nobis quærit ratione iuris, quod in eo habe
mus,non ratione possessionis,quia eum non
possidemus, & idē in monacho ratione mo
57 nasticę potestatis,secundum Doctores.† Se-
cundo confirmatur hæc opin. nam si mona-
chus instituatur dato sibi substituto uulga-
ri, hæreditas immediate defertur monaste-
rio, quia communis uoluntas, & potestas
monachi translata est in Abbatem, capitu-
lo,nolo,capitu.non dicatis,duodecima,quę
stione secunda, merito substitutus non ad-
mittitur etiam repudiāte monacho,sed mo-
nasterium.Barto.Imo.& Alexan.in l. prima,
numero 21. ff.de uulgari, & pupil. Ripa, nu-
58 mero 151. & Ias.numero 42. † qui testatur
commu. prout & Felyn. in dicto capitulo,in
præsentia,columna fina.in princip.Soc.con-
silio 183.in princ.uolumine primo, Guliel.
Bened.in capitulo,Raynutius.de testam. in
uer.si absque liberis,2.numero 84.(& ample
Guil.May.in l. non debet, columna 3. ff.de
reg.iur.) Baptista Villa lobos,in suis commu
nibus opin. in uerbo monacho, nume. 119.
ergo pariter in quæst. nostra dicendum est,
quòd primo monasterio quęratur immedia
59 te,& secundo id præferatur. († Tertio acce-
dit,nam per professionem quis dicitur, &
censetur esse monachus illius loci in quo p-
fessionem fecit nisi de illo ad alium fuerit trā
slatus autoritate superioris, ut ex pluribus
probat Cald.consilio 23. & 25. de sta.regul.
Bero.consilio 103.numero 13.uolumine se-
cundo,merito monachus, in quæstione no-
stra sine translatione possessus ab alio mona
sterio non debet illi quærere,sed primo mo
nasterio, cuius uere dicitur monachus ob
60 professionem in eo emissam.) † Et tenendo
hanc partem non obstant contraria,nanque
ad primum,quod fundatur in æquiparatio-
ne de monacho ad seruum in actu acquiren
di, dico, quod magis communis opin.est in
oppositum,quòd imo filio æquiparetur, ut
tenent Barto.Ange.Alexan.& alij magis cō
muniter,ut Ias.testatur in d.§. per seruum,
colum.fi.& Ripa,in dicta l.prima,ff.de uulg.
numero 151. Guli.Bened.loco citato, nume
61 ro 85.merito cessat obiectum.† Secundo di
ci potest,quod monachus æquiparatur filio,
uel seruo, prout utilius est suo monasterio,
secundum Bald.in l.prima,columna decima
quarta,uersicu.ex quibus colligo.C.qui ad-
mi.Sequitur Roma.in l.si is, qui hæres.§.ne-
que filius.ff.de acquirenda hereditate,& fuit
de mente Cyni, in dicta l. Deo nobis, sequi
tur Alexand. & alij, in dicto §. per seruum.
Butigella, in dicto §.seruum tuum, in fine,
Guliel.Benedic.loco prællegato, nume.86.
& Ioan.Bapt.de Peru.in tracta.de arbitr.lib.
quarto, capitulo quarto,ad fi. sed utilius est
primo monasterio,quòd monachus æquipa
retur filio, quam seruo: sic enim sibi quære-
tur sicut patri per filium,dicta l.quicquid,er
62 go filio non seruo debet æquiparari.† Bene
uerum est,quòd Soci.in dicto §.per seruum,
colum.penul.contra hoc argumentum inue
hitur,nam & econtra secundum monasteriū
poterit dicere, quòd uelit eum æquiparari
seruo,ut sic sibi quæratur, argu.tex.nostri.un
de propter coæqualitatem priuilegij cōfun-
dentur priuilegia primi,& secundi monaste
rij,iuxta.l. sed & milites.ff.de excus. tut. nec
audietur primum monasterium contra se-
63 cundum.† Quinimo secundum Ripam,in di
cta l.prima,ff.de uulga.& pupil.numero 151.
declaratio Bald. & sequacium cōfunditur ex
eo, quòd utile est monasterio,ut non tenea-
tur alere monachum, sicut non tenetur do-
minus seruum, & tamen monachus in hoc
æquiparatur filio, quia omnino ali debet a
64 monasterio,secundum eum. † Sed tamen
his non attentis,puto solidissimum esse fun-
damentum supra factum. Ad primum enim
obiectum respondetur, quòd priuilegium
secundi monasterij est fictum,cum uere mo-
nachus non sit eius monachus, primi autem
uerum, merito attendetur priuilegium pri-
mi,quia ubi ueritas & fictio circa idem cōm
petunt, & eodem tempore, ita quòd simul
concurrere non possunt, preualet ueritas abie
cta fictione,l.filio quem pater.& ibi no. ff.de
liber.& posthu.declarat Barto.in l. prima,§.
hoc autem senatus.ff.ad Silla.Ias.in l.si is qui
65 pro emptore,num.165.ff.de usuc.(†talique
casu sine dubio uerificatur illud,quòd ueri-
tas omnium est fortissima, & omnia uincit,
ut habetur Esdre,lib. 3.ca.4.Bal. in l. eos.C.
de testi. eaque mater iustitiæ nuncupatur.
Bal.in l.libertini.ff.de sta.ho. Paris. abundè,
consi.54. numero 19.uolum.1.Soc. consilio
20.columna 1.inter consilia Cur. Senio. Se-
nat.Pedemō.plura de ueritate cumulans De
cis.30.& de laudibus eius alia post Isidorum
66 Deci.Neap.253.numero 7.) † Secundò respō
detur,quòd regula dictæ l.sed & milites.pro
cedit in duobus æque, & in specie priuilegia
tis,secus ubi unus in specie, alter uero in ge
nere tantum, non in causa de qua agitur,re-
peritur priuilegiatus, quia tunc priuilegia-
tus in specie,utitur priuilegio suo contra pri

uilegiatum in genere, cum non tam potior
quam solus inuenitur, ut alibi dicit textus,
in lege secunda, in fine, ff. qui pot. in pigno.
ex quo alter in causa, de qua agitur, non ha-
bet priuilegium, & pro hoc est casus in l.
finali, ff. ex quib. caus. maio. per quem ita de-
clarat Bar. Bald. Castr. & alij, in authen. quas
actiones, columna prima, C. de sacrosanctis
eccl. & in c. auditis. ubi declarat Abbas, de re
stitutio. in integ. in pen. notab. & in capi. su-
per spoliatione, in primo nota. de ord. cog.
& in capi. in præsentia, de prob. Cor. in con-
silio 140. num. 12. uol. 1. (Ias. in §. rursus, nu
mero 56. Inst. de acti. Didac. Couuaru. in ca.
quamuis, de pact. in 6. in secūda par. relectio
nis. §. secundo, numero 4.) Exemplum in di-
cta l. finali, ubi absens causa reipubli. cuius
res fuit usucapta ab alio absente, restituitur
contra eum, quia qui usucepit, est priuilegia
tus in genere tantum, non autem in ea cau-
sa, ut contra eum alteri absenti læso non de-
tur restitutio in integrum: sola enim absen-
tia eius non est causa priuilegij, sed absentia
cum læsione, quam ipse non incurrit, secun-
68 dum Barto. ibi. † Simile in duabus ecclesijs,
quarum una contra aliam præscribit. illa .n.
contra quem præscribitur, est priuilegiata
in specie, non altera, quæ præscribit, secun-
dum Barto. in dicta authen. quas actiones.
Sed ita est in quæst. nostra, nam secundū mo
nasterium est quidem alias in genere priui
legiatum, sed non in casu, de quo agitur, &
sic non in specie. Sola enim hæc qualitas,
quòd sit monasterium, non est causa huius
priuilegij, quòd sibi quæratur per alium. Sed
ita demum si persona, quæ acquirit sit ei sub
dita, & de suis monachis, quod in hoc secun
do monasterio non cadit. Primum uero mo
nasterium bene hoc habet, cum iste mona-
chus sit suus. ergo ut priuilegiatum in spe-
cie debet uti priuilegio suo contra secundū
69 monasterium, quod bene nota. † Bene uerū
est, quòd Dec. in dicto capi. in præsentia, nu-
mero 52. instat contra hanc limitationē pro
xime datam de uno priuilegiato in specie, &
altero in genere, per textum in §. sed & præ-
senti. in Authen. de sanc. epis. (nam monaste
rium priuilegium habet, ut excludat substi-
tutum uocatum a testatore, & tamen nō uti
tur priuilegio contra aliud monasterium
substitutum, quod in illo casu nullum habet
priuilegium. Sed) tamen Decius non aduer-
tit, quòd Corne. in dicto consilio 140. nume
ro 12. expresse tenet, quòd ibi utraque cau-
sa erat in specie priuilegiata, & sic eius sup-
positum uidetur falsum, & quicquid sit limi
tatio, de qua supra communiter tenetur, se-
70 cundum eum, † potestque insuper ad dictū
§. sed & præsenti. responderi, quòd ibi mona
sterium, quod habetur loco filij, non utitur
priuilegio suo contra aliud monasteriū sub-
stitutum, quia priuilegium uni concessum,
semper intelligitur, & interpretatur sine præ
iudicio tertij, c. ex multiplici, de decim. capi.
quamuis, de rescrip. in 6. cap. super eo. & ibi
not. de offic. deleg. Ruin. pulchre in consilio
3. numero 8. uolum. 5. (Ias. in l. fi. nume. 19.
ff. de const prin. Senatus Pedemontanus, de
cis. 89. numero 11. Bero. consilio 146. nume-
ro 12. uolumine 3. D. meus Riminaldus, con
silio 72. numero 34.) Sed monasterium sub-
stitutum ibi, erat expresse uocatum a testa-
tore, ergo non conuenit, quòd aliud mona-
sterium, in quod grauatus intrauit, quodq;
a lege tantum capit hoc priuilegium, ut loco
filij habeatur, utatur hoc priuilegio in præ-
iudicium alterius monasterj expresse uoca-
ti. (& ad hoc tendit quod ad illum textum di
xit Didac. in capi. quamuis, de pact. in 6. §.
secunda secundæ partis relectionis, sub nu-
mero 4. quòd priuilegium, quod habet mo-
nasterium excludēdi substitutum, non ope-
retur in excludendo ecclesiam, uel piam cau
sam substitutam, ut ibi, non ex eo, quòd par
sit in ea re utriusque priuilegium, sed pro-
pter præsumptam uoluntatem testatoris;
quæ omnino consideranda est, nam uocan-
do ecclesiam, uel piam causam expresse non
præsumuntur uoluisse per ingressum institu
ti in monasterium, tale monasterium haberi
loco filij in præiudicium monasterij, quod
prædilexit illud expresse uocando, quod de
71 alio non fecit.) † Ex qua declaratione pari-
ter infero ad solutionem alterius obiecti,
quod supra feci de mente Ripæ, in dicta l. pri
ma, ff. de uulgari, & pupil. Priuilegium enim,
quod habet monasterium, ut prout est sibi
magis proficuum, monachus æquiparetur
seruo, uel filio, non debet sibi tribui in dam-
num ipsius monachi. unde nil mirum, si quo
ad alimenta monachus æquiparatur filio, li-
cet esset utilius monasterio eum æquiparari
seruo: hoc enim fieri non potest, ne priuile-
gium monasterij tendat in læsionem mona-
72 chi. † Ad aliud, quòd monachus est ser-
uus, respondetur id procedere, quo ad ser-
uiendum Deo, non respectu priuationis li-
bertatis, imo si erat prius seruus, in liberta-
tem arripitur per monachationem. §. hinc
autem. in Authen. de monach. unde de ipso
ad seruum non est bona æquiparatio. Et ex
his remanet firma conclusio contra Areti-
num hic, quæ multum de plano procedit æ-
quiparando monachum filio. cessant enim
sic multæ distinctiones Socini, in dicto §.
per seruum, quas facit, præsupponendo,
quòd monachus æquiparetur seruo, non au-
tem filio, quæ non sunt necessariæ, præsup-
ponendo contrarium. Et quoniam super
hoc principio non sunt alia, transeo ad §.
primum.

HIPPOLYTUS RIMINALDUS

In §. 1. Per quas personas ius nob. acquiritur.

SUMMARIUM.

83 *Assessores dicuntur habere quasi cast. pecu.*
84 *Clerici dicuntur habere quasi castr. peculium.*
Paterque tenetur ad restitutionem. 85.
86 *Quasi castr. peculium, qui dicuntur habere.*
87 *Procuratoris officium uile, sed publicum. 95.*
An uero dicatur habere quasi castr. peculiũ. Bal. & aly, quòd non.
Sed auctor contra. 88. 96.
89 *Extensio in exorbitantibus licita.*
Licet potentior ratio sit in casu expresso modo materia sit fauorabilis. 90.
91 *Limitatio quando dicatur.*
92 *Procurator dicitur aduocatus.*
93 *Intellectus leg. fi. §. de alys. C. de inoff. test.*
94 *Tabellionis officium uile.*
97 *Dictio ex, denotat etiam causam remotam large sumendo.*
98 *Profectitium dicitur quicquid habet filius contemplatione patris.*
Modo contemplatio patris sit proxima. 99.
Cuius exempla dantur, & 100. 101.
101 *Datum filiæ alicuius pro eius dote, contemplatione filiæ datum censetur.*
Tanto magis ubi dotans non tenebatur. 102.
Vel quando merita filiæ præcessissent. 103.
104 *Quæsitum ex pecunia patris per filium fit peculiũ profectitium.*
Et patre mortuo diuiditur inter filios. 105.
Areti. uero remittit ad arbitrium iudicis. 106.
In quo distinguit auctor. 107.
Et duos casus considerat. 109. 113.
108 *Filius industriosus habitans cum patre si potest lucrari ex officy salarijs, uel mercantijs quæsita per eum præsumuntur aliunde quæsita quam ex bonis paternis.*
Si uero negotiatur nomine patris, id in libris exprimendo, censetur profectitium, & illi totum quærit. 109.
Secus si suo nomine facit. 110.
111 *Socius si iuit Venetias periculo suo contra uoluntatem socij, totum lucrum fit suum.*
112 *Pactum super lucris, quando non ualet.*
113 *Quæsitum per filium usurarium ex pecunia patris non quæritur patri. 129.*
Baldus uero contra. 117.
Qui docet modum prasticandi. 120.
Sed auctori non placet. 122.
Sicut nec alia opi. Baldi. 130. 131.
114 *Filius ex delicto non quærit patri.*
115 *Vsura continetur sub præcepto, furtum non facies.*
116 *Filius ex alearum lusu non quærit patri.*
118 *Dominium ab uno recedens transit in alium.*
119 *Peculiariex causa quæritur domino, uel patri etiã ex iniusta causa.*
121 *Turpitudinem suam non licet detegere.*
Nisi quis tractet de damno, & aduersarius de lucro. 122. 123.
Et quando agitur de salute animæ. 125.
Vel quando actus est contra legem. 128.
124 *In pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis.*
126 *Vsura tractat de periculo animæ.*
Et dicitur lucrum contra legem pontificiam. 127.
131 *Filius qui acquisiuit ex usuris potest excludere patrem, & fratres, si dicat ex usuris quæsiuisse.*
132 *Fictio non operatur in casu iniquo.*
133 *Dominium non transit ex contractu contra legem facto.*
Puta simulato. 134.
135 *Castrensis in §. item acquirimus, in l. 1. ff. de acqui. poss. taxatus.*
136 *Ratio legis eam ampliat.*
137 *Acquisitio quæ fit uirtute subiectionis, et potestatis non extenditur ad illicitam.*
138 *Vsusfructus aduentitiorum pertinet ad patrem.*
Fallit quando pater eum remisit filio.
Nec ab eo uendicari potest per hæredes patris. 139.
Nec per creditores patris, nisi prius illum acceptasset.
Secundo fallit, quando filio relinquitur, cum hoc, quod ad patrem non pertineat. 149.
Idem si non expresse, sed tacite. 150.
Tertio fallit, quando filius succedit cum patre in hæreditate fratris, uel sororis. 165.
Et de ratione. 166.
Quarto, quando seruus donatur filio cum hoc, quòd statim manumittatur. 168.
Quinto, quando pater noluit consentire filio adeũti. 171.
Nedum hæreditatem aduentitiam, sed etiam profectitiam. 172.
Et patre etiam ex post recusante. 173.
Item in acquisitione nedum per ultimam uoluntatem, sed etiam per contractum. 174.
Sexto, quãdo pater minus legitime diuertit. 175.
Septimo, quando contraxit incestas nuptias. 181.
Octauo, quando filio relinquitur ususfructus. 183.
Nono, quando Imperator donat filio. 185.
Decimo, quando pater fit monachus. 186.
Toto namque priuatur usufructu bonorum aduentitiorum filij. 187.
Vndecimus in bonis quæsitis filio tempore quo pater erat bannitus, uel hostis patriæ. 189.
Secus post restitutionem. 190.
Et quomodo procedat casus. 191.
Duodecimus in aduentitijs ex illicita causa quæsitis. 192.
Decimustertius in dote aduentitia filiæ. 193.
140 *Pater qui dotem recepit pro filio, & sustinet onera matrimonij, si patitur filium percipere fructus dotis uidetur eos remittere, & donare filio.*
Quod mirum, cum donatio inter filium, & patrem sit prohibita. 141.
Sed respondet glo. quòd morte patris confirmatur quasi, quòd in uita patris non ualuerit. 142.
Quod auctor probat. 143. 144.
144 *Collatio donationis inualidæ uiuente patre cessat inter fratres eo mortuo.*
Secus si ualuit, ut in exemplo. 145. 146.
145 *Donatio facta filio emancipato ualet.*
Item cum iuramento patris. 146.

Qua

ACQVIRITVR liberi uestri, utriusq; sexus.] Summatur, ut per Are. diuiditur uero ĩ duas partes. In prima ponit ius ãtiquũ, in secũda nouũ. Secũda ibi, [*quod nobis ĩhumanũ.*] Casus sic in 1. par. p̃t formari. Quæsitũ fuit, an sicut olim cætera bona patri p̃ filiũ quærebantur, ut in l. 1. in prin. ff. si quis a par. fue. manu. & hic pro comperto ponitur, idem de castrensibus bonis, uel quasi castrensibus dicendũ esset, & idem profecto dicendum uidebatur,
1 †nam in cæteris ratio potissima acquisitionis erat, ius patriæ potestatis, ut no. in l. placet. ff. de acqui. hæredi. maxime per Aret. cõfirmaturque ex regula l. sic eueniet. ff. ad l. Iuliam de adulter. ubi qui non est suæ potestatis, aliũ in sua potestate habere non potest, quam magis in terminis licet in seruo repe-
2 tit Imperator infra eo. in §. item uobis. †Sed hæc eadẽ ratio militabat in habente castrẽse, uel quasi peculium, nam militia per quã contingit castrense peculium, iuxta l. si forte, & l. castrense. ff. de castr. pec. Vel alia dignitas, ut consularis, uel senatoria, per quas, & id genus potest dari quasi castrense peculium, iuxta l. fi. C. de inoff. test. & l. uelut. C. de assess. cum simi. non liberabat filium de potestate patris, l. 3. C. de cast. pecu. mil. lib. 12. §. filiusf. sup. qb. mod. ius patriæ potesta. sol. (& ibi no. Aldo. nu. 9. † qđ .n. dicitur ĩ l. filiusfa.
3 ff. de his q. sũt sui, q̃ filiusfa. ĩ publicis causis loco patrisfami. habetur, ueluti si magistra

tus gerat sic intelligendum est atque in publicis causis, & magistratibus agit filius perinde ualeant ac si esset paterfami. nihil uetat filium ad gubernacula Reipub. accedere, sed non propterea subtrahitur a patria potestate, unde qui magistratum gerit filiusfami. loco patris iam est, quòd ei, uel pater ipse pare re, & honorem pro eius dignitate foris quidem praestare debet, nam domi, & intra priuatos parietes retinet suam maiestatem natura, nō ulli fortunę cedit, ut plenius, & egregie declarat Conna. in commenta. suo ciui. lib. 2. cap. 14. cap. 1.) merito & in dictis bonis castrensibus, uel quasi debebat eadē acquisitio locum habere, l. illud. ff. ad l. Aqui. l.
4 fina. C. ad l. fal. † Secunda poterat esse ratio dubitandi, nam olim, (ut Imperator hic loquitur) parentes habebant uitae, & necis potestatem in filios. l. in suis, in fi. ff. de liberis & posth. l. fi. C. de patr. pot. Ergo tanto magis debebant habere ius in bonis castrensibus, uel quasi, eum personae caeteris rebus sint dignio res, l. iustisiime. ff. de aedil. edic. §. fi. ubi not. supra de iure pers. † & eui, quod est plus,
5 conceditur, quod & minus est, debet esse cōcessum, capi. cui licet. de reg. iur. in 6. & hāc illationē in seruo tamen, uidetur sensisse tex. in l. 1. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. & supra, eod. in §. 1. ubi firmata hac conclusione, dominis in seruos uitae necisque potestatē fuisse subiungit, [*& quodcunque per seruum acquiritur, id domino acquiritur,*] quasi uoluerit dicere, si dominus ius in persona habebat, ergo a fortiori in rebus. (& in filijs sensit text. in l. in suis, in fi. ff. de lib. & post. dicens nihil obstare, quòd filios licet exhaeredare quos & occidere licebat, quasi dixerit si uita priuari poterat fortius bonis.) † Simile uidemus
6 in eo, qui potest offendi in persona, ut bannitus ex statuto, qui & bonis potest spoliari, secundum gl. in c. in literis, in uer. praedo. & ibi Cano. de restit. spolia. Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de accusa. §. sequitur. Castren. Aret. Alexand. & alij, in dicta l. in suis. Decius in capi. quia in tantum, nu. 8. de pbē.
7 † Idque nedum uiuens, sed & mortuus in continenti tamen, ut pulchre tradit Castrē. consi. 33. super primo quaesito, col. fina. in antiquis. Sequitur Butigella, in l. lecta, num. 24. ff. si certum petatur. (& haec eadem ponit Decius, in l. ut uim, nume. 14. ff. de iust. & iure & ibi dixi, nume. 163. cum sequen. & ponit et Dec. consi. 76. col. fi. Ripa, in l. si constante
8 num. 74. ff solu. mat.) † Istis tamen non obstantibus contrarium refert Imperator hic olim fuisse dispositum ibi, [*exceptis castrensibus peculijs*] cui concordat tex. etiam de quasi castrensi loquens, in l. prima, §. nec castrense. ff. de colla. bono. considerando, ut per Bar. ibi in princip. dicentem, quod castrense, uel quasi non confertur, quia non quaeritur patri per filium, uel emancipatum, & sic cessat inaequalitas illa, propter quam collatio fuit inducta, & hoc est, quod noluit dicere tex. [*hoc enim praecipuum esse oportere multis constitutionibus continetur,*] id est, patri non acquiri, & hanc quoque exceptionem tradit Iuuenalis ultima Satyra dicens, ut hic refert Balduinus.

Quae sunt parta labore
Militiae, placuit non esse in corpore census.
Omne tenet cuius regimen pater.

9 † Ratio decidendi prima fuit, quia in tali peculio filius pro patrefamilias habetur, ut est casus in l. 2. ff. ad Maced. (l. Macedoniani. C. ad Maced. Rolan. a Valle, consi. 54. nume. 7.
10 uolumine 3.) † Secunda, quia qui uult consequens, uidetur uelle omne antecedens ad illud. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procura.
11 † Hinc si minor 25. ann. petat rem sibi restitui, uidetur petere, quod prius sibi restitutio in integrum concedatur tanquam antecedens rei restituendae, ut tradit Ant. de Butr. in c. constitutus, in uer. iusta ratione. de relig. domi. sequitur Dec. in consi. 146. nu. 4. (Cur. qui alios citat in add. Castren. in l. qui proprio. §. inde quaeritur. ff. de procur.) Cū ergo lex antiqua filio militi uim testandi liberam cōcessisset. l. 1. & per totum. ff. de test. mil. consentaneum fuit, ut quoque bona quaedam ei praecipua concederet, de quibus posset testari, alias illa facultas testandi futilis prorsus fuisset, merito uoluit, quòd haec ca-
12 strēsia bona essent sua. † Tertia quoque communis ratio etiam ad quasi castrense peculium esse potuit, ut filij facilius allicerentur ad militiam, caeterasque artes liberales capescendas, quibus non minus prouiderent humano generi, quam si praelijs ac uulneribus patriam parentesque saluarent, ut dicit tex. de aduocatis loquens in l. aduocati. C. de aduo. diu. iud. ideo sibi concessum fuit, ut eorū castrense, & quasi castrense peculium esset.
13 † Non obstant contraria. Quo enim ad primum dico, quòd illa patria potestas quantū ad hunc actum acquisitionis non erat considerabilis, ut hic patet, & clarius in l. 3. C. de castren. pec. mil. lib. 12. ubi dicitur, quòd [*& si filij milites maneant in potestate parentum tamen castrense peculium proprium habent, nec in eo ullum ius patris est,*] & ita est de mente Christophori hic, in secundo nota. dicentis, quòd quo ad istas causas antiquitas non curabat de patria potestate. Idemque repetit Aldobran. hic in
14 positione casus. † Ad secundum uero respondetur, quòd ideo lex concessit ius patri in uitam filij, non autem in bonis eius castrensibus, uel quasi, licet hoc secundum minus esset, quam primum, quia uerisimiliter existimauit patrem facilius de bonis dispositurū ea uendendo, donando, uel aliter consumen
15 do, quam de uita filij, († ut de quodā Tario narrat

narrat Seneca, libro 1. de Clement. quem refert Connan. in commentat. iur. ciui. lib. 2. c. 13. col. 2. qui deprehensum filium in paricidio non grauius damnauit, quàm ut iuberet eum exulare Massiliæ annua illi præstãs quanta præstare integro solebat.) meritò sacilius lex ademit potestatem patri respectu bonorum, quam uitæ, quia in uita cessabat ratio prohibitionis quæ respectu bono-
16 rum militabat. † Ita hanc rationem in simili casu petpendit Dyn. in dicto c. cui licet. curialis enim potest donare prædia, non autẽ uendere, l. fin. C. de præd. decur. lib. 10. & tamen plus est donare, difficiliusque concedi solitum, quam uendere. l. 1. C. de cont. iud. l. penult. in fi. C. de donat. ubi ultra 500. solidos donatio fine insinuatione non ualet, cũ tamen regulariter uenditio ualeat. quę ergo est ratio, ꝙ si curiali conceditur, ꝙ est plus, non etiam, quod minus est, eidem conceditur. Ratio inquit Dyn. ea est, quia uerisimile est, ꝙ facilius uenderet, quam donaret, ut pretium ex uenditione deductum reportaret, ideo facilius inhibetur uẽditio, quam donatio, quia in donatione cessat ratio prohibitionis, quæ ad uenditionem proprie pertineret, ita ille, cuius consideratio satis elegans casui nostro conformis est declarando, ut supra, merito cessat obiectum, ex quo surgit limitatio ad regulam dicti capi. cui licet, quam menti debes commendare.
17 † Sum nunc in secunda parte, in qua dubitari potuit, an hodie non solum profectitia, uerum etiam aduentitia pleno iure, sicut olim parentibus quærerentur. & quòd sic, dicendum uidebatur, nam sicut ius filij quo ad patrem hodie non fuit diminutum, imo uero potius locupletatum, patet in legitima, quæ cum olim esset quarta pars, hodie ad tertiam totius substantiæ redacta est, §. primo, in Authen. de trien. & semis. in authen. no-
18 uissima, C. de inoff. testamen. † idem in exhæredatione, quæ olim uarijs ex causis procedebat, ex quibus hodie secus, sed ex 14. tãtum expressis in §. aliud, in Authent. ut cum de appell. in authen. nõ licet, C. de lib. præter. (ne iãlia simili ac æque graui, ut per Ias. ibi Aluarot. & alios in c. 1. §. prædictis, §. porro quæ fuer. prima causa benef. ami. Fel. in c. pastoralis, colum. 2. de rescr. Mars. sing. 78. Cassane. in consuet. Burg. Rubr. 7. §. 2. tit. de successione, in tex. Si non pour, & abũde Viuius in suis communibus opinionibus, in uer. filius ultra 14. causas.) Idem in posthumis, qui olim exhæredari poterant, hodie secus, §. 1. infra de exhære. lib. iuncta l. si quis in suo, §. fin. & ibi not. omnes, C. de inoff. testa. de cuius tamen ueritate dicam in dicto §. 1. ita pari modo uidebatur, quòd ius patris quo ad filium non deberet hodie esse diminutum.
19 † (cum pater & filius sint correlatiui, & ita dispositum in uno, deberet esse dispositum in alio, l. 2. cum ibi not. C. de iudic. uid. toll.) Vnde sicut olim aduentitia pleno iure, sicut profectitia patri quærebantur, ita hodie
20 esse deberet. † Secundo, idem suaderi posse uidebatur, uox enim filij in acquirendo, uox patris reputatur, §. ei uerò, infra de inuti. stipu. sed pater indistincte sibi quærit, ergo idem de filio uidebatur dicendum. Quib. tamen non attentis contrarium refert Imperator hic decidisse, prout habemus in l. cum opporter. C. de bon. quæ libe. ubi aduentitia quo ad usumfructum dumtaxat ad patrem
21 pertinent, proprietas uero ad filium. † Ratio decidẽdi ponitur hic in fi. [*ne quod ex suis laboribus*,] &c. quæ sumpta fuit, ut ccuseo, ex regulam legis non debet alteri, ff. de reg. iur. ubi [*non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri*] cuius oppositũ fieret, si pleno iure hæc bona patri quærerentur, cum in alios ea posset, ut olim transferre, uel alio modo ad libitum disponere in præiudiciũ filiorum, qui ea parassent, non enim tam molestum est, ut inquit hic Theophi. nihil acquisisse quam
22 cum acquisieris, id tibi auferri.] (Hinc in assignanda falcidia hæredi dixit eleganter Ripa, in l. in quarram, ff. ad leg. Fal. num. 65. si esset res quam industria, & cultura sua hæres meliorem fecisset, eam sibi assignandam ne
23 labores suos deploraret.) † Vel & secunda ratio potuit esse, quam alibi Iureconsultus tradit in l. qui autem, §. sciendum, & in l. pupillus, in fi. ff. quę in frau. cred. cuius Christoph. hic meminit, quia uigilaui, meliorem condi
24 tionem meam feci. † (uigilantibus enim ius scriptum est, id est ius ciuile fauet ijs qui bona fide rebus suis diligenter, & sollicite prouident, ut ad illa iura plenius declarans inquit Aldob. in fi. proœmij.) † Hinc uidemus, ꝙ excõmunicatus ita demũ potest se defendendo, iuxta c. intelleximus, de iudic. meliorem conditionem suam facere, si curauit se absolui ab excommunicatione, & sic si fuerit uigilans in hoc. Secus, si contempsit eam, quia nõ audietur etiam se defendendo, ut not. Cald. in c. ab excommunicato, de rescrip. sequitur Andr. Sicul. in c. sacris, quod met. cau. Mars. in singul. 260. in princip. sed filius quærendo aduentitia, fuit uigilans, ut supponitur hic ibi, [*ex suis laboribus*,] ergo consentaneum fuit, ut in hoc meliorem suam conditionem faceret proprietatem sibi eorum acquirendo. & licet hæc quandoque etiam ex prospera fortuna accedant filio, ut hic dicitur, non tamen sine causa obueniunt, sed ob meritũ aliquod, iuxta l. nec adiecit, ff. pro soc. & sic quia filius consueuit esse diligens, bonis moribus inuigilauit beneficia in alios contulit, dignus plerumque fuit, ut hæc a diligentibus eum uel de ipso benemeritis consequeretur, quo fit, ut non sine laboribus hęc obue-

obuenire dicantur ei, quæ si otiosus, somnolentus, & ignauus fuisset, non fuisset conse-
26 cuturus. † ut experientia nos docet, (rerũ magistra. quam fit. c. de elect. in 6. D. meus Rimi. consi. 280. num. 12. Ceph. cõsi. 169. nu. 11. Roland. a Valle cons. 89. num. 11. uolu. 3.)
27 † Non obstant cõtraria: quo enim ad primũ dici potest, quòd cum illa ratio nobis suaderet totum patri acquirendum fore, cõtra uero rationes allegatæ pro filio suaderent totũ apud eum remanere debere etiam quo ad usumfructum, hæque rationes hincinde essent indissolubiles, ita, quòd una aliam non expugnaret, consentaneum fuit, nec in totum pro patre, nec etiam in totum pro filio rem decidere, sed eos certo fœdere componere, ut pater usumfructum haberet, filius autem dominium, iuxta nor. per Oldrad. Cyn. Bartol. Bald. Angel. & Imo. in l. si parerfamil. per illum text. ff. de hæred. institu. ubi propter conflictum rationum admittitur institutus, & substitutus, cum alias alteri tãrum
28 sit locus, † unde secundum Bal. & Imo. ibi uidemus, ꝙ arbitri propter nimiam difficultatem hincinde urgentem quæstionem sibi commissam possunt per modum compositionis determinare, partes insimul componendo, (& cum prædictis etiam tenet Bero. consil. 110. num. 34. uolu. 3.) quatenus ergo potuit Imperator hæc sentiens, [*& liberis pe percit, & parentibus honorem debitum reseruauit,*] ut hic meminit, illis dominium, his autem usumfructum concedendo, cum alteri totũ sine iniuria alterius dari non posset ob rationes prædictas, quod bene nota. sic enim ne-
29 mo, quod uiderim, declarat. † Quo uero ad secundum dico, quòd uox filij reputatur vox patris, non absolute, sed in his rebus, quæ patri acquiri possunt. Ita dicitur in dicto §. ei uero, & sic in aduentitijs, quo ad usumfructum tantum, ut ibi gl. aduertit. Respectu ergo proprietatis obiectum non procedit.
30 † Secundo text. ille procedit secundũ fictionem, ut denotat illa dictio [*tanquam,*] quæ improprietatem, uel similitudinem quandam repræsentat, c. solitæ, & ibi gl. in uersi. tanquã de maior. & obe. c. pro humani. in fine, de homi. in sexto. Bar. in l. apud antiquos, C. de furtis, cum alijs per Corn. citatis in consi. 261.
31 num. 23. uolum. 4. † (licet quandoque secũdum subiectam materiã sit ueritatis expressiua, c. parrochianos, & ibi gl. de decim. Fel. in c. gratum, in fi. de off. deleg. Decis. Senatus Pedemonta. 30. nume. 10.) † Confirma-
32 tur ex alio uerbo [*intelligitur,*] ibi posito, qđ pari modo plerunque denotat fictionem, l. quoniam, ff. de infa. l. pater, ff. de capti. Bart. & alij, in l. si is, qui pro emptore, in 3. opposi. ubi late Ias. num. 93. ff. de usucap. & in terminis d. §. ei uerò, Corn. in consi. 81. num. 12. in
33 primo uolum. † quibus accedit quoque tex. in l. fin. C. de impub. & al. sub. ubi dicitur, ꝙ [*pater & filius una, & eadem persona pene intelliguntur,*] quod uerbum [*pene*] secundum Deci. ibi diminuit, iuxta l. 1. §. largius, ff. de succ. edi. & §. ex hoc iure, supra de iure nat. Vere ergo & proprie persona uoxque unius non est persona, uel uox alterius, nec talis identitas personarum patris, & filij sic generaliter capi deber, ut dispositio facta de patre dicatur etiam facta de filio. Id enim satis esset ridiculum, & contra l. 2. & 3. C. ne fil. pro patre. sed procedit tantum in quibusdam casibus, ut in casu d. l. fin. & alijs ibi not. per gl. in quibus reperitur expressum in iure, quòd lex fingit talem identitatem. Ita tradit Soc. Iu. in consi. 117. nu. 23. uolum. 1. meritò consequẽtia supra facta de patre ad filium, in 2. ratione dubitãdi, periculosa satis redditur, hic est
34 casus utiliter satis expeditus. † Notabilia q̃ colligit Aretin. hic, sunt leuia satis & plana, tu uerò ultra ipsum no. ibi [*utriusque sexus*] & ibi [*uel unam*] de filiabus, uel alijs descendẽtibus fœminei sexus expressum esse ab Imperatore ad maiorem iuuenum declarationem non quòd esset necessarium, cũ sola cõmemoratio liberorum sufficiebat ad comprehendendum feminas non tantum masculos, ut est casus in l. cognoscere, §. liberorum ff. de uerborum significat. Vnde uidemus, ꝙ Imperator inferius dicit, [*quod autem ex alia*
35 *causa sibi filiusfamilias acquisiuit,*] † quod uerbum filius, sine dubio fœminas quoque continet, l. si quis ita, ff. de test. tut. §. fi. supra qui testamen. tut. l. iusta, ff. de uerborum significa. Pari ergo modo satis fuisset dicere [*Igitur liberi uestri*] nam & feminæ fuissent compre-
36 hensæ. † (quia, ut inquit text. in l. qui duos in fi. ff. de leg. 3. sexus masculinus semper feminінum continet, & in l. seruis legatis, eod. tit. dicitur quasi commune nomen utrumq; sexum contineat, hocque procedit etiam secundum grammaticos, ut inquit Castren. in l. quicumque, C. de ser. fug. & locum habet etiam in lege diuina, ut not. Abb. per illũ tex. in c. maiores, colum. 2. de baptis. & in materia indifferent procedit, ut tenet Dec. in l. 2. num. 95. ff. de regu. iur. quare) hoc totum maioris declarationis gratia factũ fuit, nec
37 aliter puto in hoc dici posse. † (quod ob id superuacaneum censeri non debet, cum satis operetur in tollenda dubitatione, ut inquit Abb. in c. certificari, colum. penult. de sepul. Dominic. in c. si Papa, de priuil. in 6. & Dec. in l. quæ dubitationis, in princip. ff. de regu.
38 iur. sicut & Cra. consil. 70. nume. 29. † Secundò nota ibidem, quòd filia potest habere peculium aduentitium, & sic aliquid suum ratione proprietatis, quod uidetur stare non posse. Aut enim est nupta & ratione turpis quæstus euitandi, uidetur hoc esse mariti, l. Quintus, ff. de donat. inter uirum & uxor. l. etiam

39 etiam, C.eo. † Aut est uidua, & eadem ratio
ne uidetur ex bonis mariti quæsitum, ut te-
net post Vber. de Bobio, Albe. utrobique Be
ned. Capra in consi.13.colum.2.Ang. in con
sil.141.Franc.Crem.in sing.6. Dec. in consil.
237.nu.9.non ergo suum, uel patris esse po-
test. aut nondum est nupta, & adhuc eadem
ratione dicendum est quæsitum esse ex bo-
nis patris, meritò totum ad eũ spectare. nul-
lo ergo respectu uidetur posse, quod hic di-
40 citur subsistere. † Pro saluatione tamen Im-
peratoris considera, quòd ubicunq; de uno
quæritur cætera extrema habilia ad illud præ
supponenda sunt, l.qui testamenro, ibi, [*si
aliud eos nihil impediat,*] ff.de testa.l.furiosum,
C.qui testa.fac.poss. Paris.in consi.30.in prin
cip.nolum.4. (Cagnol. abunde in l.uinum,
num.3.ff.si cer.pet.) Dum ergo Imperator
hic quæsiuit de filia, an possit habere peculiũ
aduentitium, & decidit, quòd sic, uoluit lo-
qui in casu; in quo fœmina extra suspicionẽ
turpis quæstus aliquid potest habere pro-
prium, & sic in casu, in quo hoc extremũ ha-
bile in ea concurreret: lex enim Quintus, &
l. etiam, loquitur in dubio, alioque in con-
trariũ non apparente, vt ibi, [*quando nõ demon
strat, unde hoc habeat,*] & ibi, [*cum probari non pos
41 sit, unde honeste quæsierit.*] † Casus autem, in qui
bus honestus quæstus arguendus esset. Pri-
mus est, si filia per testes, uel instrumenta, aut
aliud probandi genus ostenderet se aliunde
quæsiuisse, quam ex bonis patris uel mariti,
tunc enim cessat dispositio illarum legum, vt
ibidem not. & per glo. in c. sint manifestæ 12.
42 quæstione 1.Bald.in consi.67.uolum.5. † Se-
cundo, si aliquam licitam negotiationẽ præ
manib. habebat, ut quia erat chirurgica, uel
obstetrix: tunc enim præsumeretur quæsiuis-
se ex illo artificio, nõ autem ex bonis patris
uel mariti, ut per Bald. in l.cum opportet, co
lum.3.C.de bon.quæ libe.& in l.si uxorẽ, col.
3.C.de cond.inst. Alberi. in dicta l.Quintus.
Petrus Ger. de Petra sancta, in sing.99. dans
exemplum in mulieribus se exercentibus in
arte texendi, uel aracamiæ seu lactantib. pue
ros alienos. & sic nutricis officium exercen-
43 tibus. † Tertio, quãdo uxor, uel etiam uidua
ostenderet instrumentum acquisitionis, in
quo diceretur eam acquisiuisse de pecunia
propria marito consentiente, uel patiente:
tunc enim cessat præsumptio, dicta l.Quin-
tus, ut uoluit Salycet. in l.cum propria, C.si
quis alt. uel sibi, in l.mater, C.de contrahen-
da emptio. Alexand. in consil.24.uol.1.quod
est repetitum in consi.22.uol.4.Socin.cons.
61.colum.1.uolumi.4. Ripa lib.3.respon.de
reuo.dona.respon.4.Cratie.in consi.61.col.
penult. (& alios citat Anch.Iun.q.24.2.par.
hanc opin. defendens a Soc. Tiraquelloque
44 de quibus per eum. † ubi tanto magis id ad
mittit quãdo maritus cõfiteretur pecuniã,
45 uel rem uxoris esse.) Quarto † (quando mu
lier maritum ad domum suam trãsduxisset,
tunc enim mobilia in ea domo existẽtia præ
sumerentur esse ipsius mulieris, non autem
mariti, ut uoluit Salycet. in l.ob maritorum
C.ne ux.pro mar.Soc.cons.128.uol.1.Anch.
46 Iu.q.7.col.j.prima parte. † Quinto,) quando
est quæstio cum ea, & extraneo, non autem
cum uiro, uel eius successore, ut tradit Bald.
in dicta l.si uxorem, col.3.& Alexand.in l.qui
iure familiaritatis, ff.de acquirẽda possessio.
His ergo casibus, & id genus (quos & prædi
ctos latius ponit Porti. Imo. conclu.li.j. con
clu.14.& in uidua, limitat Roland.a Val.con
sil.86.nume.46.uolum.2.quando post annũ
luctus acquisiuisset nec in administratione
bonorum uiri mansisset) filia non nupta, u-
xor, aut uidua citra suspicionem turpis quæ-
stus potest acquirere, merito secundum eos
47 tex. noster debet intelligi. † Tertio not. ibi,
[*& patribus debitum honorem reseruauimus*] secũ
dum Are.& Christoph. honorem patris sem
per esse seruandum. Concordat text. in l.Im-
perator, in fi.ff.ad Trebel. ibi, [*sed paternæ re-
uerentiæ congruum est, egenti forte emolumentum
præstari,*] & in Authen. de incestis nuptijs, in
§.j.ibi, [*pascentes autem eum, & alia necessaria præ
bentes etiam: nam licet legum contemptor, & im-
pius sit, pater tamen est.*] (hinc dicitur in l.liber
to, ff.de obse. à liber. patro. præst. quòd liber
to & filio semper honesta & sancta persona
patris ac patroni uideri debet, neque hanc
sanctitatis opinionem affert sacrorum gen-
tilium religio, sed naturæ ratio & conditio
48 † quæ Platoni tanta putatur esse, ut neget ul
lum nos Deorum numen habere præsentius
& rebus nostris magis propitium, si rite ho-
norentur, & colantur, quam eos ipsos a qui
bus initia uitæ lucemque accepimus, vt re-
fert & latius exornat Conna. in comment.
49 iur.lib.2.capi.11. colum.4.ad fi.) † Quarto
nota ibi, [*quæ enim inuidia est*] citra omnem
inuidiam esse, si acquisita ex re patris ad ipsũ
redeunt: res enim de facili ad naturam suam
prolabitur, l.si unus, §. pactus ne peteret, ff.
de pact. quam regulam multis exemplis Ia-
son ibi exornat in quarto not. idemque Fel.
agit in c.cum accessissent, col.3.de consti. ut
50 unus forte ab alio habuerit. † Vltimo no. ibi
[*dominium autem apud eum remaneat,*] quòd in
aduentitijs proprietas est filij, quod tamẽ se
cundum Areti. hic inferius limitatur dupli-
citer. Primò, nisi quæratur ex stipulatione pa
terna, secundum Bart. & Imo, in l. dominus,
ff.de uerb.obligat. qui tamen Bart. tenet con
trarium post gloss. ibi, idemque tenet glo. &
Doctores omnes, secundum Salic. ibi, in l.2.
C. de contrahen. & committen. stipulat. &
51 † ita communem esse testantur Alexan. & Ia-
son in l.quod dicitur, la seconda, ff.de uerbo-
rũ obligatio. post glossam ibi, quam sic Cast.

& Alc-

& Alexander intelligunt,& ratio Doctorum
est, nam sicut pater stipulando filio ex causa
castrensi,uel quasi totum ei quærit, ita stipu
lando ei ex causa aduētitia, debet acquirere
proprietatem arguendo de toto ad partem,
l.quæ de tota,ff.de rei uend. (comprobatur
& alia ratione noua,nam uerba intelligen-
da sunt secundum qualitatem personæ ad
quam referuntur,l.plenū,ff.de usu,& ha. eo-
que respectu quo prolata sunt,l.debitor,§.fi
na.ff.ad Treb.Dec.consi. 283.colum. 1.Cra.
cons.16.num.3.consi.34.nume.26. Senatus
Pedemontanus decis. 124.nu.17.ergo si pa-
ter stipulatus fuit filio,censetur stipulatus se
cundum qualitatem & cōditionem filij, hoc
est ut illi filio quæratur dominium, eoque re
spectu uerba protulisse) & sic ista limitatio
Aretini est falsa,de qua re plura uideas in lo
52 cis supra citatis.† Secundo limitatur, nisi
filius fuerit stipulatus patri,& non sibi, quia
tunc acquirit patri etiam proprietatem, se-
cundum Dy. & Bar.in l.quodcunque,in prin
cip.ff.de uerborum oblig.ubi Alexand.dicit
esse magis communem, pro qua ultra Doct.
facit regula l. penul. C. de pact. ubi licet suo
fauori renuntiare,ergo si filius patri stipula
tur, sibi imputetur, & dominio priuari de-
bet, cum posset sibi stipulando illud quære-
53 re. † Secundo, quia etiam siue stipulatione
filij ꝓprietas erat filij,ut hic. ut ergo aliquid
stipulatio operetur,iuxta l.si quando, C. de
inoff.testamen.debet etiam acquiri proprie
tas patri, ex qua ratione tollitur unum fun-
damentum Iasonis in dicta l.quodcunq;, cō
tra commu.qui post Alexand.& Cum. tenet
contra hanc opinio. à qua tamen non rece-
54 das in iudicando & consulendo.† In glo. 1.
habes rationem,cur prius de filijs,quam cæ-
teris supra expressis hic dicatur.quia dignio
res sunt,concordat,l.fina.ff.de fi.instru.cum
alijs,de quibus per Aretin. quibus adde tex.
in l.1. & 2. ff. de albo scri.ubi decuriones di
gniores quique a principe dignitates conse
55 cuti sunt, cæteris præferuntur in albo.† Vn
de Bart.ibidem infert, quòd canonici electi
autoritate Papæ,præferuntur in sententijs fe
rēdis canonicis electis autoritate legati,uel
alterius inferioris (sequitur Bonus a Curti
li,in tracta.de nobili.3.par. num.25.Marti,
Laud.in tract.de dignita.quæst.32.) Facit in
super text.in cap.antiqua, de priui. ubi post
Romanam ecclesiam Constantinopolitana
cæteris,ut dignior præfertur, primumq; lo
56 cum obtinet. † (demumque uidemus in cō
cursu filiorum, quòd ex Doctoribus nati
præferuntur non natis ex Doctore, ut per
Bal.in l.iubemus,C.de aduoca.diu.iud.Doc.
in l.Gallus, §. quidam recte,ff.de lib.& post.
cum simil.per Decia.respon. 7.num.43. uol.
3.) Sed hæc consideratio glossæ confundi ui
detur per text. supra de his, qui sunt sui, uel

alie.iur.in princi.ubi uolens tractare Impe-
rator de subiectis alieno iuri, quales sunt fi
lij & serui,subdit [*ac prius dispiciamus de his,qui in potestate dominorum sunt,*] & de his statim
subdit,postea de filijs in titulo sequen.de pa.
pot.Cuius contrarium fieri debuisset atten-
ta ratione huius glossæ. Idem Iurisconsultus
obseruauit in l.1.iuncta l. 3.ff. eod.ut facile
57 uideri potest.† Reperio tamen, quòd Albe.
ibi post Iacob.Butrig.forte hoc sentiens, di
cit,quòd ibi non fit mentio de potestate do-
mini in seruum, ut eam prosequatur princi-
paliter, sed ut denotet, quòd restricta est à
iure ciuili,ut ibi dicitur [*sed hoc tempore,*] &
sic de iure ciuili tantum loquitur ille titulus,
prout etiam fuit de mente gl.primæ.ibi,quæ
consideratio si esset uera, cessaret obiectum
per me factum. Sed uereor, ne sit contra il-
lum tex.& Insti.eod. ubi dicitur, [*sequitur de iure personarum alia diuisio,*] & sic principaliter
ponitur una diuisio personarum, inter quas
sunt subiectæ alieno iuri.de quib. inquit lex
esse uidendum, & plus subdit, [*ac prius inspiciamus de his, qui sunt in potestate dominorum,*] de
quibus statim ponit, ergo principaliter. fa-
teor bene,quòd postea subdit talem potesta
tem esse restrictam, sed non est, quin supra
principaliter de istis seruis dixerit.Vnde ad-
58 huc obiectum durat. † Iason in addit. Chri-
stophori, supra de his,qui sunt sui. aliter id
soluere conatus est,quod cum supra in trib.
titulis præcedentibus Imperator tractasset
de seruis, & dominis, merito ut seruorum
materiam continuaret, incępit a potestate
dominorum in eos,maxime quia in sequen-
tibus tractat tātum de liberis personis,quæ
consideratio periculosa est ex ordine istorū
ubi in titu. de sta. homi. tractatur etiam de
liberis in l.4.in l.Imperator,& in multis alijs
& tamen in dicta l. 1.tituli sequentis de his,
qui sunt sui, prius de seruis ponit, quam de
59 filijs. † Melior ergo est alia consideratio Ia
son. ibi,quam uere mecum, eo nondum uiso
cogitaueram,ut dicamus, quòd ibi Impera-
tor intendit tractare de potestate domini,
uel patris, sed potestas dominica est de iure
gentium, ut ibi dicitur, patria uerò pote-
stas est de iure ciuili,ut supra de pat.potesta.
Ideo cōsentaneum fuit ibi prius tractare de
illa,quæ erat iuris gentium, iuxta §.singulo-
rum,supra de rer.diuis.l.1.ff.de acquir.rerum
domin.& sic prius de seruis,quam de liberis.
sed hic intendit Imperator tractare de acqui
sitione,quam nobis faciunt isti, qui sunt su-
biecti nostro iuri, siue sint filij,siue serui,& qa
filij sunt digniores ipsis seruis, ideo de illis
prius tractauit, ut glo. dicit & bene,satis su-
60 pra firmata. † In glo.2.concluditur per eam
antiquitatem hic recitari, ut eam non igno-
remus,utque quod tollitur uel reformatur,
non sit incognitum.Quod.n.erat olim in ad
uentitio

uentitio peculio, hodie fuit reformatum, ut
hic patet. Simile factum uidemus ſupra, qui-
bus mod. tut. fini. in princ. ubi pubertas in
maſculis ex habitu corporis fuit correcta.
Idem in §. præterea, ſupra quib. mod. ius pa
tr. poteſt sol. ubi modus emancipãdi priſcus
fuit correctus. Idem in §. fi. infra, de hæredit.
quæ ab inteſt. ubi antiquitas illa circa ſucceſ
ſionem ab inteſtato recitatur, quę & ibidem
corrigitur, hocque alibi ſæpe tam in inſtitu
tionibus, quam in Codice factum reperitur,
61 † (poteſt etiam forte dici antiquitatem hic
recitari ueluti rem uenerandam, ut ſemper
habita fuit, ut teſtatur Zaſi. in l. generaliter,
ff. de in ius uo. unde plurimi opinantur anti-
quitatem proxime ad Deum accedere, adeo
ſola eius effigies eſt ueneranda & hinc a La-
tinis antiquũ uocamus, quod charũ eſt, quia
omnia antiqua uel admiranda colimus, & a-
mamus, ut refert & plura de illa ponit Conn.
in commentat. iu. lib. 1. c. 9. colum. 2.) Gloſ-
ſa in uer. caſtrenſib. recipit 3. partes, in 1. am
pliat text. in 2. & 3. ponit dictum. Secunda
ibi, [*Eſt autem.*] Tertia ibi, [*quaſi caſtrenſe.*]
62 † Ex prima habes ampliationem ad hũc tex.
dicentem, quòd olim caſtrenſia eſſent filio-
rum præcipua, ut procederet hoc etiã in qua
ſi caſtrenſibus, per l. 1. in §. nec caſtrenſe, ff.
de colla. bon. ubi caſtrenſe peculiũ, uel quaſi
nõ confertur per emancipatum ſuum, quia
etiam ſi emancipatus remanſiſſet in poteſta
te, illud non quæſiuiſſet patri, ſed ſibi: col-
latio uerò fit de illis bonis, quæ fuiſſent pa-
tri quæſita ſi filius non fuiſſet emancipatus,
dicta l. 1. in princip. & declarat Bart. in d. §. &
hoc eſt, quod uoluit dicere ille tex. [*hoc enim*
63 *præcipuum eſſe opportere.*] † Sed contra hanc
cõcluſionem urget tex. noſter in uerbo [*quic
quid,*] quod includit omnia etiam quaſi ca-
ſtrenſia, l. Iulianus, ff. de lega. 3. l. a procura-
64 tore, C. mand. c. 2. de obſer. ieiu. † Hinc ſtatu
tum dicens, quod maritus lucretur dotẽ om
ni caſu; etiam habebit locum extantibus li-
beris ex primo matrimonio; & tali caſu non
habebit locum l. hac edictali. C. de ſecun. nu
pt. ut uoluit Roma. in conſi. 44. col. fi. Decius
in l. omnia, in princ. ff. ſi certum peta. & in cõ
ſil. 358. colum. 2. in princ. in cõſi. 472. in prin.
ci. Rimi. meus in conſi. 469. num. 10. & licet
Iaſ. in authen. pręterea, num. 15. C. unde uir,
& ux. in contrarium pungat, quem ſequitur
Bertrand. in dicta l. hac edictali, nu. 29. (Fa-
nucius de Fanuc. in tract. de lucro dotis, in
uerbo ſine liberis, ſub nu. 36. & inferius ſub
nu. 42. uerſi. quartus caſus.) a priore tamen
ſententia recedendum non puto. Quam idẽ
Dec. defendit contra Iaſ. in dicta authen. præ-
terea. num. 7. & ſequitur ſimpliciter Curt. Iu-
nior, nu. 16. (quamque ut communem poſt
multos relatos firmat Rol. a Valle, in tracta.
de lucro dot. q. 29. ubi inter cæteros adducit
Alciatum lib. 1. de uer. ſign. dicentem, quòd
durum eſſet ſtantibus his uerbis, omni ca-
ſu, ipſa uerba reſtringere, ut ſaluum cenſea-
65 tur ius liberorũ primi matrimonij.) † Hinc
etiam uidemus, quòd ſi teſtator fecerit le-
gatum de omnibus rebus, ueniunt etiam ue
nales, propter illa uerba uniuerſalia, de om-
nibus rebus, ut tradit Barto. in l. generali, §.
uxori, ff. de uſufru. leg. ſequitur Dec. in locis
ſupra citatis (& in l. 1. ff. de reg. iu.) Rubeus
in conſil. 135. nu. 2. Ex quibus pariter in tex
tu noſtro, in quo dicitur, quòd [*olim quicquid
ad eos peruenerat,*] & ſic omnia quæ acquire-
bant, patribus ſuis acquirebant, dicẽdum eſt
66 quaſi caſtrenſe peculium comprehẽdi. † Cõ
firmatur hæc opi. ex exceptione, quam in ca
ſtrenſibus dumtaxat facit hic text. ibi, [*exce-
ptis uidelicet caſtrenſibus peculiis,*] ergo regula
pro patre erat, & in quaſi caſtrenſibus, exce-
ptio nanque declarat regulam in caſibus nõ
exceptis, l. nam quod liquide, ff. de penu leg.
not. Bartol. in l. quæſitum, §. deniq; ff. de fun-
do inſtruc. & in §. ut autem, in Authe. de nõ
alie. Decius plura cumulans in l. 1. nume. 27.
ff. de regulis iur. & poſt eum Ferrar. & Cag.
67 † Tertiò, me mouet tex. in l. cum oportet, in
§. exceptis, C. de bonis quę liberis, ubi a regu
la excipit caſtrenſia ſecũdum ueteres leges,
poſtea dicit [*eodem obſeruando in quaſi caſtrenſi-
bus*] ergo ante Imperatorem nõ idem in eis
68 obſeruabatur, ut ſentit textus. † Iſtis tamen
non obſtantibus ab opinione glo. noſtræ nõ
eſt recedendum, quam ſic intelligendo textũ
noſtrum ſequitur Corn. in conſi. 228. in prin
cip. uol. 4. eamque ultra tex. in dicto §. nec ca
69 ſtrenſe † confirmo per tex. in l. fi. C. de inof
ficioſo teſtam. ubi Iuſtinianus faciens men-
tionem de legibus antiquis, refert in uẽtum
fuiſſe triplex peculium, paganum, caſtrenſe,
& quaſi caſtrenſe, in quo quaſi caſtrenſi con-
cedebatur quibuſdam perſonis condere te-
ſtamenta, &c. quod idem confirmat text. in-
fra, de mil. teſtamento, in §. fin. Si ergo con
cedebatur ante Iuſtinianum teſtari de quaſi
caſtrenſi peculio, datur intelligi, quòd illud
erat præcipuum filiorum, nec patri ulla ex
parte quærebatur, patet, nam in aduẽtitio
peculio, & hodie non licet filio teſtari, l. fi. §.
filijs, C. de bonis quæ liber. quia non in totũ
pertinet ad filium, niſi quo ad proprietatem.
70 † Non obſtant contraria, quo enim ad textũ
noſtrum dupliciter conſideratũ dici poteſt,
quòd non diſponendo, ſed referendo ius an
tiquum procedit; merito in hoc ſtãdum eſt
iuri antiquo. De quo in dicto §. nec caſtren
ſe, arg. text. in authen. ſi quis in aliquo, C. de
71 eden. cum ibi notatis. † Secũdo, magis in
ſpecie dico ad primum, quod uerbum [*quic-
quid*] cæteraq; uniuerſalia licet alias omnia
comprehendant, reſtrictionemque non re-
cipiant. Fallit tamen, ſi adſint alia iura, a qui-
bus

bus bene restrictionē capere possunt, ut tradit Alexan. in l. 1. nu. 9. in fi. ff. de leg. 1. Facit tex. in authen. offeratur, C. de litis contesta. quæ distinguitur, restringiturque secundum terminos l. sciendū, ff. qui satisd. cog. ut utrobique glo. Barto. & cæteri notant. Vnde & in casu nostro text. noster in uersicu. quicquid,
72 restringi debet per d. §. nec castrense.† (Rationeque præobitorum adferri potest, nā uerba licet uniuersalia legis, ut hic & alibi, recipiunt interpretationem de habilitate, ac restrictionem ne alias generaliter intelligendo inducatur aliarum legum correctio, ut uoluit Bald. in l. fina. C. fine censu, uel reliq. sequitur Ias. consi. 1. num. 49. in usib. feud. Rui. consi. 111. in princ. uolum. 1. cons. 86. nume. 11. consi. 150. num. 3. uolum. 3. cons. 161. nu. 35. uolum. 5. D. meus Rim. cons. 575. nu. 9.)
73 † Tertiò ego respondeo, quod ubi uerba uniuersalia proferuntur super actu iam disposito, tunc accipi possunt declaratiue, & extensiue, sumiturque illā interpretatio, quæ uitio caret: extensiue enim capiuntur, in l. 3. §. nunriatio, ff. de ope. no. nunt. dum ibi dicitur, quòd nuntiatio omnibus diebus fieri potest, nam intelligitur etiā feriatis: si enim declaratiue sumerentur, esset uitiosa interpretatio. nihil enim releuaret nuntiatio postea facta, cum interim die feriato, quo nō possem nuntiare, opus perficeretur. Declaratiue autem sumuntur in l. 1. C. de sacrosan. eccl. ubi datur licentia unicuique relinquendi locis pijs, & tamen intelligitur de unoquoque habili ad restandum. si enim sumerētur extensiue, & sic ut pupillos aliosue inhabiles comprehenderent, esset uitiosa interpretatio, nam quo ad pupillos esset contra l. fi. C. de testam. mil. quo uero ad alios inhabiles contra iura de illis loquentia, merito capiūtur declaratiue, & sic recipiunt restrictionē. Ita pulchre declarat Bar. quem cæteri sequūtur magis communiter in dicto §. nuntiatio, num. 25. in quo secundo casu nos uersamur. si enim hoc uerbum [*quicquid*] caperetur extensiue, ut etiam quasi castrensia complecteretur, uitiosa esset interpretatio, per dict. §. nec castrense. Ergo debet sumi declaratiue, uidelicet, quicquid, siue peculium esset profectitium, siue aduentitium. sic enim expositio
74 facta uitio carebit. † Ad secundum uero de exceptione hic in castrensibus tantum facta, ego respondeo, quòd illa regula supra tradita de exceptione, quę declarat regulam in casibus non exceptis, non procedit, quando correctio iuris sequeretur: tunc enim regula uirtute exceptionis non ampliatur, seu melius non operatur effectum declarationis. Ita est glo. in l. fina. ff. quod quis. iur. quæ ita intelligitur secundum Alexand. ibi, colum. fina. sequitur Dec. in dicta l. 1. ff. de regu. iur. nume. 41. & post eum Cagu. nume.

35. & idem pulchre ponit Alex. in cons. 145. num. 3. uolum. 7. Curt. Iun. in consil. 7. num. 13. in seq. colum. sed in casu nostro, si per exceptionem castrensium regula declararetur in quasi castrensibus, induceretur correctio, dicto §. nec castrense, & aliarum legum antiquarum, quæ concedendo licentiam testandi de quasi castrensibus supponunt ea fuisse filiorum præcipua, ut supra declaraui. Ergo dicendum est, quòd talis exceptio non declaret regulam, sed in casibus non exceptis recurrēdum esse ad iura antiqua de illis loquē-
75 tia, quod bene nota. † Ad l. cum opportet, in §. exceptis, dici potest, quòd ibi duo facit Imperator. Primo, excipit castrēsia, quorū secūdū leges antiquas nec ususfructus patri quærebatur. Secūdo quòd in eis iura antiqua in tacta reseruat. Dum ergo subdit, [*eodem obseruando, in quasi castrensibus,*] ut omnimoda fiat repetitio, debet intelligi tam respectu ususfructus non acquirendi patribus, quam ueterum legum in eis non correctarum, & sic sentit, quòd de his etiam iura antiqua loquebantur
76 sicut de castrensibus. † In secunda parte eiusdem glossæ concluditur per eam, latius uero per Arer. quid sit castrēse peculium, per l. primam, C. de castren. pec. mil. lib. 12. (& præter Arer. tu uide Guil. Maynerium in l. filiusfa. ff. de reg. iur. ubi declarat hāc speciem peculij castrensis, sicut & cęterorum peculiorū.) Tu uero ultra ipsos considera, quòd leges allegatæ in glo. uidentur inuicem cōtrariari. Text. enim in dicta l. si forte, dicit, quòd [*si uxor uel cognatus quid filiofamilias donauerit, non erit castrense peculium*] lex autem castrense, dicit contra-
77 rium. † meritò pro solutione, Bart. dicebat, l. si forte, intelligendam, quando res donatæ, non erant aptæ ad militiam, ut prædia, & id genus: lex autem castrense, procedit in rebus aptis ad militiam, ut sunt equi, arma, & id genus, quæ distinctio secundū ipsum probatur in dicta l. 1. ibi [*peculio autem castrensi cedunt res mobiles, quæ eunti in militiam à patre uel à matre aliisue propinquis uel amicis donatæ sunt.*] dum enim dicit de rebus mobilibus excludit prædia, item dum dicit, quod donātur filio eunti in militiam, sentit eas esse res aptas ad bellum, alias frustra eas secum ferret filius. & licet Bartol. non dicat, hæc fuit consideratio Dyni ibidem, ut bene refert, & sequitur Alber. dicens, quòd aut donātur res in militia necessariæ, ut equus, & arma, & similia, & tunc non refert a quo, nam semper est castrense peculium. Aut res donatæ, militiæ non erant necessariæ, & tūc habet locū distinctio, de qua in dicta l. si forte. Quod aut donantur ab eo, qui erat per militiam notus, & idem, (puta si quis non aliter notus filio quam per militiam instituerit eum, l. 1. C. de castr. pecu. mil. lib. 12. & declarat Guil. Mayner. in dicta l. filiusfamilias, colum. 2. ff. de reg.

de reg.iur.) aut ab alio nõ noto per militiã
& ſecus.& licet ... reſolutio qnãdam ſapiat
diuinationem, ... dicta lex,ſi forte,& dicta
lex,caſtrenſe. loquantur ſimpliciter de reb.
donatis,nec aperiant,quæ nam eſſent, meri-
78 to nõn uideatur toleranda. † quoniam diui
nare uon poſſumus, ut inquit tex.iu c.vt uo
ſtrum, ut eccl.bene.& iu l.ſi putator,ad fi. ff.
ad l.Aquil.Corn.in conſi.292.in princip.uo-
lumi.3.& in conſi. 235.nume.4.uolumi.4.
79 † Tamen gratia contrarietatis concordan-
dæ licita eſt diuinatio, ut tradit Iaſ.in l. 2. §.
prius,num.23.ff.de ulga.& pup.& in l. hu-
iuſmodi,§.ſi cui,ad fi.ff. de leg.j.& eſt de mẽ-
te Alexandri,in l.rei iudicatæ,colum.fina.ff.
ſoluto matrimo.Vnde Bar.in l.ita ſtipulatus
col.9.uerſic.& erit octaua,ff.de verborum o-
bligatio. dicit, quòd quando contraria ſunt
difficilia,cogimur diuinare. Sequitur Go-
meſi.in c.ij.rimo,de reſcriptis,in ſexto, num.
17.ubi etiam citat Riminaldum meum pa-
truum magnum,in l.1.col.3.C.de edeu. qui
licet aliqua de hac diuinatione ponat,nõ ta
men hoc,de contrarietate uitanda ponit.cõ
firmaturque hoc tanto magis in caſu noſtro
ubi hæc diſtinctio de rebus aptis,uel non ad
militiam iuſtificari uidetur ex dicta l.j.in do-
cendo, ut ſupra, & in l. ſi militi, ff. eod. ibi,
[*& habiles ad militiam libertos habeat*] iũcto pri
80 mo reſponſo. † Confirmaturque præterea
ex textu ualde ſingulari,& ibi gl.& Docto.in
l.ſi filiusfami.C.fam.erc.ubi dicitur, quòd ſi
res mobiles,ut arma,uel ſe mouẽtes,ut equi
q̃ caſtrenſis peculij eſſe poſſunt,filio, a patre
donatæ ſunt,ſunt in caſtrenſi peculio,nec cõ
municandæ cum fratrib.Secus, ſi prædia do-
nata fuerint.Vnde Bal.Angel.Salycer. Caſt.
& cæteri ſcribentes ibi dicunt in rebus doua
tis a patre alijſue amicis aut agnatis nobis a-
liunde,quam ex militia qualitatem rei dona
tæ eſſe ſpectandam: ſi enim aptæ ſunt ad mi
litiam cedunt caſtrenſi peculio: ſi uerò non
ſunt aptæ,ſecus eſt,quia uidentur donatę po
tius cauſa filiationis,uel intuitu naturali, q̃
81 cauſa militiæ. † In eadem gloſſ. in fi.ſtat ex
ea concluſio,quòd quaſi caſtrenſe peculium
eſt,quod magiſtri liberalium artium, medi-
ci,clerici,& aduocati de publico acquirunt,
82 l.fina.C.de inoffi.teſtamen. † Quinimò ſe-
cundum Fabrum,Aret.Chriſtopho.& Aldo-
brandinum hic,etiam ſi non ex publico ſed
a priuatis perſonis, ut clientulis pro ſtipen-
dio recipiant,adhuc dicitur eſſe quaſi caſtrẽ
ſe peculium,ut uoluit gl.notab.quam ſequi-
tur Cyn.Bartol.Bald.Angel.Salyce. & omnes
in l.fori, C.de aduoc.diuer.iudic.Idemq; po
nunt Cyn.Bald.& Iaſ.in dicta l.fi.C.de inoffi.
teſtam.Bart.iu l.fi.per illum text.C.de ſilent.
lib.12.(Guiliel.Mayneri.in d.l.filiusfa. nu-
me.7.) licet Specul.contra teneat in titu.de
actore, in §.1.mouentur oẽs, quia huiuſmo
di ſtipendia ſubrogantur loco eorum,quę o-
lim.ex publico percipiebantur, ergo eorum
debent naturam ſapere,l.ſi eum, §. qui iniu-
83 riarum, ff.ſi quis caut. † Secundò, quia aſſeſ
ſores non recipiunt ſalarium de publico; ca.
ſtatutum,§.pen.de reſcr.lib. 6. & tamen ha-
bent quaſi caſtrenſe peculium, l.uelut, C. de
aſſeſ.Tertiò cõfirmatur ex dicta l.fori, ubi ap
pellat quaſi caſtrenſe,nedum quod ex profeſ
ſione ſeu ſalarijs acquiritur, imò quicquid
eius occaſione & ſic priuatim. Quartò ego
moueor per tex.in l.aduocati,C.de aduoc.di
uer.iudiciorum,ubi æquiparat, quòd aduo-
cati ſe intromittãt in rebus publicis, uel pri
uatis, ergo pariter non eſt facienda uis, an
de publico, an priuatim quid acquirant.
84 † Poſtremò accedit, uã clerici,bona quę ple
rumque acquirunt, eorumque fructus aliun
de quam ex rebus eccleſiæ ex publico non
percipiunt, & tamen in eis dicuntur habere
quaſi caſtrenſe peculium,l. ſacroſanctæ,C.de
epiſc.& cle.(Imo.poſt Hoſt.& Io. And.in Ru
br.de pec.cle.Guil.Mayn.in d.l.filiusfa. co.3.
& abunde Didac.Couua.in c.quia nos, de te
ſtam.col. 2.& prędictam concluſionem con-
tra Speculatorem uelut communem probat
quoque Viuius in ſuis communibus opinio
nibus,in uer.peculium quaſi caſtrẽſe.) Vnde
85 † ad eorum reſtitutionem,ſi extant, uel eo-
rum pretium,ſi non extant,pater tenetur,ut
nor.Abb.& Card. Zabar.in c.quia uos,de te-
ſtam.cum alijs plenius deductis per Deciſio.
86 N cap.241.colum.1. Qui nam autem ſint il-
li,qui habent quaſi caſtrenſe peculium præ-
ter filios laicos,uel clericos enumerat tex.in
d.l.fin.& Aretin.hic. Sed ante ipſum, latius
Ioan.Fab.facientes regulam, ꝙ omnes, qui
habent aliquam adminiſtrationẽ, uel digni-
tatẽ ex publico, & inde quid publice, uel pri-
uatim quærunt, dicuntur illud habere uelut
caſtrenſe peculium,idemque tradit Paul. de
Caſt. in dicta l. fina. dicens, quòd quaſi ca-
ſtrenſe dicitur illud,quod filius acquiſiuit ex
87 officijs publicis,& de publico. † Vnde infe-
runt Doctores,quòd cum procuratoris offi
cium ſit uiliſſimum,§.fi.& ibi late Aretin. in
fra de exceptio,& probatur, in l.ſi quis pro
curationem, & ibi Bartol. C.de decur. li-
bro decimo. Item non publicum, ſed pri-
88 uatum ſit. † merito quod inde procurator
quærit, non quaſi caſtrenſe peculium dici-
tur, ſed aduentitium. Ita uoluit Bald. &
poſt eum Aret. in dicta l.fori. Baldus, in
d. l.cum opportet, in princip. columna
penult. Iaſon in Rubr. C. de procurat. in fi-
ne. Quorum ſententiam licet communem
ego, qui ſemper procuratorum amicus fui,
probare non poſſum ea ratione potiſſi-
89 mum, † nam in exorbitantibus euidentia
te rationis fit extenſio ad caſum, qui ſub
larga ſignificatione uocabuli ſub expreſ-

ſo comprehenditur, l.filium habeo,ff.ad Ma
ced.l.ſenatuſconſulto,ſupra de ritu nup. iun
cta l.liberorum,in princip.ff.de uerborum ſi
gnifica.tradit Alexand.in l.ſi prius,num.27.
ff.de ope.no.nun.notant Doct.ubi Iaſon, nu
me. 70. in l.ſi conſtante, ff.ſoluto matrimo.
90 † (Imò fortius idem uoluir Ruin.conſ. 118.
nume.10.uolum. 2.quem ſequitur Roland.
a Valle,conſi.72.ad fi.uol. j. id procedere li-
cet potentior ſit ratio in caſu expreſſo in ma
teria ſit fauorabilis, quod ex induſtria nũc
miſſum facio,nec diſputare intendo.) ſed ra-
tio, ob quam aduocatis conceſſum eſt habe
re quaſi caſtrenſe peculium uidetur eſſe, nã-
que ipſi militant, qui glorioſæ uocis confiſi
munimine laborantium ſpem, uitã, & poſte-
ros defendunr, l.aduocati, C.de aduoc.diu.
iud.ideò conſentaneum fuit,ut quod acqui-
rerent,ad inſtar caſtrenſis peculij, ſuũ foret,
hæc autem ratio,& in procurarore ſaltem ad
iudicia militat.is .n. agendo,uel defendẽdo
uitam aut bona tuetur,ur experientia docet.
91 † merito limitatio iuris antiqui in quaſi ca-
ſtrenſi peculio poſita, quæ dicitur fuiſſe ius
ſeu caſus exorbitans a regula dicẽte totum
patri acquiri, ut in notabili caſu tradit Cor.
92 in conſi.136. num.9.in ſecundo uolum.† in
aduocato loquens,debet ad procuratorẽ ex
tendi,qui & aduocatus dicitur, ſecundũ Spe
cul.in titu.de ſalar.§. nunc de procuratore,
uerſicu. ſed nunquid. ſaltem ſecundum lar-
gam ſignificationem,ut tradit Bald.in l. j.ad
fi. C.mand. ſequitur Iaſ. in rub.C.de procu.
in princi. Vnde & ipſe debet habere quaſi ca
93 ſtrenſe peculium.†Secundò,meo iudicio de
hoc eſt text.apertus a nemine hactenus cõſi
deratus, in dicta l.fi.§.de alijs, C.de inoffic.
teſtamen.ubi enumerando perſonas, quæ ha
bent quaſi caſtrenſe peculium, mentionẽ fa-
cit de agentibus in rebus,ibi [*memorabilibus, & agentibus in rebus,*] quę uerba ſine dubio ꝓ-
curatores important,qui dicũtur agere, uel
conueniri per alios,l.j.in fi.ff.de procu.& in
94 l.filiusfam.in princ.eo.titu.†Non obſtat, ꝙ
officium procuratoris ſit uile, quia idem in
officio tabellionis,ur inquit Bald.in d.l.cum
opportet,col. pen. & tamen ſibi conceditur
quaſi caſtrenſe peculium,d.l.fin.in uerſ. me-
moralibus,licet Bal.inter unum notariũ ma
gis,quam alium diſtinxerit, in dicta l. cũ op-
portet,& in d. l.fori.cuius opinio uiolat di-
ctam legem fi.indiſtinctè de notarijs loquen
95 tem.†Non obſtar etiam, quòd officium pro
curatoris ſit priuatum,nõ autem publicum,
quia hoc iure non probatur, imò cõtrarium
eſt uerius.Cum enim ſit aptũ ad tuendũ ſta-
tũ ciuitatũ caſtrorũ,& reipublicę,ut patet,iã
publicum apepllari debet,argum.tex.in §.fi.
ſupra de iuſt.& iure.cumq; ẽt res, & bona cu
iuſque agẽdo, uel defendendo tueri poſſit,
dignum eſt ut publicum dicatur, ſi non prin
cipaliter, ſecundario ſaltem, iuxta text.in §.
fi. ſupra de his,qui ſunt [illegible] alie.iur. quod
&,in aduocato uidem[illegible]c cõtra omnes
96 nota. †(quæ non tantũ procedũt in procu-
ratore priuatarũ perſonarũ,ſed indubitanter
in procuratore principis,qui dicitur habere
dignitatẽ,& honorem,ut ponit Bal.in l. Caſ-
ſius,ff.de Senat.Fab.& Aret.in §.fi.Inſt.de ex
cep.& Tiraqu.in tra.de nobilita.c.30.nu.7.)
97 † In gl. [*ex re*] in prin. notandum eſt in pri
mis,ꝙ iſta dictio [ex] ẽt cauſam remotam de
notat,large ſumendo, ut in iuribus per eam
deductis,quibus adde text.noſtrum ibi [*quæ enim inutilis eſt, ut quod ex patris occaſione profe-ctũ eſt,hoc ad eũ reuerti*] quæ uerba probant ad
ſcopum expoſitionẽ gl. (& eſt doctrina Bar.
in l.j.§.ex incẽdio.ff.de incẽ.rui.& naufr.ubi
notat,dictionẽ ex,ſignificare cauſam remo-
tam:ponitur enim ex incendio,id.eſt,ꝑ incẽ
diũ,licèt regulariter ſit contra,quia denotat
cauſam proximam,totum hoc facit ſubiecta
98 materia quandoq;.) †Secundò notandũ eſt
ibi, [*uel occaſione patris,*] quòd quicquid filius
hẽt contemplatione,uel occaſione patris,di
citur eſſe profectitiũ peculiũ. Idẽ gl. clarius
uoluit,ubi Bar.& cæteri ſequũtur,in l.cũ op-
portet,in pri.in uerſ. [*ex ſubſtãtia,*]C.de bon.
quæ lib.& eſt bonus tex.in ſimili,in l.ſed & ſi
plures,§.in arrogato,in fi.ff.de uulg.& pupil
la.quem citat hic gl.cumque ad hoc Bart.Ca
99 ſtr.Alex.Aret.Iaſ.& cæteri notant. †Illud au
tem ſanè intelligitur,quando contemplatio
patris eſt cauſa proxima,uel ſi remota, non
tamẽ multũ,ſed quaſi immediata.Exemplũ,
reperis filium meum in oſtio,& das ſi aliqd,
quod non dares niſi ꝑ me.Secus, ſi pater eſ
ſet cauſa remota,ut quia propter patrẽ meũ
habui notitiam cũ quodam domino, tamen
ita ſcio facere,quòd dominus ille diligit me
plus,quam patrem meum.certè illud, quòd
mihi daretur ab illo domino nõ erit profe-
ctitium ſed aduẽtitiũ. Ita pulchre hanc rẽ de
clarat Bar.in d.§.in arrogato,per textũ not.
in l.ſociũ,qui.§.fi.ff.pro ſoc.& cũ eo Paul. de
Caſt.Ale.Iaſ.cæterique pertranſeũt,nec alibi
100 Bart.ita bene declarat ſecundũ eos. †uel a-
lio modo exẽplũ dari põt in quibuſdam no-
tabilib.hiſtrionib.qui aſſumpta pecunia a pa
trib.ſuis uagantur per mũdũ,& a dominis in
finita lucrantur:ea.n.ſũt aduẽtitia,ſcd'm An
gel.in dicta l.cũ opportet,q ſubdit hanc q.ui
diſſe de facto Florentiæ in perſona domini
Dulcebene,quẽ Imperator Carolus fecit re-
101 gem hiſtrionũ. †(Idẽ dicẽdũ eſſet ſi dare-
tur alicuius filię ꝓ eius dote, nam filię cõtẽ
platione datũ cẽſeretur,nõ aũt patris, & ſic
eſſet aduẽtitiũ peculiũ,l.auus, ff.de iure do.&
poſt gl. declarat Bar.in l.dedit dotẽ, ff. de col
102 la.do.ſequitur Dec.conſil.81.num.5. †tan-
toq; magis ubi dotans nõ tenebatur,ut ꝑ A-
le.in l.qui in aliena,§.interdum,ff.de acquir.
hære-

quæred. Idemque firmant glo. Bartol. & alij,
in l. quæsitum, ff. de leg. 1. Ale. consi. 199. nu.
7. uol. 2. consi. 8. num. 7. uol. 3. consi. 89. num.
6. uolum. 4. consil. 138. num. 2. consi. 179. nu.
5. uol. 5. Cra. consi. 219. nume. 1. Picus, in l. in
quartam, nu. 245. & ibi clarius Berengarius
in ultima parte, num. 66. ff. ad l. Fal. Alcia. in
tractat. de præsumptio. reg. 1. præsumptio.
103 17. † uel quando merita filiæ siue filij præ
cessissent, ut per Soc. consilio 291. columna
7. uersiculo 2. dum, in 2. Alexand. in dicto
consi. 138. numero 2. & Berengar. d. nu. 66.)
104 † Tertiò notandum est ibi, [*quocunque mo
do quæsita,*] secundum Are. gl. hanc sentire, quod
quæsitum ex pecunia patris per filium, sit pro-
fectitium peculium, quod clarius uoluit gl.
in d. l. cum opportet, loquens de usuris quæ-
sitis per filium ex pecunia patris. Sed Bar. ibi
post Iacob. Butrig. Bald. & Salie. ibi, Barto. in
l. 1. §. nec castrense, uersi. consueuit esse quæ-
stio, ff. de coll. bon. & Aret. hic dicunt cōside-
randum esse lucrum, quod retribueretur per
sonæ propter industriam, uel laborem: id. n.
dicitur aduentitium: quod uero sine onere,
uel opera filij quæritur, puta, quia pecuniam
collocauit apud campsorem, est profectitiū,
& hoc secundo casu glo. opinio procedit, pri
mo uero non: quia quod ex laboribus quæ-
ritur, est aduentitium, ut hic dicitur, & in di
cta l. cum opportet, & idem tradit Ang. in cō
sil. 85. pater habens plures filios, col. 2. Socin.
late in consi. 92. col. antepenul. uolu. 1. Bar. in
l. illud, C. de colla. ubi Fulgo. Castre. Iason,
105 & Dec. sequuntur. † Huius autem lucri di-
uisio, mortuo patre inter filium aliosque fra
tres fiet, secundum Barto. & alios Doc. supra
commemoratos in hunc modum. Nam di-
midium attribuetur pecuniæ, & sic ut profe-
ctitium ueniet communicandum cum fra-
tribus, aliud uero dimidium attribuetur per
sonæ, & ut aduentitium remanebit apud so
lum filium, non autem communicabitur, iux
ta l. fin. C. de colla. Idemque tenet Bar. latius
in tract. suo de duo. fratr. in 2. q. prin. & in cō
sil. incip. Cruciarellus, Abb. in consi. 36. circa
primum dubium, in secundo uol. Rom. in cō
sil. 469. col. fin. ubi dicit non esse recedendum
ab opin. Bart. in quo semper esse solet substā
tia ueritatis, Corn. in consi. 24. col. 2. uol. 1. &
in consi. 213. uolum. 3. cum pluribus alijs cu
mulatis per Dec. post Iason. in d. l. illud, ubi
106 hanc partem tenet, colum. fi. † Bene uerum
est, quòd hanc opin. non tenet Aret. hic, sed
totum istud ad iudicis arbitrium remittit,
qui plus aut minus poterit assignare perso-
næ ipsius filij. Quam sententiam uoluit Bal.
in d. l. cum opportet, col. 4. & in authe. ex te-
stamento, col. 4. uersic. decimum c. C. de coll.
in l. omnimodo, §. imputari, colum. penult.
C. de inoffic. testamen. & in cap. 1. col. 1. de
107 benef. fratris. † Sed certo fœdere concorda-
ri possunt opiniones istæ, si Bartolum, &
sequaces intelligamus in casu dubio locutos
esse, & sic quando non posset apparere, an
lucrum pro maiori parte ex opera, & indu-
stria filij processisset, quam ex pecunia, tunc:
enim fit illa diuisio per medium, iuxta no. per
glo. & Doctores in l. j C. pro socio. secus uero
ubi appareret: tūc enim arbitrio iudicis res
cōmitteretur, & ita opinio Baldi procedat:
sic Iason. & Dec. declarāt in dicta l. illud; post
Cor. in consilijs supra citatis; & ita Aret. nisi
est intelligendus, non autem absolutè eius
108 dictum procedit. † (hæcque distinctio pro
batur, nam uidemus, quòd si filius industrio
sus habitat cum patre, si potest lucrari ex of-
ficijs, salarijs, mercantijs, uel aliquo artif. quæ
sita per eum, præsumuntur aliunde quæsita, quàm
ex bonis paternis secundum glo. & Docto. in
l. cum opportet, in princip. C. de bon. quæ li-
be. & confirmat latius Roland. a Valle, consi.
91. nume. 12. uolu. 2. unde sic in casu nostro
considerari debet industria causa lucri pro
maiori parte & eius ratio haberi per iudicis
109 arbitrium.) † Duo tamen sunt casus, in qui
bus sententia Bartoli non procedit. Primus,
quando filius nomine patris negotiaretur
hoc exprimendo in cōtractibus, uel in libro
rationum uel alibi, tunc enim lucrum totum
patri acquireretur, & ut profectitium cense
retur: tali enim casu, ex quo paterno nomi-
ne negotiatur filius, censetur tanquam insti-
tor seu procurator patris ad negotiandum
constitutus, & ideò totum patri quæritur, l.
quòd procurator ex re, ff. de procur. ita Ro-
ma. in dicto consil. 469. colum. 2. numero 5.
Angel. in dicto consi. 85. Roma. in dicta au-
then. ex testamen. post Bald. Ias. & Dec. in d. l.
110 illud. † Sic econtra uidemus, quod si filius noīe
proprio tantū, & eius periculo se exercuerit,
totum lucrum esse suū, ut uoluit Ias. & Dec.
111 in dicta l. illud. † moti ex sententia Bart. in
l. quia poterat, in fine princip. ff. ad Treb. qui
ponit similem ualde quæstionem de duob.
qui contraxerunt societatem, & unus eorum
uoluit ire Venetias contra uoluntatem socij
periculo ipsius euntis: lucrum enim totum
erit suum, & nihil alter socius debet habere,
qui noluit periculum subire. Sequitur Cyn.
Raynerius, Ange. Roma. & Castrens. & Alex.
ibi, Ang. & Imo. in l. postulāte, §. sed etsi huius
modi, eo. tit. Dec. in l. secundū naturam, ff. de
regulis iur. ubi addit Aret. in §. illud, infra
112 de societ. & Roma. in consi. 475. † (quorum
sententia confirmatur, nam pactū super lu-
cris ab aliquo factum nō ualet, si recuset sub
ire periculum capitis glo. in ca. plerique 14. q.
3. Natta, consi. 404. nu. j.) unde pari modo &
in q. de filio dicēdū est totū lucrū esse suū, quā
do proprio nomine & suo periculo se exercuit,
quam opi. ultra Ias. & Dec. in dicta l. illud te-
nuit etiam Roma. in authe. ex testamēto, C.

de coll.in consi.479.Castren.in dicta l.cū op portet,Soc.in consi.62.colum.2.uol.4. Cro. in l.frater à fratre,in 30.q.ff.de condic.inde. & Tiraquel.in lib.suo de retractu,in §.1.glo.
113 9.num.61.† Secundus casus,in quo lucrū quæsitum ex pecunia patris per filium, patri non quæritur,dari potest in usuris,& sic in il licito lucro quæsito,& ideo nec mortuo pa tre uenit cum alijs fratribus communicādū, uelut aduentitium,iuxta l.fin.C.de colla. Ita concludit Aret.hic,post Doct.in l.quod ser- uus,ff.de acquiren.posses.& ante Aret.Ioan. Fab.Idemque tradit Bart.in dicta l.cum op- portet. ubi etiam Cyn.Salycet.Bal.Castren. & alij,& idem Bal.in dicta authē. ex testamē to,in uersi.decimum cap.Ias.in §. 1.supra de his,qui sunt sui uel alie.iu. in apostil.ad Chri
114 stoph.num. 29.† Ratio communis eorum est,quia filius ex delicto non quærit patri, si cut nec seruus domino,ut est casus in d. l.qđ seruus,sed usuræ sonant in quoddam furtum seu rapinam, & de iure diuino sunt prohibi tæ, ergo ex tali illicita causa filius patri non
talis occasio dari possit sequendo commu-
nem opinionem, non tamen præsumendum
est filium id facturum, nec fecisse, l. meritò,
ff. pro soc. & ob id talis occasio non est in cõ
sideratione. Ad secundam uero eorum ratio
nem dici potest, discordiam inter fratres in
casu isto uerisimiliter non futuram, cum se-
cundum coniecturas talis acquisitio iudice-
tur, si enim filius est diligens, aut diues, pa-
ter autem contra, non ægre ferre debent alij
fratres, si præsumatur ex sua diligentia, uel
rebus suis quæsitum, & sic nõn subest causa
rationabilis ueniendi ad lites. Ad textum ue
rò in dicta l. cum oportet, dico illum loqui
in casu ubi constabat filium extra substantiã
patris quæsijsse. Quid autem in dubio, & an
ipse semper hoc probare debeat, an uero
pro eo ullo in casu sit præsumendum, non
217 aperit ille text. & sic non facit. † Super glo.
fi. habes ex Aretini Commento, quod de pe
culio castrensi, uel quasi filius testari potest,
ut probatur, licet ipse non dicat, in §. fi. infra
de mil. test. & quib. non est per. fac. testam. in
princip. in l. penul. & fin. C. qui testam. face.
218 poss. cum similibus. † Secus tamẽ est in ad
uentitijs, licet ipse non dicat, ut probatur in
l. fina. §. filijs, C. de bonis quæ liberis proce-
ditque hoc, siue ususfructus eorum spectet
ad patrem, ut regulariter contingit, siue nõ,
ut in casibus supra enumeratis, ut probatur
in dicta l. penul. & fina. C. qui testam. face. se
cundum quod Doctores considerant, & est
magis communis opin. ut Alexan. Cor. Ias.
& clarissimus meus patruus magnus Rum. te
statur, licet Dec. contra, ultra quos idem
adfirmet, & tenet Roma. in consi. 512. nume.
3. Rube. in consi. 93. nu. 2. Ruin. in consi. 24.
nu. 14. uolum. 5. & Socin. Iun. in consil. 77. nu
me. 10. in 2. uolumi. (Ceph. consi. 356. nume.
38. Siluester Aldobrand. supra de patr. pote.
num. 36.) Ad quorum dicta breuitatis cau
sa, me remitto, quia non est materia nostra
& satis titulus noster oneratus est sua dote.
219 † Postremò, quærit Aretin. an quod filius
lucratur ex forma statutorum uxore præde-
cedẽte in matrimonio sine liberis, quod est
dimidia hic Ferrariæ ex statuto nostro sub
rubri. de dote rest. solu. matrimo. dicatur es
se profectitium, an aduentitium, ut sic debeat
conferri, uel non cum alijs fratribus? uarias
que refert Aret. opiniones Doctorum, tan-
dẽ uerò sequitur opinionem Bartoli in tra-
cta. suo, de duobus fratr. distinguentis, ut hic
220 per Aretin. † Aut enim filius sustinuit one-
ra matrimonij, & tale lucrum reputatur ad-
uentitium, pertinetque ad filium, nec com-
municatur, quia illud habet ex causa one-
rosa, iuxta gl. in l. si donaturus, §. fi. ff. de cõd.
ob causam. Aut pater onera sustinuit, & tũc
communicatur, tanquam sit profectitium,
iuxta l. filiæ, C. de coll. Aut uterque sustinuit,
& inter utrumque pro rata onerum diuidi
debet, arg. l. secundum naturam, ff. de regu.
iur. & sic reputatur pro parte profectitium
& aduentitium. Et hanc opi. tenuit Bald. in l.
2. C. fam. erc. Pau. de Cast. in quibusdam le-
cturis, in dicta l. si donaturus, in §. fin. Petrus
de Vbald. in suo tracta. societatis, in 5. parte,
princ. in 12. q. Roma. in authentica, ex testa-
mento, in quinta q. C. de colla. & in cõsi. 406.
ubi appellat eam æquissimam, & ueram opi
nionem. Idemq; late tenet Dec. in consil. 17.
col. 2. ubi etiam inducit quandam rationẽ,
quam, cum uideri possit, omitto, eãdemque
opi. tenuit Abb. in consi. 79. col. fi. in secũdo
uolumine, quem sequitur Marsi. in sing. 264.
considerans rationem statuti, quæ potuit es
se propter onera matrimonij, ut sic eam sta-
tutum nostrum deducit. Ergo bene conue-
nit, ut qui ea passus est, hoc lucrum conse-
221 quatur. † Alia uero principalis opinio,
quod tale lucrum indistincte sit aduẽtitiũ, nec ue
niat fratribus conferendũ, est cõis, ut hic re-
fert Aret. & simpliciter eã tenet Christoph.
post Bar. ubi idem tenet Ang. in l. j. C. de bo.
quæ libe. Bal. in d. auth. ex testamento, uersi.
13. Salyce. in dicta l. 2. C. famil. ercis. & refert
Deci. in consi. 67. in princ. ponitque Paris. in
222 2. consi. 130. colum. fi. uolum. j. † le tamen re-
stringens, quando tale lucrum obuenit iam
mortuo patre, durante adhuc matrimonio
inter filium & nurum, quo casu minus est du
bium. Et hanc communem tenet etiam Bal.
Nouel. in tracta. dotis, in 6. par. in 36. specia
li. rationes Doctorum sunt, quia uir est cau-
sa finalis & immediata huius lucri, quæ de-
bet attendi & considerari, argumen. l. sed
si plures, §. in arrogato, ff. de uulg. & pupilla.
Item, quia matrimonium est causa huius ac
quisitionis, l. cum quis, ff. de do. præl. ergo

debet esse filij, cum quo erat matrimonium non cum socero. Tertia, quia statutum potuit moueri in deferendo tale lucrum filio in solatium dilectissimæ uxoris amissæ: argumen. text. infra ad Tertullianum, in principio. Ergo sibi nou alteri debet adiudicari. (De quibus & alijs rationibus differit Rol. a Valle in tract. de lucro dot. q. 4. ad quem le
223 ctores delego.) † Quamcunque tamen ex istis opinionibus teneas, & si quæ sunt aliæ, quas refert Aret. hic (& repetit Campeg. in tract. dotis, nullam tamē firmans, q. 7. tertiæ partis.) dic, quòd in casib. in quibus concludunt Doctores tale lucrum esse filij, neq; communicandum esse cum fratribus, istud non procedere, si filius idemq; maritus mortuo patre communi fuerit socius omniū bonorum fratrum suorum: tale enim lucrum ei obueniens, communicari debet cum fratribus, & inter eos diuidi, sicut alia bona communia. Tex. est notabilis, qui pro hac opinione citatur inter alia, in l. quòd si eo tempore ff. pro socio. ubi dicitur, q; [*si eo tempore quo diuiditur societas, in ea causa dos sit, ut certum sit tam uel partem eius reddi non opportere, diuidere eam inter socios iudex debet.*] Sed hoc cōtingit in parte dotis ex statuto tali delata, quia non uenit hæredibus uxoris restituenda: ergo debet diuidi inter socios fratres, & sic cum eis est communicanda. Ita per illum textum declarat, & limitat Roma. in consi. 471. lucrum autem. Idemque tenet Ang. in consi. 60. morte dicti filij, ad finem Dec. in dicto cons. 67. col. 2. & fuit de mente Alexandri, in l. si cum dotem, in §. transgrediamur, ad finem, ff. sol. matrimo. dum resoluit textum in l. actione, §. fi
224 na. cum l. sequen. ff. pro soc. † Dicuntur autem plures fratres socij omnium bonorum, siue expresse societatem contraxerint, iuxta l. 3. ff. pro soc. siue tacite, vt quia simul plurib. annis habitauerint, & lucra ex eorum negotiationibus promiscuè communicauerint: tunc enim tacitè societas inter eos cōtracta uidetur, ut tradit Bar. in l. Titium, & Meuiū, §. altero, ff. de administra. tuto. sequitur Bal. in l. si patruus, C. cōmunia utriusque iudi. Ancha. in consi. 302. materia, & in cons. 30. quæstio modicam, in princ. Ang. in cons. 86. col. fi. Rom. in cons. 291. cum isti fratres, in prin. Dec. in consi. 21. in princ. in cons. 66. col. j. in cōsi. 548. col. 2. Rube. in consi. 87. & in consi. 95. in princ. Clarissimus meus Riminald. in consi. 20. & in cons. 75. nu. 8. Et latè Parisi. in consi. 84. in princ. & nu. 50. & 51. uolu. 1. cum
225 alijs, quæ citare possem. † Ad cuius tamen conclusionis maiorem declarationē, uideas Bart. in d. §. altero, & in d. l. si patruus; & ibi Fulg. & Castr. Dec. in d. consil. 21. col. 2. Rui. in consi. 142. col. fin. uol. 3. Soc. Iun. in consil. 14. uo. 2. Alex. in consi. 49. in primo uolumine (Ias. consi. 3. secundo dubio, uol. 3. & in l. 1. colum. 2. C. qui testam. fac. poss.) ubi limitant eam non procedere, quando unus ex fratribus esset pupillus, uel unus tantum esset negotiatus, alter uero non, ut ibi latius per eos, & ex his absolutus sit hic articulus, simulque hic §. primus.

HIPPOLYTVS RIMINALDVS

In §. hoc quoque a nobis, per quas personas.

SVMMARIVM.

1 *Patria potestas acquisitionis causa.*
2 *Emancipatio tribuit honorem filio.*
Et multos effectus fauorabiles parit. 3. 4.
3 *Patris potestas inæstimabilis.*
5 *Don. patris filio quando emancipatur dicitur simplex & pura.*
6 *Causa non cessat post ius consumatum.*
Cuius datur exemplum. 7.
7 *ominium quando dicatur retranslatum.*
8 *Species quandoque pro casu ponitur.*
9 *Verbum liberum pro filio sumi.*
10 *intellectus, l. nemo præ lo, §. 1 ff. de reg. iu. per Alc.*
Quem damnat Ferrar. 2.
12 *Pater emancipando filium debrt priuari.*
Et is eo taxantur notarij. 13.
Quis potius a filio debet remunerari quam e contra.
14 *Donatio facta per filium patri emancipanti dicitur remuneratoria.*
15 *Filius ex emancipatione consequitur honorem.*
Quod procedit in filio legitimo & naturali, secus in legitimo tantum, ut emancipato, 16.
17 *Inducta ad augumentum non debent operari diminutionem.*
18 *Honor minuitur diuitijs diminutis.*
19 *Familiarum dignitas per diuitias conseruatur.*
20 *Cessio bonorum dicitur remedium miserabile.*
21 *Lex, ad egregias, ff. de iure iu. locum habet in paupere persona, tamen egregia.*
22 *Pater habet totum usumfructum bonorum aduentitiorum.*
Emancipando uero filium retinet dimidium eorū tantum.
Et de ratione.
23 *Pater citra factum suum perdens patr. potestatem non amittit usumfructum.*
24 *Pater ingrediens monasterium numquid perdat dimidiam ususfructus bonorum aduentitiorum.*
Bartol. & Angel. quod sic, sed alij contra.
Marti. uero Sillimanus in totum perdi putat.
Sed auctor probat opinionem Bartoli 27.

26 Glos-

26 Glossæ auctoritas alias antecellit.
Quandoque uero de ipsa non curandum. 27.
27 Ingressus monasterij uoluntarius sicut emancipatio.
Et in eo P inellus reprehensus. 28.
29 Filiorum causa fauorabilior ecclesiæ quo ad legitimam.
Et quo ad dimidiam usufructus.
30 Via media in dubijs opin. sequenda.
31 Pater emancipando filium retinet dimidiam usufructus bonorum maternorum filij.
Sed an idem in cæteris aduentitijs aliunde quæsitis filio Doctorum mens, quòd sic. 32.
Sed auctor opponit. 33.
Demumque tenet cum eis. 35.
33 Ius in uno corrigens, non extenditur ad alium casum.
Fallit concurrente ratione expressa. 38.
Et quando casus expressus & alius conueniunt in substantia, alias secus. 39. 40.
34 Intellectus l. cum opportet. §. cum autem, C. de bon. quæ lib. 35. 42.
36 Exceptio confirmat regulam.
37 Ratio ampliat legem.
41 Bona materna & alia aduentitia sunt idem in substantia.
43 Honor cum emolumento pecuniario diminui potest ex onere.
Vel quando onus uenit in consequentiã honoris. 44.
44 Pater emancipando filium consequitur dimidiam aduentitiorum, etiam si sibi ea expresse non reseruauerit.
Secus in profectitijs. quorum rationem reddit Faber. 45. sed malam. 46.
Aliter Dynus declarat. 47.
Et aliter auctor. 49.
47 Intellectus l. donationes, §. pater, ff. de donat. 49.
48 Voluntatis mutatio non præsumitur.
50 Donatio remuneratoria non reuocatur ex causa ingratitudinis.
51 Pater hodie emancipando filium habet dimidiam usufructus in omnibus aduentitijs.
Quæsitis tamen ante, non autem post emancipationem.
52 Bona quæsita tempore delicti ueniunt in confiscatione, non autem postea quæsita.
53 Pater non potest sibi reseruare usumfructum in bonis postea quærendis per emancipatum.
54 Simulatio potest opponi contra emancipationem & ea præsumitur ex incontinenti secutis. 57.
55 Filius tueri potest bona sibi donata a patre aduersus creditores, nisi don. facta sit in fraudem creditorum.
56 Fiscus reuocare potest alienata paulo ante per delinquentem.
58 Probandi modus emancipationem fuisse simulatam.

DIVIDITVR in duas partes. In prima, ius antiquũ refert in secũda, nouũ. secunda ibi [*ideoque*] Sũmatur, ut hic per Arc. Casus autem sic formari põt, ut hic per Aldobrandinũ. Quæsitũ fuit, an pater emancipando filiũ, priuaretur cõmodo patriæ potestatis iam quæsito in bonis aduẽ
1 titijs? & uidebatur dicendũ, ꝙ sic, cũ †. n. pattria potestas sit causa dictę acquisitionis, cessante ea, videbatur cessare acq̃sitio, iuxta tex. in c. magnæ, in fi. de uoto, in c. cum cessante, & ibi nor. Canon. de app. tradit Barto. in l. in omni, ff. de adop. Cast. in l. generaliter, C. de episc. & cleri. cum multis alijs cumulatis per Tiraque. in suo tracta. cessan. causa cessat effec. in 1. par. nu. 11. cum seq. ubi hanc regulã in carmen redigit, quod est tale.
Effectum perimit causa perempta suum.
Contrarium tamen deciditur, quòd pater olim tertiã dominij sibi retinebat, hodie di-
2 midiã usufructus. †Ratio decidendi potuit esse, quia cum per emancipationem accedat
3 honor filio, ut hic in 2. parte, contra † uerò pater priuetur patria potestate, quæ est inæstimabilis, l. filiusfa. §. secundum uulgarem,
4 ff. de leg. 1. († ideoque multos effectus patri fauorabiles parit, quos enumerat Aldobrand. de patr. pot. num. 17. cum sequentibus.) ęquum fuit, quòd remunerationis causa, & in præmium emancipationis sibi a patre collatæ aliquid patri daretur ex bonis aduẽtitijs, ut hic ibi, [*quasi pro præmio quodammodo emancipationis*] & in l. cum opportet, §. fi. C. de bo. quæ liber. ibi, [*quasi remunerationis*
5 *gratia.*] († hinc ex incuria tabelionum pletũque dicitur in instrumentis emancipationis, ꝙ pater filio donat in pręmium emãcipationis, cũ simplex & pura sit donatio ut uoluit Bar. in l. cũ opportet, §. cũ aũt, C. de bo. quæ lib. & plenius ego dixi supra, de don. in
6 prin. nu. 363. cum sequen.) †Non obstat ratio dubitãdi. Id enim regulariter procedit, secus ubi causa cessat post effectum iam cõsummatum, & ius quæsitum, l. fi. ff. unde lib. Bar. in l. 2. §. fin. ff. de dona. in l. Titia, §. Imperator, col. 2. ff. de leg. 2. Decius in d. c. cum ces
7 ante. † Alex. in consi. 199. col. 1. uolum. 6. ubi ex hoc decidit post Bal. in l. 1. col. 3. ff. solu. matri. & quendam dominum Machaguanũ a Baldo relatum, quòd si statutum disponat ꝙ oẽs uenditiones factę ab uno mense citra, sint ipso iure nullæ, & contigit, quòd quidã ab uno mense citra uendidit, & tradidit, certe per hoc non intelligitur abdicatum dominium illi emptori, & retranslatũ in uenditorem: ex quo iam effectus erat consummatus facta uenditione, & traditione rei, meritò licet deficiat causa illius dominij ex statuto uidelicet contractus qui ex eo annullatur, non tamen deficit dominium in emptorem, & idem tradit Bald. in l. cum mulier.

col.10.uersi.in contrarium, eo.tit.sequitur Alex.col.pen. & Aretin.infra de excep. in rubr.consi.18.uers.secundò quæro, & ultra prædictos longè plures ad hanc limitationẽ cõgerit Tiraquell.in dicto tracta.2.par. limita. 12.sed hoc in casu nostro contingit, nam tẽpore emancipationis ius patri quæsitum erat in bonis adnentitijs, propter patriã potestatem, ergo licet illa cesset, non debet acquisitio cessate iam in esse introducta: hic
8 est casus. † Noto in primis ex ordine litteræ ibi, [*& in ea specie*] hanc dictionem pro casu hic poni, ut gl.& omnes exponunt, concordat tex.in §.fi.infra de eo, cui lib.causa bon.
9 adi.ibi, [*multæ species*] id est, casus. † Secundò noto ibi, [*liberum suum*,] quòd etsi regulariter hoc uerbum in plurali numero proferri soleat, l.non est sine liberis, ff.de uerb. significa.hoc tamen loco in singulari profertur: idemque alibi Iustinianus obseruat in l. si quis in suo, in principio.C.de inoffi.testa. in uer. [*libero*,] & ibi gl.perpendit, & in l.si quis prioris, §.fi.ibi, [*talem liberum uel liberos*,] & ibi no.Bal.C.de secun.nup.Sed ut eum omittam, cuius autoritas quantum ad rem latinã attinet, non multum posset (nisi legis condendæ uis magis subsisteret.) idem Modestinus tradit in l.ius agnationis, & ibi põderat Bart.Cast.Alex.Ias.& omnes, ff.de pact.ubi iura prædicta & textũ nostrum ad hoc notanr. Additque Laurent. Valla se eandem uocem apud Quintilianum obseruasse, ut refert Alciat.in dicta l.nõ est sine liberis. Quinetiam idem Valla lib.elegantiarum 3.c.106. hoc In libtis ff orum apud Paulum & Caium repeti ri, autor est, quem tamen Ias.in dicta l. ius agnationis, teprehẽdit, cum nullibi quam ibi
10 hoc habeatur. † uoluit tamen Alcia.in dicta l.non est sine liberis (& Lexicon iuris in uer bo liberi) Vlpianum in l.nemo prædo, §.j.ff. de regu.iur.pariter hanc uocem in singulari posuisse, dum ibi dixit, [*locupletiorem non esse factum, qui liberũ acquisiuit*,] hoc est filium,
11 ut ibi glo.prius exponit. † Sed eum sensum Ferrarius, & Cagnol. ibidem damnant, qui textum illum intelligunt de libero homine uoluisse loqui, qui cum in contractum dedu ci non possit, l.inter stipulantem, §. sacram. ff.de uerb.oblig.& l.liber homo, ff.ad l.Aqui. nec a quoque retineri, toto titu.ff. de lib.ho mi.exhib.Nihil mirum, si liberum hominem scienter acquiram, non dicor factus locupletior, ut ibi dicitur, & hęc opi.ad illum tex.est
12 uerior. † Tertiò noto ibi, [*quasi pro pretio quodammodo emancipationis*,] quòd pater emancipando filium, debet præmiari, cõcordat tex. in l.cum opportet, §.cum autem, C.de bonis quæ lib.ibi, [*quasi remunerationis gratia*.] unde infert Areti.hic contra uulgares, qui dicũt, & interrogant, quid pater dedit filio in præ
13 mium emancipationis, † ultra quem idem uoluit Barto.in dicto §.cum autem, damnãs notarios, qui in instrumentis dicũt, quòd pater donat filio in præminm emancipationis, siquidem illa est simplex donatio, & dicta uer ba ponuntur impropriè. Idemque uoluit Bar.Bal.Dy.Cy.Castr.Alex.Ias.Rimina.meus Decius, & omnes in l.ut liberis, in fi.C.de col la.Paul.de Cast.in l.si uiua matre, num. 5.C. de bon.matet.Alex.in consi.3.uol.3.Abb. in consi.116.col.penul. in secundo uol. Riminameus in consi. 409. ut enim dicunt Doctores, pater est ille, qui perdit, filius autem acquirit: perdit enim pater ius patriæ potestatis, quod est inæstimabile, l.si insfa.§.secundum uulgarem, ff.de lega.1.Vnde potius pater ab eo est remunerandus, quam econtra,
14 quo fit, † ut si filius patri emancipanti donet, talem donationẽ, uelut in pręmiũ emancipationis factam, & sic ut remuneratoriam insinuationem non exigere, secus econtra, si pater filio emancipato donet, cum simplex hoc casu sit donatio. Ita tradit Bald. & post eum Castr.in d.l.si uiua matre, C.de bon.matet. (quod secundum ponit etiam Calca.consil.19.col.6.quem refett Gabr.Roma.in suis communibus opi.lib.3. titu. de donat.con-
15 cl.1.nu.16.) † Quartò noto ibi, [*& quod honoris*,] quòd filius ex emancipatione consequi tur honorem, cum fiat sui iuris, ex quo sequi tur secundum Are.inferius, (quod hic congruentius cadit) quòd filius etiam minor emancipatus, nõ potest contra emancipationem cõsecutam in integrum restitutionem implorare, quia per emancipationem consequitut existentiam sui iuris, & sic libertatem & mutationem status, aduersus quam nõ datur restitutio.l.si ex causa, §.Papin.ff.de min. ita not.Cyn.& Bal.in l. non omnia, ff.de minor.& in d.§.cum autem (& hæc illatio generalius confirmatur ex l. fi.C.ubi & aduer. quos. ubi dicitur, quòd [*ut maneat in omnibus honor parẽtibus illibatus atque intactus, nullo modo aduersus parentes dari restitutionem, nam personarum reuerentia omnem eis excludit restitutionem, cũ proculdubio est etiam ipsis personis cauere ne quis suæ opinioni cõtrarius existat*.] uerum quia generalitas illius tex.patitur aliqua contraria, ui dendus est Mauri. in tracta.de in integ.resti tut.c.223.supposito nostto casu de emanci
16 patione pro cõstanti.) hoc aũt de honore dictũ, qui per emancipationẽ accedit filio, procedit in filio legitimo, & naturali, secus in le gitimo tantũ, ut est adoptiuus, in quo emancipatio potius est pęna, quam honor, cũ priuetur totaliter successione, l.pe.C.de adopt. Ita declarat Bar.in l.quidam cum filium, in se
17 cunda oppo.ff.de uer.obl. † Quinto noto ibi dem, [*& quod honoris ei ex emancipatione additũ est, hoc per rerum diminutionem decrescat*,] quod inducta ad augumentum, non debent diminutionem importare, sic econtta uidemus

mus,quòd inducta ad diminutionem nō im-
portant augmentum,l.legata inutiliter, &
ibi tradit Bar.ff.de adi.leg.quam regulam in
in statuto pulchre reassumit Rimin. meus in
18 consil.10.in princip.& in fi.†Sextò uoto ibi,
[decrescat] cum præcedentibus,quòd diminu
tis diuitijs diminuitur honor: nostris enim
temporibus hoc in usu uidemus,quòd quan
do homo fit pauper,parum reputatur. ut e-
nim inquit Petr. de Vineis, pecuniæ obe-
diunt cuncta, unusque. fideiussor est futuræ
necessitatis,secundum Arist.quem refert Sa-
lycet.in l.3.num.9.C.de constit.pec. Bal.in l.
debitor,ff.de neg.gest.in fi.Soc.in l.1.col. 8.
ff.solu. matrimo.Tiraq. in tract. de nobilit.
c.31.nu.349. hinc secundum Aret. illud Iu-
uenalis in Saty.5.

Qui numos habet, præstat honorem.

19 Per † diuitias enim agnationum, & familia
rum conseruatur honestas,ut in Auth. de te
stib. in §.sancimus, & in l. 1.ff.de cust. reo.
Contra uero sordescit dignitas familiarum,
& agnatorū perditis diuitijs, l. quisquis, C.
ad l.Iul.maiest.tradit Curt.senior consil.34.
num.15.consi.2.num.7. (& plenius Cassa-
neus in consuetu.Burgundiæ,Rubr.7.§. 12.
col.10) hinc illud Iuuenalis.

Haud facile emergunt, quorum uirtutibus obstat
Res angusta domi.

De quo Soc.meminit in consi.26.col.fi. uolu
20 mi.4. † unde etiam Bald.in l.fi.post princip.
C.qui bon.ced.poss. Summa, inquit, mise-
ria est esse mendicum, meritò in ea lege
bonorum cessio miserabile remedium uo-
catur, quòd homines miseros faciat, quàm
plura alia de diuitijs, & paupertate ponens,
sequitur Tiraquellus,in l.si unquam, in uer-
21 bo, [bona] C. de reuoc. donatio. † (Quib. &
illud addendum est, quod ponit Beninncas.
in tracta.de paupertate,q.7.in 10 speciali,cir
ca iudicia. ubi cōcludit dispositionem legis
ad personas, ff. de iureiur. locum habere in
paupere persona tamen egregia, quòd pro
iuramento deferendo mittendum sit ad eam
cum propter detritas uestes sibi nimis uere
22 cundum esset domum exire.) † Vltimo no-
to ad fi.tex.quod licet pater alias habeat to
tum usumfructum aduentitiorum, l.cum op
portet,C.de bon.quæ lib.& in §.præcedenti,
tamen emancipando filium,dimidiam tantū
retinet,residuum uero perdit,quod est secū-
dum Aret.quia facto suo priuatur patria po
testate, cum inuitus regulariter nō cogatur
emancipare,§.fi.supra quibus mod.ius pat.
23 pot. solui. † Secus,si citra factum suum eam
perderet: tunc enim non amittit usumfru-
ctum,ut not.in l.2.C.de bon. mat.& ita Bart.
declarat in Auth.idem est,& Ang. post eum,
24 C.de bon.quæ liber. † ubi ex hoc inferūt ad
patrem,qui monasterium fuerit ingressus, &
sic facto suo ius patriæ potestatis amisit, ut
ad instar emancipationis dimidium usufru
ctus in bonis aduentitijs filij retineat, alterū
uero perdat,contra quos ibidem glo.Iacob.
Butri.Bald.& Castren.tenent, uolentes nulla ex
parte usumfructum finiri,siquidem iste actus
est magis meritorius,quam emancipationis
merito in totum debet usufructus retineri.
Marti.uero Sylima.quem Albori. & commu-
niter Docto. (si Salyceto credimus) sequun-
tur, nec primis nec secundis adhærens om-
ni ex parte usufructu patrem priuari putat
quia existentiam sui iuris habet isto casu fi-
lius a Deo,non autem a patre, quo fit, ut in
hac re non mediocris sit difficultas, & alter-
25 catio. † (Reperio, quòd Arius Pinellus in l.
& prima par.nume.10.C.de bo. mat.opinio
nem gl.sequitur, quam & comm. post plures
cumulatos affirmat motus, qđ pater si mo-
nachus naturaliter uiuit. Ideo durare debet
usufructus monasterio si capax est applican
26 dus.) † Ego uero licet magna soleat esse glos
sarum autoritas, ita, ut omnes alias antecel-
lat,secundum Bar.in l.ut uim,nu.8. ff.de iust.
& iu.Bal.in l.cum hæreditas,C.de pos.Abb.in
c.1.de const.Dec.alios.citans,in consil. 146.
num.7.& in dicta l.ut uim, num. 34. ubi etiā
Ias.eod.num.& Claud. Aquens.in prima lect.
col.fi.in secunda uero num.175.(& ibi dixi,
nu.396.ac præter ibi dicta nunc addo Rolan
dū a Valle copiose de auctoritate glossarum
loquentem in consil.14.nu.36.cum sequenti
bus, & in consi.73.num.13.uol.3.ubi multos
allegat sicut &) Bologni. in repetit. authen.
habita,nu.334.C.ne fil. pro pat. multas alias
27 glossarum laudes adijcientes, tamen † quo-
niam hæc in iudicando aut consulendo pro-
cedunt,in disputando vero aut legēdo secus,
imo de opinione glossæ non est curandum,
ut tradit Roman.in l.qui bona.§.si alieno,co
lum.11 ff. de dam. infec. & sequitur Aquens.
in loco præallegato, merito præ cæteris opi-
nionem Bartoli,de qua supra,vt ueriorem e-
ligo(sicut & supra secutus fui,in §.1.)quoniā
cum ingressus patris in monasterum sit uo
luntarius,ut probatur in auth. ingressi.C.de
sacrosan.eccl.ibi, [se dedicant] negari non po
test,quin facto suo priuetur patria potestate
merito,sicut quando emancipat,dimidiā re-
tinet usufructus ,alterā uero perdit. Idē hoc
28 casu esse dēt. † (& licet Pinellus in d.l.j.C.de
bon.ma.diuersificare conetur hos casus,qa p
emācipationem q̄ pater agit immediate pri-
uatur patria ptāte, at monachatio sua ad id
nō ordinatur,unde licet in consequentiā pri-
uetur patria potestate uō dēt attēdi, l.si quis
nec causam,ff.si cer. pet.tamen hoc nihil fa-
cit,si quidem negari non pōt q̄ emancipatio
& monachatio sunt actus immediate celebra
ti a patre,quib.priuatur patria potestate filio
rū,ex qua priuatione sequitur in consequen
tiam priuatio usufructus.unde licet mona-

chatio nō esset ordinata ad priuationem patriæ potestatis sicut est emancipatio, nihil facit talis differētia, quia satis est in cōsequentiā utriusque facti succedere priuationem ususfructus.) Nec quod actus monachationis sit magis meritorius, quam emancipationis, in causa esse debet, ut filius in totum ab ususfructus commodo repellatur, cum enim si quid ususfructus pater retineat, id per eū monasterio quæratur, iuxta capitu. cum ad monasterium, de sta. monach. non ita tamen dum est ecclesiæ, ut filius in totum excludatur, imo uero potius fauorabilior esse debet causa filij, quo ad dimidiam saltem ususfru-
29 ctus, quam ecclesiæ.† sicut in legitima tradunt Doctores declarantes tex. in c. fi. 17. q. fin. ubi secundum Augustinum maior fauor præstatur filijs, quam ecclesiæ. id enim uerū est, quo ad legitimam, ne in totum excludantur, ut tradit Bar. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. nu. 55. circa primum. Anch. in consi. 46. prima farie. Anton. de Butr. in consi. 25. Aret. in consi. 12. num. 5. Alexan. in l. pactū, quod dotali. col. 2. C. de pact. in consil. 45. col. fi. uol. 3. Dec. in consi. 236. nu. 6. in consi. 426. num. 5. & in consi. 480. in fi. & in l. dicet, colu. 2. C. de pact. ubi etiam Capram, & Corn. idem tenentes allegat: Quinetiam ipse ibidem ultra legitimam uult etiam magis fauendum esse filijs, quam ecclesiæ, quod etiam repetit in cōsil. 392. colum. fi. quod pro nunc omitto. Satis est, quòd sicut fit illa interpretatio pro filio contra ecclesiam quo ad legitimam, ne in totum filius excludatur, consonū est, ut quo ad dimidiam ususfructus, idem in casu nostro fiat, maximè, cum hic agatur de ususfructu bonorum filij, ibi uero de legitima bono
30 rum patris, quod nota. †Item in dubijs opinionibus media uia sequenda est, l. antiqui, & ibi not. Angel. & Doct. ff. si pars hær. pet. & supra quibus ex caus. manu. non licet, in §. fina. Cum ergo hincinde sint diuersæ opiniones probabiles, altera glo. Baldi & sequaciū, quòd totus ususfructus ad patrē pertineat, altera Martini Sill. & qui eum sequuntur, quod nihil laudandus erit iudex, & ego, qui diuidamus materiam diuisibilem per medium, iuxta Bartoli sententiā, ut eleganter probat Anchar. in consi. 210. quem sequitur Felyn. in c. j. col. penul. de constit. & Dec. col. fina. Idemque tradit latè Nico. Boerius dec. 42. col. penul. meritò concludendum esse puto dimidiam ususfructus ad patrem, alteram uero
31 ad filium spectare.† In gl. [*acquisitionem*] quæ 4. iura considerat, habes ex ea, quod tertiom ius quod hic recitatur, fuit, ut pater emancipando filium de bonis maternis tertiam partem retineret pro præmio emancipationis, quod postmodum correctum fuit, ut non tertiam dominij pater consequatur, sed dimidiam ususfructus, ut hic, & in l. cum opportet, §. cū
32 autem, C. de bon. quæ libe. † Sed pulchrum est uidere, an hodie hoc obtineat non modò quoad bona materna, uerum etiam in cæteris aduentitijs aliunde filio obuentis. & quidem Doctores hic, & ibi hoc expresse non decidunt, eorum tamen mens est, quòd sic, quatenus simpliciter sumendo illum tex. dicunt, quòd pater hodie solum habet dimidiam ususfructus in præmium emancipationis, nec
33 se restringunt ad bona materna. †Contra quod tamen opi. stringit. Nam lex communis, ius uctus uno casu corrigens ad alium casum illi similem eamdemque rationem habentem nequaquam porrigitur, ut no. glo. Iacob. Butrig. Bar. cæterique communi calculo in auth. quas actiones. C. de sacrosā. eccl. ut ibi Iason testatur, num. 21. ponunt Bartol. & alij in l. si constante, in 9. q. prin. ff. sol. matr. Curt. in consi. 34. num. 9. latè Paris. in consi. 16. num. 17. uol. 3. cum similibus (quibus addo Rolā. a Valle, consi. 74. colum. fi. uolum. 3. dicentem quòd nec ex identitate nec ex maioritate rationis licita est extensio, idemque ponit Anch. Iun. q. 56. nu. 8. secundæ partis. & consi. 62. num. 8.) sed in casu nostro Iustinianus hic, & in dicto §. cum autem, corrigit ius Constantini disponens, quòd pater emancipando filiū poterat sibi tertiam partem retinere bonorū maternorum. Vult enim, quod non tertiam dominij, sed dimidiam ususfructus habere possit: ergo hæc sua dispositio corrigens ius uetus in hoc casu non debet extendi ad alia ad
34 uentitia aliunde, quam a matre delata. † Cōfirmatur hoc ex dicto §. cum autem, ibi, [*Sancimus huiusmodi casu interueniente, & emancipatione liberis imposita.*] illa enim uerba [*huiusmodi casu interueniente,*] intelligi debent, quando filij bona materna haberent, nō autem importat actum emancipationis, cum statim de illa subdat [*& emancipatione liberis imposita.*] Si igitur hoc casu bonorum maternorum, loquitur Imperator, in alijs aduentitijs locum habere nō debet, argu. l. cum prætor, ff. de iu-
35 dic. †Istis tamen non obstantib. cum cōi Doctorū sententiæ resideo, moueor ex illo tex. ibi [*tertiam dominii rerum minime acquisitarum, sed dimidam ususfructus apud maiores, qui emancipationē donant, remanere,*] quæ uerba non sine uiolentia restringi possunt ad bona materna tātū. Ergo generaliter sunt capienda. l. j. §. & generaliter, ff. de leg. præst. l. de pretio, ff. de publi. in rē act. Secundò, accedit exceptio ibi posita [*exceptis, & in hoc casu castrensibus & quasi castrensibus tantummodo peculiis,*] quæ exceptio fuisset superflua, si dispositio illa ad bona materna tantum restringeretur: si enim in alijs aduentitijs locum non haberet, tanto minus in ca
36 strensibus, uel quasi. †Item illa exceptio confirmat regulam ibi positam in casibus nō exceptis, & sic etiam in alijs aduētitijs ultra bona materna, iuxta nota per Bartol. in l. quæsitum,

tum,§.denique,ff.de fide instru.cum alijs per
Decium. Cagnol. Ferrar. cumulatis in l.1.ff.
de reg.iur.Paris.consi.67.nume.15.in secun-
do uol.in consi.94.nu.5.eod.uolu.furtius il-
la exceptio habet taxatiuã,[*tantũmodo*] adie-
ctam, ex qua deprehenditur sub regula om-
nia aduentitia contineri. Postremo accedit
ratio Imperatoris ibi,suæ decisionis,dum in-
quit[*sic enim neque liberis aliquid dominij aufere-
tur,& patribus amplioris patrimonii usus fructus as-
signabitur*]quam & hic posuit per verba in sen-
su eadem.[*Ita enim res intacta apud filium rema-
nebunt,& pater ampliore summa fruetur, pro tertia
dimidia potiturus.*] † Hæc enim ratio unifor-
37 mis est etiam quod ad alia aduentitia, ultra
bona materna,ergo ampliare debet dictum
legis,quando etiam esset particulare,ut tra-
dit Bart.& Bal.in l.regula.§ j.ff.de iur.& fac.
ign.Iason in l.id quod,num.7.ff. de leg.1.Ri-
minal.meus in consilio 371.num.2.not. in l.
cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.Non ob-
stant contraria. Ad primum enim dico, nos
esse extra refugium extensionis, nam uerba
legis generalia,& exceptio posita adiecta ta-
xatiua in dicto §. cum autem. complectun-
tur etiam aduentitia aliunde, quam a matre
38 per filios quæsita.† Secundo dicitur, stante
ratione ibidem,& hic expressa extensioni lo-
cum esse posse. Ita Bal. & omnes in dicta au-
then.quas actiones, ut ibi Iason,num.22.in
l.Marcellus.ff.ad Treb. & in §.sequens, colu.
3.infra de act.ubi dicit esse commu.sequitur
Cur.Iun.in consi.54.colum.3. Crau.in con-
silio 113.nume.3. Paris.in consilio 16.nume.
42.uolu.3.Dec.in consi. 284.colum. 2.alios
citans Alexan.in consi.171.nume.4.uolu.se
primo.moti omnes per l.his solis. C. de re-
uo.don.& per glo. in clemen.prima.in uer.
39 eligatur.de elect.† Tertio,quando etiam in
casu nostro ratio nõ esset expressa,adhuc ta-
men deberet extẽsio fieri. Communis enim
illa regula,quod in correctorijs non fiat ex-
tensio de uno casu ad alium,per glo. in dicta
authen.quas actiones, loquitur,quando ca-
sus sunt diuersi in substantia, ut est ecclesia,
& ciuitas:hæc enim diuersa sunt omnino in-
ter se, merito correctio ibi facta in ecclesia,
non extenditur ad ciuitatem, secundum illã
40 glo.& omnes.† Secus,ubi casus expressus,&
alius,ad quem uolumus extensionem facere,
conueniunt in substãtia. Exẽplum in iure hę-
reditario, & in iure uniuersalis successionis
fisco delatæ:licet enim non dicatur hæres, l.
inter eos.in fi.& ibi not.ff.de fideius.est tamẽ
uniuersalis successor,(& loco hæredis est, ut
per glo. in l.res intelligitur. §.ex causa. ff.de
iure fis. & crediroribus hæreditarijs tenetur
ut per Corn.consi.190. num.19.uolum.j.se-
quitur latius Anch.iun.q.25.secundæ partis,
in princ.) sicque agit petitione hæreditatis,
ut pe gl .in l.j. C.de his,quibus ut indig. licẽ
in uniuersum ius succedit actiue passiueque
sicut hæres,merito dispositio correctoria de
hærede loquens,extenditur ad fiscum,cum
stantibus prædictis non sint diuersi in sub-
stantia, & isto casu non procedit glos.& com-
munis opin.de qua in dicta authentica,quas
actiones.Ita elegantissime limitando decla-
rat Pau.de Cast. consi.40.& 41.pro declara-
tione eius , quod quæritur,colum.4.in fine,
cum sequen.uolum.1.in nouis.quod optime
41 casui nostro adaptari potest,† nam bona ma-
terna, aliaque aduentitia aliunde filio quæsi-
ta, non sunt diuersa in substantia, imo uerum
potius conueniunt. Cum omnia proueniãt
ex prospera fortuna, & aliunde, quam a pa-
tre, merito dispositio Iustiniani in dicto §.
cum autem.& hic corrigens in maternis,de-
bet extendi ad alia aduẽtitia, Non obstat ẽt
consideratio facta de illo text. in uer. sanci-
mus ,quia ex ratione postmodum expressa,
& quòd hæc conueniunt in substantia, nihil
impedit extensionem fieri, ut ex superiori-
bus patet. Item exceptio inferius posita de-
notat, ut supra etiam de alijs aduentitijs
42 sit intelligendum, ut supra ostendi. † Præ-
terea, nec insubtiliter dici potest,textum il-
lum sic intelligendum fore.[*huiusmodi casu in-
terueniente,& emancipatione liberis imposita.*]di-
ctio enim,[*&*,]pro idest,quandoque exponi-
tur,ut in l.j.ff.de trans.in l.si in uenditione.ff.
de euict. iuncta glo.tradit Arch. in c.cupien-
tes.de elec.in 6.in prin.& per eundem.21.q.
j.ca.j. per Alberic. in Dictionario suo,in uer.
[*&*]si sic enim intelligamus,(ut optime fieri
potest)cessat obiectum,quod no.glo.in uer.
[*decrescat,*]dupliciter opponit. dicitur hic in-
humanum esse,quod honor additus filio per
emancipationem,decrescat ei per rerum di-
minutionem.sed contra,quia patronis,qui-
bus defertur honor successionis in bonis li-
bertorum, decrescit talis honor per onus tu-
telæ , quem subire tenentur,ut supra de leg.
patr.tut. Item personæ, cui defertur relictũ
caducum,talis honor decrescit per grauamẽ
adiectum relicto, quòd subire tenetur,l.uni-
ca.§.pro secundo,C.de cad.toll.Ergo contra
textum nostrum glossa non soluit,nec Aret.
43 † Tu solue post Ioan.Fabri,quòd aut quis
consequitur honorem cum emolumento pe-
cuniario, & talis honor diminui potest ex
onere,ut in contrarijs glo. Aut uero quis cõ-
sequitur honorem sine emolumento pecu-
niario,& tunc secus,ut hic.Facit tex.in l.pla-
ne, la seconda.§.fi.ff.de leg.j.ubi testamento
manumissus non potest grauari legato, uel
fideicommisso, quia commodum manumis-
sionis,non est pecuniarium, secundum Bar.
Ange.Cast.& cæteros ibi.Ad idem tex.nota-
bilis,in l.3.§.si rem.ff.de leg.3.ubi si debitor
ex stipulatu creditori rem debitam legaue-
rit,nõ potest eius fidei committere,licet ex

lega-

legato commodum sentiat ob translationē
dominij ipso iure, & aliud de quo ibi, quia
non est pecuniarium in effectu, secundū Bar.
43 in d.§.fi.quod no. (†Possumus & aliter hūc
tex.declarare sicut & obiecta glossæ remo-
uere, nam quoties onus prouenit ex quadā
consequentia necessaria ipsius honoris ali-
cui concessi, tunc honor ille patitur diminu-
tionem per onus adiectum. exemplum, con-
cessum est alicui priuilegiū ciuilitatis, quod
eius honorem, & fauorem concernit, certe
a modo tenebitur ad datia seu collectas tan
quam ciuis, quia hæc onera ueniunt ex con-
sequentia necessaria, & ex natura ciuilitatis,
& idem est in obiectis glo. sed quando onus
extrinsecus prouenit, tunc secus est, ita Bal.
in l.quod fauore.7.oppo. C.de legi.quem se
quitur Soc.in l.cum filio, secundo not. ff. de
leg. t. & hic est casus tex. nostri quia diminu
tio tertiæ partis bonorum erat onus extrin
secum, & separatim ueniens occasione ho-
noris emancipationis concessæ filio, quæ po
tius debuisset causare, quòd pater nihil ha-
beret, & sicut ante eam totum habebat, ut su
pra dicitur, in prin. ut contrariorū sit eadem
disciplina.l.fi. §. contra quoque.ff.de leg.3.)
44 † In glo.[*dimidiam,*] concluditur ex ea secun-
dum Aret.quòd pater emancipando filium,
consequitur dimidiam aduentitiorum, etiā
si expresse usufructus eam sibi non reser-
uauerit, ut est casus in d.§. cum autem. hoc
autem mirum esse uidetur, ut tradit hic Ioā.
Fab.pater enim emancipando filium, si pro-
fectitia non retineat, pertinent ad filium. l.
donationes.§.pater.ff.de don.Secus in aduē
titijs, ut in d.§. cum autem. & tamen minus
iuris habet in aduentitio, quàm profectitio
peculio, cum primo casu proprietas spectet
45 ad filium, secundo non † hoc autem totum,
inquit Faber, contingit propter prouisionē
legis, quæ in aduentitio ita prouidit, ex quo
pater illud adimere non potest, merito sine
reseruatione pertinet ad eum, in profectitio
uero non fuit necesse prouidere, cum pater
illud adimere possit, merito non retinendo
sibi, illud ad filium spectat.d. §. pater. & hæc
declaratio fuit etiam de mente Pau. de Cast.
in dicto §.cum autem.in fi. quatenus adno-
tando illum tex.dixit, nota, quòd in his, quę
reseruantur a lege, non est necessaria reser-
46 uatio hominis, uel protestationis. † Mihi ta-
mē non placet hæc Fabri sententia, sic enim
de usufructu pater disponere potest in aduē
titio, sicut de plena proprietate in profecti-
tio, ut nemo non ignorat. cur ergo lex non
ita prouiderit in profectitio, sicut in aduen-
titio? ratione Fabri non cōcluditur, ea enim
collabitur, cum utrūque peculium pater adi
mere possit profectitium omnino aduenti-
47 tium quoad usumfructum. † Dynus, quem re
fert Albetic.in dicto §.cum autem, aliter de-
clarat, quòd in peculio, de quo loquitur tex.
in d.§.pater, illud contingit, quia cum pater
filio concedit peculium, multa confert in eū,
nam potest in eo contrahere sine patris con
sensu, & ideo si pater tempore emancipatio
nis non adimat, uidetur concedere, quæ con
sideratio cessat in usus fructu peculij aduen-
titij, quòd pater filio non concedit. (& i-
sta resolutio Dyn. confirmatur etiam in di-
cto §. pater, cum pater semel uoluerit filiū
rem in peculium habere si emancipando fi-
lium non adimit debet apud filium remane-
re, quia mutatio uoluntatis patris non præ
sumitur, c.maiores de bap.l.cum.ff.de prob.
Natta, consi.45 1.num.14.Ceph. consi. 272.
num.92. at hoc cessat in usufructu peculij ad-
uentitij, quem pater filio non concessit an-
te emācipationem, imo pater eum habebat.)
49 † Possumus & nos aliter hoc declarare de
mente glo.in d.§.pater, quòd tex. in dicto §.
cum autem . loquitur de usufructu concesso
patri in præmium emancipationis.tex. autē
in dicto §.pater, loquitur in peculio a patre
filio concesso, quod etiam patris erat ante
emancipationem, & sic illud non habebat ex
pręmio. Nil mirum ergo, si facilius retinetur
ille usus fructus, quam hoc peculium, ut uidę
mus in donatione pura, & in remunerato-
50 ria. † Secunda enim, ex quo in præmium per
cipitur, facilius retinetur, cum nec ex causa
ingratitudinis reuocetur, l.si pater. §.j.& ibi
not.ff.de donat. & supra latius dixi de dona.
in princ. Secus autem in prima, l.fi. C.de re-
uo.don.in glo. fi. concluditur, quòd loco ter
tiæ, quam pater olim habebat in bonis ma-
ternis ratione proprietatis, habet hodie di-
midiam vsusfructus in omnibus aduentitiis.
51 dicto §.cum autem, & hic, † quod sane uenit
intelligendum in quæsitis per filium tempo
re emancipationis. Secus autem in postea q̄-
rendis, in quibus nullum usumfructum ha-
bet. Casus est, & ibi no. Pau. Cast. in l.j. in uer.
[*non emancipato*] a contrario sensu. C. de bon.
quæ liber. Idemque not. Cast. in dicto §.cum
autem, nisi tamē essent bona materna, ut est
casus in l. si uiua matre. C. de bon. mater. &
hanc opin. omnes indistincte tenent, ut re-
fert hic Aldob. licet, ut ipse refert, alias legē-
do & disputando contrarium defenderit, &
ante ipsum quidam Præpos. Senen. Sed tu te-
net communem, (quam sequitur etiam Cra-
ue.consi.84.nume.8. & Viuius in suis com-
munibus opi. in uerbo, pater habet usumfru
52 ctum,) † quæ confirmatur in simili. Nam si
quis delinquat, atque ob id bona sua publi-
centur, ueniunt duntaxat in confiscatione
bona illius tunc temporis, non autem futu-
ra.l.si mandauero.§.is, cuius.ff.mand. Bar.in
l.j.ad fi.ff.de bon.dam. Alex.consi.23.colum.
2.uolum.j. Roma.consi.247. Alexan. & Dec.
in l. 3. §.fi.ff.quod quis.iut. Deci. consi. 438.
num.

num. to. Soc. Iun. consi. 5 t. uolum. j. (& alios citat Egidius Bossius, in titu. de bonorum publicatione, num. 66. & supra, num. 15. declarando, ut per eum.) Sic ergo & in ususfructus dimidia, uenire debent aduentitia tempore emancipationis, non autem post emā
53 cipationem per filium quæ sita. † Quinimo fortius uoluit Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de nat. ex lib. uen. in fi. quòd nec expressè quidem potest sibi reseruare pater usumfructum in bonis postea quærendis per emancipatum, motus ea ratione, quia in quæsitis post emancipationem per filium pater nullum ius habet, l. si filius. ff. de uerborom obli. l. fina. ff. de stipu. ser. merito talis retentio nihil operatur. Item, quia in hac retentione, quidam iuris error interuenit, qui alias impedit obligationem. l. cerdonem. ff. de oper. liber. cum aliis per eum deductis ibi, quæ omnia ante ipsum posuit Oldra. in consi. 214. factum tale est, ut & bene Ias. aduertit idem tenens in l. si. colum. peno. nume. 28. C. de pact. licet corrupto titu. citet Ioannem And. Idcoque faciat Petrus Geratd. de Petra Sancta, in singu. 76. ad finem, quem tamen bene & recte allegat Castrens. idem tenens in dicta l. si uiua marre, & in d. §. cum autem. (& cum prędictis etiam tenet Craue. consil. 15. nume. 2. & Viuius in suis communibus opi. in uer.
54 pater habet usumfructum.) † Extra glo. quærir Areti. an contra emancipationem possit opponi exceptio simulationis. & determinat, quod sic, post Bal. in dicto §. cum autem per tex. in l. j. §. his quoque, in fi. ff. de collat. bon. tu adde eūdē Bal. in rub. C. de reuo. his, quę in frau. cred. col. 2. quē sequitur ille Pet. Gerar. in dicto singu. 66. ubi ponit q. de patre, qui proposuit mercari per mare, & dubitans ne merces obruerentur una cum naui, sicq; ad inopiam redigeretur, filium emācipauit, eique donauit multa bona sua, postea mercari cępit, mercesque & pecuniam sub credito sumpsit, tandem res sinistre successit, creditores instanr contra eius bona, filius defendit ea uigore donationis sibi factę post emancipationem, ante tamē mercationem incęptam, an creditores audiendi sint? Concludit Bal. quòd sic, tanquam dicta emācipatio in fraudem creditorum, & simulace processerit, & ob id proficere non debet filio in damnū creditorum, ibi ergo pari modo concludit contra emancipationē de frau
55 de & simulatione opponi posse. † Quod etiā confirmatur ex no. per Baldum, & Saly. in l. si pater tuus, in secundo notabili. C. qui bon. ced. poss. quos refert, & sequitur Paris. in consilio 53. num. 27. uolum. 1. dicentes, quòd filius emancipatus bona sibi donata a patre potest tueri aduersus creditores, nisi donatio sit facta in fraudem creditorum, quod p̄sumi debet, si pater ei donauit paulo ante,
56 uel post creditores creatos. † Idemque in fisco uidemus, qui potest reuocare alienata per delinquentem paulo ante delictum commissum, uelut in fraudem fisci celebrata, secundum Bar. & omnes, in l. post contractum ff. de dona. & in l. si uentri. §. fi. ff. de priui. credi. Veron. in tracta. de simula. colum. 12. cum simi. ut per Deci. consi. 235. colum. 2. consilio 525. in fi. Riminal. meum, consi. 15. numero
57 17. († ex his enim, quæ in continenti sequūtur præsumitur simulatio, ut dicit Bal. in l. p diuersas, in fi. C. mand. Fulg. consi. 198. col. j. Aug. in l. res uxoris, uer. nota, quòd donatio C. de dona. inter uir. Ripa, in l. si uentri. §. fi. colum. j. ff. de priuil. cred. cum similibus per Gabriel. Rom. in suis conclusionibus, lib. t. de pręsumpti. concl. t 3. nume. 8.) sicut ergo fraus objici potest cōtra donationes aliamue alienationem, ita pariter & contra eman-
58 cipationem. † Modus autem probandi emācipationem fuisse simulatam, & in fraudem factam ultra casum supradictum dari posset, quando probaretur, emancipatum post emācipationem uixisse cum emācipante ad unū panem, & uinum, ut tradit Specu. in titu. de dona. uersi. Item pone aliquis, quem in statu to loquens, sequitur Paris. in dicto consi. 53. nume. 22. uolum. j. Quod uero de collatione postremo loco tangit Aret. hic, uelut impertinens omitto. Et ita sit finis huius §. hoc quoque, ad laudem Dei & Virg. almæ.

HIPPOLYTVS RIMINALDVS

In §. Item vobis, per quas personas ius nob. acquiritur.

SVMMARIVM.

1 *SERVVS ex traditione nunquid acquirat domino. 26.*
2 *Intellectus l. pen. §. illo. C. de nec. ser. hæred. insti. 46. cum sequentibus.*
3 *Hæres non peccat si legatum seruo non præstat.*
4 *Lex disponens super certo, satis iusta dicitur in foro conscientia.*
5 *Hæres in foro conscientiæ non tenetur ad dotem de qua non apparet instrumentum.*
6 *Serui sunt capaces alimentorum.*
Et capite diminutus in eis admittitur. 9.
Sicut & damnatus in metallum. 7.
Et de ratione. 8.
10 *Seruus hæres institutus adeundo, nunquid acquirat Domino ignoranti, & inuito, quòd non.*
Ratio Christi ponitur. 11.
Quam probat auctor. 12.
Et aliam superaddit. 13.
11 *Aditio hæreditatis pendet ab animo.*
Et est actus legitimus. 13.

Possesso

complecti,quando monacho esset relictum,
cum hoc quòd monasterio non acquireretur.
Ex hoc enim dicebatur ei specialiter destinatum, quo tamen non obstante uult mo
159 nasterio quæri.† (accedit,quòd specialiter
videtur constitutum,quòd monachus ex dispensatione Papæ,quid habere possit non ut
proprium,sed ad usum,& simplicem administrationem tãtum,iux.tex.in c. monaci.& ibi
gl.in uer.administratione,de sta.mona.Abb.
in d.c.cum ad monasterium,colum. 2.Bar.in
aut.excipitur.C.de bon.quæ lib.cum similibus a Beroo cumulatis , consi. 26. colum.2.
uolum.1.ergo in alijs personis secus esse debet. l.ius singulare.ff.de legi. cum uulgarib.
160 ut hoc disponere non possint.) † Postremo, satis confirmari potest hæc opi. ex his,
quæ tradit Calder.in titu.de consue. consi.4.
& in titu.de reg.consi.1.Sequitur Fely.in ca.
cum M.Ferr. num. 27. de consti. ubi late probat non ualere consuetudinem,quòd relicta
monacho intuitu suæ personæ, siue mobilia
sint,siue immobilia,possint per eum retineri absque licentia superioris,quia est irrationabilis,& inducit ad mortale peccatum,nec
per superiorem est toleranda,quia debet subditos prohibere ab illicitis,quod si non facit
illorum culpę se inuoluit 23.q.4.sicut.nec est
pastoris excusatio, si lupus oues comedit. Si
enim talis consuetudo non operatur ad fauorem monachi,nec Abbas tenetur eam pati.Ita nec in q.nostra cõditio a testatore,uel
alio apposita, debet operari pro monacho,
cui relictum est, nec debet Abbas pati mo
161 nachum id tenere. † Et tenendo hanc partem non obstant contraria , & primo simile
de filio, cui sub simili conditione relinquitur,quia in eo secus est, qui secũdum tempora Codicis, & Auth. est capax acquisitionis,
ut hic,& in d.l.cum oportet.Secus autem in
monacho, qui non est capax acquisitionis,
auth.ingressi,C.de sacros.eccl.& dicto c.cum
ad monasterium. Ita formaliter respondet
Imo.in dicta l.si alienum.ad fi.prin.Non obstat ratio Bar.ibi,de qua supra.nam licet Abbas possit pati, non tamen tenetur, nec per
relinquentem monacho ad hoc cogi potest,
ut supra ostendi,maxime ex notatis per Bal.
in dicta authen.licet testator. C.de episco.&
162 cle.† Ad l.legatum.dico, satisfaciendum esse uoluntati testatoris aliquo modo honesto si potest,ut ibi dicitur,sed hic modus patientiæ Abbatis consideratus per Bar. & sequaces non est honestus,& sine periculo peccati mortalis tam monachi , quàm Abbatis,
ut probat Calder.in dicto consi.4.ad fi.meri
163 to tali uoluntati non est obediendum.† Limitatur tamen hæc opinio, ut procedat in
his,quorum monachus est incapax, alias secus,ut in alimentis, quorum est capax, sicut
& seruus.l.legatum. ff.de cap. dimi. l. seruo
alieno.ff. de lega.primo. tale enim legatum
monacho quæreretur,& ualeret.Ita Bar.in d.
§.tres hæredes. Idemque esset in libris seu uestibus monacho relictis pro usu suo: hæc .n.
& similia potest monachus habere ex licentia prælati,ut ponit Car.in consi.17. colum.
fi.Calder.in consi.2.de regular.Abb.in consilio 88.colum.2.in meo libro,uolum.1.& in
dicto c.cum ad monasterium,colum.3. Dec.
in authen.ingressi,nume.14. C.de sacrosanc.
eccl.& Fel. in dicto ca.cum M.Ferr.num. 27.
post Ioan. And. in regula,non est obligato
164 rium.de reg.iu.in 6.† Concludentes etiam
ualere statutum factum ab Abbate, & conuẽtu causa uitandæ murmurationis, & scandali,q singulis monachis detur quolibet anno
certa quantitas pecuniæ pro emendis sibi uestimentis & alijs necessarijs. Quinimo Fely.
concludit se putare, quòd in libris,& similibus sufficiet tacitus consensus superioris, licet expresse non daret licentiam,& sic,quòd
conniuentibus oculis prælati monachus ea
165 haberet.† Tertius subinde casus,in quo nõ
quæritur ususfructus aduentitiorum patri,
est secundum gl. quando succedit filius una
cum patre in hæreditate fratris, uel sororis,
ut est casus in §. si uero.in Aut.de hæred.ab
intestat.repetitus in authen.item hereditas.
C.de bon.quæ lib. quem maxime commendat Areti.hic, dicens in facto eum habuisse,
(idemque ponit Andreas de Cortona, consilio 35.nume.14.primo tomo diuersorum
166 circa ultimas uoluntates.) † Et ratio est in
promptu, secundum Cy.& Alber. in d.auth.
Item,quia de iure Codicis,si moriebatur filius relicto patre , & fratribus, illi succedebant
in solida proprietate, & pater in usufructu. l.
quæcunque.C.de bon. quæ lib.l.fi. C.ad Tertu.sed de iure Authẽticorum uocatus est pater in uirilem portionem proprietatis, & sic
in hoc filij fuerunt grauati. Vnde consentaneum fuit,ut in alio releuarentur, uidelicet,
quòd in eorum portionibus pater usumfructum non haberet, iuxta l.eum, qui. ff.de iureiuran.cum simil. quam rationem ad scopũ
ponit tex.in dicto §.si uero.ibi , [*quoniam pro hac usus portione hereditatis ius & secundum proprietatem per præsentem dedimus legem* .] quod
167 nota. † An autem idem in extraneo instituente filium,& patrem dicendum sit? Irnerius,ut refert glo.in dicta auth.idem Cast.&
Saly.tenuerunt, quòd sic, contra uero Cy.&
Albe.a cessante ratione, de qua supra, ad eos
168 me remitto,quia hic gl.non tangit.† Quartus accedit casus, in quo non quæritur usufructus aduentitiorum patri,secundum glo.
quando seruus donatur filio hac conditione
quòd statim manumittatur.l.fi.in fi.C.de bo.
quæ libe.cum enim momentaneus talis seruus existat, nullus ususfructus in eo, qui patri quæratur, considerari potest , ut ibi dicitur.

tur.

tur. Facit. l. qui sic. ff. de solu. ubi solutio mo-
169 mentanea liberationem non inducit. †Sed contra hoc facit glo. notab. in uer. [nepotes] in l. fi. ff. de cond. in sti. quæ uult instituto filio sub conditione, quæ eo moriente impleri nō potest, nepotes, qui tali casu ex substitutione admittuntur, acquirere patri morienti, & tamen illa acquisitio est momentanea in patre cum moriatur eodem tempore, quo agitur de acquirendo sibi, ergo & in casu nostro deberet acquiri patri vsusfructus serui, licet sta
170 tim ueniat manumittendus. †tamen ad illā glo. respondet Bar. Imo. Cast. & alij ibi, & idē Cast. in d. l. fi. in fi. quod procedit in acquisitione proprietatis, quæ quantumuis sit momentanea, utilis tamen esse potest, respectu transmissionis, cum moriens etiam incontinenti eam transmittat ad hæredes. Casus autem noster procedit in usufructu, qui si momentaneus est, nullam utilitatem continet, cum ad hæredem non transmittatur. l. 3. ff. quan. dies lega. ced. & ita cessat obiectum.
171 † Quintus est casus, secundum glo. quando pater noluit consentire filio adeunti hæreditatem, tunc enim filio etiam usufructus quæritur. l. fina. §. 1. C. de bon. quæ lib. ex quo textu patet, correctum textū in l. si quis mihi bon. §. iussum. ff. de acquiren. hær. ubi disponitur filium hæreditatem adire non posse, nisi iussu patris intercedente, secundum Cast. in d. §. 1. (& iste casus procedit iure quodam accrescēdi, nam pře recusante uidetur filius pleno iure uocatus, sicut ē contra filio recusante uidetur pater institutus, ut per Ia
172 cob. Butrig. & Cast. ibi.) †Ampliatur autē ista conclusio, ut procedat non modo in hæreditate aduētitia, prout loquitur d. §. j. sed etiam in profectitia, & sic quando filius fuerit institutus contemplatione patris. Nam patre recusante filium adire, dicendum est eam remanere debere pleno iure apud filiū; prout uoluit Cast. in d. §. j. motus ea ratione, nam uidemus, quòd hæreditatem castrensē delatam filio, quæ in totum esset sua, eo adeū te, pater sibi acquirit filio recusante, d. l. fi. in §. similique modo. Ergo pari modo nullum est inconueniens, quod profectitiam, quæ in totum esset patris consentientis filio adeunti, quærat sibi filius patre recusante, ut æqualitas seruetur inter eos, quod nota. Sic enim erit dare casum, in quo profectitia acquiren
173 tur filio, non patri. †Secundo ampliatur, ut procedat non tantum in patre ab initio recusante filium adire, sed etiam ex post facto, ut si absente, & ignorante patre filius adiuerit, postea uero pater ratam nō habuerit aditionem, ualet enim interim aditio facta per filium sibique quæritur etiam usufructus. Ita de mente omnium ponit Cast. in d. §. j. li
174 cet Ang. contra, quem ipse damnat. † Tertio ampliatur, ut procedat non modo in acquisitione per actum ultimæ uoluntatis, sed etiam contractus, ut probatur in dicto §. j. ibi, [*uel quicquam ex quocunque titulo siue donationis, siue contractus alterius filius sibi acquirere maluerit,*] quod passim Doctores omnes ibidem
175 admittunt. †Sextus est casus, secundum gl. in quo patri non quæritur usufructus aduētitiorum, quando ipso minus legitime diuertente bona filijs applicantur: in eis enim usū fructum non habet. §. quia vero aliqui. in Authen. ut nulli iud. & in authen. idem est. C. de
176 bon. quæ libe. † Vnde Ang. & Cast. ibi inferunt ad statutum Perusij, quo disponitur, ut patre committente delictum certa pars bonorum publicetur, residuum uero filiis eius reseruetur. In eis enim bonis usumfructum non habebit, sicut nec quando minus legitime
177 diuertit. † Est autem ratio huius 6. casus, secundum Cast. ibi, nam si pater includitur in monasterium propter suum delictum & pars bonorum eius applicatur filiis in pœnam eius, ut habetur in d. §. quia uero, non est iustum, quòd in illa parte aliquid remaneat apud eum ex dictis bonis, arg. l. id quod
178 pene. ff. de solu. (†Sed & alia subtilior, & noua ratio adferri potest, nam Iustinianus in aduentitiis usumfructum præbuit patribus in honorem eis debitum, ut hic dicitur. ibi, [*& patribus debitum honorem reseruauimus.*] sed reatus omnem honorem excludit. l. 1. C. ubi sen. l. penul. C. de decur. libro 10. Iacob. Emilianus, consi. 2. num. 20. ergo pater delinquens in casu nostro debet excludi ab usufructu aduentitiorum alias in honorem suū sibi debito, quod est pulchre notandum.) Procedit autem hæc conclusio, secundum glo. Sal. Cast. & alios in dicta auth. idem est in bonis, quæ patris erant, quæ propter diuortium pa
179 tris illegitimum filiis applicantur. † Secus autem in aliis bonis aduentitiis filiorum, in quibus ante delictum pater habebat usumfructum. Idemque in postea quæsitis per filios. In eis enim pater adhuc usumfructū habebit, non obstante, quòd in monasteriū intrusus fuerit ob delictū diuortii. Ratio Doctorum est, quia non per hoc amittit patriā potestatem, cum non in monasterium includatur, ut fiat monachus, sed ut pœnitentiam
180 agat. †Sed horum sententia mihi non placet. si enim tali casu priuatur usufructu bonorum suorum, in quibus maius ius habebat, a fortiori debet eodem priuari quo ad alia bona filiorum, in quibus minus iuris habebat, argum. auth. multo magis. C. de sacrosan. eccle. nec obstat eorum ratio, militat. n. etiam in bonis propriis, & tamen usufructu eorum priuatur. Idemque in cæteris casibus supra commemoratis uidemus, ubi pater retinet ius patriæ potestatis, & tamen usumfructum amittit. Cogita tamen, & in iudicando ac consulendo a communi non recedas opinione.

181 nione. †Septimus, & postremus, secundum glo. casus est, in quo patri non quæritur usus fructus aduentitiorum, quando contraxit incestas nuptias, vt probatur i Auth. de incest. nup. in §. j. ibi, [*mox illi paternam accipiant substantiam, pascentes autem eum,*] & c. ex hoc enim quòd filij alunt patrem, colligitur eum usufructu bonorum suorum priuari, quæ ex eo, quòd applicantur filijs, fiunt aduētitia. si. n. patri usus fructus reseruaretur, haberet, unde se aleret, nec tale onus filijs imponeretur.

182 †Ratioque huius casus esse potest, cum. n. filij patris supplicio suæ potestatis fiāt, ut ibi dicitur, consequens est, ut usumfructum non habeat in bonis filijs applicatis, quem alias pater ratione patriæ potestatis habere solet,

183 ut hic i textu, & supra uidimus. † Octauus casus ultra hanc glos. dari potest secundum glo. in authen. idem est, C. de bon. quæ libe. quæ & prædictos enumerat, quando filio relinquitur usus fructus, is enim patri non quæritur, quia seruitus seruitutis esse nō potest. l. j. ff. de usufr. leg. quod simpliciter sequitur

184 Aldobran. hic. († Sed & alia ratio planior adferri potest, nam quotiens legatum nullam affert utilitatem non ualet. §. sed & si rē legatarij. infra de lega. l. si hæreditatem. ff. mā da. l. j. §. pen. C. communia, de leg. Roland. à Valle, consi. 79. colum. j. uolum. 2. at si relicto filio alieno usufructu. is ad eius patrem spectaret tale legatum nullam utilitatem filio legatario adferret, ergo vt valeat legatū debet usus fructus apud filiū remanere nec patri acquiri: fieri nanque debet interpretatio qua legatum ualeat non autem pereat. l. quo

185 tiens. ff. de reb. dub.) †Nonus ex eadem gl. casus accedit, quādo Imperator donaret alicui filiofami. tunc enim usumfructum pater sibi uendicare non potest, ut est casus in l. cū multa. C. de bon. quæ libe. imò ad similitudinem castrēsis peculij spectat ad filium, ut ibi. Addit & alios casus Aret. hic, cuius tamen iura ad rem non faciunt præter. l. quamuis. C. de fideicom. secundum quòd Bar. Cy. Fulgo. Cast. & Ias. intelligunt, & l. Imperator. ff. ad Trebel. quatenus sola alimenta patri debean-

186 tur, ergo non usus fructus. †Decimus ergo ultra Areti. est casus, quando pater ingreditur monasterium, ut monachus efficiatur, tunc enim amittit dimidiam saltem usus fructus sibi debiti in bonis filij rōne patriæ potestatis, secundum Bar. & Ang. in dicta auth. idē est, motos ea ratione, quia per ingressū monasterij liberatur filius a patria potestate ex facto patris, quo usumfructum pater perdit quo ad dimidiam, residuum uero retinet, ut in emancipatione contingit, l. finali, §. cū

187 autem. C. eo. †Ego uero etiam totum usum fructum cum amittere alias censebā, quoniā existentiam sui iuris habet isto casu filius a Deo, non a patre, & dimidia quæ habetur in d. §. cum autem datur loco præmij patribus, qui suo facto & liberalitate sua spontanea emancipando faciunt liberos sui iuris, quod non est, quādo monachatur, & ita tenet Mar ri. Silli. Cy. Alber. & Sal. qui dicit ita communiter Doctores tenere, in d. authen. idem est (nunc uero casum prædictū amplector, pur & in §. sequenti latius firmabo. nec obstat ratio nostra facta: licet enim filius existentiam sui iuris habeat a Deo, nō tamen uerti debet in totale præiudicium patris, qui causam dedit huic existentiæ sui iuris, & bonum opus operatus est eligēdo monasticam uitam: unde de tali bono opere non debet in totum lapidari, merito dimidia saltem usus fructus debet ad eum, uel eius loco ad monasteriū per

189 tinere.) †Vndecimus casus est in bonis quæsitis filio tempore, quo pater fuit bannitus, aut rebellis patriæ constitutus, atque ob id non potuit sibi interim usumfructum acquirere: licet enim postea restituatur in integrū ad ciuitatem, nō tamen recuperat usumfructum illius temporis elapsi ea ratione, quia non dicitur cum perdidisse, cum non haberet tēpore banni, aut rebellionis, merito non

190 debet recuperare, quod non perdidit. †Bene uerum est, quòd pro tempore post restitutionem futuro illum habebit. Ita eleganter tradit Bal. & Cast. in auth. excipitur. C. de bon. quæ lib. & licet ipsi non dicant, fuit hoc de mente Cy. quem ibi refert Saly. in l. fi. C. de sen. pass. dum damnant gl. ibi uolentem testamentum filij patris deportati in aduentitiis ualere, saluo tamen usufructu ipsi patri. Si. n. inquiunt ipsi, loquimur de bonis post deportationem quæsitis, utique glo. non procedit in eius dicto de usufructu: quia cum ille nunquam patri competierit, non potest dici illū restitui, & sic uolunt eum ad patrem non spectare per restitutionem in integrum, cū eū non amiserit, utpote nunquam sibi quæsitū, quod nota, quia isti Doctores aliena plerunque sibi satis impudenter attribuunt. †(In-

191 super aduerti debet, quòd iste casus procedit attenta conclusione Doctorum, qui tenent bannitum perdere beneficia iuris communis in territorio ciuitatis, unde bannitus est, & illi fuerunt plures a me cumulati in l. ut uim, numero 120. eum seq. ff. de iust. & iu. sed quoniam longe plures contrariantur ibidem per me relati, nume. 127. saluare debes hunc casum secundum limitationes a me positas ibi, numero 135. cum sequētibus, quas uide, ne hic non suo loco eas transcribam.)


192 †Duodecimus casus adiungi potest in aduentitijs ex illicita causa per filium quæsitis, quorū usus fructus ad patrem non pertinet, argumen. l. quod seruus. ff. de acq. poss. & l. quod autē. ff. pro soc. per quas ita tradit Ioā. And. in addi. Spe. in tit. de actore. in §. j. post commentum Speculatoris, in uer. aduentitium.

tium.ſequitur Alexã. in dicta l. quòd ſeruus.
193 num.9. (†Decimustertius eſt caſus in dote
aduẽtitia filiæ cuius uſusfructus non perti
net ad patrem, ut not. Docto. in l.2.§. quòd ſi
in patris. ff. ſol. mat. ubi Soc. not.2. in authen.
quod locũ. ubi Dec. not.4. C. de col. Bal. not.
in tract. dot. 6. par. priui. 33. Craue. conſi. 84.
num.7.) quæ omnia nota diligenter, quia nõ
194 alibi ſic enucleata reperies.† Vnum uero ſa
tis memoria dignum poſt hos caſus ſubijcit
hic Aret. quòd licet patri non quæratur uſuſ
fructus, ſemper tamen debet habere commo
ditatem illius iuris, per textum in l. pleuũ.§.
quamquam, & in l. filio. ff. de uſu & hab. ubi
uſu relicto filio, qui cohęret perſonę filij, nec
patri acquiritur, tamen pater illius commo
ditatem capit. Sic ergo & in caſibus ſupra ꝓ-
poſitis, qui hanc ſingularem limitationẽ re-
195 cipiunt.† Vnde ſecundum Aret. cautela eſt,
quod filio relinquẽs, expreſſe prohibeat, nec
commoditatem, nec uſumfructum patri q̃ri,
alias niſi de commoditate expreſſa fiat men-
rio, pater habebit commoditatem. & hanc
opinionem licet non dicat Aret. tenuit gl. in
auth. idem eſt, in fi. C. de bon. quæ liber. & ſe-
cutus eſt Bar. in l. fi. in fi. C. de uſufru. Idem-
que tenet Ang. in l.j.§. adipiſcimur. ff. de acq.
196 poſſeſ. † Sed mihi non placet, imo eſt con-
tra tex. in l. cum multa. C. de bon. quæ lib. ubi
filius res ſibi donatas ab Imperatore habet
omni acquiſitione abſolutas, (ergo etiam re
ſpectu commoditatis, quia qui dicit omne
nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg.3. l. a pro-
curatore, C. mand. Cra. conſi. 105. num.3. Itẽ
ſubiungit textus,) & ad ſimilitudinem caſtrẽ
ſis peculij. ſed in caſtrẽſi nullum ius pater ha
bet. l.3. C. de caſtren. pec. mil. lib. duodecimo
l. ex nota. ff. eo. Ergo nec in talibus aduenti-
tiis. Secundo, hoc probatur per tex. in Auth.
ut lic. mat. ibi, [*neque uſumfructum, neque quodli-
bet penitus habeant participium.*] ergo nec com-
197 moditatem fructuum. (†Quia ultra uerbũ
quodlibet, uniuerſale cui conuenit, qđ pro-
xime dixi, adeſt uerbũ penitus, quæ dictio
idem ſignificat, quod dictio omnino, ideſt in
omni caſu. l.j. C. de glan. tol. lib.11. no. Arch.
in c.j. de ſupplẽ. neg. præla. lib.6. Iaſ. in auth.
qui rem, num.22. C. de ſacroſan. eccl. Rui. cõ-
ſilio 154. nume.8. uolum.j. cum ſimilibus per
Rolan. a Valle, conſilio 61. nume. 37. uolum.
3. & Ceph. conſi. 153. num.33.) Tertiò, ſuade
tur per textum in l. fi.§.j. C. de bon. quæ libe.
ibi, [*nullam acquiſitionem nec uſumfructum patri
acquiri.*] illa enim uerba, [*nullam acquiſitionem,*
utpore generalia, includunt commoditatem
fructuum. (ſunt uniuerſalia negatiua, quæ in
totum negant. l. is qui 200.§. utrũ. ff. de reb.
dub. l. hoc genus, cum ibi not. ff. de condi. &
demon.) Item ibi, [*ſed ipſum filium ſibi imputa-
re, ſi quid ex hoc contigerit,*] & ſic commoditatẽ,
quę ex illo uſufructu reſultat, vult eſſe filij, nõ
ergo patris. Quarto confirmatur in Auth. de
inceſt. nup. in §.j. ibi, [*naſcentes autem eum,*] er-
go pater non habet cõmoditatem. ſic enim
ſe alerct ex ea. Non obſtant iura Aretini, lo-
quuntur enim de iure ffo rum, quo tempore
omnia patri quærebantur exceptis caſtren-
ſibus, uel quaſi, unde nil mirum, ſi uſu relicto
filio pater commoditatem eius habebat, quã
& ei quærebatur, ut probatur in dicto §. quã
quam. ibi, [*patri, dominove acquiſitus,*] licet Are.
& male contra ſentiat. Quæſtio autem no-
ſtra loquitur de iure Codi. & in caſibus, ubi
non quæritur patri uſusfructus. nec enim ſi-
bi eius commoditas acquiri debet, arg. capi.
cum quid una uia, de reg. iu. in ſexto, alias ꝓ-
198 uiſio legis facile redderetur eluſoria.† Nõ
obſtat glo. in dicta authentica, idem eſt, non
enim ad oẽs caſus ibi poſitos refertur, ſed ad
illum tantum de uſufructu legato filio, ſecũ-
dum Cyn. Ang. Alberic. & omnes ibi, ſicque
Bar. intelligit ĩ dicta l. fi. Sed plus addo, quòd
nec in dicto caſu pater debet habere commo
ditatem fructuum, quicquid gl. & Doct. eam
ſequentes dicant. Id enim iure non probãt
obſtatque, nam tale relictum ſic eſſet inane,
quo ad filium, ſi pater illius commoditatem
perciperet, (vt ſupra circa illũ caſum dixi, nu.
126.) nec glo. ſatis id auſa fuit firmare, ſed ꝑ
dictionem Fortè, locuta fuit, merito ei nulla
199 tenus adhærendũ puto, (†ſicut nec teſti du
bitatiue deponenti deferẽdum eſt, ut ſupra
dixi.§.j. num.15. tit.1. & ponit Craue. conſi.
6. nume.124. per Alex. conſi.82. colum.j. uo-
200 lumi.4.) †In glo. [*proſpera*] ibi [*ſicut ſi uxor ha
bet*] notandum eſt ex ea, quòd uxor præſumi-
tur quęſiuiſſe ex bonis mariti. l. Quintus. ff.
de dona. int. uir. & uxo. l. etiam. C. eo. de quo
201 ſuperius dixi. †& ultra ibidem poſita adde
(nunquid poſito, quòd res acquiſita præſu-
matur de pecunia mariti, dicatur acquiſita
marito determinari per infinitos quos cu-
mulat Senatus Pedemon. Deciſ.140. num.9.
ſecundo, quod de uxore dicitur adde,) idem
in concubina pręſumi, uidelicet, quòd ex bo-
nis amaſij quæſiuiſſe præſumatur, ut ponit
Franci. Cremen. in ſing. 6. ne uideatur mere-
tricata cum alijs, & ſic ob euitandam malam
ſuſpitionem, licet alleget Baldum in l.j. C. de
202 natu. lib. qui hoc non dicit.† Limitatur ue-
ro, quod dictum eſt ſupra de uxore, ut procc
dat, quãdo eſſet quæſtio inter uxorem, & ma
ritum, uel eius ſucceſſores, ſecus, ſi cum extra
neo uxor litem haberet, tunc enim quæſita
præſumerentur ſua, & de bonis ſuis, non aũt
mariti quæſita. Ita Bal. eleganter in l. ſi uxo-
rem. C. de cond. inſ. ſequitur Alexand. in l. qui
iure familiaritatis. ff. de acquiren. poſſeſ. Be-
ne uerum eſt, quod Dec. in conſi. 237. in fi.
hanc limitationem impugnat, quia ſecundũ
eum militat etiam hoc caſu ratio. d. l. Quin-
tus. Sed ego eam uerißimam eſſe cenſeo:
†quo-

203 †quoniam præsumptio, quòd quis in du-
bio non uideatur delinquere, non sufficit ad
eum cõdemnandum, ut tradit gl. Bar. & alij,
in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. Barto.
in l. merito. ff. pro soc. (Anch. consi. 415. col.
2. Roma. consi. 304. colum. j. Soc. consi. 511.
colum. 5. uolum. 3. Dec. in l. non hoc, colum.
fi. C. unde legi. & alibi, ut per Crau. consi. 57.
num. 6. & consi. 132. num. 18.) Non sufficit er
go dicere, quod uxor præsumitur quæsiuisse
de bonis uiri, ut sic euitetur delictum, eaque
condemnetur extraneo, cum talis præsum-
ptio ad condemnationem non sufficiat.
204 †Secundo, posito quòd militaret hæc præ-
sumptio, non tamen extraneo prodesse de-
bet, nam ita demum quid præsumitur si alle
205 getur, & nõ aliter. † Patet in dominio, qđ
ita demũ aliquando ex possessione præsumi
tur, si allegetur, ut tradit Bal. in l. etiam. col.
5. C. de exe. rei iud. Sal. in l. certi. C. loca. Ale-
206 xand. in consi. 93. colum. 2. volum. 2. †Idem
que videmus in bona fide, quę demum in du
bio præsumitur, si allegetur, ut tradit Bal. in
c. si quis per 30. si de feu. fue. contro. Bal. &
Ang. in l. super longi. C. de præs. lon. tempo.
Alexã. in d. consi. 93. & Iason, utrunque po-
nens, in l. nõ hoc. colum. fi. C. unde leg. Si uel-
lemus ergo, quòd contra mulierem urgeret
hæc præsumptio, opus esset, quòd extraneus
cum ea litigãs eam allegaret, & opponeret.
207 †Sed hoc facere non posset, sic enim oppo
neret de iure mariti, & sic de iure tertij, qđ
fieri non potest, saltem, quando est exclusi-
uum, tercio tantum uolente. l. 2. ff. si ag. nect.
& ibi gl. iuncta l. 2. C. de iure emph. & tradit
Barto. in l. 2. ff. de excep. rei iud. prout in ca-
su nostro esse uidetur: fit enim hæc præsum-
ptio, si maritus uelit & alleger, secus, si tace-
ret, ut colligitur ex dicta l. Quintus. ibi, [*cum
in controuersiam uenit,*] & sic præsupponitur, ꝙ
maritus allegaret ex bonis suis uxorem quę-
siuisse, merito concludo, quòd omni respe-
208 ctu uxor contra extraneum obtinebit. †Se
cundo limitatur, ut procedat in bonis, quæ
obuenerunt uxori post contractum matri-
monium. Secus si ante secundum Bal. in di-
cta l. si vxorem. & in l. super hypothecis. C. de
pigno. sequitur Alex. in cõsi. 42. uolum. quin
to. Craue. in consi. 61. colum. penu. uersic. 4.
dico. Et ita habes ultra superius dicta enu-
cleatam regulam dictæ l. Quintus, & dictæ l.
etiam. de qua etiam tradit Alciat. in tract. de
præsump. in regula 3. præsumptione 26. quẽ
109 uide ad cõfirmationem prædictorum. † In
eadem glo. ibi, [*nos contra, & distingue,*] notan
dum est, quòd in dubio, quando non appa-
ret, unde filius acquisiuerit, an dicatur acqui
siuisse ex bonis patris, uel aliunde, recurren-
dum est ad coniecturas, quæ sunt tales, ut si
filius erat diligens, & industriosus, vel di-
ues, & præsumitur quæsitum ex diligentia,
industria, uel bonis suis. Si uero erat negli
gens, aut pauper, pater autem diues, & ex bo
nis patris quæsitum præsumitur, ita gloss.
hic, & Arer. glo. Bartolus, Baldus, Angelus,
Castren. Salycet. & alij communiter in dicta
l. cum oportet. (Idemque tenet Ioan. de mõ-
te Sperello, consi. 98. colum. fi. in prin. primo.
tonio diuersorum de ultimis uoluntatibus
loquentium, & insuper Bal. in l. 2. C. de patr.
pot. Alex. consi. 31. uiso testamento, uolu. 4.
Natta, consi. 358. sub nu. 8. qui dicunt cessan
tibus coniecturis pręsumi filium habuisse de
bonis patris, secus sentientis concurrenti-
bus coniecturis, & cum prædictis tenet etiã
Rolan. a Valle, consi. 90. num. 12. uolum. 2.)
210 † Contrarium uero tenuit hic Faber, &
sic quod indistincte pręsumatur de bonis pa
tris habuisse, quia ita bene committeret fur
tum filius, sicut uxor, ut infra de obligatio.
ex mal. in §. hi, qui parẽtum. Idemque tenue
runt Gul. de Suza. & Odofre. prout refert Al-
ber. in dicta l. cum oportet, ne detur materia
filio surripiendi res patris, atque tollatur oc
casio discordiæ inter fratres. Idque uidetur
innuere tex. ibi, [*non ex eius substantia;*] ubi ui-
detur dari onus filio probandi, quod aliun-
de quæsierit, quàm ex bonis patris. Nisi er-
go probauerit aliunde quæsitum, quàm ex
bonis patris, concludunt ipsi præsumptio-
nem esse contra filium, quòd ex bonis patris
quæsierit. Subdunt tamen filium admitten-
dum esse ad probandum, quòd aliunde quæ
sierit, uel directo, uel per coniecturas, de q-
211 bus in hac glossa. † Ego uero hanc opinio-
nem non teneo, quia secundum ipsam indi-
stincte, siue filius agat, siue conueniatur, suc
cumbere deberet, nisi probauerit aliũdequę
siuisse, quod est contra gl. iuncta l. cum opor
tet, in uersicu. [*ex substantia,*] in fi. quæ distin-
guit, an agat, an conueniatur. Primo enim
casu probare debet, secundo non, sed aduer
sarius dicens eũ quæsiuisse de bonis patris,
probare debet, iuxta. l. secundam. ff. de pro-
batio. quod & firmat Sal. ibi, & Bal. in authen
tica, ex testamento, C. de colla. concludẽtes,
quòd ille, qui agit, habet probare, secundũ
212 glo. ibi, in fi. † Modus autem probandi suf
ficit præsumptiue, secundum eandem gl. an
te finem, ita, quòd aut quæritur, quis probet
& procedit ultima opinio glossæ: aut quali-
ter probetur, & procedit opi. præcedens, se-
cundum eos. Quam opi. sequitur etiam Cor
ne. in consilio 182. colum. j. uolumine 1. in
consilio 247. columna 2. uolumine 3. & in
consilio 54. in fine, uolumine 4. Alexand. in
consilio 171. num. 5. uolum. 6. Craue. in con
silio 61. colum. penultima, numero 8. cum si-
213 milib. † Nec obstat æquiparatio Fabri hic
de filio ad uxorem, quia in uxore, & sic in fę
mina non præsumitur tanta aptitudo & ha
bilitas, sicut in filio masculo: merito in eo
ser-

seruanda est distinctio glossæ nostræ, licet
214 in uxore sit secus. †(hæcque differentia pla
ue probatur ex eo, quòd mulieres animi ui-
ribus longe sunt inferiores, ut auctoritatē
sacrarum literarum in confesso est, quæ ut
annotarunt plerique docti Theologi in enar
ratione primi Psalmi, uiri appellationē usur
pant, cū potiorē animi partē significare uo-
lunt, quam Philosophi rationem Paulus spi
ritum appellat. rursus mulieris uocabulum
infirmiorē mentis nostræ portionem indi-
cant quam affectum Theologi ipsi carnem
215 uocant. † nec id q̄dē iniuria, cū multis pla
ceat mulieres ferme rōnis expertes esse, nam
diuinus ille Plato dubitare uidetur, utro in
genere ponat mulierē rationaliū animaliū
216 uel brutorum. † unde Martianus scribit
Mineruam natam esse sine matre, quoniam
in fœminis prudentia non est, cuius Dea est
ipsa Minerua. hæcque & alia refert Tiraquel.
in prima lege Con. nubia. num. 64.) Non ob
stat & prima ratio Gul. & Odofr. licet enim
talis occasio dari possit sequendo commu-
nem opinionem, non tamen præsumendum
est filium id facturum, nec fecisse, l. meritò,
ff. pro soc. & ob id talis occasio non est in cō
sideratione. Ad secundam uero eorum ratio
nem dici potest, discordiam inter fratres in
casu isto uerisimiliter non futuram, cum se-
cundum coniecturas talis acquisitio iudice-
tur; si enim filius est diligens, aut diues, pa-
ter autem contra, non ægre ferre debent alij
fratres, si præsumatur ex sua diligentia, uel
rebus suis quæsitum, & sic non subest causa
rationabilis ueniendi ad lites. Ad textum ue
rò in dicta l. cum opportet, dico illum loqui
in casu ubi constabat filium extra substantiā
patris quæsijsse. Quid autem in dubio, & an
ipse semper hoc probare debeat, an uero
pro eo ullo in casu sit præsumendum, non
217 aperit ille text. & sic non facit. † Super glo.
fi. habes ex Aretini Commento, quòd de pe
culio castrensi, uel quasi filius testari potest,
ut probatur, licet ipse non dicat, in §. fi. infra
de mil. test. & quib. non est per. fac. testam. in
princip. in l. penul. & fin. C. qui testam. face.
218 poss. cum similibus. † Secus tamē est in ad
uentitijs, licet ipse non dicat, ut probatur in
l. fina. §. filijs, C. de bonis quæ liberis proce-
ditque hoc, siue ususfructus eorum spectet
ad patrem, ut regulariter contingit, siue nō,
ut in casibus supra enumeratis, ut probatur
in dicta l. penul. & fina. C. qui testam. face. se
cundum quod Doctores considerant, & est
magis communis opin. ut Alexan. Cor. Ias.
& clarissimus meus patruus magnus Rim. te
stantur, licet Dec. contra, ultra quos idem
adfirmat, & tenet Roma. in consi. 512. nume.
3. Rube. in consi. 93. nu. 2. Ruin. in consi. 24.
nu. 14. uolum. 5. & Socin. Iun. in consil. 77. nu
me. 10. in 2. uolumi. (Ceph. consi. 356. nume.
38. Siluester Aldobrand. supra de patr. pote.
num. 36.) Ad quorum dicta breuitatis cau
sa, me remitto, quia non est materia nostra
& satis titulus noster oneratus est sua dote.
219 † Postremò, quærit Aret. in. an quod filius
lucratur ex forma statutorum uxore prædc-
cedēte in matrimonio sine liberis, quod est
dimidia hic Ferrariæ ex statuto nostro sub
rubri. de dote rest. solu. matrimo. dicatur es
se profectitium, an aduētitium, ut sic debeat
conferri, uel non cum alijs fratribus? uarias
que refert Aret. opiniones Doctorum, tan-
dē uerò sequitur opinionem Bartoli in tra-
cta. suo, de duobus fratr. distinguentis, ut hic
220 per Aretin. † Aut enim filius sustinuit one-
ra matrimonij, & tale lucrum reputatur ad-
uentitium, pertinetque ad filium, nec com-
municatur, quia illud habet ex causa one-
rosa, iuxta gl. in l. si donaturus, §. fi. ff. de cōd.
ob causam. Aut pater onera sustinuit, & tūc
communicatur, tanquam sit profectitium,
iuxta l. filiæ, C. de coll. Aut uterque sustinuit,
& inter utrumque pro rata onerum diuidi
debet, arg. l. secundum naturam, ff. de regu.
iur. & sic reputatur pro parte profectitium
& aduentitium. Et hanc opi. tenuit Bald. in l.
2. C. fam. erc. Pau. de Cast. in quibusdam le-
cturis, in dicta l. si donaturus, in §. fin. Petrus
de Vbald. in suo tracta. societatis, in 5. parte
princ. in 12, q. Roma. in authentica, ex testa-
mento, in quinta q. C. de colla. & in cōsi. 406.
ubi appellat eam æquissimam, & ueram opi
nionem. Idemq; late tenet Dec. in consil. 17.
col. 2. ubi etiam inducit quandam rationē,
quam, cum uideri possit, omitto, eādemque
opi. tenuit Abb. in consi. 79. col. fi. in secūdo
uolumine, quem sequitur Mars. in sing. 264.
considerans rationem statuti, quæ potuit es
se propter onera matrimonij, ut sic eam sta-
tutum nostrum deducit. Ergo bene conue-
nit, ut qui ea passus est, hoc lucrum conse-
221 quatur. † Alia uero principalis opinio,
q; tale lucrum indistincte sit aduētitiū, nec ue
niat fratribus conferendū, est cōis, ut hic re-
fert Aret. & simpliciter eā tenet Christoph.
post Bar. ubi idem tenet Ang. in l. j. C. de bo.
quæ libe. Bal. in d. auth. ex testamento, uersi.
13. Salyce. in dicta l. 2. C. famil. ercis. & refert
Deci. in consi. 67. in princ. ponitque Paris. in
222 2. consi. 130. colum. fi. uolum. j. † se tamen re-
stringens, quando tale lucrum obuenit iam
mortuo patre, durante adhuc matrimonio
inter filium & nurum, quo casu minus est du
bium. Et hanc communem tenet etiam Bal.
Nouel. in tracta. dotis, in 6. par. in 36. specia
li. rationes Doctorum sunt, quia uir est cau-
sa finalis & immediata huius lucri, quæ de-
bet attendi & considerari, argumen. l. sed
si plures, §. in arrogato, ff. de uulg. & pupilla.
Item, quia matrimonium est causa huius ac
quisitionis, l. cum quis, ff. de do. præl. ergo

26 Glossa auctoritas alias antecellit.
Quandoque uero de ipsa non curandum. 27.
27 Ingressus monasterij uoluntarius sicut emancipatio.
Et in eo P intellus reprehensus. 28.
29 Filiorum causa fauorabilior ecclesia quo ad legitimam.
Et quo ad dimidiam usufructus.
30 Via media in dubijs opin. sequenda.
31 Pater emancipando filium retinet dimidiam usufructus bonorum maternorum filij.
Sed an idem in caeteris aduentitijs aliunde quaesitis filio Doctorum mens, quòd sic. 32.
Sed auctor opponit. 33.
Demumque tenet cum eis. 35.
33 Ius in uno corrigens, non extenditur ad alium casum.
Fallit concurrente ratione expressa. 38.
Et quando casus expressus & alius conueniunt in substantia, alias secus. 39. 40.
34 Intellectus l. cum opportet. §. cum autem, C. de bon. quae lib. 35. 42.
36 Exceptio confirmat regulam.
37 Ratio ampliat legem.
41 Bona materna & alia aduentitia sunt idem in substantia.
43 Honor cum emolumento pecuniario diminui potest ex onere.
Vel quando onus uenit in consequentiã honoris. 44.
44 Pater emancipando filium consequitur dimidiam aduentitiorum, etiam si sibi ea expresse non reseruauerit.
Secus in profectitijs. quorum rationem reddit Faber. 45. sed malam. 46.
Aliter Dynus declarat. 47.
Et aliter auctor. 49.
47 Intellectus l. donationes, §. pater. ff. de donat. 49.
48 Voluntatis mutatio non praesumitur.
50 Donatio remuneratoria non reuocatur ex causa ingratitudinis.
51 Pater hodie emancipando filium habet dimidiam usufructus in omnibus aduentitijs.
Quaesitis tamen ante, non autem post emancipationem.
52 Bona quaesita tempore delicti ueniunt in confiscatione, non autem postea quaesita.
53 Pater non potest sibi reseruare usumfructum in bonis postea quaerendis per emancipatum.
54 Simulatio potest opponi contra emancipationem & ea praesumitur ex incontinenti secutis. 57.
55 Filius tueri potest bona sibi donata a patre aduersus creditores, nisi don. facta sit in fraudem creditorum.
56 Fiscus reuocare potest alienata paulo ante per delinquentem.
58 Probandi modus emancipationem fuisse simulatam.


IVIDITVR in duas partes. In prima, ius antiquũ refert in secũda, nouũ. secunda ibi [ideoque] Sũmatur, ut hic per Arc. Casus autem sic formari pôt, ut hic per Aldobrandinũ. Quaesitũ fuit, an pater emancipando filiũ, priuaretur cõmodo patriae potestatis iam quaesito in bonis aduẽ
1 titijs? & uidebatur dicendũ, quòd sic, cũ †. n. patria potestas sit causa dictę acquisitionis, cessante ea, uidebatur cessare acq̃sitio, iuxta tex. in c. magnae, in fi. de uoto, in c. cum cessante, & ibi not. Canon. de app. tradit Barto. in l. in omni, ff. de adop. Cast. in l. generaliter, C. de episc. & cleri. cum multis alijs cumulatis per Tiraque. in suo tracta. cessan. causa cessat effec. in 1. par. nu. 11. cum seq. ubi hanc regulã in carmen redigit, quod est tale.
Effectum perimit causa perempta suum.
Contrarium tamen deciditur, quòd pater olim tertiã dominij sibi retinebat, hodie di-
2 midiã usufructus. † Ratio decidendi potuit esse, quia cum per emancipationem accedat
3 honor filio, ut hic in 2. parte, contra † uerò pater priuetur patria potestate, quae est inaestimabilis, l. filiusfa. §. secundum uulgarem,
4 ff. de leg. 1. († ideoque multos effectus patri fauorabiles parit, quos enumerat Aldobrand. de patr. pot. num. 17. cum sequentibus.) ęquum fuit, quòd remunerationis causa, & in praemium emancipationis sibi a patre collatae aliquid patri datetur ex bonis aduẽtitijs, ut hic ibi, [*quasi pro praemio quodam modo emancipationis*] & in l. cum opportet, §. fi. C. de bo. quae liber. ibi, [*quasi remunerationis*
5 *gratia.*] († hinc ex incuria tabelionũm pletũque dicitur in instrumentis emancipationis, quòd pater filio donat in praemium emãcipationis, cũ simplex & pura sit donatio ut uoluit Bar. in l. cũ opportet, §. cũ aũt, C. de bo. quae lib. & plenius ego dixi supra, de don. in
6 prin. nu. 363. cum sequen.) † Non obstat ratio dubitãdi. Id enim regulariter procedit, secus ubi causa cessat post effectum iam cõsummatum, & ius quaesitum, l. fi. ff. unde lib. Bar. in l. 2. §. fin. ff. de dona. in l. Titia, §. Imperator, col. 2. ff. de leg. 2. Decius in d. c. cum cessante.
7 † Alex. in consi. 199. col. 1. uolum. 6. ubi ex hoc decidit post Bal. in l. 1. col. 3. ff. solu. matri. & quendam dominum Machagnanũ a Baldo relatum, quòd si statutum disponat quòd oẽs uenditiones factę ab uno mense citra, sint ipso iure nullae, & contigit, quòd quidã ab uno mense citra uendidit, & tradidit, certe per hoc non intelligitur abdicatum dominium illi emptori, & retranslatũ in uenditorem: ex quo iam effectus erat consummatus facta uenditione, & traditione rei, meritò licet deficiat causa illius dominij ex statuto uidelicet contractus qui ex eo annullatur, non tamen deficit dominium in emptorem, & idem tradit Bald. in l. cum mulier.

col.10.uersi.in contrarium, eo.tit.sequitur Alex.col.pen.& Aretin.infra de excep. in rubr.cons.18.uers.secundò quæro, & ultra præ dictos longè plures ad hanc limitationē cōgerit Tiraquell.in dicto tracta.2.par. limita. 12.sed hoc in casu nostro contingit, nam tēpore emancipationis ius patri quæsitum erat in bonis aduentitijs, propter patriā potestatem, ergo licet illa cesset, non debet acquisitio cessare iam in esse introducta: hic
8 est casus.† Noto in primis ex ordine litteræ ibi, [*& in ea specie*] hanc dictionem pro casu hic poni, ut gl.& omnes exponunt, concordat tex.in §.fi.infra de eo, cui lib.causa bon.
9 adi.ibi, [*multæ species*] id est, casus.† Secundò noto ibi, [*liberum suum,*] quòd etsi regulariter hoc uerbum in plurali numero proferri soleat, l.non est sine liberis, ff.de uerb.significa.hoc tamen loco in singulari profertur: idemque alibi Iustinianus obseruat in l. si quis in suo, in principio.C.de inoffi.testa. in uer. [*libero,*] & ibi gl.perpendit,& in l.si quis prioris, §.fi.ibi, [*talem liberum uel liberos,*] & ibi no.Bal.C.de secun.nup.Sed ut eum omittam, cuius autoritas quantum ad rem latinā attinet, non multum posset (nisi legis condendæ uis magis subsisteret.) idem Modestinus tradit in l.ius agnationis, & ibi pōderat Bart.Cast.Alex.Ias.& omnes, ff.de pact.ubi iura prædicta & textū nostrum ad hoc notant. Additque Laurent. Valla se eandem uocem apud Quintilianum obseruasse, ut refert Alciat.in dicta l.nō est sine liberis. Quinetiam idem Valla lib.elegantiarum 3.c.106. hoc in libris ffforum apud Paulum & Caium reperiri, autor est, quem tamen Ias.in dicta l. ius agnationis, reprehēdit, cum nullibi quam ibi
10 hoc habeatur.†noluit tamen Alcia.in dicta l.non est sine liberis (& Lexicon iuris in uerbo liberi) Vlpianum in l.nemo prædo, §.j.ff. de regu.iur.pariter hanc uocem in singulari posuisse, dum ibi dixit, [*locupletiorem non esse factum, qui liberū acquisiuit,*] hoc est filium,
11 ut ibi glo.prius exponit. † Sed eum sensum Ferrarius, & Cagnol. ibidem damnant, qui textum illum intelligunt de libero homine noluisse loqui, qui cum in contractum dedu ci non possit, l.inter stipulantem, §. sacram. ff.de uerb.oblig.& l.liber homo, ff.ad l.Aqui. nec a quoque retineri, toto ritu.ff. de lib.ho mi.exhib.Nihil mirum, si liberum hominem scienter acquiram, non dicor factus locupletior, ut ibi dicitur, & hęc opi.ad illum tex.est
12 uerior. † Tertiò noto ibi, [*quasi pro pretio quodammodo emancipationis,*] quòd pater emancipando filium, debet præmiari, cōcordat tex. in l.cum opportet, §.cum autem, C.de bonis quæ lib.ibi, [*quasi remunerationis gratia.*] unde infert Areti.hic contra uulgares, qui dicūt, & interrogant, quid pater dedit filio in præ
13 mium emancipationis, † ultra quem idem noluit Barto.in dicto §.cum autem, damnās notarios, qui in instrumentis dicūt, φ pater donat filio in præmium emancipationis, siquidem illa est simplex donatio, & dicta uerba ponuntur impropriè. Idemque uoluit Bar.Bal.Dy.Cy.Castr.Alex.Ias.Rimina.meus Decius, & omnes in l. ut liberis, in fi.C.de col la.Paul.de Cast.in l.si uiua matre, num. 5.C. de bon.mater.Alex.in consi.3.uol.3.Abb. in consi.116.col.penul. in secundo uol. Rimin. meus in consi. 409. ut enim dicunt Doctores, pater est ille, qui perdit, filius autem acquirit: perdit enim pater ius patriæ potestatis, quod est inæstimabile, l.filiusfa. §.secundum uulgarem, ff.de lega.1.Vnde potius pater ab eo est remunerandus, quam econtra;
14 quo fit, † ut si filius patri emancipanti donet, talem donationē, uelut in prēmiū emancipationis factam, & sic ut remuneratoriam insinuationem non exigere, secus econtra, si pater filio emancipato donet, cum simplex hoc casu sit donatio. Ita tradit Bald. & post eum Castr.in d.l.si uiua matre, C.de bon.mater. (quod secundum ponit etiam Calca.consil.19.col.6.quem refert Gabr.Roma.in suis communibus opi.lib.3. titu.de donat.con-
15 cl.1.nu.16.) †Quartò noto ibi, [*& quod bonoris,*] quòd filius ex emancipatione consequitur honorem, cum fiat sui iuris, ex quo sequitur secundum Are.inferius, (quod hic congruentius cadit) quòd filius etiam minor emancipatus, nō potest contra emancipationem cōsecutam in integrum restitutionem implorare, quia per emancipationem consequitur existentiam sui iuris, & sic libertatem & mutationem status, aduersus quam nō datur restitutio.l.si ex causa, §.Papin.ff.de min. ita not. Cyn.& Bal.in l. non omnia, ff.de minor.& in d.§.cum autem (& hæc illatio generalius confirmatur ex l. fi.C.ubi & aduer. quos. ubi dicitur, quòd [*ut maneat in omnibus honor partibus illibatus atque intactus, nullo modo aduersus parentes dari restitutionem, nam personarum reuerentia omnem eis excludit restitutionem, cū proculdubio est etiam ipsis personis cauere nequis suæ opinioni cōtrarius existat.*] uerum quia generalitas illius tex.patitur aliqua contraria, ut dendus est Mauri.in tracta.de in integ.resti tut.c.223.supposito nostro casu de emanci
16 patione pro cōstanti.) hoc aūt de honore dictū, qui per emancipationē accedit filio, procedit in filio legitimo, & naturali, secus in legitimo tantū, ut est adoptiuus, in quo emancipatio potius est pęna, quam honor, cū priuetur totaliter successione, l.pe.C.de adopt. Ita declarat Bar.in l.quidam cum filium, in se
17 cunda oppo.ff.de uer.obl.† Quinto noto ibidem, [*& quod honoris ei ex emancipatione additū est, hoc per rerum diminutionem decrescat,*] quod inducta ad augumentum, non debent diminutionem importare. sic econtra uidemus

mus, quòd inducta ad diminutionem nó im-
portant augumentum, l. legata inutiliter, &
ibi tradit Bar. ff. de adi. leg. quam regulam in
in statuto pulchre reassumit Rimin. meus in
18 consil. 10. in princip. & in fi. † Sextò noto ibi,
[*decrescat*] cum præcedentibus, quòd diminu
tis diuitijs diminuitur honor: nostris enim
temporibus hoc in usu uidemus, quòd quan
do homo fit pauper, parum reputator. ut e-
nim inquit Petr. de Vineis, pecuniæ obe-
diunt cuncta, unusque fideiussor est futuræ
necessitatis, secundum Arist. quem refert Sa-
lycet. in l. 3. num. 9. C. de constit. pec. Bal. in l.
debitor, ff. de neg. gest. in fi. Soc. in l. 1. col. 8.
ff. solu. matrimo. Tiraq. in tract. de nobilit.
c. 31. nu. 349. hinc secundum Aret. illud Iu-
uenalis in Saty. 5.

Qui nummos habet, præstat honorem.

19 Per † diuitias enim agnationum, & familia-
rum conseruatur honestas, ut in Auth. de te
stib. in §. sancimus, & in l. 1. ff. de cust. reo.
Contra uero sordescit dignitas familiarum,
& agnatorũ perditis diuitijs, l. quisquis, C.
ad l. Iul. maiest. tradit Curt. senior consil. 34.
num. 15. consi. 2. num. 7. (& plenius Cassa-
neus in consuetu. Burgundiæ, Rubr. 7. §. 12.
col. 10.) hinc illud Iuuenalis.

Haud facile emergunt, quorum uirtutibus obstat
Res angustæ domi.

De quo Soc. meminit in consi. 26. col. fi. uolu
20 mi. 4. † unde etiam Bald. in l. fi. post princip.
C. qui bon. ced. poss. Summa, inquit, mise-
ria est esse mendicum, meritò in ea lege
bonorum cessio miserabile remedium uo-
catur, quòd homines miseros faciat, quàm
plura alia de diuitijs, & paupertate ponens,
sequitur Tiraquellus, in l. si unquam, in uer-
21 bo, [*bona*] C. de reuoc. donatio. † (Quib. &
illud addendum est, quod ponit Benincass.
in tracta. de paupertate, q. 7. in 10. speciali, cir
ca iudicia. ubi cõcludit dispositionem legis
ad personas, ff. de iureiur. locum habere in
paupere persona tamen egregia, quòd pro
iuramento deferendo mittendum sit ad eam
cum propter detritas uestes sibi nimis uere
22 cundum esset domum exire.) † Vltimo no-
to ad fi. tex. quod licet pater alias habeat to
tum usumfructum aduentitiorum, l. cum op
portet, C. de bon. quæ lib. & in §. præcedenti,
tamen emancipando filium, dimidiam tantũ
retinet, residuum uero perdit, quod est secũ-
dum Aret. quia facto suo priuatur patria po
testate, cum inuitus regulariter nõ cogatur
emancipare, §. fi. supra quibus mod. ius pat.
23 pot. solui. † Secus, si citra factum suum eam
perderet, tunc enim non amittit usumfru-
ctum, ut not. in l. 2. C. de bon. mat. & ita Bart.
declarat in Auth. idem est, & Ang. post eum,
24 C. de bon. quæ liber. † ubi ex hoc inferũt ad
patrem, qui monasterium fuerit ingressus, &
sic facto suo ius patriæ potestatis amisit, ut
ad instar emancipationis dimidiam usufru
ctus in bonis aduentitijs filij retineat, alterã
uero perdat, contra quos ibidem glo. Iacob.
Butri. Bald. & Castr. tenent, uolentes nulla ex
parte usumfructum finiri, siquidem iste actus
est magis meritorius, quam emancipationis
merito in totum debet usufructus retineri.
Marti. uero Sylima. quem Albori. & commu-
niter Docto. (si Salyceto credimus) sequun-
tur, nec primis nec secundis adhærens om-
ni ex parte usufructu patrem priuari putat
quia existentiam sui iuris habet isto casu fi-
lius a Deo, non autem a patre, quo fit, ut in
hac re non mediocris sit difficultas, & alter-
25 catio. † (Reperio, quòd Arius Pinellus in l. 1.
& prima par. nume. 10. C. de bo. mat. opinio
nem gl. sequitur, quam & comm. post plures
cumulatos affirmat motus, qđ pater si mo-
nachus naturaliter uiuit. Ideo durare debet
usufructus monasterio si capax est applican
26 dus.) † Ego uero licet magna soleat esse glos
sarum autoritas, ita, ut omnes alias antecel-
lat, secundum Bar. in l. ut uim, nu. 8. ff. de iust.
& iu. Bal. in l. cum hæreditas, C. depos. Abb. in
c. 1. de const. Dec. alios citans, in consil. 146.
num. 7. & in dicta l. ut uim, num. 34. ubi etiã
Ias. eod. num. & Claud. Aquens. in prima lect.
col. fi. in secunda uero num. 175. (& ibi dixi,
nu. 396. ac præter ibi dicta nunc addo Rolan
dũ a Valle copiose de auctoritate glossarum
loquentem in consil. 14. nu. 36. cum sequenti
bus, & in cons. 73. num. 13. uol. 3. ubi multos
allegat sicut &) Bologni. in repetit. authen.
habita, nu. 334. C. ne fil. pro par. multas alias
27 glossarum laudes adijcientes, tamen † quo-
niam hæc in iudicando aut consulendo pro-
cedunt, in disputando vero aut legẽdo secus,
imo de opinione glossæ non est curandum,
ut tradit Roman. in l. qui bona. §. si alieno, co
lum. 12. ff. de dam. infec. & sequitur Aquens.
in loco præallegato, merito præ cæteris opi-
nionem Bartoli, de qua supra, vt ueriorem e-
ligo (sicut & supra secutus fui, in §. 1.) quoniã
cum ingressus patris in monasterum sit uo
luntarius, ut probatur in auth. ingressi. C. de
sacrosan. eccl. ibi, [*se dedicant*] negari non po
test, quin facto suo priuetur patria potestate
merito, sicut quando emancipat, dimidiã re-
tinet usufructus, alterã uero perdit. Idẽ hoc
28 casu esse dẽt. † (& licet Pinellus in d. l. j. C. de
bon. ma. diuersificare conetur hos casus, q. ꝑ
emãcipationem q̃ pater agit immediate pri-
uatur patria ptãte, at monachatio sua ad id
nõ ordinatur, unde licet in consequentiã pri-
uetur patria potestate nõ dẽt attẽdi, l. si quis
nec causam, ff. si cer. pet. tamen hoc nihil fa-
cit, siquidem negari non põt q̄ emancipatio
& monachatio sunt actus immediate celebra
ti a patre, quib. priuatur patria potestare filio
rũ, ex qua priuatione sequitur in consequen
tiam priuatio usufructus. unde licet mona-

chatio nõ esset ordinata ad priuationem patriæ potestatis sicut est emancipatio, nihil facit talis differẽtia, qa satis est in cõsequentiã utrinsque facti succedere priuationem ususfructus.) Nec quod actus monachationis sit magis meritorius, quam emancipationis, in causa esse debet, ut filius in totum ab ususfructus commodo repellatur, cum enim si quid ususfructus pater retineat, id per eũ monasterio quæratur, iuxta capitu. cum ad monasterium, de sta. monach. non ita fauendum est ecclesiæ, ut filius in totum excludatur, imo uero potius fauorabilior esse debet causa filij, quo ad dimidiam saltem ususfru-
29 ctus, quam ecclesiæ. † sicut in legitima tradunt Doctores declarantes tex. in c. fi. 17. q. fin. ubi secundum Augustinum maior fauor præstatur filijs, quam ecclesiæ. id enim uerũ est, quo ad legitimam, ne in totum excludantur, ut tradit Bar. in l. fi. C. de sacrosan. eccle. nu. 55. circa primam. Anch. in consi. 46. prima facie. Anton. de Butr. in consi. 25. Aret. in consi. 12. num. 5. Alexan. in l. pactũ, quod dotali. col. 2. C. de pact. in consil. 45. col. fi. uol. j. Dec. in consi. 236. nu. 6. in consi. 426. num. 5. & in consi. 480. in fi. & in l. licet, colu. 2. C. de pact. ubi etiam Captam, & Corn. idem tenentes allegat: Quinetiam ipse ibidem ultra legitimam uult etiam magis fauendum esse filijs, quam ecclesiæ, quod etiam repetit in cõsil. 392. colum. fi. quod pro nunc omitto. Sãtis est, quòd sicut sic illa interpretatio pro filio contra ecclesiam quò ad legitimam, ne in totum filius excludatur, consonũ est, ut quo ad dimidiam ususfructus, idem in casu nostro fiat, maximè, cum hic agatur de ususfructu bonorum filij, ibi uero de legitima bono
30 rum patris, quod nota. † Item in dubijs opinionibus media uia sequenda est, l. antiqui, & ibi not. Angel. & Doct. ff. si pars hær. pet. & supra quibus ex cauf. manu. non licet, in §. fina. Cum ergo hincinde sint diuersæ opiniones probabiles, altera glo. Baldi & sequaciũ, quòd totus ususfructus ad patrẽ pertineat, altera Martini Sill. & qui eum sequuntur, quod nihil laudandus erit iudex, & ego, qui diuidamus materiam diuisibilem per medium, iuxta Bartoli sententiã, ut eleganter probat Anchar. in consi. 210. quem sequitur Felyn. in c. j. col. penul. de constit. & Dec. col. fina. Idem que tradit latè Nico. Boerius dec. 42. col. penul. merito concludendum esse puto dimidiam ususfructus ad patrem, alteram uero
31 ad filium spectare. † In gl. [*acquisitionem*] quæ 4. iuxta considerat, habes ex ea, quod tertium ius quod hic recitatur, fuit, ut pater emancipando filium de bonis maternis tertiam partem retineret pro præmio emancipationis, quod postmodum correctum fuit, ut non tertiam dominij pater consequatur, sed dimidiam ususfructus, ut hic, & in l. cum opportet, §. cũ
32 autem, C. de bon. quæ libe. † Sed pulchrum est uidere, an hodie hoc obtineat non modò quoad bona materna, uerum etiam in cæteris aduentitijs aliunde filio obuentis. & quidem Doctores hic, & ibi hoc expresse non decidunt, eorum tamen mens est, quòd sic, quatenus simpliciter sumendo illum tex. dicunt, quòd pater hodie solum habet dimidiam ususfructus in præmium emancipationis, nec
33 se restringunt ad bona materna. † Contra quod tamen opi. stringit. Nam lex communis, ius uetus uno casu corrigens ad alium casum il li similem eamdemque rationem habentem nequaquam porrigitur, ut no. glo. Iacob. Bu trig. Bar. cæterique communi calculo in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. ut ibi Ias. testatur, num. 21. ponunt Bartol. & alij in l. si constante, in 9. q. prin. ff. sol. matr. Curt. in consi. 34. num. 9. latè Paris. in consi. 16. num. 17. uol. 3. cum similibus (quibus addo Rolã. a Valle, cons. 74. colum. fi. uolum. 3. dicentem quòd nec ex identitate nec ex maioritate rationis licita est extensio, idemque posuit Anch. Iun. q. 56. nu. 8. secundæ partis. & cons. 62. num. 8.) sed in casu nostro Iustinianus hic, & in dicto §. cum autem, corrigit ius Constantini disponens, quòd pater emancipando filiũ poterat sibi tertiam partem retinere bonorũ maternorum. Vult enim, quod non tertiam dominij, sed dimidiam ususfructus habere possit: ergo hæc sua dispositio corrigens ius uetus in hoc casu non debet extendi ad alia ad
34 uentitia aliunde, quam a matre delata. † Cõfirmatur hoc ex dicto §. cum autem, ibi, [*sancimus huiusmodi casu interueniente, & emancipatione liberis imposita*.] illa enim uerba [*huiusmodi casu interueniente*,] intelligi debent, quando filij bona materna haberent, nõ autem important actum emancipationis, cum statim de illa subdat [*& emancipatione liberis imposita*.] Si igitur hoc casu bonorum maternorum, loquitur Imperator, in alijs aduentitijs locum habere nõ debet, argu. l. cum prætor, ff. de iu-
35 dic. † Istis tamen non obstantib. cum cõi Doctorũ sentẽtia resideo, moueor ex illo tex. ibi [*tertiam dominij rerum minime acquisitarum, sed dimidiam ususfructus apud maiores, qui emancipationẽ donant, remanere*,] quæ uerba non sine uiolentia restringi possunt ad bona materna tãtũ. Ergo generaliter sunt capienda. l. j. §. & generaliter, ff. de leg. præst. l. de pretio, ff. de publi in rẽ act. Secundò, accedit exceptio ibi posita [*exceptis, & in hoc casu castrensibus & quasi castrẽsibus tantummodo peculiis*,] quæ exceptio fuisset superflua, si dispositio illa ad bona materna tantum restringeretur: si enim in alijs aduentitijs locum non haberet, tanto minus in ca
36 strensibus, uel quasi. † Item illa exceptio confirmat regulam ibi positam in casibus nõ exceptis, & sic etiam in alijs aduẽtitijs ultra bona materna, iuxta nota. per Bartol. in l. quæsitum,

tum,§.denique,ff.de fide instru.cum alijs per
Decium. Cagnol, Ferrar. cumulatis in l.1.ff.
de reg.iur.Paris.consi.67.nume.15.in secun-
do uol,in consi.94.nu.5.eod.uolu.fortius il-
la exceptio habet taxatiuā,[*tantūmodo*] adie-
ctam, ex qua deprehenditur sub regula om-
nia aduentitia contineri. Postremo accedit
ratio Imperatoris ibi,suæ decisionis,dum in
quit[*sic enim neque liberis aliquid dominij auferetur,& patribus amplioris patrimonii usus fructus assignabitur*]quam & hic posuit per verba in sen
su eadem.[*Ita enim res intacta apud filium remanebunt,& pater ampliore summa fructur, pro tertia dimidia potiturus.*]† Hæc enim ratio unifor-
37 mis est etiam quod ad alia aduentitia, ultra
bona materna,ergo ampliare debet dictum.
legis,quando etiam esset particulare,ut tra-
dit Bart.& Bal.in l.regula.§ j.ff.de iur. & fac.
ign.Iason in l.id quod,num.7.ff. de leg.1.Ri
minal.meus in consilio 371.num.2.not. in l.
cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.Non ob-
stant contraria. Ad primum enim dico, nos
esse extra refugium extensionis, nam uerba
legis generalia,& exceptio posita adiecta ta.
xatiua in dicto §. cum autem. complectun-
tur etiam aduentitia aliunde, quam a matre
38 per filios quæsita.† Secundo dicitur, stante
ratione ibidem,& hic expressa extensioni lo
cum esse posse.Ita Bal. & omnes in dicta au-
then.quas actiones, ut ibi Iason,num.22.in
l.Marcellus.ff.ad Treb. & in §.sequens, colu.
3.infra de act.ubi dicit esse commu.sequitur
Cur.Iun.in consi.54.colum.3. Crau.in con-
silio 113.nume.3. Paris.in consilio 16.nume.
42.uolu.3.Dec.in consi. 284.colum. 2.alios
citans Alexan.in consi.171.nume.4.uolu.se
ptimo.moti omnes per l.his solis. C. de re-
uo.don.& per glo. in clemen.prima.in uer.
39 eligatur.de elect.†Tertio,quando etiam in
casu nostro ratio nō esset expressa,adhuc ta-
men deberet extēsio fieri. Communis enim
illa regula,quod in correctorijs non fiat ex-
tensio de uno casu ad alium,per glo. in dicta
authen.quas actiones, loquitur,quando ca-
sus sunt diuersi in substantia, ut est ecclesia,
& ciuitas:hæc enim diuersa sunt omnino in
ter se, merito correctio ibi facta in ecclesia,
non extenditur ad ciuitatem, secundum illā
40 glo.& omnes.† Secus, ubi casus expressus,&
alius,ad quem uolumus extensionem facere,
conueniunt in substātia. Exēplum in iure hę
reditario, & in iure uniuersalis successionis
fisco delatæ: licet enim non dicatur hæres, l.
inter eos.in fi.& ibi not.ff.de fideius.est tamē
uniuersalis successor,(& loco hæredis est, ut
per glo. in l.res intelligitur. §.ex causa. ff.de
iure fis. & creditoribus hæreditarijs tenetur
ut per Corn.consi.190. num.19.uolum.j.se-
quitur latius Anch.inn.q.25.secundæ partis,
in princ.) sicque agit petitione hæreditatis,
ut pe gl .in l.j. C.de his,quibus ut indig. Itē
in uniuersum ius succedit actiue passiueque
sicut hæres,merito dispositio correctoria de
hærede loquens,extenditur ad fiscum, cum
stantibus prædictis non sint diuersi in sub-
stantia, & isto casu non procedit glos.& com
munis opin.de qua in dicta authentica,quas
actiones.Ita elegantissime limitando decla-
rat Pau.de Cast. consi.40.& 41.pro declara-
tione eius , quod quæritur,colum.4.in fine,
cum sequen.uolum.1.in nouis,quod optimè
41 casui nostro adaptari potest,† nam bona ma
terna, aliaque aduentitia aliunde filio quæsi
ta, non sunt diuersa in substantia, inio uero
potius conueniunt. Cum omnia proueniat
ex prospera fortuna, & aliunde, quam a pa-
tre , merito dispositio Iustiniani in dicto §.
cum autem.& hic corrigens in maternis,de-
bet extendi ad alia aduētitia. Non obstat ēt
consideratio facta de illo text. in uer. sanci-
mus ,quia ex ratione postmodum expressa,
& quòd hæc conueniunt in substantia, nihil
impedit extensionem fieri, ut ex superiori-
bus patet. Item exceptio inferius posita de-
norat, ut supra etiam de alijs aduentitijs
42 sit intelligendum, ut supra ostendi. † Pre-
terea, nec insubtiliter dici potest,textum il
lum sic intelligendum fore.[*huiusmodi casu interueniente,& emancipatione liberis imposita.*]di-
ctio enim,[*&*,]pro idest,quandoque exponi
tur,ut in l.j.ff.de transf.in l.si in uenditione.ff.
de euict. iuncta glo.tradit Arch. in c.cupien
res.de elec.in 6.in prin.& per eundem.21.q.
j.ca.j. per Alberic. in Dictionario suo,in uer.
[*&*]si sic enim intelligamus,(ut optime fieri
potest)cessat obiectum,quod no.glo.in uer.
[*decrescat,*]dupliciter opponit. dicitur hic in
humanum esse,quod honor additus filio per
emancipationem,decrescat ei per rerum di-
minutionem.sed contra,quia patronis,qui-
bus defertur honor successionis in bonis li-
bertorum, decrescit talis honor per onus tu
telæ , quem subire tenentur,ut supra de leg.
patr.tut. Item personæ , cui defertur relictū
caducum,talis honor decrescit per grauamē
adiectum relicto, quòd subire tenetur,l.uni-
ca.§.pro.secundo,C.de cad.toll.Ergo contra
textum nostrum glossa non soluit,nec Aret.
43 † Tu solue post Ioan.Fabri,quòd aut quis
consequitur honorem cum emolumento pe
cuniario, & talis honor diminui potest ex
onere,ut in contrarijs glo. Aut uero quis cō
sequitur honorem sine emolumento pecu-
niario,& tunc secus,ut hic.Facit tex.in l.pla-
ne, la seconda.§.fi.ff.de leg.j.ubi testamento
manumissus non potest grauari legato, uel
fideicommisso, quia commodum manumis-
sionis,non est pecuniarium, secundum Bar.
Ange.Cast.& cæteros ibi.Ad idem tex.nota-
bilis,in l.3.§.si rem.ff.de leg.3.ubi si debitor
ex stipulatu creditori rem debitam legauerit,nō potest eius fidei committere,licet ex
lega-

legato commodum ſentiat ob tranſlationẽ
dominij ipſo iure, & aliud de quo ibi, quia
non eſt pecuniarium in effectu, ſecundũ Bar.
43 in d.§.fi.quod no. (†Poſſumus & aliter hũc
tex.declarare ſicut & obiecta gloſſæ remo-
uere, nam quotiens onus prouenit ex quadã
conſequentia neceſſaria ipſius honoris ali-
cui conceſſi, tunc honor ille patitur diminu-
tionem per onus adiectum. exemplum, con-
ceſſum eſt alicui priuilegiũ ciuilitatis, quod
eius honorem, & fauorem concernit; certe
a modo tenebitur ad daria ſeu collectas tan
quam ciuis, quia hæc onera ueniunt ex con-
ſequentia neceſſaria, & ex natura ciuilitatis,
& idem eſt in obiectis glo. ſed quando onus
extrinſecus prouenit, tunc ſecus eſt, ita Bal.
in l.quod fauore.7.oppo. C.de legi.quem ſe
quitur Soc.in l.cum filio, ſecundo not. ff. de
leg.1. & hic eſt caſus tex.noſtri quia diminu
tio tertiæ partis bonorum erat onus extrin
ſecum, & ſeparatim ueniens occaſione ho-
noris emancipationis conceſſæ filio, quæ po
tius debuiſſet cauſare, quòd pater nihil ha-
beret, & ſicut ante eam totum habebat, ut ſu
pra dicitur, in prin. ut contrariorũ ſit eadem
diſciplina.l.fi. §. contra quoque.ff.de leg.3.)
44 †In glo.[*dimidium,*] concluditur ex ea ſecun-
dum Aret. quòd pater emancipando filium,
conſequitur dimidiam aduentitiorum, etiã
ſi expreſſe uſusfructus eam ſibi non reſer-
uauerit, ut eſt caſus in d.§. cum autem. hoc
autem mirum eſſe uidetur, ut tradit hic Ioã.
Fab. pater enim emancipando filium, ſi pro-
fectitia non retineat, pertinent ad filium. l.
donationes.§.pater.ff.de don. Secus in aduẽ
titijs, ut in d.§. cum autem. & tamen minus
iuris habet in aduentitio, quàm profectitio
peculio, cum primo caſu proprietas ſpectet
45 ad filium, ſecundo non † hoc autem totum,
inquit Faber, contingit propter prouiſionẽ
legis, quæ in aduentitio ita prouidit, ex quo
pater illud adimere non poteſt, merito ſine
reſeruatione pertinet ad eum, in profectitio
uero non fuit neceſſe prouidere, cum pater
illud adimere poſſit, merito non retinendo
ſibi, illud ad filium ſpectat.d. §. pater. & hæc
declaratio fuit etiam de mente Pau. de Caſt.
in dicto §.cum autem.in fi. quatenus adno-
tando illum tex. dixit, nota, quòd in his, quę
reſeruantur a lege, non eſt neceſſaria reſer-
46 uatio hominis, uel proteſtationis.†Mihi ta-
mẽ non placet hæc Fabri ſententia, ſic enim
de uſufructu pater diſponere poteſt in aduẽ
titio, ſicut de plena proprietate in profecti-
tio, ut nemo non ignorat. cur ergo lex non
ita prouiderit in profectitio, ſicut in aduen-
titio? ratione Fabri non cõcluditur, ea enim
collabitur, cum utrũque peculium pater adi-
mere poſſit profectitium omnino aduenti-
47 tium quoad uſumfructum.†Dynus, quem re
fert Alberic. in dicto §.cum autem, aliter de-
clarat, quod in peculio, de quo loquitur tex.
in d.§.pater, illud contingit, quia cum pater
filio concedit peculium, multa confert in eũ,
nam poteſt in eo contrahere ſine patris con
ſenſu, & ideo ſi pater tempore emancipatio
nis non adimat, uidetur concedere, quæ con
ſideratio ceſſat in uſus fructu peculij aduen-
titij, quòd pater filio non concedit. (& i-
ſta reſolutio Dyn. confirmatur etiam in di-
cto §. pater, cum pater ſemel uoluerit filiũ
rem in peculium habere ſi emancipando fi-
lium non adimit debet apud filium remane-
re; quia mutatio uoluntatis patris non præ
ſumitur, c. maiores de bap.l.cum.ff.de prob.
Natta, conſi.451.num.14.Ceph. conſi. 272.
num.92. at hoc ceſſat in uſufructu peculij ad
uentitij, quem pater filio non conceſſit an-
te emãcipationem, imo pater eum habebat.)
49 † Poſſumus & nos aliter hoc declarare de
mente glo. in d.§.pater, quòd tex. in dicto §.
cum autem. loquitur de uſufructu conceſſo
patri in præmium emancipationis. tex. autẽ
in dicto §.pater, loquitur in peculio a patre
filio conceſſo, quod etiam patris erat ante
emancipationem, & ſic illud non habebat ex
pręmio. Nil mirum ergo, ſi facilius retinetur
ille uſusfructus, quam hoc peculium, ut uidę
mus in donatione pura, & in remuneratο-
50 ria.†Secunda enim, ex quo in præmium per
cipitur, facilius retinetur, cum nec ex cauſa
ingratitudinis reuocetur, l.ſi pater. §.j.& ibi
not.ff.de donat. & ſupra latius dixi de dona.
in princ. Secus autem in prima,l.fi. C.de re-
uo.don. in glo. fi. concluditur, quòd loco ter
tiæ, quam pater olim habebat in bonis ma-
ternis ratione proprietatis, habet hodie di-
midiam vſusfructus in omnibus aduentitiis.
51 dicto §.cum autem, & hic, †quod ſane uenit
intelligendum in quæſitis per filium tempo
re emancipationis. Secus autem in poſtea q̃-
rendis, in quibus nullum uſumfructum ha-
bet. Caſus eſt, & ibi no. Pau. Caſt. in l.j. in uer.
[*non emancipato*] a contrario ſenſu. C. de bon.
quæ liber. Idemque not. Caſt. in dicto §.cum
autem, niſi tamẽ eſſent bona materna, ut eſt
caſus in l. ſi uiua matre. C. de bon. mater. &
hanc opin. omnes indiſtincte tenent, ut re-
fert hic Aldob. licet, ut ipſe refert, alias legẽ-
do & diſputando contrarium defenderit, &
ante ipſum quidam Præpoſ. Senen. Sed tu te-
net communem, (quam ſequitur etiam Cra-
ue. conſi. 84. nume. 8. & Viuius in ſuis com-
munibus opi. in uerbo; pater habet uſumfru
52 ctum,) † quæ confirmatur in ſimili. Nam ſi
quis delinquat, atque ob id bona ſua publi-
centur, ueniunt duntaxat in confiſcatione
bona illius tunc temporis, non autem futu-
ra.l.ſi mandauero.§.is, cuius.ff.mand.Bar.in
l.j.ad fi.ff.de bon.dam.Alex.conſi.23.colum.
2.uolum.j. Roma.conſi.247.Alexan. & Dec.
in l.3.§.fi.ff.quod quiſ.iur. Deci. conſi. 438.
num.

num. 10. Soc. Iun. consi. 5 r. uolum. j. (& alios citat Egidius Bossius, in titu. de bonorum publicatione, num. 66. & supra, num. 15. declarando, ut per eum.) Si ergo & in usufructus dimidia, uenire debent aduentitia tempore emancipationis, non autem post emā-
53 cipationem per filium quæsita. † Quinimo fortius uoluit Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de nat. ex lib. uen. in fi. quòd nec expressè quidem potest sibi reseruare pater usumfructum in bonis postea quærendis per emancipatum, motus ea ratione, quia in quæsitis post emancipationem per filium pater nullum ius habet, l. si filius. ff. de uerborum obli. l. fina. ff. de stipu. ser. merito talis retentio nihil operatur. Item, quia in hac retentione, quidam iuris error interuenit, qui alias impedit obligationem. l. cerdonem. ff. de oper. liber. cum aliis per eum deductis ibi, quæ omnia ante ipsum posuit Oldra. in consi. 214. factum tale est, ut & bene Ias. aduertit idem tenens in l. fi. colum. penu. nume. 28. C. de pact. licet corrupto titu. citet Ioannem And. idéque faciat Petrus Gerard. de Petra Sancta, in singu. 76. ad finem, quem tamen bene & recte allegat Castrens. idem tenens in dicta l. si uiua marre, & in d. §. cum autem. (& cum prędictis etiam tenet Craue. consil. 15. nume. 2. & Viuius in suis communibus opi. in uer.
54 pater habet usumfructum.) † Extra glo. quærit Areti. an contra emancipationem possit opponi exceptio simulationis. & determinat, quod sic, post Bal. in dicto §. cum autem per tex. in l. j. §. his quoque, in fi. ff. de collat. bon. tu adde eūdē Bal. in rub. C. de reuo. his, quę in frau. cred. col. 3. quē sequitur ille Pet. Gerar. in dicto singu. 66. ubi ponit q. de patre, qui proposuit mercari per mare, & dubitans ne merces obruerentur una cum naui, sicq; ad inopiam redigeretur, filium emācipauit, eique donauit multa bona sua, postea mercari cępit, mercesque & pecuniam sub credito sumpsit, tandem res sinistre successit, creditores instant contra eius bona, filius defendit ea uigore donationis sibi factę post emancipationem, ante tamē mercationem incęptam, an creditores audiendi sint? Concludit Bal. quòd sic, tanquam dicta emācipatio in fraudem creditorum, & simulate processerit, & ob id proficere non debet filio in damnū creditorum, ibi ergo pari modo concludit contra emancipationē de frau-
55 de & simulatione opponi posse. † Quod etiā confirmatur ex no. per Baldum, & Saly. in l. si pater tuus, in secundo notabili. C. qui bon. ced. poss. quos refert, & sequitur Paris. in consilio 53. num. 27. uolum. 1. dicentes, quòd filius emancipatus bona sibi donata a patre potest tueri aduersus creditores, nisi donatio sit facta in fraudem creditorum, quod p̄sumi debet, si pater ei donauit paulo ante,
56 uel post creditores creatos. † Idemque in fisco uidemus, qui potest reuocare alienata per delinquentem paulo ante delictum commissum, uelut in fraudem fisci celebrata, secundum Bar. & omnes, in l. post contractum. ff. de dona. & in l. si uentri. §. fi. ff. de priui. cre di. Veron. in tracta. de simula. colum. 12. cum simi. ut per Deci. consi. 235. colum. 2. consilio 525. in fi. Riminal. meum, consi. 15. numero
57 17. († ex his enim, quæ in continenti sequūtur præsumitur simulatio, ut dicit Bal. in l. p diuersas, in fi. C. mand. Fulg. consi. 198. col. j. Ang. in l. res uxoris, uer. nota, quòd donatio C. de dona. inter uir. Ripa, in l. si uentri. §. fi. colum. j. ff. de priuil. cred. cum similibus per Gabriel. Rom. in suis conclusionibus, lib. 1. de pręsumpti. concl. 13. nume. 8.) sicut ergo fraus obijci potest cōtra donationes aliamue alienationem, ita pariter & contra eman-
58 cipationem. † Modus autem probandi emācipationem fuisse simulatam, & in fraudem factam ultra casum supradictum dari posset, quando probaretur, emancipatum post emācipationem uixisse cum emācipante ad unū panem, & uinum, ut tradit Specu. in titu. de dona. uersi. Item pone aliquis, quem in statu to loquens, sequitur Paris. in dicto consi. 53. nume. 22. uolum. j. Quod uero de collatione postremo loco tangit Aret. hic, uelut impertinens omitto. Et ita sit finis huius §. hoc quoque, ad laudem Dei & Virg. almæ.

HIPPOLYTVS RIMINALDVS

In §. Item vobis, per quas personas ius nob. acquiritur.

SVMMARIVM.

1 *SERVVS ex traditione nunquid acquirat domino. 26.*
2 *Intellectus l. pen. §. illo. C. de nec. ser. hæred. insti. 46. cum sequentibus.*
3 *Hæres non peccat si legatum seruo non præstat.*
4 *Lex disponens super certo, satis iusta dicitur in foro conscientia.*
5 *Hæres in foro conscientiæ non tenetur ad dotem de qua non apparet instrumentum.*
6 *Serui sunt capaces alimentorum.*
Et capite diminutus in eis admittitur. 9.
Sicut & damnatus in metallum. 7.
Et de ratione. 8.
10 *Seruus hæres institutus adeundo, nunquid acquirat Domino ignoranti, & inuito, quòd non.*
Ratio Christi ponitur. 11.
Quam probat auctor. 12.
Et aliam superaddit. 13.
11 *Aditio hæreditatis pendet ab animo.*
Et est actus legitimus. 13.

Possess.

14 *Poßeßio nunquid per seruum domino quæratur.*
14 *Facti quæ sunt non transeunt ad dominum, & quomodo procedat. 25.*
15 *Dictio nihil in totum negat.*
16 *Possessio, num facti, uel iuris sit, in quo Barto. contrarius notatur. Alex. distinguit inter possessionem in esse deducendam, & quæsitam.*
Illa facti, hæc iuris dicitur. 17.
Sed auctori non placet. 18.
Altera fuit opi. Castrensis secundo.
Et auctor suum ponit. 21. 22.
19 *Priuatio præsupponit habitum.*
23 *Seruus stipulari potest licere sibi possidere, & quomodo.*
24 *Poßeßio est apta parere ciuiles effectus.*
27 *Acquiri non potest inuito.*
Quoad effectum, non quoad meram iuris dispositionem.
Nec directo, sed per obliquum sic. 29.
28 *Inuito quid auferri potest, dari secus.*
30 *Beneficium gaudium affert capienti.*
30 *Inuitus nemo gaudet.*
31 *Homo non potest impedire cursum, & effectum legalem.*
32 *Confitens furtum fecisse rei, quæ sua sit, non sibi nocet.*
33 *Acquiritur domino inuito reuocabiliter.*
Secus in donatione secundum Decium.
Quod auctori non placet. 35.
36 *Beneficium non confertur in inuitum, si de suo tantum interesse tractetur, secus si alterius, cuius datur exemplum. 37.*
38 *Soluens pro alio non habet actionem contra illum pro quo soluit.*
Nisi erat illius debitor. 39.
40 *Honores conferuntur in inuitum ob publicam utilitatem.*
41 *Soluens pro amico in periculo uitæ constituto repetere potest.*
42 *Condemnatus in mille, & ad amputationem manus si non soluerit tenetur soluenti pro eo.*
43 *Pœna danda accusatori solui potest contradicente fisco.*
44 *Inuitus de domo nemo potest extrahi.*
Ex quo limitatur lex, plerique. ff. de inius uoc. 45.
46 *Legatum factum seruo, de quo in l. pen. §. illo. C. de neceß. ser. hær. inst. quo iure ualeat.*
Glossa, quòd de æquitate, non autem de iuris rigore, quia erat in alimenta factum, quæ diuinat.
Vel & secundo, quòd ibi serui erant proprij testatoris, uel hæredis. 47.
Quod & auctor damnat. 48.
Auctor igitur aliter declarat, quòd ex urbanitate debeatur, non autem ex iuris necessitate. 50.
49 *Monacho relictum intelligitur relictum monasterio.*
51 *Fratres minores sunt capaces alimentorum.*
52 *Iussus domini præcedere debet in adeunda hæreditate per seruum.*
Licet sit secus in autoritate iuris, quæ sequi potest incontinenti.
Rationem Bar. assignat. 53.
Quam plerique taxant. 54.
Auctorque aliam ponit cæteris planiorem. 55.
57 *Iußus patris uerificari dicitur si simul adeat cum filio, uel domini si simul cum seruo.*
58 *Statutum, quòd filius obligari non poßit sine licentia patris, ceßat si se simul cum eo pater contrahat.*
59 *Pater & filius si simul agant, alter alteri consentire dicitur, & uoluntas patris dicitur præcedere,*
60 *Aditio hæreditatis per seruum requirit eius uoluntatem, præter iußum domini.*
At Porcius uoluit uolente seruo dominum adire posse. 62.
Quod auctori non placet. 63.
Et hæc in seruo instituto contemplatione sui. secus si domini. 68.
Quod nec auctori placet. 69.
61 *Monacho instituto uolente adire, an monasteriũ adire poßit.*
64 *Extensio duorum casuum æquiparatorum non fit nisi æquiparatio sit in eadem materia.*
Et ultra per modum regulæ. 65.
66 *Pater cur filio recusante potest adire, secus autem dominus seruo nolente.*
67 *Animus liber est, cui nullus imperare potest.*
68 *Intellectus Aretini legis. 3. C. de hær. inst. confutatur. 69.*
70 *Dominus non potest quærere hæreditatem delatam seruo sine illius uoluntate, restitutionem uero ex Trebelliano sic.*
Rationem differentiæ ponit Christophorus.
Sed aliam magis fundamentalem Doctores. 72.
73 *Voluntas domini præcedere debet in aditione hæreditatis seruo delata.*
At in bon. possessione sufficit ratihabitio domini post agnitionem.
Rationes adferuntur quam plures, quæ sigillatim confutantur. 74.
Auctorque tandem duas alias refert. 105.
74 *Aditio hæreditatis est actus magis solennis agnitione bon. possessionis. Zuccardus contra. 75.*
76 *Optio legata seruo requirit iussum domini.*
77 *Iura directa, & utilia, non differunt effectu.*
Sed contra. 79.
78 *Optio sic solemnis est, ut aditio.*
80 *Intellectus l. actio. ff. de neg. gest.*
81 *Lex ubi uarios habet intellectus, super ea fundamentum fieri non potest.*
82 *Iussus domini requisitus in aditione hæreditatis delatæ seruo consideratur ante aditionem non post.*
83 *Aditio est actus legitimus.*
83 *Lex, actus legitimi, non extenditur ad actus ibi non enumeratos.*
85 *Emancipatio potest ratificari.*
85 *Electio potest ratificari, & quando. 86.*
85 *Intellectus leg. pen. C. de eman. lib.*
87 *Lex, actus legitimi. ff. de reg. iur. non recipit conditiones extrinsecas, sed intrinsecas sic ex natura actus conditionalis præambuli. 88.*

Conditio

89 *Conditio tacita ita suspendit sicut expressa.*
90 *Actus legitimi non recipiunt diem, uel conditionẽ prohibitam in odium disponentis.*
91 *Adeunti facultas ius quoddam continet.*
92 *Bonorum possessio dicitur ius.*
93 *Adeundi ius non quaeritur patri, uel domino.*
94 *Pater aut dominus inuitus obligari non debet.* 95.
96 *Intellectus l. qui in aliena. ff. de acquiren. haer. in uer bo placuit.*
97 *In his, quae sunt positiui iuris, sufficit pro ratione uo luntas.*
Et idem in statutis. 98.
99 *Leges, ubi sunt conditae, non est quaerendum an bene uel male, sed secundum eas est iudicandum.*
Quod declaratur. 100.
101 *Scire est rem per causas cognoscere.*
102 *Effectus magis quam uerba spectari debet.* 104.
103 *Bonorum possessio animo eam explicantis agnosci debet.*
106 *Duo uincula magis stringunt quam unum.*
107 *Factum iudicis reputatur factum partis.*
108 *Pupillus sine tutore adire non potest nec bon. possessionem petere.*
109 *Argumentum a speciali, & secundum accidens, nõ procedit.*
110 *Bonorum possessio in fieri fortior aditione.*
111 *Aditio requirit animum eius cui debet acquiri.*
Ideo per procuratorem fieri non potest.
112 *Ratificari non potest actus nullus.*
113 *Compromissum factum in Abbatem Sancti Proculi numquid transeat in suc cessorem in dignitate. Communis est, quòd non.* 114.
115 *Res peculiares, & aliae differunt in acquisitione domini.*



SVMMATVR, ut per Are. hic. Diuiditur in tres partes, in quibus tria ponit. Secunda ibi, [*sed si haeres.*] Tertia ibi, [*non solum.*] † Ca-
1 sus in pri. par. sic fingi pôt, seruus ex tradône, stipulatione, donarione, legato, similiue eã quid nactus fuit, in controuersiam uenit, an sibi, an domino id acquireret? Pro seruo uidebatur esse tex. in l. penul. §. illo. C. de necess. ser. haer. inst. ubi si legatum seruo fiat sine libertate, manere quidem debet in seruitute, [*non tamen ita impij haeredes existant,*] inquit tex. [*ut liberalitatem testatoris, & seruiles labores debita remuneratione fraudare conentur.*] sentit ergo ille textus legatum praestandum esse seruo, eiq; acquiri. Secundo, idem suadere uidebatur tex. in l. seruos. ff. de alimen. & cib. lega. ubi haeres compellitur seruis relicta praestare, ut in fi. dicitur, & sic patet eis acquiri. In cõtrarium tamen decidit tex. noster, & in l. acquiritur. §. j. ff. de acquiren. rer. do. Concordat tex. in l. placet. ff. de acquiren. haered. & in simili tex. in l. sic euenict. ff. ad l. Iul. de adu. Ratio decidendi ponitur hic, & in d. §. j. ibi, [*ip-*
2 *se enim seruus.*] † Non obstat d. §. illo. ibi enim illud ex urbanitate praestatur seruo, non autem ex iuris necessitate, secundum glos. Bal. Ang. Sal. Cast. Alex. & omnes ibi, & Christophorum hic in glo. suum, suadentque hoc ea uerba, [*non tamen ita impij haeredes sint, ut non do-*
3 *nent relictum seruo.*] † Donari enim dicitur, qđ nullo iure cogente conceditur. l. donari. ff. de reg. iuris. quinimo nec peccat haeres in foro conscientiae, si rem legaram seruo non praestat, ut ibi latius pet Bal. Cast. & Alex. ea ratio
4 ne, † quia quando lex disponit super certo, satis dicitur iusta in foro conscientiae. Sed lex disponit, quòd seruus nihil suum habere possit, totumque domino quaerat, ergo haeres non praestans seruo tale legatum, tutus
5 est in conscientia. † facit, quod tradit Ange. in consi. 171. in fi. concludens haeredem in foro conscientiae non teneri ad dotem, de qua non apparet instrumentum, nisi conscientia eum remordeat aliunde dotem fuisse datã.
6 † Non obstat tex. in d. l. seruos. loquitur enim in legato alimẽtorum, quorum capaces sũt serui, cum tale legatum in facto potius, quã in iure consistat, nec consideretur in eo, an capere possit, uel nõ, sed an comedere, & bibe
7 re. unde † etiam incapax ex maxima capitis diminutione tali casu admittitur. l. legatũ. & ibi no. gl. Bal. & alij. ff. de ca. dimi. (& in
8 l. is cui. ff. de adi. leg. & in l. legatũ. ff. de his quae pro non scrip. ubi damnatus in metallũ
9 capax est alimẽtorum. † ratioque in promptu est quam ponit egregie Conn. in cõmen. iur. ciuil. lib. 2. cap. 3. colum. 8. quod alimenta seruus poenae potest sibi quaerere, quoniã alioqui ea sibi praestanda essent a metallarijs, & poenae exactoribus, aut omnino aliunde, alij autem ad uitam tolerandam nõ est iurisgẽ. aut ciuilis, sed naturalis cuiusdam facultatis. quae quidem uita uitalis non hominum modo, sed etiam animantium, stirpiumque omnium communis est, unde serui sunt naturae omniumque, quae a natura proficiscũtur participes,) simile uidemus in fratrib. licet alias relinqui non possit, tamen in causa alimentorum secus, & pro necessarijs suis. (Idemque ponit Albe. consi. 63. columna penult. uolum. 2. & Gabriel. Rom. in suis conclu. li. 4. titu. de legã. conclu. prima, num. 25. ubi distinguit quid de annuo legato alimentorum.) Textus aũt noster loquitur extra causam ali-
10 mentorum. † In secunda uero parte dubitari potuit, utrum seruus haeres institutus simpliciter adeundo quaereret haereditatem domino? & uidebatur dicendum, quòd sic per tex. supra, in prima parte, ubi fit regula, quòd ex qualibet causa acquirat, [*hoc uobis ignorantibus & inuitis obuenit.*] ergo etiam ex haerẽditate. Contrarium tamen decidĩtur, nam iussus domini requiritur, ut hic, qui etiam praece-
dat.

dat.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acqui.
11 hær.†Ratio decidendi ponitur hic per Chri-
stophorum, quia aditio hæreditatis pendet
ab animo.§.fi.infra,de hær.qual.& diff. & est
actus iuris ciuilis.l.1. C.de hær.iust. sed ser-
uus est incapax eorum, quæ sunt iuris ciui-
lis.l.quod attinet.ff.de reg.iur.l. quidam. ff.
de pęn.nec ullum dicitur habere animum, si-
cut nec caput, idest statum.§. seruus. supra,
de.cap. dimi. ut igitur aditio ualeat, conse-
quens est iussum domini requiri,& præcede
re,ex cuius uoluntate, & persona inducatur
12 aditio serui, † & licet Aldobran. hic in casu
hanc rationem nō teneat, qui tamen nec eā
impugnat, mihi tamen satis consonat.con-
stat enim aditionem esse,unum de actis legi
timis l.actus legitimi.ff. de reg.iur.quorum
seruus est incapax.d. l. quod attinet.merito
13 suppleri debet ex iussu domini. † Potest ta-
men & secunda ratio in medium adferri, qa
hæreditas plerunque damnosa est, l. si hære-
ditatem.ff.manda. merito iussus domini re-
quiritur, ne inuitus & ignorans æri alieno
obligetur.l.qui in aliena.in prin.ff.de acqui.
hære.ubi hæc ratio in filio & patre traditur.
Idem ergo & in seruo dicamus, cum de uno
ad alium argumētum procedat, Infra quod
cum eo. in prin. & hanc sequitur Aldobran.
qui licet ipse non dicat,fuit glo. in d.l.acqui
ritur. in uer.[*ideoque,*]ut facile uideri potest.
Non obstat contrarium textus nostri supra,
quia ab illa generalitate hic casus excipitur
ut hic,& in l.etiam inuitis.ff.de acqu.ter. do
mi.in uer. [*pene,*] iuncta glo.quæ hunc textū
14 glossat optime. † In tertia uero parte quæsi
tum fuit,an etiam possessio per seruos domi
no quæratur?& uidebatur dicendum, quod
non, sed quod ipsis quæreretur. possessio.n.
facti, non iuris est.l.1.§.1.ff.de acqui.poss.
ibi,[*eam rem enim facti non iuris esse*]tradit Bar.
in l.1.nume.6.C.qui admi.& post eum Dec.
colum.pen. Sed quæ facti sunt,non transeūt
ad dominum,l.qui heredi.in prin.ff. de con-
di,& demon.§.sed cum factum,supra,de stip.
ser.& de hoc est casus i l.stipulatio ista.§.hæc
quoque.ff.de uerbo.obl.ubi quæritur,an ser
uus utiliter possit in suam personam stipula
tionem possessionis concipere,ut sic dicat,
[*possidere mihi licere spondes?*]& respondet text.
[*quamuis iure ciuili seruus non possideat; tamen ad
possessionem naturalem hoc referendum est,*] idest,
ut de facto ei quæratur possessio, secundum
glo.merito subdit tex.[*& ideo dubitari non opor-
tet, quin & seruus recte ita stipuletur,*]unde uide-
tur ex illo tex.maxima difficultas super hoc
responso nostro cadere. Contrarium tamen
deciditur hic. Ratioque decidendi superius
habetur ibi,[*nihil suum habere potest,*]ergo nec
15 possessionem,†quia illa dictio,[*nihil*]uniuer
salis in totum negat.l.is,qui ducenta.§.utrū
ff.de reb.dub.(Ias.in l.1.num.82.ff.de uulga.
& pup.& potentior est negatiua quam affir-
matiua,cum negatiua magis neget,q̄ affir-
matiua affirmet.l.hoc genus.& ibi glo. ff.de
cond.& dem:Craue.consi.170.in fi.in antiq.
Bru.in tract.quod stan.mas.6.art.prin.q.26.
colum.6.Senat.Pedemon.decisi.100.nume.
16 44.)†Non obstat ratio dubitandi,nunquid
enim possessio sit facti,satis est dubium. Bar
tolusque sibi contrarius fuit in l.1. colum.2.
in prin.ff.de acq.poss.dum post Iaco.de Are.
dixit, quod possessio est ius, id ratione pro-
bans, & per tex. in l.peregre.ff.eodem ibi,
[*ius possessionis non uideri peremptum,*] & per l.ne-
mo,C.eod.ibi.cum [*super iure possessionis,uacil
let,*]& per l.nō ideo minus.C.de lib.cau.ibi,
[*ius possessionis,*]hancque l.aetoii cōtrarietatē
17 nemo,quem uiderim. perpendit.† Bene ue-
rum est,quod Alexā.in d.l.1.num.11.& Ias.
nume.31.distinguunt inter possessionem in
esse deducendam; & dum apprehenditur, &
in esse deductam,quæsitamque. Illa enim fa-
cti,hæc iuris est, sicque iura contraria pros
18 conciliantur. † Sed hæc distinctio periculo-
sa est,per d.l.1.in §.si uir,ubi loquitur de mu
liere possidente, cui maritus possessionē ces
sit,& sic de possessione quæsita mulieri, & ta
men subdit [*quoniam res facti infirmari iure ciuili
non potest.*]Iasonq;, qui cum tex. intelligit de
possessione in esse deducenda,decipitur; Ad
idem tex.in l.possessionem pupillum.ff.eod.
ubi dicitur, [*possessionem pupillum sine tutoris au
toritate amittere posse,ut corpore desinat possidere,*]
19 ergo deducta & quæsita erat.† Quia amissio
& priuatio præsupponit habitum, l. x.cū ibi
not.ff.de uerb.obl.l.manumissiones. ubi Ca
stren.& alij.ff. de iust. & iu.& tamen subdit,
[*quod enim facti est,potest amittere,*]nec respon-
sio Alex.quicquam ualet ad illum tex.prout
Ias.perpendit.Imo uero Ruin.ibi per hæc su
pra tenet possessionem facti esse, sicque dubi-
20 tatio magis uiget. †. unde puto dici posse
post Cast.in d. §. hoc quoque,colum.1.pos-
sessionem summi posse dupliciter.Vno mo-
do pro uera possessione naturali, altero pro
nuda detentione,quam etiam iura naturalē
appellāt,& hæc secunda sine dubio facti est,
De prima uero maior est difficultas:eam.n.
iuris appellat Cast.ibi,priorque Bar.in d.l.1.
21 Sed Rui.contra.†Ego potius mistam esse cē
seo,iuris & facti, quod uoluit Bar.in l.si is.q
pro emptore,colum.3.num.10.ff.de usuca.
Cast.& Aret.in d.l.1.per l.denique.ff.ex qui
bus cau.maio.ibi, [*possessio plurimum facti ha-
bet*]ergo & aliud iuris,Ad idem tex.in l.pos-
sessio quoque.in prin.ff.de acqui.poss.ibi,[*et
plurimum ex iure possessio mutuatur,*] ergo & ex
facto,pulcher tex.in l.1.§.Scæuola.ff. si quis
test.ibi, [*quia possessionem hereditas non habet,
quæ facti est,& animi,*]sicque multum iuris ha-
bet,& multum facti, secundum glo. (& cum
prædictis concordat etiam Rolan. à Valle,
consi.

consil. 18. num. 33. uol. 3. ubi dicit possessionem denominari a iure quæ plurimum iuris habet, econtra uero facti quando habet plurimũ facti. hinc enim plane supponit Ro
22 land. eam mixtam esse iuris & facti.) † & licet non dicant prædicti, hoc secundum subiectam materiam rei possessæ dignoscitur, nã si corporalis sit, possessio facti dicitur, l. 2. ad fi. iuncta gl. ff. de precar. ibi, [*habere precario uidetur, qui possessionem uel corporis, uel iuris adeptus est,*] corporis, id est, rei corporalis, iu
23 ris, id est, seruitutis secundum gl. † Dico igitur resoluendo contraria, quòd si seruus sibi posidere licere stipulatur, & sic stipulationem refert ad personam suam, tunc intelligitur de possessione secundo modo, sicque de detentatione, secundum Castre. in dicto §. hoc quoque qui sic illum tex. intelligit, merito secus quæritur, ut ibi. hęc enim iuris naturalis est, quo statutum fuerat, ut Quamcũque terram calcauerit pes tuus, tua sit, vt per gl. & alios in dicta l. 1. unde nil mirũ, si eius est capax, cum eorum, quæ facti, & naturæ sunt, sit capax, ut per Christophor. in dicto §. sed cum factum (& declarat optime Conna. in Commentar. iuris ciuil. lib. 2. capit. 3. col. 8. circa finem.) At si stipulationem referat ad personam domini, uel impersonaliter loquatur, velut, Promittis licere posidere, & tunc intelligitur de uera possessione, cuius dominus est capax, secundum Cast. in dicto §. hoc quoque. cum non seruo, sed domino
24 ueniat quærendum, ut hic. † licet enim facti sit, ut in iuribus citatis, non tamen est meri facti, sed mista: quia apta est parere ciuiles effectus, ut usucapionem, l. 3. ff. de usuc. quo respectu iura Bartoli dicunt [*ius possessionis,*] ut per Ruin. in dicta l. 1. quod in nuda deten
25 tatione nõ currit. † Quod ergo dicitur, quæ facti sunt, apud seruum residere, nec ad dominum transire procedit, si nudi & meri facti sunt, ut per Aret. in dicto §. sed cum factũ. Secus si parere possunt ciuiles effectus, hic
26 est casus in toto textu. † Notabilia, quæ colligit Aret. sunt clara, atque ob id omittenda, solum perpendi debet, quod in textu dicitur quodcumque per seruum acquiritur, id domino acquiri, cautum fuisse aduersus mores priscorum Germanorum, apud quos scribit Tacitus, & refert Balduinus hic, seruos non omnia dominis acquisiuisse. Sed solum aliquem modũ pecoris frumenti, & uestis præstitisse, imo uero Leo Imperator indicãs grauiorem esse iuris ciuilis seruitutem, quæ hominem deijciebat ad conditionem pecudis, uel bruti animantis, humaniter pronisit seruis sibi acquirere. de qua his testari nec tamen dominorum aliorum potestatẽ imminuit. Sed liberum humanitatis exemplum proposuit. Quod certe primum in cã fuisse uidetur abolendæ inter Christianos il

lius ueteris seruitutis: cuius hodie nullus est usus. Descendo nunc ad gl. [*inuitis*] quoniam
27 præcedentes nihil habent. † in qua circa solutionem l. hoc iure, §. non potest, ff. de donatio. ubi inuito non acquiritur contra textũ nostrum, dicit Aret. eum procedere quo ad meram iuris dispositionem secundũ quam quæritur inuito, secus quo ad effectum, quia repudiari potest, & sic nõ incommutabiliter acquiritur inuito, dicto §. non potest. Idemque tradit ad unguem Fab. Christoph. & Balduinus, sensitque gl. in l. seruus uetante, ff. de uerb. oblig. ibi, [*sed non retinet inuitus,*] & in l. etiam inuitis, ff. de acq. rer. domi. dum respõdendo ad §. non potest. præallegatum dicit, [*sed ibi finaliter,*] & sic effectu considerato.
28 † idemque tenet Dec. in l. 1. notab. 3. C. qui admi. Gul. Mayner. in l. inuito, ff. de reg. iuris, num. 4. Cagnol. col. penul. & Ferrar. in princ. dicẽs hinc esse frequens uerbum inuito quid
29 auferri posse, dari non posse. † huicq; distinctioni famulatur alia, quæ in idem recidit, q̃ ponit glo. & Doctores in l. soluendo, ff. de nego. gest. & in l. 3. §. inuito, ff. de bonorum possessio. dicentes inuito nõ acquiri directò, sed per obliquum, sicut per filium, & seruum, sequitur Christoph. hic, Arch. & Card. in ca. & qui emendatur, in fi. 45. dist. Mayner. & Cag. in dicta l. inuito. nihil enim aliud infert dicta distinctio, nisi, quòd inuito per obliquũ quæritur, hoc est, reuocabiliter, directo uero non acquiritur, hoc est, irreuocabiliter, quia potest obijcere: Vnde iungendo simul utranque solutionem, dici potest, inuito nõ acquiri directo, & in effectu: secus autẽ per
30 obliquum & ipso iure. † Ratioque primi dicti illa est, quia beneficium gaudium affert capienti, capitu. primo, quibus mod. feud. ami. sed nemo inuitus gaudet, ita glossa in dicta l. soluendo, & in dicta l. inuito. pleniusque Guliel. Mayner. facit regula l. penultimæ, C.
31 de pact. † Secundi uerò dicti ratio est, quia dominus uelut homo priuatus nõ potest impedire cursum, & effectum legalem, quo statuitur quęsita per seruum ipsi domino quæri. l. nemo potest, ff. de leg. primo, cum ibi nota. l. testandi, C. de testam. ideo nil mirum, si ei licet inuito mero iure quęritur, vt hic. Ita Christoph. hic, Aretin. in l. cum filio, columna 3. uersic. sed contra, ff. de lega. primo, Cagnol.
32 in dicta l. inuito, numero 17. † (Simile uidemus si quis fatetur se furtum commisisse rei quæ sua probetur talẽ confessionem sibi non nocere, quia rei suę furtum non cõmittitur: Romanus, consi. 113. Angel. consilio 22. ad finem, & consilio 403. & si cõtractus sit permissus de iure, confessio patris non potest iuris dispositionem mutare, & eum usurarium efficere, l. ornamentorum, ff. de auro & ar
33 gento legato. nisi † aliter appareat de ueritate usurarum, ut tradit Bald. consi. 98. Berto-

nus de Coua.uolumine primo, quod est re-
ticum, consilio 383. uolumine quinto, &
tradit etiam Castrens. consilio 31. columna
prima, uolumine primo, deniumque Cra.
33 consilio 48. numero 7.) † Reperio tamen,
quòd istud de acquisitione reuocabili Dec.
in dicta l. 1. lectura secunda, notab. 3. C. qui
admidimitat in donatione non procedere,
quoniam in ea consensus duorum requiri-
tur: ideoque absenti & ignoranti fieri non
34 potest, l. absenti. ff. de donat. † Sed nec in-
uitus quisquam donat. l. nec ignorans, C. eo.
nec cogitur alteri benefacere, l. nemo inuitus
ff. de regulis iuris Craue. consil. 121. nume.
11. (Natta, consilio 500. numero 10.) Ergo
nec inuito pariter donatur, ut correlatiuo-
rum sit par ratio. l. fin. cum ibi nota. C. de in
dic. uid. tollen. merito citra consensum do-
natarij nullo modo etiam reuocabiliter sibi
quæri debet. Nec in contrarium repugnat
tex. noster, qui de donatione loquitur, & ta-
men dicit, [*hoc enim nobis ignorantibus, & inui-
tis obuenit*.] hoc enim speciale est in filio, uel
seruo acquirēte ratione, de qua in textu, uel,
ut tradit Aldobran. quia seruus repræsentat
dominum generaliter, non specialiter, ut
35 per eum. † Sed hæc limitatio mihi non pla
cet per hunc tex. qui nedum de donatione lo
quitur, sed etiam de legato ibi, [*uel ex legato*]
sed legatum quæritur ignorāti & inuito re-
uocabiliter citra mediam personam serui, uel
filij, l. cum pater, §. surdo, cum ibi not. ff. de le
gatis secundo. Vnde sicut non potest esse hic
speciale in seruo, quo ad legatum, ita nec
quo ad donationem, ut æqualis fiat determi
natio, l. iam hoc iure, ff. de uulgari, & pupil-
lari, l. quamuis, C. de impube. & per conse-
quens donatio debet acquiri reuocabiliter
ignoranti & inuito. Non obstant contraria.
procedunt enim in acquisitione irreuocabi
li: eo enim respectu consensus requiritur,
nec absenti & ignoranti fieri potest, nec in-
uito donari, scilicet incommutabiliter, at re
uocabiliter secus, per textum nostrum, iun-
36 cto dicto §. surdo, quod bene nota. † Vl-
terius, quòd inuito beneficium non confe-
ratur directò, & in effectu procedit, quan-
do solum agitur de interesse eius, cui benefi-
cium confertur, prout in casu dicti §. non
potest. interest enim eius tantum, cui dona-
tur, ideo si nolit, sibi non acquiritur illa libe
ralitas, secus si de interesse alterius priuato,
aut publico agatur, tunc enim bene in inui-
37 tum confertur beneficium. † exemplum
de interesse priuato dari potest in l. soluere,
ff. de solutio. & in dicta l. soluendo, ubi pro
inuito quis soluere potest illius creditori,
quia hoc respicit etiam commodum tertij,
hoc est, creditoris: qui suum recipit. Ita
Bartolus, & Castrensis declarant, in d. l. sol
uendo, Aretin. infra quibus mod. toll. obli.
in princip. in glossa solutio. Dec. in dicta l. in
uito, in princip. Cagnol. num. 6. Guliel. May
38 ner. numero 10. in fi. (& ut unum pulchrum
non omittam circa solutionem quam quis
facit pro alio, dico quòd licet quādo quis sol
uit pro aliquo inuito, non competat actio
neg. gestorum soluenti contra illum, sed so-
lum liberatur ille pro quo fuit solutum, ut
not. glossa, & Bartol. in l. Stichum, §. fina. ff.
de noua. glossa, & Docto. in l. fina. C. de noua.
39 † Attamen si soluens erat debitor eius pro
quo soluit. & soluat creditori sui creditoris,
cui hoc nomē erat hippothecatū, tūc sine du
bio soluens liberatur etiam si inuito credi-
tore suo soluat quia illi ad soluendū erat obli
gatus, ita Paris. consilio 107. nume. 129. uol.
40 3. quod bene nota.) † de interesse autem pu
blico exemplificari potest ex titulo, ff. de mu
ner. & hon. ubi propter publicam utilitatem
in inuitum conferuntur honores, & in mune
re iudicandi uidemus inuitum ad illud sumi
l. munerum, §. iudicandi, ff. eodem, & tamen
iudicare, est honor. l. obseruare, ff. de offic.
præsi. l. omnem honorem, C. quando prou.
non est nec, quòd non aliunde descendit, ni
si, quia in huiusmodi magistratibus publica
utilitas consistit, l. prima, §. primo, ff. de iustit.
& iure, & in tali munere iudicandi finis li-
tium consistit, in quo publica utilitas uersa-
tur, ne fiant immortales, l. properandum, in
principio, C. de iudic. & ponit Cagnol. in di-
cta l. inuito, numero 4. licet non ita declaret.
41 † Ad idem adferri potest, quod tradunt Bald.
Salycet. & Castren. in l. finali, C. de neg. gest.
dicentes, quòd si amicus meus erat in peri-
culo perdendi uitam, nisi pro ipso quid sol-
uerem, & solui illo prohibente, nihilominus
repetere possum, argumen. l. at si quis, §. itē
Labeo, ff. de religio. quia non minus interest
Reipub. homines uiuentes conseruari, quam
mortuos sepeliri, dicto §. item Labeo.
42 † Quibus etiam conuenione notata per Bar-
tolum, in l. Stichus, ff. de pec. lega. ubi dicit,
quòd si quis fuit condemnatus in mille, & si
non solueret in amputationem manus, aut
pedis. Si amicus suus eo prohibente sol-
uit, repetere tamen potest ab eo ratione
prædicta. Sequitur Soc. in consilio 26. colum
na penultima, in fine, uolumine primo, Aret.
in §. is qui, colum. secunda, insta mand. Dec.
in consil. 691. columna prima, Cagnol. in di
cta l. inuito, numero 11. & sequen. licet Dec.
ibidem de hoc dubitauerit, sed uerior, & hu-
manior est sententia Bart. (& prædictis ada
ptari potest quod inquit Bartolus, in l. pri-
ma, C. de uendi. rer. fiscal. libro 10. ubi uult,
quòd pœna pro parte danda accusatori solui
ei possit, cōdicēte fisco, sequitur Bossius tit.
de senten. nu. 42. Id enim procedit propter
interesse publicum, quod uersatur ut facilius
inuitentur ad reuocandum crimina sicque
quòd

quòd delinquẽtes puniri possint, l. ita uulne-
tatus, ff. ad l. Aquil. & ita iustificatur illa do-
44 trina Bartoli.) † Simile uidemus, quod habe
tur in capitu. ipsa pietas. 23. quæstione quar
ta, ubi etiam inuitum de domo ruente extra
here possum, quia non modo de interesse il-
lius extracti agitur, sed etiam reipublicæ, cu
ius interest homines conseruari. l. cum ratio.
§. penultimo, ff. de bon. damn. sequitur Dec.
45 & Cagnol. in dicta l. inuito. † quod maxi-
me deseruit, licet ipsi non dicant, ad limita-
tionem l. plerique. ff. de in ius uocan. ubi ne
mo inuitus de domo sua extrahi debet. fal-
lit enim in domo ruente ob fauorem publi-
cum, de quo supra. Ita limitando declarat
Fely. in capitulo contingit. de senten. excom
mu. columna secunda, sequitur Mars. in sin-
gul. 189. Dec. & Cagnol. in dicta l. inuito. Ia-
son, in dicta l. plerique, in ultima limitatio-
ne, ubi plures alias tradit, (& cum prædictis
etiam concordat Catelian. Cotta, libro me-
morial. in uerbo beneficium, inuito. ubi ca-
sus prædictos, & alios similes enumerat, &
46 exornat, ut per eum.) † In glo. [*suum*] cir-
ca oppo. l. penultime, §. illo, C. de necess. ser.
hær. inst. tenet hæc glos. ibi de æquitate non
autem iuris rigore legatum ad seruum perti
nere, quia erat in alimẽta relictum, alias nul
lo pacto ualeret. l. seruis. C. de lega. cum qua
etsi Are. pertranseat, eam tamen Christoph.
hic, & bene, ut diuinatiuam impugnat. Qui-
nimo Salycetus, & Angelus, ibi clare tenent,
quod legatum illud non esset in alimenta fa-
ctum, quia si de alimentis loqueretur ibi ua
leret legatum de iure, non autem de æquita
te, (ut inquit hic glos.) l. tertia, ff. de his, quæ
pro non scrip. hab. l. legatum. ff. de cap. dimi.
tradit Bartolus, Angelus Imo. & Alexan. in l.
47 si nictum. ff. de re iudi. † unde secundo loco
gl. ibi uoluit non ualere illud legatum, cum
serui essent proprij, & subinde hæredis, lex
enim, seruos. ff. de alimen. & cib. leg. innuens
contrarium, loquitur in seruis alienis, & cum
illa glos. transit ibidem Saly. declarans, quod
illi serui erant alieni spe, hoc est, templi ex-
truendi, sicque damnat Dynum, & Iaco. Bu-
trigarium, quibus & Faber hic assentit, tenẽ
tes, quòd imo serui illi essent in dominio hæ
redis ob templum nondum extructum, quia
imo erant templi quo ad spem, & sic alieni
per tex. in l. seruos. ff. de liber. causa, ibi, [*ne-
que hæredis esse constitit,*] sed in §. illo, nec re,
48 nec spe erant alieni. † Sed nec ista resolu-
tio placet, quoniam in alimentis, de quibus
loquitur dicta l. seruos, hæc distinctio inter
seruos proprios, & alienos, confunditur ex
ratione posita in l. legatum, ff. de capi. dimi.
ibi, [*quia tale legatum in facto potius, quam in iure,
consistit,*] militat enim sic in proprio seruo. si-
cut in alieno, quia in utroque non considera
tur an capere possit, sed an comedere, uel bi
bere, secundum glo. unde de iure ualet lega-
tum. Nec contra facit. l. filio. ff. de conditio
nib. & demonstrationib. ubi si cibaria seruis
Titij legentur [*domini, non seruorum legatum
est,*] inquit text. ibi enim sub commemora-
tione dominij factum fuit legatum seruo, ut
in dicta l. seruos. simpliciter, quæ differunt. l.
penultima, C. de iure deliberan. & ita Bald.
Imo. & Doctores, sentiunt in dicta l. filio,
49 † inferentes ex hoc, quòd si relinquitur
aliquid monacho sub cõmemoratione mo-
nachatus, intelligitur relictum monasterio,
50 & recta uia capiet monasterium. † Melior
igitur est alia solutio glossæ ibi, quòd illud
dicitur ad exhortationem, nõ autem ad coa
ctionem, sicque legatum illud debetur ex ur
banitate, non autem ex iuris necessitate. Qđ
ergo dicitur hic, de iure procedit, quod ibi,
citra ius ex urbanitate, & hoc sequitur Bal-
dus, Angelus, Salycetus, Fulgosius, & cæteri
communiter ibi, prout testatur Aldobrand.
hic, (& ita quoque superius tenui in figura
tione casus ponderando uerbum donent
de quo ibi, non repeto, quia uideri possunt
51 per me ibidem dicta.) † Prædicta uero de ser
uo, qui legati alimentorum capax est, inte-
runtur, secundum Aretinum, hic ad fratres
minores, qui licet alias sint incapaces acqui
sitionis rerum, clemen. exiui. de parad. §. pro
inde. secus tamen est in causa alimento-
rum, siquidem eis alimenta possunt relin-
qui, & alia necessaria, secundum Barto. in di-
cta l. seruos. & in tractatu suo minori. Idem-
que tradit idem Barto. in dicta l. legatum. ff.
de capi. dimi. Angelus, Imo. & Roma. in l.
Stichum. §. stipulatio. in princip. ff. de uerbo
rum obligatio. ubi etiam disputant, quid iu
ris in alio legato annuo, quod etiam tangit
late Federicus de Senis, consilio duodeci-
mo, & Abb. in consilio 63. in secundo uolu-
mine, ubi etiam tangit quid in legato facto
pro emendendis libris studendi causa, quas
q. ut hoc loco impertinentes omitto. Idem-
que subinde agendum censeo de sequenti
quæst. quam anuectit Aret. de religioso, cui
quicquam relictum est cum hoc pacto, quòd
monasterio non quæratur, cum potissime
eam superius discusserim in §. primo, supra
52 eodem. † In glo. [*sed si seruus*] in princip.
adnotandum est, quod in hæreditate adeun
da per seruum, iussus domini præcedere de-
bet, dicto §. iussum, licet ut ibi subiungitur,
sit secus in autoritate tutoris, quæ interpo-
nitur, & ualet perfecto negotio saltem, si in-
continenti interuenerit, ut ille textus, per
53 glos. & Doctores intelligitur. † Ratio au-
tem differentiæ licet Aretin. hic, & cæteri
omittant, assignatur per Bartol. ibi, quia
potestas patris in filium, dominique in ser-
uum, est maior, quam tutoris in pupillum.
Patet ex l. in suis, ff. de libe. & posth. & ex §. j.

65 intando. † nec iura per me allegata urgent,
licet punctaliter in hac materia loquantur,
quoniam sparsim, non autem per modum re
gulæ talem æquiparationem faciunt: quo ca
su etiam notata in dicta l. si quis seruo, non
procedunt, ut tradit Soc. in l. secunda, colum
na penultima, ff. de legatis primo, unde te-
nendum est dictam legem tertiam, C. de hæ-
redib. institu. incorrectam remanere, sic-
que differentiam esse in hoc inter patrem, &
dominum, cuius rationem exquirit hic Chri
stophor. & tres refert minus bonas secundũ
eum: merito confugit ad opinio. de qua su-
66 pra, quæ est falsa, ut ostendi. † Vnde ego pu-
to rationem differentiæ adduci posse, ut dica
mus cautum fuisse hodie, ut filio recusante,
pater adire possit non tantum ratione com-
modi paterni, sed filij, qui mortuo patre
hæc bona una cum alijs paternis habebit iu
re successionis uniuersalis, quæ ratio cessat
in seruo, qui nihil mortuo domino est habi-
turus, sed eodem iure apud hæredes domini
futurus est, ut supra, de fidu. tut. circa finẽ,
ideo dominus adire non potest seruo nolen
te, siquidem potest permittere potius se ex
coriari, quam quòd adeat, ut inquit glossa,
67 in dicta l. tertia. † animus enim est liber,
cui nemo imperare potest, ut inquit Boe-
tius, quem refert Castren. in l. penultima, nu
mero quinto, C. de iure deliber. & sic domi
nus habet potestatem coactionis exterioris
quæ fit in corpus, sed non interioris, quæ ca
68 dit in animo, secundum eum. † Procedit au
tem hoc de coactione domini tantum in ser
uo instituto contemplatione sui, ut proba
tur in dicta l. tertia, ubi Iulianus fuit institu
tus tanquam liber, secus, si contemplatione
domini: tunc enim ultra coactionem domi
ni iudex se interponit in cogẽdo adire ser-
uum, dicta l. penultima, ubi glossa & Docto
69 res ita distinguũt secundũ Aret. hic. † Sed er
rat, nã ille textus loquitur in casu dubio, hoc
est, in seruo de statu suo litigante, & sic nõ cõ
stabat esse seruũ, imò interim liber reputa-
tur, nec is, cuius cõtẽplatione fuit institutus
sua autoritate ei imperare põt, iõ recurritur
ad iudicẽ; sed quando certũ est eũ esse seruũ
indistinctè, & quomodocunq; sit institutus,
non recurritur ad iudicem, sed sufficit pote-
stas dominica ad cogendum eum, quæ quan
doque non fructificat, ut in dicta l. tertia. Ita
in effectu declarat Bartolus, Salycetus, & a-
lij sequuntur in dicta l. penultima, & Barto-
lus, in l. prima, §. primo, ff. si quis omis. cau-
70 sa testamen. in ea glossa ibi, [*et in Trebelliani
cã restitutione, & c.*] habes ex ea differentiam,
quod licet hæreditatem delatam seruo do-
minus quærere non posit sine uoluntate ser
ui, dicta l. tertia, C. de hæredibus institu.
restitutionem tamen ex Trebelliano Sena-
tusconsul. recipere potest, sine eius uolun-
tate, l. seruo inuito, ff. ad Trebellia. ibi [*nec in
71 eare consensu aut opere serui opus est.*] † Ratio dif
ferentiæ concise tamẽ ponitur hic per Chri
stopho. nam aditio hæreditatis seruo delatę
fundatur in eius persona, ideo uoluntas eius
requiritur. Sed quando agitur de hæreditate
sibi restituenda, eius aditio iam fundata fuit
in uoluntate, & in actu hæredis grauati, ideo
non eget supplemento uoluntatis serui, &
cum seruus suscipit illam hæreditatem ex
Trebell. dicitur eam restituere domino, tan-
quam asinus sellam. & hæc ratio persuasiua
72 est, quam sequitur Aldobrand. hic. † Sed alia
plus fundamẽtalis adduci potest, quam Bar
tolus, Angelus, & Castrensis, tradunt in di-
cta l. seruo inuito. Nam pro restitutione hę
reditatis competit actio ex testamento: quæ
dicitur ius quæsitum, & de persona serui re-
cta uia transit in dominum, unde eius uolun
tate non est opus, sed pro aditione hæredi-
tatis competit quædam facultas, quę dicitur
ius quærendum, quod domino immediate
non quæritur, meritò opus est uoluntate ser
ui. Probatur hæc differentia, in l. pretia re-
rum, §. primo, iunctis ibi notat, per Docto-
res, ff. ad legem Falcidiam, & per Bartolũ,
in l. is potest, ff. de acquirẽda hæreditate, co-
73 lumna tertia. † In eadem glossa, ibi, [*at in
bonorum possessione,*] habes ex glossa, quòd li-
cet in hæreditate delata seruo per eum a-
deunda, uoluntas domini debeat præcedere
secus tamen est in bonorum possessione, ubi
sufficit ratihabitio domini post agnitionem
74 serui. † Ratioque prima ponitur per Areti.
post Imolã, in l. seruo inuito, ff. ad Trebellia.
nam aditio hæreditatis est actus magis so-
lennis, cum in solo animo consistat, l. si auia
C. de iure deliberandi. (nec sine eo fieri po-
test. l. gerit. l. pro hærede, ff. de acquirenda
hæreditate, §. finali, infra, de hæred. quali-
tate, & differentia, Ceph. consilio 203. nu-
mero octauo,) agnitio uero bonorum pos-
sessionis requirit etiam agnitionem coram
iudice, l. finali, C. qui admit. ut tradit Bar
tolus in l. prima, columna prima, eodem ti-
tulo, quia per hæreditatis aditionem acqui-
runtur iura directa, at per bonorum posses-
sionẽ sicut & per restitutionem ex Trebellia-
nõ senatusconsulto iura utilia, ideo non re-
75 quiritur tanta solemnitas. † Sed quatenus
pertinet ad Imolã & Aretin. retorquetur hęc
ratio, sic enim solennior est aditione bono-
rum possessio, merito si in aditione uolun-
tas domini debet præcedere, fortius in bo-
norum possessione, sicque taxat eam Domi-
nus meus Vbert. Zuchar. in dicta l. prima.
76 † Quo uerò ad Bartolum, Dec. ibi, numero 10.
lectura prima, & in tertia, columna penulti-
ma, eum impugnat, quia etiam in optione
serui legata filio patris iussus requiritur, l. Iu
lianus, ff. de legatis primo. Ergo id non ui-

detur esse propter solennitatem aditionis,
ex quo idem in legato optionis reperitur.
77 † Et iura directa, & utilia cõsiderata per Bar
tol. parui momenti sunt, cum in effectu non
differant, l. actio. ff. de neg. gest. nec inde in-
fertur, quòd iussus in aditione magis præce-
78 dere debeat, quam in bono. poss. † Sed a De-
cio Bart. tueri põt: namq; optio serui legata
filio, sic est solẽnis, vt aditio, cũ iura directa p
eam, sicut per aditionem quærantur, ut tra-
dit Niger, in d. l. j. & ultra comprobatur. Nã
optio aliquid repudiationis continet, cum
optãs unum, cæteros repudiet, ut tradit Bar
to. in l. qui in aliena. in princ. num. 3. ff. de ac
quir. hæred. sequitur Rui. in dicta l. Iulianus,
colum. 1. meritò hinc patet illam esse actum
ualde solennem, & ideo cautum fuit, ut filius
79 optare non possit siue iussu patris. † Nec cõ
tra Bartolũ obstat, quod inquit Decius iu-
ra directa ab utilibus in effectu non differ-
re, nam contrarium demonstrat Baldus in l.
prima, col. 5. C. de priui. dot. dicens actionẽ
dotis cessam à muliere, & sic utilem non ha-
bere eadem priuilegia, quæ habet directa
per eam intentata, Sequitur Petr. Gerar. de
Petra sancta, singul. 29. (de qua re plenius
attingit Campege. in tracta. dotis, in prima
par. q. 82.) & quando quis agit utili necessa-
ria est debitoris excussio, secus si directa Bal
dus, in l. 2. in fi. C. quãdo fis. uel priu. Niger in
d. l. j. pluresq; alias differẽtias effectuales tra
80 dit Bar. in l. j. nu. 17. uers. dicit non ipse, ff. de
act. & ob. † Et tex. in dicta l. actio. quem ci-
tat Dec. non probat eius intentionem secũ
dum primum intellectum glossæ ibi, quem
Bartol. Bald. Castr. & omnes sequuntur ibi,
& nemo impugnat: nec patitur aliquod cõ
trarium secundum illum, ut dicunt Docto-
res: eique famulatur ratio sequens ibi, [*quia in extraordinarijs*] (iudicijs, ubi conceptio for
mularum non obseruatur, hæc subtilitas su-
peruacua est,) non autem deseruit illa ratio
secundo intellectui glossæ (qui inititur uer-
borum cortici, nec attendi debet, iuxta illud
littera occidit, spiritus autem uiuificat.)
81 † Vel & secundò dici potest, quòd ex quo il
le text. plures habet intellectus, ut per glossã
& Doctores ibi, non potest ex eo sumi uerũ
fundamentum contra Bartolũ, prout in alia
quæstione tradit Alexander, in l. 1. columna
1. circa finem, ff. soluto matrimonio, ad text.
in l. 1. C. de iure fis. li. 10. de quo opposuerat.
82 † Alia tamen consideratione non procedit
ratio Barto. quia quatenus quærimus, cur in
aditione debeat præcedere iussus domini,
non idem in bonorum possessione, glossa &
Doctores loquuntur de aditione, uel peti-
tione bonorum possessionis, prout est in fie
ri, at Bart. ponit differentiam inter eas, prout
sunt in esse deductæ, quia iura directa cõtin
gunt hæredi post aditam hæreditatem, uti-
lia uero bonorum possessori post agnitam
bonorum possessionem, §. quos autem, infra
de bonorum possessio. idemque in Trebel-
liano Senatusconsulto, §. restituta, infra de
fidei. hære. ergo bene Bartol. argumenta-
tur, cum enim ante aditionem, uel petitio-
nem bonorum possessionis, nondum nata
sint, nec competant hæc iura, utique ratio
Bartoli non deseruit, cur magis uno casu ius
sus patris debeat præcedere, quam alio, (&
ita alias plenius impugnaui in l. 1. C. qui ad
mi. numero 479. cum pluribus sequentibus
lectores delego,) sicque alia quærenda quo
83 ratio. † Baldus igitur in dicta l. qui alie-
na. dicit rationem esse, quia aditio est actus
legitimus, qui non potest stare in suspẽso, l.
actus legitimi, ff. de regu. iur. Sed si ratifica-
tio domini deberet expectari, staret in pen-
denti. Quæ ratio cessat in bon. poss. quæ non
est actus legitimus, sed prætorius, pariq; mo
do cessat in restitutione ex Trebelliano Se-
natusconsulto, quoniam licet sit actus legiti
mus, iuxta tex. in §. constat, supra de in. natu-
rali. ubi inter partes iuris ciuilis, senatuscõ
sulta ponuntur, tamen non est de enumera-
tis in dicta l. actus, quæ ultra connumeratos
ibi non porrigitur, ut tradit glossa in §. om-
nis, infra de uerborum obligatio. sequitur.
84 † Dec. ibi, col. j. & patruus meus magnus Ri
min. in d. l. 1. in fi. C. qui admi. ubi & hanc ra-
tionem meliorem appellat quacumque alia,
quæ excogitari possit, eamque Fulg. & Ias. se
quuntur ibi. Castr. Alex. & Aret. in dicta l. qui
in aliena. & licet nõ dicat, eam præsensit hic
Faber per diuersa uerba dicens, quòd per
aditionem desinit uacare hæreditas, & actio-
nes directæ quæruntur, ideo debet esse & fie
ri certa, nec suspendi potest, nec sub incerto
fieri, l. eum qui, §. fi. ff. de acq. hæred. quod fie
ret, si sine iussu seruus adiret, quia si dominus
non ratificaret, nihil esset actum, quæ ratio
cessat in bono. possessione, & restitutione ex
85 causa fideicommissi, ut per eum. Sed & hanc
rationẽ dãnat Dec. in d. l. j. dupliciter. Primò
quia attenta ea dicendũ esset, quòd in omni
bus actibus, de quibus loquitur text. in d. l.
actus, non haberet locum ratificatio, quod
falsum est, patet in emãcipatione, de qua ibi
dicitur, & tamẽ põt fieri de filio, qui postea
86 ratum habeat, l. pen. C. de emanc. liber. † Itẽ,
electio debet esse certa, nec in pendenti sta-
re põt, c. 2. de elec. in 6. & tamẽ põt ratificari,
c. quod sicut, ad fi. de elec. Sed tu considera, q
errat Dec. putans in d. l. pen. probari, q dicit,
licet cũ eo cõsẽtiat Bal. Sal. & Ful. ibi, ult. n.
text. ille, quòd consensus filij debeat interue
nire ante secutam emancipationem, non au
tem post, probatur ibi [*si tamen filius apud eũdem iudicem uel alium proposito parentum suum etiam uoluntatem consonare deposuerit.*] tũc enim
uerè dicitur propositum patris, quando a-

ctus est in fieri, l. cum quidã, ff. de bon. posse.
non aũt, quãdo secuta fuit emãcipatio, & ita
reperio ꝙ Ang. ibi põderãdo illa uerba [*suã*
ẽs uoluntatem,] &c. dicit, no. ꝙ per rescriptum
principis pater non emancipat filiũ inuitũ,
nec absentẽ, nisi postea consentiat ante emã
cipationẽ. (confirmatur ista consideratio ꝑ
gl. ibi in uerbo deposuerint, exponentẽ. i. cõ
senserint filij emancipandi. non enim dicit
emãcipati, sed emancipandi: sicq; uult cõsen
sũ filij præcedere debere emancipationẽ pa-
86 tris ut & Angel. tradit.) † Quod uerò de ele
ctione dicit Dec. procedit, quando ualuit,
q̃a facta fuit præsentib. duab. partib. collegij
&, a maiori parte, tunc. n. põt rata hẽri ꝑ con
temptos, quia sine eis ẽt ualebat, secus si fuit
nulla, ueluti a minori parte facta, quia ꝑ con
sensus particulares superuenientes non põt
cõualidari, ita tradit Abb. Anc. Imo. & cæteri
in d. c. ꝙ sicut, & in c. auditis, eo. tit. sicut nec
aditio a seruo facta, quæ fuit nulla, potest
a domino ratificari, ut in casu nostro. Vnde
cessat obiectum, si reducamus illud ad termi
nos nostros, (quia non est inter aditionem,
87 & electionem differentia.) † Altera erat im
pugnatio Decij, ꝙ regula legis, actus legiti-
mi, qua Bald. mouetur in rõne sua, nõ recipit
conditiones extrinsecas, intrinsecas, uerò se
cus, quæ sunt de natura actus, ut per Bald. in
l. si quis accepto, uers. opponitur, ꝙ acceptila
tio. ff. de cond. ob cau. in l. 3. ff. de leg. 1. cũ si
mi. ut per ipsum Dec. in d. l. actus, sed intrin
seca, uidetur attẽta, qualitate ꝑsonæ, ꝙ ser-
uus hẽat consensũ domini, qui ex additione
88 dẽt effectualiter obligari. † Sed nec ista ĩpu-
gnatio mihi placet q̃a bene uerũ est. ꝙ actus
legitimus recipit tacitã & intrinsecã cõdõ
nẽ ex natura actus cõdõnalis ꝑambuli, cui
adijcit. ut in scđo res. d. legis actus ꝓbatur de
acceptilatione facta post ꝓmissionẽ cõdõna
lẽ, sed quãdo nõ ꝓcedit aliqs alius actus cõdõ
lis, prout in casu nostro, non probat Dec. ꝙ
actus legitimus possit recipere fictam, ꝟel in
trinsecam conditionẽ, imo dicendum est, ꝙ
89 non. † Cũ tacita cõditio ita suspendat, sicut
expressa, ut est gl. no. quam cæteri sequuntur
ibi, in l. item quia, in prin. ff. de pact. Dec. con
sil. 2. col. 3. Rimi. meus, cons. 123. nu. 10. cum
simi. (Bal. in l. 3. C. de arbi. Bar. in l. ita stipu-
latus quæst. 2. ff. de uerb. obli. Decia. respo.
90 102. num. 22. uolum. 3.) † Alia tamen cõside
ratione non procedit hæc ratio Baldi, quia
actus legitimi non recipiunt diẽ uel cõditio
nem prohibitam in odium disponẽtis, alias
secus. Ita Faber, Are. & Ias. in §. 1. ad fi. supra q.
test. tut. Seruus. n. proprius non põt dari tu-
tor a domino, cum liber erit, alienus vero sic
ut ibi dicitur. Rõ est in primo casu, quia illa
cõditio est prohibita in odium domini, qui
sibi statim potuit prouidere dando libertatẽ
seruo. At secus est secundo casu, quia testa-
tor nõ potuit dare libertatem illi seruo alie-
no, quando enim tutorem dedit, merito ua-
let datio tutoris hoc secũdo casu sub d. cõdi
tione, sed nos in hoc secũdo casu sumus, q̃a
quando testator instituit seruũ alterius nõ
est in potestate illius, nec serui, quod ipse sta
tim fiat hæres, merito dẽret ualere aditio hæ
reditatis facta ꝑ seruũ, licet pẽderet a nolun
tate domini, tanquã, ꝙ conditio nõ esset pro
hibita. Si ergo non põt seruus adire, hoc aliũ
de prouenit, quam ex dispositione d. regulæ
actus legitimi, & sic (alias quoque latius hãc
rationẽ impugnaui in d. l. j. C. qui admi. nu.
497. cum plurib. sequẽtib. ubi uidendum est:
91 igitur) alia quæri dẽt ratio. † Are. in d. l. qui
in aliena. & in d. l. Iulianus, aliter dicebat, ꝙ
in facultate adeũdi est quoddã ius, qđ domi
no q̃ritur, merito seruus solus adire nõ põt
sine iussu domini, quia non põt uti tali iure
in dominũ translato, dicitq; ꝙ hãc rationẽ
punctaliter assignat tex. in l. acquiritur, §. 1.
ff. de acq. rer. do. dicit. n. Iurisconsultus, ꝙ ser
uus nihil iuris sibi retinet, postea infert, & i-
deo nõ põt adire hæreditatẽ, quę uerba nihil
aliud possũt significare, nisi hoc, ꝙ quia facul
tas adeũdi principaliter est ius. Ideo cũ tale
ius nõ sit penes seruũ, sed penes dominũ, ser-
uus non acquirit sine uoluntate domini.
92 † Sed, ut inq. Dec. ĩ d. l. j. col. 5. C. qui adm. ista
ratio ꝓcedit ĩ hęreditate tãtũ, ꝓut loquitur
tex. in d. l. acq̃ritur, nõ aũt in bon. poss. q̃ ut fi
lius ibi, seruus agnoscere põt, l. seruo inuito,
ff. ad Treb. l. 3. §. acq̃rere, ff. de bon. poss. & tñ
attenta rõne Aret. idẽ dicẽdũ esset in bo. pos
sess. cũ & ipsa ius sit, infra de bon. poss. in prin
ci. l. j. §. qui semel, ff. de succ. edic. ibi, [*perdidit*
93 *ius eius*] † Præterea, ut tradit Rui. in d. l. Iulia
nus, col. fi. in prin. damnãs Aretinũ, nõ est ue
rũ, ꝙ ius adeũdi q̃ratur patri, (uel domino,
de quo & seruo loquimur) q̃a scđm hoc hæ
reditas illi soli deferretur, & ꝑ cõsequẽs so-
lus posset adire, sicut monasteriũ põt institu
to monacho adire sine illo, q̃a ius adeũdi q̃-
ritur monasterio, scđm Doct. cõiter, in ca. in
præsẽtia, de prob. & sic actus facti sequtur illũ,
ad quẽ trãsitius adeũdi, & ad l. acq̃ritur, §. 1.
cui nõ respõdet Rui. dici pt, ꝙ illatio, de qua
ibi, [*ideoq; si hæres ĩstitutus est, nisi nostro iussu adi*
re hæreditatẽ nõ põt] nõ uenit illatiue ad rõnẽ
supra proximã ibi, [*ipse. n. seruus, q in ptãte alte*
rius est, nihil suũ hẽre põt,] sed ad principale di-
ctũ qđ [*serui nostri ex quolibet cãacq̃rãt, id nobis*
acquiritur,] ut. n. subdit gl. q̃a non sibi, sed no
bis acquirũt, ne nobis inuitis onerosa quæra
tur hęreditas, subdit tex. [*ideoq,*] &c. sicq; se
cũdũ hũc sẽsũ cessat interpretatio Are. ad il-
lũ tex. (& ita pariter alias eũ taxaui ĩ d. l. j. C.
94 q adm. nu. 509. cũ sequentib.) † Quartò lo
co Dec. in dicta l. 1. C. qui admi. rationem es
se putat, quã ponit tex. in dicta l. qui in alie-
na. [*ne pater*] aut [*dominus inuitus obligetur,*] &
licet

licet in bon. possessione eadem uideatur ra-
tio. l. 3. §. inuito. ff. de bon. pos. respõderi po-
test, inquit Dec. ex ratione Bartoli, quæ hoc
modo adaptari potest, quòd aditio est actus
magis solemnis, & in eo magis stricte proce
ditur, & iussus præcise requiritur, ne aditio
reddatur frustratoria, si ratificatio expecta-
95 retur, quę forte nõ sequetur. † Tu uero duo
considera. Primo, quod dum citat Dec. dictũ
§. inuito, non probat, quod intendit proba-
re de obligatione inducenda, cum de acqui-
sitione loquatur, melius ergo pro Decio fa-
cit. §. neque tamen, Inst. de auto. tuto. ubi in
aditione, bonorum possessione, & restitutio
ne fideicommissi; reddit illam rationem uni
formem, [*ne ullum damnum habeant*,] quam in
aditione tantum reddit tex. in dicta l. qui
in aliena. Secundum est, quod Dec. animad-
uertens idem esse in bono. posses. confugit
ad rationem Bar. supra reprobatam, ideo ua
na est eius intentio, (prout etiam dixi in di
cta l. prima, numero 513. & sequenti. † Bel-
96 lonus quoque supputa. libro tertio, capitu-
lo tertio. dicebat ita diuersum ius in aditio-
ne, & bono. possessione constitutum fuisse
non ex iuris necessitate, sed ex mera uolun-
tate, quia sic placuit legislatori, prout hanc
rationem deducit tex. in dicta l. qui in alie-
na, a nemine ponderatus, ibi, [*placuit ratam ha-
beri posse*.] Sed errat, quia dicta uerba ponun
tur ibi, in principali dicto, non autem in ra-
tione dicti, inquit enim tex. [*sed in bonorum
possessione placuit ratam haberi posse, quam filius
agnouit citra patris uoluntatem*,] non autem di-
cit, quòd possit haberi rata, quia sic placue-
rit, prout alibi dicitur in l. prima, §. pueri-
tiam, ff. de postul. ibi, [*quia moderatam hanc æta-
tem prætor ratus est*,] & supra quibus ex caus.
manu. in princip. & in §. furtiuæ, supra de
97 usucap. quæ intra citat Bellonus. († præ-
terea dictum Belloni tendit ad illud quod
habetur in l. prima. §. pueritiam. ff. de po-
stul. quòd in his, quæ sunt de positiua iustitia
98 sufficit pro ratione uoluntas, † unde dicunt
ibi Bal. & Ange. quòd in statutis sufficit pro
ratione statuentis uoluntas, exemplifican-
99 tes, ut per eos, † & ut inquit Cast. in l. nõ om
nium, ff. de legib. in condendis legibus est,
adhibenda disputatio an sic debeant condi,
postquam uero sunt conditæ non est quærẽ
dum an bene, uel male, sed secundum eas est
100 iudicandum; † sed tamen aduerti debet, ut
eleganter declarat Alberic. in l. & ideo. ff. de
legib. quòd inquiri non oportet ratio le-
gis eo respectu, ut in ratione lex substantie-
tur nec enim quærenda est ratio legis sic, ut
non credatur, uel stetur legi, nisi eius ratio
reddatur, puta si aduocatus coram iudice al
legat legẽ, & iudex diceret non stabo huic le
gi nisi reddas rõnem quare sic facta fuerit,
hoc. n. fieri nõ debet, q̃a lex fundatur & sub-
stantiatur in autoritate legislatoris, sed ta-
men dici non debet, quòd Doctores, & scho
lares non debeant inquirere legum ratio-
nes si possunt, quia hoc bonum est, & utile,
101 † cum secundum Philosophũ, scire est rem
per causas cognoscere, & ut plenius per Al-
bericum, quare missa consideratione Belloni
quærenda est a nobis ratio prædictæ differen
102 tiæ si fieri potest.) † Sextam rationem D.
meus Vbertinus Zuchar. ponit in d. l. j. num.
109. & 112. nam aditio explicatur solo ani-
mo. l. gerit. ff. de acqui. hæred. at filius aut ser
uus non habet sanum, uel integrum animũ
ad adeundum, quia non habet integram per
sonam obligandi patrem, uel dominum in-
uitum. d. l. qui in aliena, merito iussus eorũ
debet præcedere: hoc autem cessat in bono-
rum possessione, quoniam est dictio cõposi-
ta ex bonis. & possessione secundum Bar. in
l. 3. colum. j. ff. de bo. pos. unde mistam habet
naturam, partim ex bonis, idest, hæreditate,
partim ex possessione: capit enim hoc a pos-
sessione, quòd peti potest ignorãte patre, uel
domino, sicut ille apprehendi potest. l. j. §. itẽ
acquirimus. ff. de acquir. poss. ab hæreditate
uero capit, quod non quæritur ignoranti,
sicut nec quæritur hæreditas. d. l. qui in alie-
na, nec a possessione capit, ut ignoranti quæ
ratur, nec ab hæreditate, ut iussus præcedere
debeat, sed propter mistam naturam, quam
sortitur ex materia, ex qua componitur, ele
git hoc, ut non requiratur iussus præcedens,
103 sed ratificatio sufficiat. † Sed nec ista ratio,
licet colorata & persuasiua, multum satisfa-
cit, quoniam & honorũ possessio animo eam
agnoscentis explicatur. l. fi. C. qui admi. ibi,
[*qualiscunque testatio amplectendæ hæreditatis ostẽ
datur*.] §. fi. infra de bon. pos. ibi, [*si admittentis
animum ostenderit*,] ut & bene illũ legit Niger
in rub. C. qui admi. & licet etiam iudicis prę
sentia requiratur in memoriam decreti, qđ
olim requirebatur, ut inquit Bal. & Dec. in
d. l. fi. hoc non facit, quia ex parte agnoscen-
tis solus animus operetur, & tamen seruus,
& filius habet animum integrum i ea agno-
scenda sine iussu patris, aut domini præuio.
104 dicta l. qui in aliena. d. l. seruo inuito. † Nec
uerborum compositio, unde causatur bono
rum possessio, me satis mouet, cum ad sonũ,
& uerborum corticem tendat, non autem ef
fectum respiciat, qui magis quam uerba spe-
ctari debet, ut per Bal. i l. 2. uer. sed iuxta hoc
quæro, C. commod. in fi. & in rub. C. de iu-
re emphy. quæst. j. Dec. consilio 160. colum.
j. Si enim effectum bonorum possessionis me
tiamur, idem aut paulo diuersus erit ab hære
ditate, [*cum commoda & incommoda tribuat, &
in omnibus uice hæredum bonorum possessores ha-
beantur*,] l. prima, & 2. ff. de bon. possel. Vnde
in perscrutãda ratione differentiæ, solus uer
105 borum sonus non debet attendi. † Ego sa-
uc

nec crederem satis esse probabilem rationem (glossæ in d. l. qui in aliena, quam retuli, & detentani, in dicta l. prima, numero 320. cũ sequentibus, C. qui admi. ubi me remitto, vel etiam teneri potest alia ratio) Cyni in dicta l. primæ, in prima oppo. quem Fulgo. Cast. & Ias. sequuntur, latiusque Signorol. de Homo de., numero octauo, & fuit de mente Alber. in d. l. seruo. eamque sequitur etiam Nicol. de Neap. in §. alienus, infra, de hæred. instit. dicunt enim, quòd aditio solo animo explicatur, & in ea factum alterius non requiritur, sed in bon. poss. factum iudicis, & agnoscentis interuenit, unde firmiora sunt, quæ a duobus fiunt, quam ab uno. l. qui potest. §.
106 quod quis. ff. de regu. iu. † Confirmatur vltra ipsos, nam duo uincula magis stringũt quam unum, ut habetur in Authen. de con sang. & uter. fratri. coll. secunda, in §. sed hodie. ad fi. supra de adop. per Ias. in l. fina. numero 20. C. de pact. Sed in bon. possessione duo vincula concurrunt, factum petentis eã, & iudicis decernentis, ergo magis stringere debent, ut iussus patris non debeat præcedere, quam factum solius personæ, quod in aditione cadit, merito in ea debet iussus præce
107 dere. † Secundo confirmatur, nam factum iudicis, quod interuenit. l. tertia, §. si causa cognita. ff. de bon. pos. dicta l. fina. C. qui admi. reputatur factum patris, ut per illum textum, not. Bal. in l. si ob causam. C. de euict. & sic magistratus loco iussus domini habetur. Nil mirum ergo, si alius iussus præambulus non requiritur, prout in aditione,
108 quæ facto iudicis non fomentatur. † Simile uidemus in pupillo, qui sine tutoris autoritate nec adire, nec bon. possessionem petere potest. §. neque tamen. supra, de autor. tuto. Si enim tutore caret, cum decreto iudicia eam consequitur, qui supplet loco tutoris. l. si infanti. in fine, & ibi not. Salyc. Castren. & Ias. C. de iure deliberan. & sic bene iustifica-
109 tur hęc ratio Cyni. † Nec obstant, quæ contra eam tradit Decius in dicta l. prima, & primo, dum negat assumptum Cyni, quòd hæreditas solo animo adiri possit, ex quo iussus requiritur secundum Barto. in l. Paulus, ff. de acquirenda hæredi. nam argumentum Decij procedit a speciali, & secundum accidens, non autem secundum naturam primordialem & regularem aditionis, quæ est, ut solo animo consistat sine alterius ministerio. l. mutum. ff. de acquirenda hered. §. penultimo, infra de here. qual. & differ. Rectius autem Cyn. & alij considerarunt aditionem secundum regularem naturam, non autem secundum accidentalem, ut fecit Dec. prout in simili quęst. considerat glo. 2. in l. certi condictio. in princip. ff. si certum petatur, quam Barto. & cæteri sequuntur ibi. (potissime uero Bal. Alexã. Ias. Dec. & D. meus Riminaldus, qui eam singularem, notabilẽ, mentique tenendã prædicant, & alij quos enumerat Tiraquel. in tracta. le mort saisit, le uif. in 9. declara. secundæ par. numero 21.)
110 † Sed nec impugnatio secunda Decij quicquam ualet, dum dicit non esse uerum, quòd fortior sit agnitio bon. possessionis aditione, cum prima tribuat remedia utilia, secunda uero directa, quoniam Cy. & alij considerarunt aditionem, & bon. possessionem, put sunt in fieri, & eo casu fortior est bon. possessio propter factum duorum, quam aditio propter factum unius, at Dec. arguit de iuribus directis & utilibus, quę post aditionem & bono. possessionem agnitam contingunt. ergo male satis argumentatur Decius sicque ratio Cyni defensatur. (prout plenius eam, & ab eo, & a Nigro quoque defendi, in dicta l. prima numero 534. cum sequentibus, ad quem locum me remitto, gratia bre-
111 uitatis.) † Sed & alia ratio annecti potest Imolæ in dicta l. seruo inuito, quam probat Are. hic, nam in aditione requiritur animus eius, cui debet acquiri, non autem alterius. Hinc est, quòd per procuratorem fieri non potest. l. Paulus, & ibi Barto. & alij. ff. de acquiren. hęred. Vnde si filius sine iussu patris adiret, quia animus, & uox filij, uel serui non est uere animus patris, aut domini. §. ei uero, infra, de inutil. stip. in uerbo, [*tanquam*,] l. prima, §. item acquirimus. ff. de acquiren. poss. in uer. [*intelliguntur*] talis aditio nulla foret, nec ratificatio patris, aut domini posset
112 eam conualidare, † cum actum omnino nullum non ualidet ratificatio, ut tradit Innocen. in capitulo, cum consuetudinis. de consuet. Dec. abundè in l. semper, qui non prohibet. numero 17 ff. de regu. iuris. Merito cautum est, ut iussus debeat præcedere. At ista ratio cessat in bon. posse. nam ultra animum requiritur petitio, uel agnitio coram iudice, & nihil impedit, quominus alius nomine meo coram iudice petat, & agnoscat. l. tertia, §. acquirere. ff. de bono. posses. unde sequi potest ratificatio, cum actus præcedens
113 non sit funditus nullus, quod no. † In glos. [*perinde*,] quatenus Aret. infert ad quæstionem de compromisso facto in Abbatem sancti Proculi, nunquid transeat in successorem in dignitate. Quoniam quæstio prædicta deuiat a proposita materia huius tex. remissiue tantum procedam. Hanc igitur opi. tenẽt plures, quos citat Areti. Alexan. & Ias. in l. qui liberis. §. hæc uerba, ff. de uulga. & pupil. de quo in gl. quibus addo Bal. consilio 322. a capite inchoantes, colum. 4. & in cons. 416. ego puto, columna secunda, uolumine primo, Ioan. Bapt. Perusi. in tracta. de arbitr. capitulo sexto, Bertach. in tracta. de episcopis, in quinta parte, 4. libro q. 32. numero. 60. Rui. consilio 63. numero quinto, uolumine quarto,

quarto, Dec. in capitu. quoniam, Abb. numero 35. de offic. delega. & in l. more, numero
114 52. ff. de iurisdict. omnium iudicum, † & est communis opinio, pars negatiua, secundum Rui. sed de ueritate tu eos uide, quos supra citaui. In glo. adepti. dum Aretin. infert ad usuras quæsitas per filium, an patri quærantur, eoque mortuo ueniant conferendæ cum fratribus? Latius tetigi supra eod. in §.
115 primo, ubi me remitto. † In glo. usucapio. habes differentiam inter res peculiares, & alias, nam primo casu etiam domino ignoranti quæritur usucapio, secundo non. Rationem tradit Areti. hic, quam prior eo posuit Castren. in l. prima, §. item acquirimus, ff. de acquiren. possess. & ex his iste §. remanet absolutus, & subinde præsens titulus, super quo satis uagati sumus.

F I N I S.

HIPPOLYTI RIMINALDI

I. C. FERRARIENSIS ET COMITIS AVLAE LATERANENSIS

IN ALMO PATRIAE SVAE GYMNASIO

Primam ordinariam Iuris Ciuilis de Sero Cathedram Regentis,

INTERPRETATIONES IN INSTITVTIONVM Titulum de Testamentis ordinandis.

SVMMARIVM.

1 TITVLVS de testamentis commendabilis est.
2 Continuatio tituli de testamentis, quæ sit ab Imperatore, tenenda. est. 2.
Altera Christophori periculosa redditur a Moder. Pata. 3.
Et ab authore. 4.
Illi tamen non placet alia modernorum impugnatio. 5.
Alia quoque Iasonis continuatio confutatur. 8.
6 Donatio causa mortis quo ad sui confirmationem cõtractibus æquiparatur.
7 Vbi de uno quæritur, cætera extrema habilia supponuntur.
9 Continuatio non toleratur a remotis si fieri potest ad proxima.
Etiam quando tituli intermedij sunt pertinentes ad materiam. 10. 11.
13 Quæ incidenter aguntur, non considerantur.
14 Actus a principali intentione iudicatur.
15 Stãte statuto, quòd nullus possit extrahere frumẽtũ de comitatu nisi propter usum suum, si quis extraxerit id propter usum, postea mutato consilio illud uendiderit, non propterea incidit in pœnam statuti.
16 Imperator cur hic simul non tractauit de testa. & qui test. fac. poss.
Christophori ratio per ipsum, alios, & authorem reicitur. 18.
Alteram quoque Christoph. ponit. 19.
Quam post mod. Pataui. author refellit. 20.
Aliam subijciunt mod. Pataui. 23.
Sed eam pariter author mordet. 24.
Et nouam tandem post alios ponit. 25.
17 Imperator non dedignatur sequi iurisconsultorum ordinem, & formam prudentum.
18 Codex peritis legendus a Iustiniano traditus.
19 Materia positiui iuris an pertinacibus relinquenda 21.
20 Nominum quæstio pertinacibus relinquenda.
22 Distinguere nobis non licet, ubi alia lex non distinguit.
23 Diuisio plurimum ad intelligentiam confert.
24 Compilatores Digestorum, Cod. & Institutionum ijdem fuerunt.
26 Titulus hic an bene fuerit præpositus titulo quib. non est permi. fac. test.
Fabri consideratio ponitur. 29. quam damnat author.
Alteram quoque tradit Tollenti. primo loco. 31.
Quam reijcit author. 32.
Secundo, & aliter considerat idem Tollen. 33.
Sed author reprobat. 37.
Tertio quoque Tollen. sententiam suam ponit. 40.
Et Mod. Patauini confirmant. 41.
Sed author dissentit. 42.
Moderni. Pata. dupliciter etiam conantur quæstionem sedare. 44. 46.
Quos author probabiliter taxat. 45. 47.
Ipse uero tandem tollit omnes amaritudines. 49.
Personarum quæstio priusquam rerum, nunquid agenda sit.
Regulam affirmatiuam constituit author. 49.
Quæ primo fallit in coniunctis. 50.
Secundo si ratio facilioris intelligentiæ secus suadeat. 51.
28 Personæ in quolibet iudicio prius legitimandæ sunt.
27 Contextus, & coniunctio, quomodo capiatur.
30 Libellus petentis quem cogi, & condemnari, procedit.
35 Iudex an fuerit competens primo uidendum est, quã

de

de sententia.

36 *Personæ inhabilitas est præiudicialis ad actum.*

38 *Voluntas hominis est causa testamenti, testamentũ est effectus.*

39 *Effectus sua causa prior esse non potest.*

42 *Personæ cæteris rebus digniores sunt.*

43 *Verbum oportet, denotat necessitatem.*

45 *Perperam nihil in institutionibus positum.*

47 *Intellectus uerus. § his igitur. Inst. de iust. & in aduersus Mod. Pata. 48.*

50 *Ordo in coniunctis non seruatur.*

52 *Titulus de testamentis cui titulus de test. mil. præpositus fuerit in Institutionibus, at secus in Codice seruatum fuit.*

Rationem Bartoli Iason, & Bellonus taxant, quã defendit autor. 53. 54.

Iason & aliam ponit, quam Bellon. confutat. 55. 56.

Sed eam tuetur autor aduersus Bellonum. 60.

Alioque respectu eandem refellit. 61.

Riminaldus alias rationes persuasiuas tradit. 68.

Decium uero Bellonumque in hac re non probat autor.

Vnde ipse post alios nouam, & ueram tradit rationem. 69.

53 *Imperator miles est.*

54 *Generalia præmitti debent ad instructionem.*

55 *Testamentum militis dignius est testamento pagani.*

56 *Militia nunquid sit dignitas. 57. 58.*

59 *Dignitas large quandoque sumitur, & improprie.*

62 *Testamentum inter liberos imperfectum ratione solemnitatis ualet.*

63 *Testes duo mares, uel fœminæ, sufficiunt in testamento inter liberos.*

Etiam non rogati. 64.

65 *Testamento inter liberos clam omni meliori modo subintelligitur.*

Sicut & clausula codicillaris. 66.

67 *Testamentum ad pias causas ualde priuilegiatum est.*

Et ultra legitimam fauorabilius testamento inter liberos.

70 *Testamentum pagani confert acquisitionem uniuersalem.*

Non idem semper ex testamento militis. 71.

72 *Testari nunquid liceat de rigore iuris, uel ex gratia. gloss. Abbas, & plerique tenuerunt, quòd ex gratia tantum.*

Iason uero, quòd de rigore iuris id potius procedat. 98.

At Bellonus neutrum probat, sed ex æquitate iuris id constitutum putat. 100.

Autor tandem Iasonis opinionem sequitur, & cõfirmat. 106.

73 *Testamentum morte confirmatur.*

74 *Dominus quis esse desinit morte, quæ soluit omnia.*

75 *Papa non potest in uita sibi successorem eligere.*

76 *Pupillus testari non potest etiam ad pias causas cũ tutoris autoritate.*

77 *Prorogatio termini primo finito non ualet.*

78 *Successio hæreditaria per testamentum, ut constru est iuris ciuilis.*

79 *Testamentum pluribus rationibus inductum fuit quas Portius perpendit.*

Quas Moder. Patauini taxant, sed autor eas defendit.

80 *Obligationes passiuæ defuncti cum eo expirant.*

81 *Hæreditas iacens personam defuncti repræsentat. 99.*

Ex fictione tamen, non secundum ueritatem. 102.

82 *Creditoribus per testamentum consultum fuit sine defuncti iniuria.*

83 *Testamentum an pacem inducat, & lites sedet. 84.*

85 *Experientia rerum magistra.*

86 *Testator præsumitur cum dispositione iuris se conformare.*

Et uelle, quod ius disponit. 87.

88 *Ius per se clarum est.*

89 *Successio ab intestato, quo tempore clara fuerit.*

90 *Testamentum propter uitandam ingratitudinem inuentum.*

91 *Donatio causa mortis, olim per stipulationem tantum fiebat.*

92 *Stipulatio est de iure ciuili.*

93 *Ius ciuile post ius gentium fuit.*

94 *Legata de iure ciuili antiquiore non nisi ex testamento ualebant.*

95 *Interest habere plura remedia.*

96 *Testamenti facultas magis ad acquirendum fuit, ut quis successores habeat. 97.*

103 *Fictio est de iure speciali.*

104 *Differentia inter gratiam, & æquitatem, uerbalis.*

105 *Indulgentia gratiam significat.*

106 *Ius singulare dicitur, quod est ex gratia.*

107 *Edictum de testamentis esse prohibitorium.*

108 *Lex, quòd sponsa. C. de dona. ante nup. locum non habet in testamentis.*

109 *Intellectus l. a Titio, in fi. ff. de furtis.*

110 *Dictio ex, principium temporis denotat.*

211 *Testamentum in genere nunquid detur. glossa, Bal. & sequaces, quòd non.*

Bartolus uero, & plerique alij contra. 114.

Nonnulli quoque de nomine curandum non esse dixerunt. 117.

Sed autor secundam opi. confirmat. 118.

112 *Probatio in genere reperitur.*

113 *Intellectus l. cum antiquitas. C. de testa. 123.*

115 *Possessio in genere, adoptio, & bono. possessio reperitur.*

116 *Testamenti large sumpti appellatione, ueniunt codicilli.*


118 *Iurisdictio datur in specie, & in genere. 119.*

120 *Iurisdictio simpliciter a Principe concessa merum Imperium continet.*

121 *Testamentum in genere dicitur etiam ultima uoluntas*

luntas in genere.
122 *Nomen generale non facit rem nominatam.*
124 *Testamentum in genere numquid sit proprie testa.*
Ruinus tenet, quod sic, sed author contra. 130.
125 *Propria signif. sumitur ex allusione uocabuli.*
Fallit si repugnet cõis usus loquendi. 135. 144.
126 *Possessio, actio, bon. poss. & adoptio sumpta in genere, proprie sic dicitur.*
127 *Determinatio respiciẽs plura, aequaliter determinat: fallit quando sequitur correctio legis. 155.*
Nec potest aequalis fieri determinatio. 156.
128 *Intellectus l. 1. ff. de adopti. 157.*
129 *Verbum intestabilis plura significat, & proprie.*
Et quare id procedat. 158.
131 *Dictio, &, pro etiam.*
132 *Propria significatio non descendit ex interpretatione extensiua.*
133 *Intellectus l. 1. ff. de fi. instr. contra Bart.*
134 *Statutum puniens producentem falsum instrumentum, non habet locum in teste.*
136 *Proprie tale dicitur, quod est simpliciter tale.*
137 *Proprium dicitur, quod competit alicui soli.*
138 *Don. can. mor. quoad ineundi modum contractibus aequiparatur.*
Idem quoad sui confirmationem. 139.
140 *Impropria locutio qualis dicatur.*
141 *Propria locutio qualis sit.*
142 *Generalitas ambiguum parit.*
143 *Positioni generali uelut obscure non est respõdẽdũ.*
145 *Communis usus loquendi praeualet allusioni.*
146 *Verba potius secundum communem usum loquendi, quam secundum propriam significationem declarantur.*
147 *Possessionis allusio.*
148 *Lex 1. ff. de acqui. poss. quomodo legenda.*
149 *Actio diffinitur in genere, Inst. de acti. in prin.*
150 *Propria signif. sumitur a diffinitione.*
151 *Bonorum possessio diffinitur in genere, in l. 3. §. 1. ff. de bon. poss.*
152 *Intellectus l. eunuchis. C. qui testa. fac. poss.*
153 *Relatio fieri nõ debet, quando resultaret correctio.*
154 *Intellectus l. cum antiquitas. C. de testa.*
159 *Genus omnes suas species sub se comprehendit.*
160 *Species dicuntur partes subiectiuae generis.*
161 *Testamenti appellatione, numquid ueniat testamentum in genere.*
Ruini distinctio confunditur per autorem. 177.
Qui nouam, & ueriorem ponit. 178.
161 *Statutũ prohibẽs minorem 25. an. testari, censetur prohibere & cum codicillari, & de ratione. 179.*
162 *Consuetudo Aurelia Neustriae seu Normaniae.*
163 *Syllanianũ loquens de test. procedit & in codicillis.*
164 *Vsurarius non potest codicillari, sicut nec testari nisi praestita cautione.*
165 *Emphyteuta cui conceditur testari, potest etiam codicillari.*
166 *Stricte proceditur in contractibus.*
167 *Liberorum conditio non uerificatur in adoptiuis.*
168 *Aetatis legitimae appellatione, quae ueniat.*
169 *Verbum quãdo potest capi in genere, & in specie, in dubio capitur in specie.*
170 *Verba simpliciter, & non secundum quid, intelligi debent.*
171 *Verba per prius, & non per posterius, sunt intelligenda.*
172 *Statutum, quod liceat offenso facere competentem uindictam, intelligitur de immediate offenso.*
173 *Verbum simpliciter sumptũ dẽt intelligi proprie.*
174 *Significatio propria sumitur ex diffinitione.*
176 *Verbum in materia odiosa capitur in specie.*
180 *Ratio si expressa est, uel est unica, licita est extensio etiam in correctorijs.*
Et ad casum qui potest comprehendi sub larga significatione uocabuli. 181.
182 *Extensio tota fundatur in rationis identitate, qua cessante cessat extensio.*
183 *Testamẽtũ an sit quid intellectuale, uel corporale.*
184 *Intellectus l. non figura. ff. de acti. & ob. per Andre. Siculum.*
Quem damnat author alium ponens 185.
186 *Incorporale dicitur, quòd tangi non potest.*
Et quod in iure consistit. 187.
188 *Testamentum unum propter unam uoluntatem, licet plures extent scripturae de illo.*
189 *Intellectus l. si. C. de edic. diui. per Bar.*
Et legis Paulus. ff. de fals.
Et tituli. ff. quemad. test. aperi.
Quem damnat And. Sicu. 190.
Et author ultra eum. 191.
Alius quoque datus ab And. Siculo non placuit authori. 192.
Et ipse alium nouum tradit ad illa iura. 194.
193 *Non entis nullae sunt partes.*
195 *Statuto stante, quòd de quolibet testamento soluatur gabella, & plures scripturae testamenti factae sint, tamen semel gabella solui debet.*
At Bauerius in hac. q. distinguit. 196.
Cuius distinctionem refellit author. 197.
Et aliam ponit. 198.
197 *Statutum debet intelligi secundum cõem usum loquendi, siue a peritis siue imperitis sit conditum.*
Et distinguitur an in uulgari, uel litterali sermone sit conditum. 198.
199 *Notarius de falso rogitu extrahens plura exempla semel tantum punitur.*
200 *Interpretatio fit, ut falsum excludatur.*
201 *Testes saluantur a falso, qui primo dederunt contestes postea interrogati, qui fuerunt praesentes, dixerunt nullus.*
202 *Testes saluantur a falso qui dixerunt quid simul factum, cum tamen appareat de prioritate, & posterioritate.*
203 *Testis saluatur a falso, qui dixit Titiũ possedisse de tali anno, cum tamen ceperit postea possidere.*
204 *Restringitur quid facilius, quam tollatur.*
205 *Testari numquid possit, qui nihil habet. 211. 224.*
206 *Arbiter, & iudex diuidit, non tamen testatur.*
207 *Lex Cornelia non confirmat testamentum impuberis uiuo patre mortui.*
Et de ratione, num. 224.
208 *Obsides testari non possunt.*
209 *Testari non potest apud hostes existens.*

Nec cui bonis interdictum est.
Et de ratione ponitur. 224.
219 *Argumentum a contrario sensu procedit in legib.*
212 *Intellectus l. hereditas, in prin. ff. de pet. here.* 214. 215.
213 *Statutũ de hereditate repudiandã certo modo, locum habet in eo, qui decessit nullis bonis relictis.*
215 *Hereditatem eius qui nihil habebat in bonis adiri posse, ad quid conferat.*
216 *Intellectus legis, cum alienam. C. de leg. at.*
217 *Intellectus l. qui soluendo. ff. de her. inst.*
218 *Cedens bonis potest testari.*
Et est dominus bonorum ante uenditionem. 219.
220 *Intellectus l. prim. ss. ff. de testamen.*
221 *Testamentum de alienis rebus earum domino consentiente.*
Nec reuocari potest ex illius pœnitentia. 222.
223 *Actus testandi uersatur inter testatorẽ, & hęredẽ.*
225 *Intellectus c. filius. de testa.*
226 *Ecclesia lucris temporalibus inhiare non debet.*
227 *Exceptio cõfirmat regulã in casibus non exceptis.*
228 *Testamentum coacte nunquid sit ipso iure nullum, uel annullandum.*
Glosa Bar. & communiter Doctores tenent, quòd sit ipso iure nullum. 229.
Imola uero, & Cumanus contra. 238.
Sed autor communem sequitur. 247.
Vtilitas huius quæstionis ponitur. 228.
230 *Voluntas coacta uoluntas est.*
331 *Dolus in contractu adhibitus metu potentior est.*
232 *Rubrica, si quis. ali. test. prohi. declaratur.*
233 *Alternatiuæ una pars dubia declaratur ab alia.*
234 *Vis initio adhibita nunquid testamentum uitiet sicut si ex post.*
235 *Indignitas ubi prouenit ex hæredis culpa hæreditas applicatur fisco.*
Secus si procederet errore testatoris. 236.
237 *Dolus unius immediata causa acquisitionis alterius illi nocet.*
238 *Matrimonium nullum redditur ipso iure mediante coactione.*
Et de ratione late ponitur. 248.
239 *Matrimonio quis induci potest spe lucri, secus testamento.*
Ratio ponitur pulchra. 252.
240 *Cautela ad tollendam liberam testandi uim non ualet.*
241 *Testamentum nullum redditur ex adhibitis testib. inuitis uel notario & quare.* 253.
242 *Velle non creditur, qui paret alieno imperio.*
Quod declaratur. 255.
243 *Voluntarie fieri dicitur, quòd descendit ex libero mentis arbitrio.*
244 *Actus non dicitur uoluntarius factus ab eo, qui poterat compelli.*
245 *Compromissum dicitur necessarium factum a partibus ex forma statuti.*
246 *In dubio contra fiscum debet iudicari.*
Quod declaratur, quomodo procedat. 258.
247 *Matrimonium fauorabilius est testamento.*
248 *Matrimonium continet tria bona, fidem, prolẽ, & sacramentum.*
Matrimonium quomodo sit sacramentum. ibidem.
249 *Metus inter sit procreationem sobolis, et fidẽ.* 250.
251 *Argumentũ de matrimonio ad testamẽtũ inualidũ.*
252 *Matrimoniũ non abhorret pecuniã, testamẽtũ secus.*
254 *Intellectus legis. qui test. §. fi. ff. de test.*
Inuitus, & coactus differunt. 254.
255 *Intellectus l j. ff. de test. an uer. uoluntatis, et uelit.*
256 *Diffinitio actionis Inst. de act. quo intelligatur.*
257 *Intellectus l. non puto. ff. de iure fisci. narrus, & uariis locis positus.*
Autor uero unum refert. sequitur, & defendit. 258. 259. 260.
160 *Lex titulo debet deseruire.*
261 *Fiscus in pari causa debet priuato preferri.*
262 *Casus non facile reperitur, in quo priuatus fisco preferatur.*
263 *Damnũ fugienti magis fauetur quã lucrũ captãti.*



PRAESENS Tractatus, ut hic prefantur Tollẽtinus, Bauerius, Viglius, & Moderni Patauini, lõgiori cõmendatione non eget, cũ nihil sit freqũẽtius, quam homines aliquid disponere, quod post mortem suam fieri capiãt. Sed & Tullius quem refert Franc. Balduinus hic Philippica secunda, iudicat nihil esse in actis priuatis grauius testamento, eiusque antiquum, & maxime liberum semper fuisse usũ constat, iure gentium proditum, cum ubiq; gentium fuerit aliquis usum testamentorũ quamuis forma sit diuersa, siquidem uerum est, etiam iis qui aliquando futuri sunt, esse propter ipsos consulendum, & ex hac animorum affectione testamenta morientium nata sunt, quæ quidem affectio cuique homini iam tum ab initio naturæ statim insita fuit, idque plenius testatur Conna. in Cõmenta. iur. ciuil. lib. 5. cap. 1. col. 3. atque hinc Paulus respondit in l. ex facto. ff. de uulg. & pup. iniquum esse homini sanæ mentis adimere testamenti factionem. Verum quo grauior est testamẽtorum authoritas, quantoque extremum hoc iudicium maioris est momenti. quippe post quod aliud uelle nõ possumus l. 1. C. de sacros. eccl. tanto diligentius est prospiciendum, ut ea, quæ placuerunt sic disponamus, quo exitum habeant, de quo securus esse uolet, methodum hic a Iustiniano mira quadam breuitate atque luce traditũ, diffusius tamen ab Aretino nostro tunc Ferrariæ legente Philippoque de Casolis in tracta. de testa. & a cæteris alibi passim locupletatum seruabit. Continuatur hic titulus ab Imperarore, supra titu. 1. §. fi. & unico uerbo se se extricant Faber, Aret. & Bellonus, & si quæ dantur aliæ continuationes maiori ex parte pendent ab illo tex. unde cum Viglio dici potest eos actum agere, qui quod mani

festum

festum est dum exactius declarare nolunt re
3 ipsa obscurant, & implicant.† Duæ tamē sūt, quę aliunde cōsiderantur: altera Christophori dicentis supra uisum esse quemadmodum actu inter uiuos rerum dominia acquirūtur. sequebatur igitur uidere, quonam modo ex ultima uoluntate, quæri possent, merito de testamentis subiecit Imperator. Quæ continuatio periculosa est secundum Moder. Pataui. nam & inferius agitur quemadmodum actu inter uiuos dominia quærātur, ut infra
4 de acqui. per arrog. & de emp. & uend.† Confirmatur ultra ipsos ex tit. intra de eo cui liber. cau. bo. adi. ubi tractatur de successione, quæ fiebat per adictionem bonorū causa libertatum conseruandarum, quę quidem ex pactione contingebat, ut per gl. in uerbo [*adita,*] & sic per actus inter uiuos. Rursus in tit. sequenti de succes. subla. ponitur de acquisitione uniuersali, simulque miserabili, quādo mulier seruili amore bacchata cum libertate substantiam amittebat, quæ domino serui quærebatur, quod & relatum habemus in l. 1. C. de senatuscons. Claud. tol. hoc. n. pariter ab actu uiuentis eueniebat hoc est a furore libidinis mulieris, hæc igitur attenta continuatione pdicta præmitti debuissent huic tit. quod cum secus factum sit, corruit hæc cō
5 tinuatio. † Alio quoque medio taxant hanc continuationem Moder. Pata. nempe, quòd & ante hunc titulum tractatur de acquisitione actus ultimæ uoluntatis, ut de donatione causa mortis, quæ est ultima uoluntas, cū per omnia fere legatis connumeretur, ut supra, de don. in prin. quod apud me satis est dubitabile, nam de donatione ibidem agit Impērator prout est acquisitio ibi, [*est & aliud genus acquisitionis donatio.*] tempus autē quo uere atq; irreuocabiliter quæritur donatio cā mortis est quando morte donantis cōfirmatur, cum prius retractari possit tribus ex causis eo loco signāter expressis, atque id genus alijs per me ibidem cumulatis, nu. 1009. cū
6 seq.† sed quo ad sui confirmationem don. cā mor. contractibus æquiparatur ex crebriori Doctorum sua, ut eodem loco notaui, num.
7 1775. de ueritate tamē latius disputans.† Sed satis est interim sic esse cōem, quæ nunc est supponenda, cum de hoc principalis non sit qō. Quoniam ubi de uno quæritur, cætera extrema habilia præsupponenda sunt. l. qui testō. ff. de test. quæ fuit Decij peculiaris regula, in c. cum oēs, lectura secunda, col. 1. in c. q̄ in ecclesiarū, in prin. de const. in c. 1. col. 8. de iudi. in c. 3. loco, col. 4. de prob. in rub. C. qui admi. col. 8. nu. 77. lect. 3. in l. j. col. 1. C. unde leg. in l. qui se patris, co. 5. C. unde lib. & in l. pactum, col. j. C. de colla. sequitur Cagn. in l. uinum, nu. 3. ff. si cer. pet. ubi citat ad hoc ēt Castrensem, in l. cum Archimedoram. col. fi. C. ut in poss. leg. & Gemi. in c. unico. §. fi. col. fi. de sta. reg. lib. 6. ex quibus id colligi pōt licet non sic expresse loquantur, ut Dec. in locis præallegatis. reijcienda est igitur continuatio Christophori ex priore obiecto non
8 ex secūdo.† Altera est quam Ias. hic colligit ex §. fi. supra de usu, & habi. ibi. n. pollicitus, fuit Iustinianus tractare quib. modis iure ciuili dominia acquirerentur, sed inter istos modos acquirēdi de iure ciuili hic. est unus, ut per gl. 1. in uerbo [*nostra.*] ff. de acq. rer. do. & i l. ex hoc iure, in uerbo [*dominia*] ff. de inst.
9 & iu. iccirco situata est præsens rub.† Sed & hanc continuationem uelut a remotis factā confutant Bauer. & Moder. Patau. quod esse non debet, cum potissime possit adproxima fieri. l. 2. ff. de sta. ho. nec (ut præter ipsos adijciam) defendi potest eo prætextu, q̄ intermedij tituli sint pertinentes ad materiam uelut
10 de acquisitione tractantes, † quo casu tolerari consueuit continuatio ad remota. l. 1. in prin. ff. si tab. test. nul. exta. quę ad hoc passim citatur per Nico. de Neap. & cæteros, in rub. ff. sol. matr. per Dec. in rub. de iud. col. 2. lect. 2. & Aret. nostrum, in proe. Instit. in prin. col. fi. per Ias. in rub. infra de acti. nu. 8. & Tollen.
11 nu. 12.† Id. n. sane procedit, & intelligitur ut declarat Imola, in rub. ff. de app. col. 1. quādo cōmode fieri non pōt ad proxima continuatio, tunc. n. toleratur ad titulū aliqualiter remotū, cuius occasione incidenter alij fuerint positi. d. l. 1. si tab. test. nul. extab. sed si ad proxima fieri pōt, dēt oīno fieri, merito cū in casu nostro possit tit. noster pcedenti proxi. cōtinuari, prout facit Imperator sup. tit. 1. §. fi. non est usquequaque facienda cōtinuatio la fouis ad §. fi. sup. de usu, & hab. ēr pp titulos intermedios pertinētes ad materiam, q: ta li casu nō pcedit rex. in d. l. 1. si tab. rest. secū
12 dum Imo. in d. rub.† Tenenda est igitur Imperatoris continuatio, sup. relata, cui licet ui deatur obstare rex. in §. neque tamen, sup. de aut. tut. & in §. sed si hæres, sup. tit. 1. ubi de adeunda hæreditate per pupillū aut seruū institutos agitur, & sic de acquisitione uniuersali, qd & i ff. dictū uidemus ante tractatū nostrū, in l. obligari. §. pupillus. ff. de aut. tut. tamē responderi pōt incidenter hoc ibi dictū fuisse, ut ostenderet, q̄d pupillus sibi, uel seruus domino q̄rere posset, alias de insufficiētia notari potuisset Imperator, & sorū cōpilator, ut alibi Gallus Aqlius, i l. Gallus. §. idē
13 credendū. ff. de lib. & post.† Nec, q̄ incidēter agūtur, multū cōsiderātur. l. si quis nec cām.
14 ff. si cer. pe.† actus. n. a principali ītētione iu-
15 dicatur. l. uerū. ff. de fur.† hinc uidemus stāte statuto, q̄ nullus possit extrahere frumētū d̄ comitatu nisi pp usū suū, alias incidat in pœnam, si q̄s extraxerit pp usū suū, postea mutato consilio uendiderit illud, non incidit in pœnam statuti, ut tenent Guil. de Cun. Bal. & Alber. in l. 1. §. unde quærit Ofilius, per illū

textum.ff.de exer.act.Barto.in l.cætera. §.fi.
ff.de leg. 1.Alex.conſilio primo, colum. pen.
uolumine 3. & Iaſon in dicta l.ſi quis nec ca.
ubi plura quoque congerit ſimilia, quem
Dec.Socinus, & Cur.Iun. ſequuntur.ex qui
bus pariter attendi debet principalis inten-
tio, quæ fuit in locis allegatis tractãdi de tu-
toris autoritate, & acquiſitione domini per
ſeruum, non qđ incidenter de hæreditate di

Cur ſimul hic non tractatur de teſt. & qui teſt.fac. poſſunt.

16 citur ibi.† Duas hic Chriſtophorus annectit
qõnes.primam cur Imperator ſub eodem ti
tulo non tractauit de teſtamentis,& qui te-
ſtamenta facere poſſunt,ſicut in ff.reperitur.
17 † Augetque difficultatem Bauer.ea rõne,cũ
Imperator non dedignetur ſequi Iuriſcõſul
torum ordinem, & formam prudentũ uiro-
rũ.l.humanum. C. de legib.Bar.in rub. C.de
in ius uoc. ſicut ergo Iuriſconſulti, ſub uno,
& eod. tit.tractarunt de teſt. & qui teſt. fac.
poſ.eodem modo debebat Imperator hic fa
cere.Huic quęſito Chriſtophorus dupliciter
reſpondet.Primo gratia facilioris cognitio
nis id actum fuiſſe iux.§.ſed non uſque,infra
de lega. & ſic ut melius iuuenes intelligerẽt
hanc materiã,ut prior ipſo tradit hic Faber.
Quam reſponſionem ipſemet Chriſtopho.
damnat ex ordine Codicis,ubi diuiſit Iuſti-
18 nianus hos tractatus,† & tamen non loqui-
tur iuuenibus ſed peritis,& introductis,cũ
quinto ſtudij anno legendum Codicem tra
diderit,ut teſtatur in proę.ſſorum, uer.[*& in
quinti anni.*] quin addunt hic Bauer.Bellon.&
Mod.Pata. complures titulos in hoc Inſtitu
tionum uolumine, in quibus plura mixtim
tractantur, quę ſeparatis ſub titulis in ff. &
Cod.reponuntur,quib.addo inſuper tit.qb.
mod.recõ.ob.ubi ſimul tractatur de mutuo,
Idebito,cõmodato,depoſito,& pignore.de
quib.tituli particulares habentur in ff.& Co
dice.confirmatur idem ex tit. de interdi.ubi
ſimul tractatur de interdicto quorũ bonorũ,
uti poſſidetis, utrobi, & unde ui.de quib. ſe-
parati tituli ponuntur in ff.& Cod.quæ ſanè
debuiſſent attenta reſponſione Chriſtophõ
ri diuiſim tractari in iſtis Inſtitutionib.Cum
ſecus ergo factum uideamus,collabitur re-
19 ſponſio ſua.† Secundam igitur ſubnectit, ꝙ
hæc eſt materia poſitiui iuris,& ideo pertina
cibus relinquenda, iux.no.per glo.in rub. ff.
ſolu.matri. quæ ſic reſpondet in declarando
cur ille liber appelletur Infortiatum,& cum
hac reſponſione tranſeunt hic Bauer.& Bel-
lon.concludentes Imperatorem ſic proceſſiſ
ſe,quia ſic uoluit,& exiſtimauit facere.l.1.§.
pueritiam,in uerbo,[*prætor ratus,*] & ibi glo.
Caſt.& Ange. ff.de poſtul.dicentes,quòd in
his,quæ ſunt poſitiui iuris ſufficit pro ratio-
ne dicere, quòd ita uiſum fuerit legiſlatori,
& hoc plane modo ſe ſe Dec. extricat in ru-
bri.C.de teſtamen. mil.qui titulus ibi præpo
nitur titulo de teſtamentis paganorum,hic
uero poſtponitur, & ut demum concludit
hic Viglius, in iſtis non certam legem iuris
noſtri ordinatores ſecuti ſunt,ſed ut quodq;
ad manum uenit,prius, uel poſterius,poſue-
20 runt.† Hanc quoque reſponſionem licet de-
biliter impugnant hic Mod.Pataui. quibus
ego uehementius moueor,nam notata per
gloſ. in dicta rub.ſolu.matrimo. procedunt
in quæſtione nominum, cur quid ſic appelle
tur.de quibus plerumque non eſt curãdum,
l.3.C.de conſti.pec.ibi,[*nam nominum uocabu-
la,*] cum enim res intelligitur, minus denõ-
mine curandum eſt,ut ibi gloſ.tradit.nomi-
na enim ad demonſtrandum ſeu recogno-
ſcendum inuenta ſunt.l. Labeo. §.idem Tu-
bero,ff. de ſup. leg.l.ad recognoſcendos.C.
de inge.& manu.unde nihil referi an res no
mine proprio,uel alio modo demonſtretur,
& certior fiat.l.certum.ff.ſi certum peta.Nos
autem loquimur,& agimus de perſcrutanda
ratione diuiſionis horum titulorum, alibi,
uuitorum,& ſic extra uanam nominum quę
ſtionem uerſamur,de quibus & Guil.de Cu-
nio,& Chriſtophor. loquuntur in §. qua ra-
tione,numero 4. infra de pup.ſub.quos im-
pertinenter hic allegant Mod. Pataini, &
ita ipſi met inferius,& ſanius, numero 15 2.
ad dictum gloſę Bart. & ſequacium in rub.ff.
ſolu.matrimo.reſpondent, quòd loquuntur
in nominibus magiſtralibus,de quibus non
eſt curandum.l.1. C. de mut. nomi. ſecus in
ſituandis rubricis ſecundum Bal. in rubr.C.
de teſtamen. ubi dicit,quòd Iureconſulti, &
Imperatores ſemper mouentur aliqua ra-
21 tione.† Nec, quòd ita uiſum fuerit Vlpiano
in dicto §.pueritiam, ſatis concludit,ut nos
item dicamus ſic Imperatori hoc loco uiſũ
fuiſſe:quod enim dixit Vlpianus ibi,non au-
tem Iuſtinianus hic, aut alibi,nos dicere nõ
22 poſſumus, † argumento eorum, quæ tradit
Bar.Bal.Ang.Alex. & Iaſ. in l.quamuis.ff.de
in ius uocan. dicentes nobis non licere legẽ
diſtinguere, quæ per aliam legem non diſtin
guatur. Tertiam quoque dabat hic Bauer. re
ſpõſionem,ſed eum ipſemet eam reijciat, &
poſt eum Moder. Pata. non inſiſtam ſuper ea.
23 † ſed ad aliam uenio quam præfati Moderni
ſubijciunt,dicunt enim,ꝙ compilatores Co
dicis,& Inſtitutionum cum cognouerint,di
uiſionem plurimum ad intelligentiam con-
ferre, pluraque alia bona adferre,ut per glo.
in §.igitur. ſupra in proœ.textus,in l. 1.ff.de
excep.do.Cagn. in proę.ſſorum,in prin.me-
rito poſt compilationem , ſſorum,nõ ſolum
hic pro iuuenibus uoluerunt ſegregare titu
los,ſed etiã pro eruditis in Codice,quod ta-
men in ſſorũ libris antea non fecerunt, quo
niam non cogitarũt tunc, ſed poſt tantum,
24 cum facile ſit adinuentis addere.† Sed huic
reſponſioni non aſſentio,nã cum eiſdẽ met
onus, & cura cõpilandi libros ſſorũ,qbus &

Codicis

Codicis,& Institutionum fuerint cõmissa,ut
probatur in l.j.maxime in fine, & in l.2.post
prin.& in §.sed cum prospeximus.C.de uete.
iure enucle.Quales fuerunt Tribunianns alij
que Illustres,& prudẽtissimi uiri Teophilus,
Dorotheus, & quos recenset Iustinianus, de
nouo Cod.faci.§.j. probabiliter dici non p̃t
eoa in compilatione. fforum ad hanc rõnem
non animaduertisse, quæ sic illi uoluminī cõ
25 ueniebat sicut Codicis,& Institutionũ.†Me
rito post oĩa cogitaui planius hanc quæstio
nem resolui posse ex §.fi.supra tit.j.ibi,[*uidea
mus itaque nunc quibus modis per uniuersitatem res
nobis acquiruntur,*]si enim uidendũ erat de mo
do acquirendi dominium per uniuersitatẽ,
qđ & testamento cõtingit,ut ibidem subiũ-
gitur,vtique de test.ordi.tantum debuit titu
lus poni,nõ aũt simul cũ eo de personis,quæ
possunt,uel non testari,cũ ille non sit modus
acquirendi dominium, sed origo modi per
26 quem quæritur testando,& disponendo.†Se
cunda est quæstio,quam Christoph.hic ꝓpo
nit, ꝙ perperam situatus sit hic titulus ante
titulnm quib.non est permis. fac.tes.cum se-
cus fecerit Imperator in Codice, & melius
27 quidem, † quia in primis de habilitate ꝑso-
narum quærendum erat,quam de rebus siue
actu formando.l.quidam referunt.ff.de iure
Cod.§.fi.supra,de iure natu.l.si quęramus.ff.
de testa. quam rationem præsensit ad unguẽ
Castrensis,& D.meus,& patruua magnus Ri
min.in cõtinuatione rub. C.qui test.fac.pos.
& ulterius confirmatur ex sñia Baldi,in d.l.si
quęramus,inquit.n.quòd persona principiũ
est,& sine persona nihil fundari potest: & li-
cet solemnitates habeant se per modũ prin-
cipij,& cuiusdam fundamenti,tamẽ a perso-
na dependent,sed ꝑsona non dependet a so-
28 lemnitate. qđ ergo habet se ꝑ prius i esse cãe
habet se ꝑ prius in esse uentillationis. † hinc
uidemus in oĩ iudicio quantuncunque sum
mario ꝑsona prius debere legitimari, vt post
gl.Bar.Fran.Tig.Saly.Alex.Ias.& alij notant
in l.2.ad fi.C.de edic.diui Adr.tol. And.Sic.
Ias.& cæteri repeten.in rub. C.qui admi. nõ
alia sane rõne, q̃ ꝙ prius de personis est quæ
rendum prout inter alios tradit Pet. Ger.de
Petra Sãcta,sing.23.col.2.& Craue.cõs.104.
in prin.sicq; illam qõnem formant Dy.& Al-
be.in l.quidam referunt.ff.de iure codicil.cũ
que prædictis alios citans concordat Meno.
in tit.de adipi.poss.remed.4.nu.441. cũ seq.
concludens uere non esse,qui ab hac sñia re-
29 cedit.†hanc difficultatẽ Faber,& Are.quos
hic Christoph.non citat,excitarunt inferius
in rub.quib.non est permis.fac.test. eique re
spondet Faber,ꝙ nõ est uia in hoc,quia fit in
eodem contextu,sequitur Vigl.hic per l.qui
dam.ff.de pecu. quæ resolutio mihi non pla-
cet,tunc.n.in eodem cõtextu diceretur nec
præposteratio uitiaret,quando sub eo.tit.&

Cur.iste titulus fuerit præpositus titu. quib. nõ e& pmis. fac.test.

coniunctione uerborũ contingeret,ut ꝓba-
tur in d.l.qdã,ubi testator dixit seruus pecu-
lium habeto liberq; esto,talis. n. præuarica-
tio ordinis, uidelicet libertatis, quæ debuit
prius dari,ut sibi legatum haberet non attẽ-
ditur,ut pro regula quoque cautũ reperitur
30 in l.præposteri.C.eo. † & tradit exemplum
Bar.in d.l.quidam,de petente reũ cogi,& con
demnari,& sic petente prius executionẽ,quã
sñiam,libellus.n.ꝓcedit eo non obstante, qa
cõiũctim id dictũ fuit, merito ordinis omis
sio non uitiat,sequitur Alex.latius, in l.2.§.
prius.col.fi. & post eum Ias.nu.24. ff. de vul.
& pupi.sed nos sumus in positis sub diuersis
titulis,& orationibus ualde remotis,merito
nescio uidere, quõ dici possit hoc esse factũ
31 in eodem contextu.†Respondet igitur huic
obiecto Tollentinus aliter,& quidẽ trib.mo
dis primo,ꝙ ubi de personis, & rebus simul
agendum est, prius decidi debet sup ꝑsonis,
ut in contrarijs, sed in casu nostro duntaxat
agendum erat de modo quærendi dominiũ
ꝑ uniuersitatem,ut per testamentũ idq; sim-
pliciter Imperator supra cõsiderauit in §. fi.
merito non fuit opus præmittere de ꝑsonis,
quę possent testari,uel non,& cum hac respõ
sione sola relatione cõtenti transeunt Mod.
32 Pata.num.141.†Sed mihi nullatenus placet
nam confunditur ex d.l. quidam referũt,ubi
dumtaxat erat qõ de ualiditate legati in co-
dicillis facti iam præmortuo hærede institu-
to,& tamen argumentando iuriscon.aduer-
sus illud legatum dicit [*esse enim debet cui de-
tur,deinde sic quæri an datum consistat,ut non ante iu
ris ratio,quam persona quærenda sit.*] qbus ex uer-
bis Cuman.ibidem notat ante oĩa de perso-
nis quęrendum esse. rursus & obstat Tollen.
tex.in d.l.si quæramus,inquit.n. [*si quæramus
an ualeat testamentum,*]& sic casum ponit Caius
quando solum contrauertitur de testõ, non
autem simul ẽt de ꝑsona testatoris,& tamen
in primis de persona testantis quærendum
subdit, mox de uiribus testamenti. Præterea
confunditur hæc solutio per rub.ff.de acqui.
rer.domi.ubi de rebus tantum fit mentio, &
tamen Paulus in l.1.dicit quarundam rerum
dominium nanciscimur sicque cõmiscet per
sonas acquirentes.Corruit ergo prior hęc so
33 lutio.†Secundo respõdet Tollen. quòd ubi
agitur de testamento iam perfecto, & in esse
deducto uigore cuius insurgit aliqua diffi-
cultas,uerum est prius de habilitate persona
rum, quam uiribus testamenti dispiciẽdum
fore.d.l.si quæramus,& d.l.quidam referunt.
Secus ubi agitur de testamento ordinando,
& in esse deducendo, ut hic,prius enim quo
nã modo fieri debeat spectari debet,& hãc so
lutionem respectu primi capitis sentit hic
quidam doctus Interpres & clarius infra
titulo secundo Vigli.dicens, quod ubi quæ-
stio, & lis de testamenti alicuius uiribus

uertitur.de persona prius,post de cæteris in
quirere debemus,frustra enim fuerit dispu-
tatum sit ne ipsum secundum regulas iuris
ciuilis factum,an non. Si is qui fecit non ha
buit testamenti factionem, loquitur enim
aperte de testamento in esse iam deducto.ue
rum, (ut ille subdit) legislator cum de testa-
mentorum ordinatione disseruit, ut hic,de
personis non dubitauit, qua propter iustus
34 est hic minimeque præposterus ordo.† Com
probant & insuper hanc responsionem Mo-
der.Pata.num.142.moti potissimum, quòd
diuersa ratio sit in eo,quod iam in esse dedu
ctum est ab eo, quod in esse deducēdum est,
Vt Christopho. ad aliud tamen propositum
tradit infra de litter.oblig.in prin. num. 10.
respondens ad tex. in l. in exercendis. C. de
fide instru.quo cauetur,testes,& instrumen-
ta paribus passibus ambulare: dicit enim ta
lem equiparationem procedere,quo ad pro
bandum, quid in esse deductum, secus si de-
35 ducendum sit.† Ad idem tendit,quòd tradit
Castren.in d.l.si quæramus.dicens prius ui-
dendum esse de potentia testantis,postea de
testamēto suo. Vnde infert prius uidendum
esse numquid ille,qui sententiam tulit fuerit
iudex competens,postea uero de ipsa senten
tia, quia ubi non est dare iurisdictionem in
iudice,frustra de sententia, uel eius uiribus
36 disputatur.† & ratio prædictorum est,quia
inhabilitas personæ est præiudicialis ad actū
factum. Si enim persona fuit inhabilis,actus
factus sustineri non potest,secundum Barto.
Cast.Are.& omnes ibi, quando ergo de actu
inducto in esse quæritur, persona prius spe-
ctanda est. Secus ubi de actu inducendo quæ
37 ritur secundum prædicta.† Sed nec ista reso
lutio tuenda est,corruit enim ex eo,quod in
Codice tractatur de testamento ordinando,
& sic in esse deducendo, ut ex rubrica patet,
quæ in hunc modum dicit de testamen.&
quemadmodum testamenta ordinantur. Itē
ex l.hac consult.ex l.iubemus,ex l.in testamē
tis,& ex l.6.in quibus forma ordinandi testa
menti describitur, & tamen in titu. præponi
tur titulus, Qui testa.fac.poss. quod esse non
deberet attenta hac solutione, secundo con
funditur, ex l. secunda, §. post originem. ff.
de orig.iur.ubi Pompon. pollicetur se dictu
rum de auctorum successione, [*quòd, (ut subdit) constare non possit ius, nisi sit aliquis iuris-
peritus, per quem possit quotidie in melius produ-
ci.*] uult ergo tractare de iure ad esse de-
ducendo, & tamen dicit premittēdum fore.
38 de autorum successione.† Præterea cum uo-
luntas hominis sit causa testamenti, testamē
tum uero effectus. l.j. ff. eod. ibi, [*testamen-
tum est uoluntatis nostræ iusta sententia*] nescio
uidere cur magis de persona testantis prius
agendum sit, ubi de testamento facto quæri-
39 tur, quam ubi de faciēdo,† cum militet utro
bique regula disponens, quòd effectus prior
esse non possit sua causa, ut per illum tex.tra
dit Castrē.in l.manumissiones, in prin. ff.de
iust. & iu. imo uero quilibet effectus ex sua
causa restringitur.l. cancellauerat. ff. de his,
quæ in test.del.l.cum tale,§.falsam.ff.de cōd.
& demon.Soci.in l.1.ff.solu. matrimo.& in l.
cum auus,nume.39.uer.hoc supposito.ff.de
cond.& demon. Crau.consi.606.numero 4.
redditur ergo falsa hæc secunda Tolentini.
40 † Quare de tertia uidendum est,inquit enim
non esse necessitatis,sed ad bene esse,ut prius
de personis,quam de rebus agatur,ut in con
trarijs, patet ex eo, quòd quandoque Iuris-
consultus contrarium seruat prius de rebus,
quam personis tractando.l.1. ff. de do. exce.
ubi legislator tractaturus de exceptione do
li dicit. [*quo dilucidius intelligi possit hæc excep-
tio prius de ea uideamus quare proposita sit, deinde
quem admodum dolo fiat, deinde aduersus quas perso-
nas locum habeat,*] ad idem tex.in l.aut facta. ff.
de pœn.ibi, [*causa.persona, &c.*] quem Bauer.
hic etiam citat, & insuper alius quem addit,
& post eum Bellon.in l.cum hi.§.uult igitur.
ff.de tran.ubi dicit Vlpi.[*uult igitur oratio apud
prætorem de istis inquiri, in primis de causa transa-
ctionis, deinde de modo, tertio de personis transigen-
41 tium.*] † Confirmantque hanc solutionem
Mod.Pata.ex eo,quod legitur Gene. in prin.
ubi Deus primo cælum, terrā, fluctus,& alia
creauit, postremo uero hominem, tam etsi
principaliter eius intentio ad hominem di-
rigeretur, non ergo est hunc ordinem neces-
42 sitatis esse.† Ego uero secus esse sentio cum
enim personę cæteris rebus sint digniores.l.
iustissime.ff.de ædil.edic.& ponit glo.in §. fi.
supra de iure natur. surgit regula, quòd di-
gniora sunt pręferēda.l.1.& 2.ff.de alb.scrib.
43 † idque ex necessitate, ut uerbum, [*oportet,*]
ibi positum denotat.l.prima, & ibi Barto. &
alij.ff.de iustitia, & iure, meritò tantum ab-
44 est, ut hic ordo uoluntatis sit. † Duobus
alijs modis hic Mod. Pata. conantur hanc
controuersiam sedare. primo quidem, quòd
cum compilatio Codicis fuerit post com-
pilationē Institutionum, ut supra in proœ.
Inst.§.& cū sacratissimas innēta gl.in uer.[*ac
implemus,*] l. prima, C. de emen. Insti. Codi. §.
primo, l. meminimus, C. de leg. hære. l. fin. C.
de testa. quibus in locis meminit Imperator
Institutionum suarum, tradit Bart. & cęteri,
in l. qui se patris, C. unde lib. Compilatores
meliorem seruarunt ordinem quam prius
fecissent in Institutionibus, cum facile sit in
45 uentis addere.† Sed hæc resolutio mihi nō
placet, cum utrque locus saluandus sit, & ad
uersatur insuper tex. in §. cumque, supra in
proœ. ubi dicitur nihil perperam positum es
se in his Institutionibus, cuius oppositū ue-
rius foret, si Codicis ordo melior esset.
46 † Secundo dicunt Moder. Pata. quòd cum

Iustinia-

Iustinianus,in §.his igitur,supra de iustit.&
iure,pollicitus fuerit iuuenib. in istis libris
Institutionum primo leuiora tradere, dein-
de defficiliora,merito præmisit hũc titulum
de testam.in quo simplex illa series & solen-
nitas testamentorum ponitur,ut 7.testes. Si
gilla,Subscriptiones , & alia. postea subiecit
illum titulum,Quibus non est permi. fac.te-
sta.ubi plura quæ ad apices iuris pertinent
tractantur, ut de fictione postliminij , legis-
que Corneliæ ad finem recitatur, quæ diffici
liora sunt. At hæc in Codice non seruauit
Imperator , cum peritis sit propositus , ibi-
que ratio d. legis,si quæramus, militat quæ
47 hic cessat. †Hæc etiam dissolutio non satisfa
cit : errant enim grauiter in primis isti Mo-
der.putantes in istis Institutionibus primo
leuiora , mox ardua describi, cum in hac In-
stitutionum tota congerie , leui ac simplici
uia singula tradiderit Imperator.in ff. autẽ,
& Codice diligentissima, atque exactissima
48 interpretatione . † Sicque debet intelligi
tex.in dicto §.his igitur.ibi, [*Ita maxime ui-
dentur posse tradi commodissime si primo leui ac sim
plici uia, (ut in isto uolumine institutionum) dein-
de diligentissima atque exactissima interpretatione
singula tradantur,*]ut ĩ ff.& Codice, secũdũ Iac.
de Rau.& Nicola.de Neap.sic eo loco expo
nentes. Cuius sententiæ quoque fuit ibidem
Eguinarius Baro.dicens, quòd Geographo-
rum exemplo, facilem quandam iuris descri-
ptionem legumlator primum iuuentuti pol
licetur, deinde post diligentissimã in eadẽ
re operam, ne si Pandectarum libros statim
proponat , uel auertat a studijs , uel certe re
moram faciat. sentit igitur illam nimis exa-
ctam diligentiam, in Digestorum libris con
tineri, sed in Institutionibus facilem docen
di modum. Et hoc idem scitissime confirmat
ibidem Siluester, Aldobrandinus per textũ,
in l. secunda. §. sed cum prospeximus, C.de
uete. iure enucl. quo loco Iustinianus com-
mittit harum Institutionum compilationẽ.
ibi, [*Sed cum prospeximus quòd ad portandam tan
tam sapientiæ molem non sunt idonei homines rudes,
& qui in primis legum uestibulis stant, & intrare ar-
chana earum properant . Et aliam mediocrem erudi-
tionem præstandam esse censuimus, ut sub ea collora
ti & quasi primitijs omnium imbuti, possint ad pene-
tralia earum intrare*] & rursus ibid. paulo post,
[*& in quattuor libros reponere, & totius eruditio-
nis prima fundamenta atque ellementa ponere, quib.
iuuenes suffulti possint grauiora & perfectiora legum
scita sustinere*] plane, enim probat ille tex. faci-
li modo res hic traditas fuisse, altiori uero
stilo, in ff.& Codice. Secundo aduersus istos
Moder. urget, nam ęque difficilia continet
hic titulus de testa. quatenus agitur de testa
mento calatis Comitijs, Procincto , & per
æs & libram ; non satis etiam sanè per Accur
sium interpretato, (ut mox dicemus) pro-
pter difficultatis pondus & de quib. ponit
etiam Connanus in Commentar. suis lib.9.
c.3.col.3.in fi.unde recurrẽdum est ad aliud
præsidium, quo planius hæc proposita diffi-
49 cultas conquiescat. †Cogitabam ego demũ
dici posse de personis prius regulariter agẽ
dum esse , quam de rebus ueluti digniorib.
§.fi.supra de iure nat. iuncta l.iustissime , ff.
de ędil.edic.& secũdũ hãc regulã Codicis or
dinem procedere, lege.si quæramus , ff.eod.
& l.quidam referunt, ff. de iure codicil. cum
50 similibus . †fallit aũt hæc regula in coniun-
ctis, hisque quæ simul tractantur , propter a-
liam iuris regulam quæ disponit in coniun
ctis ordinem non attendi, l.quidam , & ibi
Bar.& alij, ff.de pec.lega.& ad hũc casum po-
test deduci tex.in l.cum hi, §. uult igitur , ff.
de transac.in l.1.ff.de do. excep.& in l.aut fa
cta, ff.de pęn. prout in hoc, & bene perpen-
51 dunt quoque Mod.Pata.num.154. † fallit
& insuper si ratio facilioris intelligentiæ id
suadeat, ut hoc loco contingit, nam facilius
iuuenes quibus proposuit Imperator se tra-
ctaturum quibus modis per uniuersitatem
res acquiruntur, ut testamento, & alijs exem.
plis traditis in §. fi. supra titu.1.rem intelli-
gunt pręmittendo de testamentis declaran-
doque unde sic dicatur, quæ in eo requiran-
tur, & quotuplex fuerit, mox de personis te
stantium, quam si methodum cõtrarium ser
uasset, incipiẽdo scilicet a personis quæ pos
sunt, uel nõ testari; potuissent enim iuuenes
adhuc rudes , & infirmi animi, ut eos appel-
lat Iustinianus in dicto §.his igitur, interim
dubitare quid nam esset hoc testamentum ,
uel actus testandi, quę difficultas cessat in or
dine Codicis, quã doctiorib. uenit legẽdus.
ita mihi uideor in hac re post alios posse cõ
52 cludere, tu uero diligentius cogitabis. †Ter
tia Bellon. hic annectit quęstionem post Ias.
in Rub. infra titu.1. cur Imperator pręposuit
hic titulum de testamentis tit. de militari te
stamento, cum in Codice contrarium serua
uerit, quam difficultatem glossa, Bar. Saly. &
Ias. excitarunt in Rubr. C. de testam. mil. ui-
dentes , quòd in ff. pari modo titulus de te-
53 stam. milit. postponitur, ut hic. †Bartolus, &
sequaces existimant id in Codice factum ab
Imperatore quia miles est. l. 1. iuncta glossa,
in uer. [*commilitones*] & ibi Bal. ff. de test. milit.
Coras. in l. filium quem habentem, numero
30. C. fam. erc. merito uoluit præponere illũ
titulum in honorem militum quem respe-
ctum Iurisconsulti non habuerunt, in ff. cum
milites non sint. Quæ ratio confunditur per
Iaso. in dict. Rubr. C. de test. mil. & Bell. hic
ex ordine hic seruato in oppositum, & tamẽ
Institutiones emanarunt ab ipso met Impe
54 ratore, §. igitur, supra in proœ. Institut. †Sed
ne aduertit Dec. in d. Rub. C. de test. mil. de-
fendi potest ratio prædicta, nam Imperator
hic

Cur iste titulus fuerit præpositus titu. de test. milit. cum secus in Cod. seruatũ fuerit.

hic processit magistraliter ad instructionē iuuenum, sicut & Iurisconsulti, in ff. quæ qui dem instructio magistralis in eo uersatur ut generalia premittantur, l. 1. ff. si cert. peta. & probatur in §. his igitur, supra de iust. & iu. ubi Iustinianus a generalibus exordium fecit, unde alia ratione quā militiæ motus hic fuit, & fuit consideratio ipsius Iasonis infra titu. 1. in Rub. & in d. Rub. C. de testa. mil. quā tamen habuit a Fulg. qui prius ibidem eam perpendit, merito ratio Bartoli, sequacium-
55 que memorata non est spernēda. † Alia quo que ratione dicebat Ias. ibi post glo. id factū nempe propter dignitatem testamenti mili taris maiorem quam Paganici, propter quā plura priuilegia illi concessa, l. 1. & per totū, ff. & C. de test. mil. hic uero ad instructionē iuuenum respectum fuisse. Cui consideratio
56 ni Bellon. hic non consentit, † cum militia non sit dignitas nec miles in aliqua dignita te sit constitutus, l. fin. C. qui mil. poss. lib. 12. Bar. in l. ex eo tempore, ff. de test. mil. Sed du bitabilis uidetur hæc opinio Belloni, cum iu ra non deficiant quæ militiam dignitatem appellant, l. pen. C. de Pala. sacra. largi. lib. 12. ibi, [*militari dignitate fruantur*] c. militare 23. quæs. 1. ibi [*dignitatis suæ miles ascribitur*] & tra dit And. Sicul. in cap. consultationibus, col.
57 2. de dona. † Quia tamen ueritas nō est ue lauda, renenda est opi. Belloni, quam probat etiam Bar. in l. 1. C. de digni. lib. 12. colla. 10. num. 19. uers. 4. infertur ex prædictis, & post eum Ioann. Plat. Lucas de Pēna, in l. mulie res, col. 2. uer. 5. secundum quosdam, C. eo. ti. Ioann. Faber, in l. milites, C. de q. & in Rubr. infra de testam. mil. Bald. & Ang. in l. filiusfa mil. §. ueterani, ff. de procur. Sal. in l. fi. per il lum tex. C. de Pagan. Alex. in l. diem functo, num. 14. ff. de off. asses. Aret. noster, in §. fina. col. fin. infra de test. mil. & alij cumulati per Tiraquellum in tracta. de nobilitate, cap. 8.
58 † Pro qua sententia plures sunt leges facien tes discrimen inter dignitatem & militiam, tamquam militia non sit dignitas, ut in l. si quis, C. de offi. rect. prouin. ibi [*cuiuslibet mi litiæ dignitatis ue*] in l. pen. C. de pact. ibi [*mili tia sua uel dignitatis*] in l. fi. C. de iur. omnium iu di. ibi, [*militiæ uel dignitatis*] item ibi, [*in qua cumque militia connumerati sunt seu aliquam digni tatem prætendunt*] & rursus ibi [*militia seu digni tas eorum constituta est*] idemque probat text. & ibi Bar. notat, quòd militia non est digni tas, in §. 1. in Aut. ut neque miles, neque fœ deratus ibi [*dignitatibus & militijs.*] Et plura alia iura eodem modo loquentia congerit Tiraquel. loco citato, num. 8. ex quibus aper te liquet militiam dignitatem non esse.
59 † Nec obstant iura superius allegata quæ ui dentur assignare dignitatem militiæ, nam in telligenda sunt de dignitate improprie, & large sumpta, prout est nomen quodam ge-

nerale, & plerumque sic accipitur, ut per Bar tol. in d. l. 1. C. de dignitat. lib. 12. q. 1. & 2. & per glossā & ibi Bal. in l. libertæ, C. de oper. li ber. Ita respondet Tiraquell. in d. c. 8. nume. 10. sicque Belloni sententia remanet defen-
60 sata. † Sed tamen licet in se uera sit, rationem Iasonis post Glossam de quibus supra non oppugnat, quoniam non considerarunt di gnitatem respectu militis uel militiæ, ut Bel lo loquitur, sed respectu testamenti militaris quod Paganico dignus dixerūt ob multa pri uilegia illi concessa, unde de persona militis ad testamentum suum illatio facta per Bello num uelut de diuersis ad diuersa non proce
61 dit, l. Papinianus exuli, ff. de minor. † Ex alio tamen ni fallor periculosa redditur Iasonis & glo. ratio, nam si propter priuilegia de te stam. militis præmitti debuisset, utique idem & de testamento inter liberos agēdum erat
62 quod priuilegijs non caret. † Valet. n. licet imperfectum sit ratione solennitatis, l. fi. C. fami. erc. l. hac consultissima, §. ex imperfe-
63 cto, C. de testam. & utrobique not. † Et ideo duo testes siue mares, siue feminę sufficiunt ut tenet glo. Bal. Sal. & alij in aut. quod sine, C. eod. Bartol. Ang. Castr. Alex. & Ias. in d. §. ex imperfecto, Bal. Ang. Cast. Imo. & Alexan der, in apostil. ad Bar. in l. qui testamento, §. mulier, ff. eod. Rube. consi. 6. in princip. cum alijs per Tiraq. cumulatis, de legibus connu
64 bi. in 9. lege, num. 47. † Idque tametsi rogati non fuerint, ut est glo. notab. in l. fi. ad fi. C. de codicill. sequitur Bald. Salyc. & Fulgo. in dicta aut. quòd sine, Ang. Cas. & Ias. in d. §. ex imperfecto, Rube. in dicto consi. 6. in princi. Guido Papę, Decis. 538. factum est testamen tum, Socc. in regula 420. in uerbo [*testes*] fal lentia. 3. Ruin. consi. 154. num. 5. uol. 3. Boe-
65 rius Decis. 34. nume. 6. † Adde, quòd in hoc testamento inter liberos semper subintelli gitur clausula, omni meliori modo. Sicque, quòd testamentum ualeat omni meliori m do quo potest, ut ex glos. singulariter infert Imo. & sequuntur Aret. Alex. & Ias. in l. cho hæredi, §. cum filiæ, ff. de uul. & pup. Alexan. & Ias. in dicto §. ex imperfecto, Claud. Aquē.
66 in l. inter cætera, ff. de libe. & posth. † Sicut etiam subintelligitur in eo clausula codicil laris, ut uoluit glo. singularis, in d. §. cum fi liæ, in uerbo [*ualuit*] quam Imo. Aretin. & Ias. ibidem notant. Idemque tradit Imo. in c. Rainutius, de testa. & post eum Guil. Bened. in uerbo testamentum, num. 82. Ias. in l. eā quam, num. 11. C. de fideic. Dec. consil. 242. nu. 6. Grat. consi. 112. nu. 28. uol. 2. Paris. con sil. 62. num. 13. uol. 2. cum simil. ex quibus pa tet hanc esse comm. sic igitur priuilegijs mu nitum est testamentum inter liberos, ut attē ta ratione Iasonis de ipso quoque debuisset titulus particularis præmitti, quod cum mi nime factum fuerit ratio Iasonis attendi

non

67 non debet.† Tantoque magis quia secundū eam, & de testamento ad pias causas præmittendum erat, quod multis priuilegijs decoratur, ut late prosequitur Roma. in aut. similiter, C. ad leg. Falcid. atque adeo priuilegiatum est, quòd secundum aliquos ultra legitimam magis fauemus testamēto ad pias causas quam condito inter liberos, cum agatur de fauore animę quę cęteris reb. est præferēda, l. sancimus, C. de sacro sanc. eccl. dictum est aureum Alexandri, in l. pactū, quod dotali, col. 2. C. de pact. & in consil. 65. uiso testa. col. 3. uol. 2. post Bar. in l. 1. in 6. q. princi. C. de sacrosanc. eccles. ubi hoc idem Ias. expresse notat, nume. 18. & Dec. tradit, consil. 426. num. 5. quanquam hoc in dubium reuocari potest ex alijs multis quos adduxi, consilio 215. num. 194. sed non desunt in alijs casib. priuilegia talis testamenti, non ergo placet ex prædictis usquequaque mihi ratio Iaso-
68 nis.† Mitto considerationes Domini patrui que mei magni Riminaldi in Rubr. C. de testam. mil. quas persuasiuas appellat hic Bell. Nec aliam probo Decij eodem loco, cui Bellon. hic subscribit, quòd hæc sunt Iuris positiui de quib. ratio concludēs reddi nō potest, iux. gl. in l. 1. §. pueritiam, ff. de postulan. quoniam ni fallor, satis cōcludens, & noua ratio reddi potest huius ordinis hic. & alibi tradi-
69 ti, si diligentius intueri uelimus.† Dico igitur ordinis huius nostri rationem satis apertam colligi ex §. 6. suprà titulo præcedenti, ubi Iustinianus pollicitus fuit tractare quibus modis per uniuersitatem res nobis acquiruntur, priusque de hæreditatibus ex te-
70 stamento.† Verum quia ex testam. Pagani semper obuenit uniuersalis acquisitio, quia institutio etiam de fundo, aut alia re particulari facta trahitur ad totum, l. 1. §. si ex fundo, ff. de hæred. insti. nec ius permittit Paganum pro parte testari, pro parte uero non, l.
71 ius nostrum, ff. de reg. iur.† at non idem contingit necessario in test. militis, si enim unū ex fundo scripserit hæredem, creditur quantum ad residuum patrimonium intestatus decessisse, l. si miles unum, ff. de testam. milit. & sic non semper ex test. militis contingit uniuersalis acquisitio, merito congruum fuit ut Imperator nolens tractare de acquisitionibus uniuersalibus, priusquā de his quę ex testam. obueniunt, præponeret de testamentis Paganorum, ex quibus semper hoc obuenit, non autem de testamentis militum, ex q. bus non semper idem contingit, sed plerūque particularis dumtaxat acquisitio. & hec consideratio cessat in ordine Codicis, ubi Iustinianus ad hoc, prout hic, nō se coarctauit, sed uolens tractare de successionibus ciuilibus præmisit de testam. militis in honorem militiæ quam profitebatur, ut dicunt Barc. & sequaces, & ita diuerso respectu saluātur

72 isti ordines.† Quarta a supra commemoratis utilior est subijcienda quæstio, quam Christopho. Porcius, Ias. Bellon. Tolent. & Moder. Patauini, disputant in fine principij tituli nostri. Sed opportunius mihi uidetur in hac Rubrica collocanda, sicut & in locis ordinarijs obseruatum uideo, uelut apud Abbatem & Andream Siculum in Rubr. extra de testa. Christophorum de Castelli. Iasonem & Decium in Rubr. C. qui test. fac. poss. dubitatur ergo num quid de rigore iuris testari liceat, uel ex gratia tātum. & in primis, sunt qui putant ex gratia tantum id licere, glossa enim in l. illa institutio, ff. de hęr. inst. quam ad hoc Bal. Ange. Cuma. & Imo. notant, considerās textum illum dicentem non ualere institutionem ex alieno arbitrio pendentem, rationem adducit, quia testator uult conferre in alienum arbitrium, quod uix suo permittitur scilicet statuere de rebus in eum casum *Testari liceat de rigore iuris uel ex gratia.*
73 quo suæ futuræ non sunt.† Sensit enim glossa, quòd cum testamentum morte confirmetur, capi. cum Marthæ. de celebr. miss. & post
74 mortem quis desinat esse dominus :† mors enim cūcta soluit, §. deinceps, in Aut. de nupt. talis dispositio de rigore iuris ualere nō debet, licet enim fiat habili tempore quo est Dominus, uidelicet eo uiuente, quia tamen eius effectus confertur in tempus inhabile, hoc est post mortem suam ualere non debet per regulam, l. quòd sponse, C. de don. ante nup. quæ secundū Bar. numq̄ fallit, imo uero potius confirmatur, in l. uxor, cum ibi nota, per glo. & Docto. C. de lega. & in l. eum, ff. de iur. omn. iudic. ubi scdm unum intellectum notant hoc Ias. & Dec. merito glossa prællegata fuit ijs uerbis illis [*uix suo permittitur*] sentiens hóc esse de iure quodam singulari sicque ex gratia cōcessum scdm Imolam, Cuman. & sequaces ibi, nō autem de iuris rigore, ita ut Roma. in l. 1. ff. eod. dixerit mirabile priuilegium hominibus datum fuisse, ut cū mors omnia soluat, non tamen rumpit disp. ut post mortem tollatur, citatque glossam in dicta l. illa institutio, & hæc sententia.
75 † præter eam confirmatur, nam Summus Pōtifex non potest in uita sibi successorem se ligere, quia confertur effectus in tempus quo non erit Papa, hoc est post mortem, vt est gl. notab. in c. apostolica, §. his omnibus, 8. q.
75 1.† Et pupillus testari non potest etiam ad pias causas cum autoritate tutoris, quia effectus ultimæ uoluntatis confertur post mortem, sicque tutoris autoritas in tempus finitæ tutelæ quæ morte expirat, §. simili modo supra quibus mod. tut. fin. quod non licet. d. lege, quod sponsæ, ita Bar. in l. 1. in 3. q. primæ q. prin. C. de sacrosan. eccle. & glo. licet non ita clare, sed post eam Bal. & Ias. aperte, in l. si frater, C. qui test. fac. poss. Guiliel. Mayner. in l. omnis diffinitio, nu. 13. ff. de reg. iu.

†Postre-

77 † Postremoque si partes prorogant terminum usque ad tale tempus inchoandum finito primo termino, non valet prorogatio. cum sit collata in tempus inhabile quo fieri nõn potest, l. sed si manente, ff. de preca. ut tradit Bal. Fely. & Dec. in c. de causis, de offi. deleg. mirum igitur ex prædictis uideri non debet si testamenti dispositio collata post mortem testatoris, & sic in tempus inhabile de rigore iuris ualere non debet. Hanc etiã partem clare tenet Abb. in Rubr. de testam. Christopho. de Castellio. in Rubr. C. qui testa. fac. poss. quem Ias. ibidem refert. Porcius hic in fine prin. Modernique Pataui. post eũ Dec. in dicta Rub. C. qui testam. fac. possunt, & in l. eum qui, ff. de iur. omnium iud. negãtes omnes ratione prædicta de rigore iuris
78 neminem testari posse, † atque ob id Innoc. idem præsentiens in ca. cum P. tabellio, de fide instr. quem sequitur Philipp. de Casol. in tracta. de testam. nu. 16. dixit, quòd monstrũ Iuris ciuilis est uniuersalis hæreditaria bonorum successio. Dũtaxat igitur, (ut Doctores supra cumulati tradunt) ex gratia atque humanitate ius testandi concessum est uarijs rationibus, quas Porcius hic in fi. princi. plenius autem Philipp. ille de Casol. in d. tract. de testam. num. 10. cum sequentibus prosequuntur, & præter eos quoque Veronen.
79 in l. uerbis legis, ff. de uer. significa. † Prima enim fuit ratio propter necessitatem, ut creditorib. prouideretur de persona quam conuenirent post mortem debitoris, qualis est hæres institutus, omnino personam defuncti repræsentans, §. 1. in Aut. de iureiur. a mo
80 ri. præsti. † Quod ab intestato eo moriente locum habere non poterat cum passiuæ obligationes defuncti cum eo expirent, nec migrent de subiecto in subiectum, l. 3. ff. pro soc. l. quis ergo casus, cum ibi not. ff. de pecu. Sed hanc rationem Ias. hic & Mode. Pata. in
81 fi. princ. reprehendunt. † Cum etiam ab intestato supersit hæreditas iacens personã defuncti repræsentas, l. cũ hæreditas, C. de posstu l. hæreditas, ff. de acq. rer. domi. §. seruus aũt alienus, infra de hære. insti. & infra de stipul. seruo. in prin. l. mortuo, ff. de fideiuss. merito necesse non erat per uiam testamenti creditoribus consulere, cum & ab intestato superesset hæreditas quam conuenirent curatore ei dato, iux. l. secundam, & per totum, ff. de
82 cur. bon. dan. † Hæc Iasonis & Mod. consideratio tametsi subtilis sit, rationem Porcij nõ offendit si recte & diligenter eam capiamus. Quatenus enim considerauit necessitatem consulendi creditoribus per hæredis institutionem quem conuenirent, intellexit hoc Porcius sine defuncti iniuria, nempe quod. qui facultates suas suspectas haberet. Primo loco liberum hæredem institueret. Secundo uero, uel ulteriore seruum suum necessariũ, qui satisfacturus esset creditoribus, aut hoc eo non faciente creditores res hæreditarias serui nomine uenderent, ne iniuria defunctus afficiatur, ut inquit egregie tex. in §. 1. supra quibus ex cau. manu. & in §. j. infra, de hæred. qualit. & diffe. hoc idem ab intestato non contingebat cum serui tali casu nõ succederent, & qui ab intestato liberi hæredes succedebant si erant extranei poterant pro libito repudiare, §. penul. infra de hæred. qualit. & diffe. si uero descendentes erant, & in potestate, beneficium abstinendi habebant, §. necessarij, eod. titu. idque uerisimiliter faciebant ne onerib. hæreditarijs adeũdo subijcerentur. unde creditores aduersus bona uelut defuncti dirigebantur cum maxima illius nota atque iniuria. Iam patet igitur sic declarando mentem Porcij rationẽ
83 suam subsistere. † Dicebat insuper & secũdo loco idem Porcius huius introductionis testamenti rationem fuisse, pacem & tranquillitatem, ut lites, & quæstiones sedarẽtur nec in incerto uagarentur hæredes. Quã & Moder. Patauini quam primum lectam confutarunt existimantes non pacem ex testamento sed lites, discordias, & quæstiones potius induci, cum sæpissime disputari contingat, an quis testari potuerit, uel similes lites oriantur, quæ sane cessaret ab intestato, cum certa sit antiquæ & nouæ legis dispositio in successione ab intestato, §. 1. infra de hæred.
84 quæ ab int. & de legiti. agna. succ. † Sed allucinantur isti Moder. dicentes contra text. in Aut. de consang. & uter. fratr. col. 2. ibi [*si igitur huiusmodi frater litibus liberare & legem, & dubitantes uoluisset ad testamentum uenerat, & suam sententiam fecerat manifestam, & per scripturam honorati ad hæreditatem uocarentur.*] patet igitur testamentum ad sedandas lites inuentũ fuisse, hinc dicitur iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri uoluit, l. 1. ff. eo. & quas prædicti Moderni considerant lites, aliunde ueniunt illæ controuersiæ quam a dispositione testamenti uelut a uiribus eius, & licet quandoque super uerbis testamenti disputari contingat, maxime vero in fideicõ-
85 missis, † ut experientia docet rerum magistra. c. quam sit, de elect. lib. 6. Paris. consi. 47. nu. 72. uol. 1. tamen tantum abest ut ab ipso testamento proprie, rectaque uia. quæstio dicatur oriri. † cum enim testator præsuma-
86 tur cum dispositione iuris se conformẽ reddere uoluisse per doctr. Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita, col. secunda, & post eũ cæteri maxime uero Socc. & Ripa, ff. ad Trebellian.
87 † Et in dubio uideatur uelle, quod ius disponit ut not. Bald. in l. precibus C. de impube. quem sequitur Dec. consi. 257. nume. 3. con-
88 si. 278. col. penul. † Ius autem per se sit clarũ & certum, l. ornamentorum. ibique Barto. & cæteri, ff. de auro & argento legato, si quæ cõ

trouersia

trouersiæ nascitur, non eius immediata causa est uoluntas testatoris sed interpretationes potius & Doctorum commentaria quæ res plerumque ad difficultatem redegerunt,
89 ut est notissimum. † Quod uero postremo dicunt isti Moderni de successione ab intestato clara & aperta atque a cõtrouersijs libera legis antiquioris & nouę beneficio, uerũ est post legem, 12. tabularum & posteriores introductas, ut loquuntur iura per istos allegata, sed nos disputamus de principio testamenti introducti, quod de iure gẽtium fuit, secundum communem sentẽtiam, ut in princip. dicemus huius tituli, lex autem 12. tab. dudum postea fuit, l. 2. in princi. iunc. §. postea ne diutius, ff. de orig. iur. unde non probant qualis & quam certa foret ab intestato successio tempore iurisgentium quo ius testandi concessum est, merito, ne prolixius uager plane quoque defenditur hęc secunda ratio Porcij ab impugnationibus istorũ Moder-
90 norum. † Tertiam quoque Porcij rationem non prætereo quarto tamen loco relatã ab eo, quoniam tertio loco positam ab eo, probant Moder. Pata. inquit enim id, propter charitatem introductum fuisse, utque uitiũ ingratitudinis effugeretur ab eo qui beneficia suscepisset ab alio, nec ei uiuẽs retribuisset: consonum enim fuit, ut saltem moriens uiam testamenti haberet qua grati animi sui officium exequeretur, & par pari repẽderet, seque a naturali obligatione ad remunerandum liberaret, l. sed & si lege, §. consuluit,
91 ff. de petit. hæred. † Sed & hanc rationem taxant isti Moder. cum satis hoc poterat fieri per donationem causa mortis, uel legando in codicillis absque testamenti uia, qui mortius satis est fragilis & errorem maximum cõtinet, nam donatio causa mortis olim per stipulationem tantum fiebat, ut est glo. nota. & ibi Bat. & Cuma. in l. cum pater, §. Meuio, ff. de leg. 2. quæ & ab omnibus approbatur, ut tradit Corn. conf. 237. col. 1. uol. 4. Rom. consi. 486. in princip. And. ab Exea, libro pactorum, num. 94. idemque tenet alia glossa in l. 2. C. de iure dot. in l. fi. & post eam Cast. ff. de dona. Bar. & alij, in l. 1. ff. de dona. causa mor. de cuius communis opinionis ueritate latius posui, supra de dona. in prin. tenendo cõtrarium, sed nunc communis est supponenda obiter contingens, iux. regulam l. qui testam. ff. de testam. quam latius superius exor-
92 naui. † Stipulatio uero iuris ciuilis tantum fuit inuentio, ut per glo. & Docto. in l. ex hoc iure, in fi. ff. de iust. & iu. in §. ius autem gentium, supra de iure nat. uocãt omnes passim, in Rub. ff. de uer. obl. Ias. in l. 1. in prin. eo tit. glossa 1. & ibi dixi, cõtra de don. in prin. pre cæteris allegando textũ formalẽ, in l. ea quæ ciuiliter, ff. de acquir. rer. domi. ibi [*ea quæ ciuiliter acquiruntur ueluti per stipulationem*] & ibi Alberi. post Iacob. de Are. exponit [*ciuiliter*] idest per modum, seu actum inuentum de iure ciuili. ergo dum textus exemplificat in sti-
93 pulatione, patet eam esse de iure ciuili inuẽtam. † Palam est autem ius ciuile post ius gẽtium fuisse, §. singulorum, supra de rer. diuis. merito dici non potest de iure gentium quo testamentum originem sumpsit, ut supra dixi, donationem causa mortis fieri potuisse cum nondum stipulatio inuenta esset sine qua donatio causa mortis non procedebat, propterea corruit Modernorum intentio dicentium, quod satis id fieri poterat per do-
94 nationem causa mortis. † Eodẽ plane morbo laborat, quod isti Moderni subijciunt de legatis: nedum enim tempore iurisgentium quo testamenti factio inuenta est, uerum etiam de iure ciuili antiquiore legata non nisi ex testamento ualebant, §. præterea, & ibi glo. & Doctores, infra de fideic. hære. gl. Bart. & cæteri tradunt, in l. 1. ff. de leg. 1. falsum est igitur, quod dicunt Mode. per uiam legendi in codicillis id fieri potuisse, ergo ratio Por-
95 cij recte ab istis defenditur. † tantoque magis, quoniam dato etiam, quod remedio donationis causa mot. & legatorum in codicillis consultum esset, non inde tamen impediri debuit, quin etiam per testamentum consuleretur, cum plura interst habere remedia l. 3. in fi. ff. de libe. leg. l. cum filius, §. uarijs, ff. de leg. 2. & ita cessant omnino quæ dicunt
96 Moderni. † Vltima quoq; fuit in hac re Porcij ratio quod ob publicam utilitatem testamenti factio constituta sit magis enim facilius quis ad acquirendum incitatur sciẽs testari posse, quod reipublicæ interest, ut nota. in l. 1. ff. sol. matr. sed & ab hac ratione Mode. Pata. recedũt, cum potius hominum quæstus ordinatus sit, ut eorum necessitatibus consulatur uendendo & inter uiuos alienando, quam ut testamentum faciant, & alteri prosint non sibi. Quę consideratio rationem Porcij non tollit, ut enim concedo plurimũ homines insudare in acquirendo, ut sibi ipsis
67 prosint. † ita non negandum est acquisitionem illam præter acquirentis necessitates, ad eius posteros, & successores dirigi, ut de liberis probat tex. in l. pen. ff. de bonis liber. ibi, [*cum omnia quæ nostra sunt liberis nostris ex uoto paremus*] & generalius tex. in l. uel negare, ff. quemadm. testa. aperi. ibi [*publicæ enim expedit suprema hominum iudicia exitũ hẽre*] hinc enim deprehenditur eorum desiderium esse, ut per eos quæsita nominatis ac institutis ab eis applicetur, quod et post Tullium l. 3. de finibus explicat Connan. in commẽt. iur. ciuilis, libro 9. capitu. j. colum. 3. & ex his saluantur omnes rationes Porcij, quibus una cum sequacibus concludit facultatem testandi gratiose fuisse traditam ac concessam, non
98 autem de rigore iuris. † Sunt tamen qui contrarium

trarium penitus,& ex diametro teneāt uide
licet, quòd de rigore iuris hoc ius testādi cō
cessum fuerit,sic Ias.hic in fine prin. & in Ru
br.C.qui test.fac.poss.motus ea potissimum
99 ratione, † quia hæreditas iacens quæ repræ
sentat personam defuncti,l.mortuo, ff.de fi-
deiuss.dicitur rerum domina.l.j.§. Sceuola ,
iuncta glo.ff.si quis test.lib. esse iuss. fue. un-
de defunctus dicitur retinere dominium re
rum per ipsam hæreditatem iacentem, sicq;
dicitur disponere de reb. suis,licet post mor
tem suam conferat.cessatque regula dictæ le
gis,quod spōsæ,in qua prior opin.fundatur,
non enim dicitur conferre dispositionem
suam in tempus prohibitum, nec in casum
quo res nō sint suæ futuræ, cum hæreditaria
cens eum repræsentans rerum dominium re
tineat. Et hanc consideratione quoque Iaso-
ne priores habuerunt Bald.Cuma. Angel. &
Imo.in dicta l.illa institutio.ff. de hæredib.in
stit.& Andr.Sicul.in Rub.de testa. col.9.post
100 princ.† Tertiam quoque in hac re senten
tiam tenendam potius esse credidit hic Bel-
lon.in princ.tituli nostri, q.2. quòd testari
liceat non de iuris rigore,nec ex gratia, sed
ex æquitate iuris:cum enim hæreditas iacēs
fit quædam persona defuncti ficta, dominiū
retinens & obligationes,dicta l. mortuo, di-
spositio testatoris conferri dicitur in tēpus
licitum ex æquitate iuris in qua fundatur fi-
ctio,l.postliminium,secunda,ff.de capti. ibi,
[*idque naturali æquitate introductum est*] ubi de
postliminio loquitur quod est fictio, §. sed si
ab hostibus,supra quib.mod.ius pat.pot.sol.
ibi , [*quia postliminium fungit*,] nec dici potest
hoc ex gratia licere (subdit Bellonus) id .n.
procederet & esset uerum si esset data facul-
tas testandi, nec post mortem testatoris su-
peresset illud ius fictum repræsentās &c.esset
enim hoc directo contra regulas iuris com-
munis, dicta l. quod sponsæ . Sicque resedet
101 Bellonus. † Hactenus relatæ sunt tres opi-
niones in hoc artic. Ratioque prioris opin.
de allegata l.quòd sponsæ, qua dicebatur de
rigore iuris non licere testari, sublata ui-
detur ex ratione facta pro secunda opinio-
ne.Tu tamen ulterius aduerte, quòd eam ra
tionem subtiliter impugnat Dec.in d. Rub.
C.qui testam.fac.poss.col.j. & in l. eum qui,
102 ff.de iuris. omnium iud. † quòd enim dici-
tur hæreditatem repræsentare defunctum,id
totum prouenit ex fictione dictæ l. mortuo
ibi, [*defuncti uice fungitur*,] & infra de stipular.
ser.in prin.ibi, [*personæ defuncti uicē sustinet*.]
103 † fictio uero iuris specialis est,cum ex æqui
tate contra ueritatem inducatur,dicta l.post
liminium, non ergo secundum ueritatem di
spositio confertur in tempus habile . confir-
matur ultra Dec.per l.3.§.hęc verba,ff.de ne
go.gest.ubi si gesta fuerit negocia hæredita
te iacente, nec hæredis qui nondum adijt

hæreditatem , nec defuncti dicantur nego-
cia gesta,ex quo colligitur, quòd ficte perso
nam defuncti sustinet hęreditas,nec illius do
minium defuncti dicitur.imo uere bona de-
functi desierunt esse, sicque adhuc militare
uidetur regula dictę legis , quod spōnsæ, in
104 qua prior opinio fundatur. † Non placet
etiam mihi Belloni sententia,quoniam diffe
rentia quam constituit inter gratiam & ęqui
tatem,uerbalis est,non autem fundamenta-
lis.Imò uero Ias.in d.Rubr.C.qui testam.fac.
poss.utrumque pro sinonimis capit ibi, [*&
ob gratiam & sic ex quadam æquitate*.] idemque
sentit Imo.in dicta l. illa institutio, col. 1. ibi.
[*Sed dispensatiue ex æquitate*.] & ultra ipsos con
firmatur,nam uidemus fœminam non posse
adoptare,nisi ex gratia ad solarium libero-
rum amissorum,§.feminę,supra de adopt. l.
105 mulierem,C.eod. † uerbum enim [*indulgen
tia*] de quo priore loco gratiam significat,ut
ibi tradit Aldobrandinus,num.5. post glo.
in l.licitatio,§.earum,ff.de publica.& in Cle
men.l.si.in fi.de celebra.missa,quòd enim non
possit, obstat rigor iuris ea ratione, quia li-
beros suos in potestate non habent, ergo q
possit ex gratia prouenit ex æquitate quæ ri
gori contrariatur,l.placuit, C.de iudic. l. fi-
lio præterito , in fi.ff.de iniu.& irri.testamē-
106 to.† Quid igitur in hac re tandem conclu-
dendum est? Breuiter secundā opi.sequor,q
secundum iuris rigorem hoc concessum sit,
non autem ex gratia, probatur in §.1. infra
titulo sequenti,& in l.3.ff de testam.mil.ibi,
[*iure communi*.] si enim ex gratia hoc descende
ret, dicerent illa iura [*iure singulari*,] l.ius sin-
gulare,ff.de legibus.confirmatur namque se
cundum priorem opin.in testamento pupil
lari duo concurrerent specialia , alterum ex
natura ipsius actus quòd pupillus testari nō
potest,l. qua ętate,ff.eo.alterum, quòd alie-
no penderet arbitrio,quæ tamen de iure nō
concurrunt,l.prima, ubi no. C.de dot.pro.
107 † Tertio addit Bellon.edictum de testamē-
tis est prohibitorium:omnes enim personæ
possunt testari quæ non reperiuntur prohi-
bitæ,ut not.glo.Bart.& alij,in l.si quæramus,
ff.eodem.glossa fina.infra quibus non est per
miss.face.testamen. Abb. in Rub. ex. eo. qui
possunt igitur testari iure communi id fa-
108 faciunt non ex gratia uel æquitate. † Non
obstat regula dictæ legis, quod sponsæ,quo
niam pro solutione debet animaduerti ad
doctrinam Bartoli, in l.1. §.nunciatio,colu.
4.num.30.ff.de oper. no. nunc. dicentis , q
in ultimis uoluntatibus suspenditur actus,
& eius effectus usque ad diem mortis:euenię
te autem morte dispositio statim sortitur ef
fectum eodem temporis momento, quo te-
stator exhalat animam, l.1.C.de sacrosanc.
eccle.ibi [*uelle non possunt*] morte superueniē-
te, subiungit glo. idem plane tradit hic Vigl.
in uer-

in uerbo [*ad ius ciuile*] numero 11. dicens quòd uoluntatis dispositio oritur ante mortem cum bona adhuc sunt sua, & ante Vigilium Andreas Sicul. in Rubrica de testamentis, columna nona, ubi motus autoritate glossæ, in l. his consequenter, §. sed & cum monumentum, ff. familiæ erciscun. dicit, quòd inter hæredem, & testatorem oritur quasi contractus, & sic uidetur, quod dispositio testatoris assumat effectum in uita ipsius, de quo textus est etiam formalis quem non citat Andreas Sicul. ibi, in §. sed neque hæres, infra hoc titulo nostro ibi, [*quis hoc totum negocium, quod agitur testamenti ordinandi gratia.*] creditur hodie inter testatorem, &
109 hæredem agi. † Hoc idem mea quidem sententia sentit etiam text. singularis, in l. a Titio, ff. de furt. ibi [*quia ea quæ legantur recta uia ab eo qui legauit ad eum cui legata sunt transeunt*] quæ uerba sine cauillo referri non possunt ad tempus post mortem testatoris, ut plerique intelligunt, sed in uita potius legantis uerificantur, ut sonant, Glossaque, & Angel. ibi dicunt, quod iste transitus, & dominium fit, & est legatarij ex
110 tempore mortis. † quæ dictio, ex, denotat principium temporis, l. ex hoc iure, & ibi Bartol. in princip. ff. de iustitia, & iure. exemplum ibi, quod ex iure gentium introducta sint bella, discretæ gentes, &c. sensus est, quòd hęc principium habuerunt tempore iurisgentium, non autem post ius gentium. Sic ergo in dicta l. a Titio ex tempore mortis res est legatarij fitque trãsitus, significat, quod dominium, & transitus originem sumit & exordium tempore mortis testatoris, non autem post eius mortem, merito ex prædictis cessat obiectum dictæ legis quod sponsæ, quod testatore conferat effectum uoluntatis suæ in tempus prohibitum hoc est post mortem suam, quia imo talis effectus consummatur in uita tempore mortis quo tempore adhuc bona sunt sua. Et licet mortuo testatore fiat ab hærede præstatio, ut infra de legatis, in princ. non tamen id immutat effectum iam cõsummatum, hoc est dominium iam quæsitum, sed est executio illius effectus, secundum Vigilium hic, & Andream Sicul. loco commemorato. Idemque plane Iason hic uoluit dicens, quod quantum ad uolũtatem dispositio iam sortita est effectum in uita, quia perfecte disposuit, quod uoluit, unde non curamus postea si res deueniat ad eum casum a quo incipere non potest, l. pluribus, §. etsi placeat, cum ibi nota. ff. de uerborum
111 obligatio. † Quinto pertinenter ad titulum nostrum, quæri potest an sit dare testamentum in genere (quoniam de testamento in specie nõ dubitatur.) & uidetur, quod non ex mente glossæ, in l. licet. in uerbo, [*compendium* ,] C. de pactis, quatenus uult reperiri ultimam uoluntatem in genere, & innominatam ut Baldus addit, & Dec. sequitur, quia non est testamentum, nec codicillus, nec donatio causa mortis, sed remanet, ut nomen generale ultimæ uolun-
112 tatis, † sicut in simili de probatione tradit Baldus, in Rubrica, C. de probat. in principio, quam in genere reperiri dicit ab alijs speciebus distinctam exemplificando, ut per eum in uno teste, & iuramento partis in defectum probationis, uel uno teste & cõfessione extorta per tormenta, & sic quando ex diuersis speciebus pmixta est probatio: tunc enim dicitur probatio in genere, quia nullam speciem probationis afficit, & illam glossam pro singulari notat Dominus patruus meus magnus Riminaldus ibi post Angelum, in l. tertia, §. finali, ff. de acquirenda possessione. Curtius Iunior, consilio 98. numero quarto, & Bellon. hic, numero
113 13. † Et pro illa uidetur textus, quem ad hoc ibi ponderat Angelus, in quibusdam lecturis, in l. cum antiquitas, C. de testamentis. dum textus ibi facit mentionem de testamento, & de codicillo, & postmodum simpliciter de ultima uoluntate, qua si sentiat minime dari testamentum in genere, sed ultimam dumtaxat uoluntatem. quam intelligentiam Iason ibidem probat notabili primo, ad finem, referens Angelum in lectura Perusina, & Alexandrum
114 aliter interpretantes illum textum. † Sed quòd imo sit dare testamentum in genere uoluit Bartolus in l. si quis in principio testamenti, numero decimo, uersiculo quæro quid si testator, ff. de legatis tertio, ubi dicit, quòd ultima uoluntas seu testamentum, quod dicitur testatio mentis, est nomen generis. sic ergo datur in genere testamentum secundum Bartolum, idemque Petrus, Cynus, Raynerius, & Fulgosius uoluerunt, ut Alexander commemorat in dicta l. licet, numero quinto, hancque partem Ruynus confirmat in Rubrica, ff. de
115 legatis primo, columna secunda, † quòd similiter uidemus reperiri possessionem in genere, dicta l. tertia, §. finali, cum ibi nota per Doctores, & adoptionem, l. secunda, ff. de adoptio. & bonorum possessionem secundum Baldum in Rubrica, C. qui admi. quæstione prima, & idem sequitur Socinus Iunior, in dicta Rubrica, de legatis primo, numero decimo octauo, dicens, quòd cum quęlibet ultima uoluntas sit testatio mentis, eo respectu testamentum in genere dici potest. eiusdem quoque sententiæ sunt Besutius, Aretin. Crot. Guiliel. Pontanus, & plerique alij eodem loco, qui

saluando continuationem glossæ, dicentis supra dictum fuisse de testamentis, intelligunt eam se uoluisse referre ad immedia-
116 te præcedentē titulū de codicillis. † qui capiendo testamentum large ueniunt appellatione testamenti iuxta glossam, in l. lecunda in uer. [*ex omnibus*] C. commu. de legatis. Si enim uolunt testamentum large capi, ergo in genere illud reperiri supponunt. Quamquam scio multos esse, ut Iasonem, Ripam, Crane. & alios Moder. eam defensionē continuationis prædictæ uarijs medijs taxātes, inter quos omnes nunc operę pretium non est uotum meum propalare, sed tantū illud adnotare uolui, quòd illi prius relati sentiunt dari testamentum in genere.
117 † Non prætereo tamen eos qui dixerunt in hac quæstione de nomine curandum non esse, postquam habemus effectū, qui pari modo resultat secundum utramque opinio. Sic Bald. Alexand. Dec. & Curt. Iun. concludunt
118 in dicta l. licet. † Ego uero libentius sequor opinionem secundam, nam & uidemus iurisdictionem dari nedum in specie prout officio iudicis mercenario expeditur priuatam utilitatem respiciens, ut tradit Bart. in l. Imperium, colum. fina. nume. 23. ff. de iuris. omnium iudic. & post eum Fulgol. Alexan. Dec.
119 Dominus meus Riminaldus, & alij: † sed etiam in genere, prout est potestas de publico introducta secundum eundem Bartol. in dicta l. Imperium, colum. 2. num. 2. Ita, quòd sub se comprehendit merum & mixtum Imperium, ut idem Bartol. subiungit, nume. 4. post glossam, cuius conclusionē communiter approbatam Dec. testatur ibi, num. 26.
120 † Et ideo si a Principe alieni concedatur iurisdictio in loco, etiam merum Imperium concessum uidetur, quia beneficia principū late debent interpretari, l. fina. ff. de constitu. princ. & ibi tradit hoc Bald. colum. 2. uersicu. Item noto, quòd si Princeps, lectura prima, Oldrad. consil. 152. ad quæstionem. uersicu. mihi autem Oldrado, Alexand. consil. 34. post princip. uolum. quarto, post Ioann. Andreas in addi. Specular. in Rubrica de iurisd. omnium iudicum, colum. quinta, in additi. incipiente uidisti duas opiniones. Bald. in titu. de capi. qui cur. uendit. colum. quarta, numero quinto, Cast. consi. 134. notandum est, quòd ista. col. 2. in antiqui. Dec. in d. l. Imperium, numero 26. Valla. nume. 24. Sapia, nume. 14. qui testantur communem, late Fely. in capitu. quod sedes, colum. 2. de offi. ordi. Paris. cons. 8. colum. 1. uolum. 1. sic ergo testamentum nedum in specie, sed & in gene-
121 re dari debet. † Nec obstant notata per gl. & sequaces, in dicta l. licet, ubi consideratur ultima uoluntas in genere, non autem testamentum in genere, quia respondet ad, hoc eleganter Ruin. in dicta Rubr. de legat. primo, quòd testamentum in genere, potest etiam dici ultima uolūtas in genere, nec per hoc dicitur nominata, quod cōsequatur hoc
122 nomen testamentum in genere. † Cum enim sit nomen generale rem nominatam non constituit, ut per glossam in Rub. C. de rerum permutatione, quam sequuntur omnes, ut Bartolus testatur, & pulchre declarat Castren. in l. mortis causa capimus, ff. de
123 donatio. causa mortis. † Ad textum uero in l. cum antiquitas, C. eodem, responde tur retorquendo inductionem superius factam. postquam enim dixit [*sancimus in tempore quo testamentum conditur, uel codicillus nascitur, uel ultima quidem dispositio celebratur,*] & sic mentionem fecit de testamento in spē, codicillo, & ultima uoluntate in genere subdit, [*si quid autem necessarium euenerit, & ipsum corpus laborantis respiciens contigerit. idest uel uictus necessarij, uel potionis oblatio, uel medicaminis datio, uel impositio quibus relictis ipsa sanitas testatoris periclitetur.*] ecce quo nam pacto testatorē appellat nedum respectu testamenti in specie de quo supra dixit, sed etiam codicilli, & ultimæ uoluntatis in genere, quo fit ut ultima uoluntas in genere testamentum quoq; dici possit si conditor eius testator ibidem nominatur. Idque confirmatur paulo post ibi [*non esse ex hac causa testamentum subuertendum,*] quod uerbum [*testamentum*] ad superiora relatum, respicit etiam ultimam uoluntatem in genere de qua supra. probat igitur il le text. dari ultimam uoluntatem in genere quæ testamentum pariter appellatur, cuius quoque sententiæ fuisse uidetur Bartol. in l. prima, colum. penultima, quæstione quarta, C. de sacrosan. ecclesi. ubi sentit, quod ultima uoluntas in genere, & similiter testamentum in genere idem sint, & enim ad hoc perpendit Ruin. in dicta Rubr. columna tertia, in princip. & in hac opinio. secunda, resideo, missa posteriore quæ disputationi locum prę
124 cidit, nec nos doctiores reddit. † Hinc alia suboritur quæstio delectabilis & fructifera, numquid hoc testamentum in genere proprie sit testamētum, quam loco 6. quæstionis principalis in hac rubrica tractabimus, Bartolus in dicta l. prima, C. de sacro sanct. ecclesi. loco citato sensit, quod sic, dum dicit, quod uoluntas uon solennis puta ad pias causas si capiatur testamentum large, idest in genere, dicitur testamentum proprie, enmque clare sequitur Ruinus, in dicta Rubrica de legatis tertio, motus, quod testamentum in genere dicatur mentis testatio, ut hic in principio: unde cum descendat ab allusione uocabuli, nec diffinitio repugnet, sequitur id esse pro
125 prie testamentum, † Sumitur enim ex

Testamentum in genere nūqd sit proprie testamentum.

ex allusione propria significatio, quotiens
non repugnat diffinitio, prout tradit Bart.
in l.omnes populi, ff. de iustit. & iure, nume
ro 59. Docto.in l.secunda,§. appellata, ff.de
iustit.& iure, Soc. consilio primo, colnmna
secunda,uolu. t.quamuis enim dictæ allusio
ni repugnet diffinitio testamenti in specie
de qua in l. 1.& ibi Barto.& alij,ff.eod.non ta
mē prædictę allusioni quæ cōuenit testamēto
in genere repugnat diffinitio, quia illud in
genere sumptum non reperitur diffinitum.
126 †Secundo mouetur Rui. nam & possessio.
& actio,& bonorū possessio,& adoptio sum-
pta in genere,proprie sic appellatur, quam-
uis idem nomen possit in specie uerificari,p
prie. Sic ergo de testamento in genere dici
debet, & hanc opin. simpliciter ueram sup-
ponit Soc.Iun.in dicta Rubr.nu.18. pro qua
moueor & ego tertio loco per tex.in l.eunu
chis,C.qui testam.face.poss.ubi dicitur [*eu-
nuchis liceat facere testamentum,componere postre-
mas exemplo omnium uoluntates,conscribere codicil
los,salua testamentorum obseruantia.*] sicut enim
uerbum illud [*testamentorum*] relatum ad te
stamentum in specie de quo supra dixit,stat
proprie, sic relatum ad ultimam uoluntatē
127 in genere supra enarratam. † Quia una
determinatio respiciens plura determinabi
lia solet æqualiter ea determinare,l.nam hoc
iure,ff.de uulg.& pupil.l.quamuis,C.de im-
pub.& al.substi.cum utrobique notatis. Eo-
dem plane modo potest induci tex.in d.l. cū
antiquitas,C.eod.ubi dicit,quòd antiquitas
uolens testamenta fieri nullo actu interue-
niente,non rite interpretata pene in perni-
ciem , & testantium,& testamentorum pro-
cedebat , ideoque subdit [*in tempore quo testa-
mentum conditur,uel codicillus,uel ultima dispositio*]
actum necessarium contingentem non uitia
re:sicut enim uerbum testamentorum, rela-
tum ad testamentum in specie de quo subne
ctit , stat proprie, sic relatum ad ultimam di
spositionem, & sic ad testamentum in gene-
re,per regulam dictæ legis,nam hoc iure,cō
firmatur quia inferius loquitur de testatore
& testamento ibi [*sanitas testatoris*] & ibi [*non
esse ex hac causa subuertendum testamētum*] q̄ uer
ba sicut relata ad testamentū in spē, de quo
supra stant proprie,ita & quatenus referūtur
128 ad ultimam uoluntatem. † Quartò pon
dero tex.in l.1.ff.de adopt.ubi dicitur [*quod
adoptionis nomen generale est & in duas species diui
ditur,quarum altera adoptio similiter dicitur*] consi
dero,quòd adoptio in specie sine dubio di-
citur proprie adoptio,ut Soc.& Ruin. faten
tur in dicta Rubr.& nemo non negat.si ergo
illa dicitur similiter adoptio, sicut adoptio
in genere, datur intelligi adoptionem in ge
nere proprie adoptionem esse,alias adoptio
in specie non diceretur similiter adoptio si-
cut illa quæ est in genere,quia quæ est in spe-
cie diceretur adoptio proprie, quæ uero in
genere improprie.sic ergo dicamus in quæ-
stione nostra,testamentum in specie dicite
stamentum similiter sicut testamētum in ge
nere, ergo si quod est in specie proprie te-
stamentum dicitur,l. 1. ff.eodem.ita quoque
129 quod est in genere. † Quinto facit text. &
Aretin.ibi,in l.cum lege, ff.eodem ubi uerbū
intestabilis, significat eum qui testari nō po
test,nec reddere testimonium, cuique reddi
non potest . Et hæc omnia proprie , quia
lex ita uidetur in dubio uoluisse, quòd
omnia complectatur , ex quo proprietas
uerborum hoc significat, l. non aliter , ff.
de lega.3.sic ergo dicamus,quòd cum uerbū
testamentum,significet testamentum in ge-
nere,& in specie,debet utrumque proprie cō
plecti & significare,& sic utrumque proprie
130 testamentum dici debet. † In contra-
riam uero partem me ualde trahit tex.in l.2.
§.1.ff.quæ test.aperi. [*testamentum* (inquit Vl
pi.) *proprie illud dicitur,quod iure perfectum est*]
hoc est quo ad institutionem , ut alibi tra-
dit Barto.in l.1.columna 2. ff. eodem. expo-
nendu uerbum iusta,idest perfecta.Sed testa
mentum in genere non est tale, siue de codi
cillis intelligas,siue de mortis causa donatio
ne, quia non cadit in eis institutio.ergo non
dicitur proprie testamentum. Secundo me
mouet text.iusra de eo cui liberta.causa bo
na adi.ubi dicta de testamento ex quo non
aditur hæreditas (potest modo seruus cui re
licta est in eo libertas petere bona sibi adiji
ci causa libertatum conseruandarum, exten
duntur ad codicillos l.2. ff. de fideic.liber. &
sic ad testamentum in genere, quod proba-
tur ibi [*fauor constitutionis Diui Marci debet locū
131 habere,& hoc casu*] idest etiam hoc casu.† sic
enim dictio,&,exponitur in l.j.ff. soluto ma
trimonio.ergo hinc deprehenditur testamē
tum in genere proprie testamentum non es
132 se. † Quia quod est ex interpretatione ex-
tensiua non est ex propria significatione se
cundum Bartol.in l.1.ff.de uerborum signi-
ficatione. Tertio deduco tex.in l.prima,ff.de
fide instrument.iuncta glossa prima ubi di-
cit text.quòd [*instrumentorum nomine* (*largo sum
pto uocabulo secundū glossam, & sic in genere sum-
pto instrumento,*) *ea omnia accipienda sunt quibus
causa instrui potest,& ideo tam testimonia quam per
sonæ instrumentorum loco habentur*] pondero , ꝙ
si testes in scriptis redacti, ut glossa, & Do-
ctores exponunt , & personæ nondum exa
minatæ instrumentorum loco habentur, er
go non proprie , l.mercis,cum ibi nota. ff.de
uerborum significatione , sicque perpen-
dunt illum text.canonistæ in Rubrica, de fi
de instrumentorum, ut Abbas, Imola, Fe
lyn. Dec. & alij, dicentes per illum textum ,
quòd instrumentum in genere sumptum ,
ut testis dicitur improprie instrumentum.

133 † Qnorum concl. sic uera est, ut mirari non
desinã quonã pacto Bar. & Bal. in d. l. j. nota-
uerint ex illo tex. ꝙ ex allusione uocabuli
colligitur propria significatio, quasi uolue-
rint illum tex. proprie loqui in eo quod di-
sponit: hoc enim falsum est, cũ loquatur im
proprie secundum canonistas præallegatos,
idemque signanter tenent ibidem Iacob. Bu
trig. Salycetus, Flori. Fulgos. & Albericus.
134 † inferentes ad quæstionem statuti dicẽtis
quòd producens instrumentum falsum dẽat
puniri, an & producens falsum testem debe-
bit pęna statuti puniri? concludũt enim per
illum text. quòd non, improprie loquentẽ,
latoque sumpto uocabulo secundum glo. &
uerba statutorum debent accipi proprie, &
non improprie, l. non aliter. ff. de leg. 3. sicq;
de facto fuit iudicatum secundum Butrigat.
135 & Alber. † Nec obstat (dicunt illi,) quòd
propria significatio sumatur ab allusione
quia uerum est nisi repugnet modus loquen
di hoc est communis usus loquendi, qui est
setuandus, l. Labeo, ff. de sup. lega. quam limi
tationem licet non citent tradit Bartol. in l.
notionem, §. instrumentorum, ff. de uer. sign.
sed secundum communem loquendi modũ
instrumentum appellatur solum carta pu-
blica. Sicut ergo redeundo unde discesserã
instrumentum in genere non est proprie in
strumentum, ita nec testamentum in gene-
136 re proprie testamentum dici debet. † Quar
to moueor, quòd illud dicitur proprie tale,
quod est simpliciter tale, l. hoc legatum, ff.
de legat. 3. quam ad hoc citat Soc. in l. j. col.
2. ff. de uulg. & pup. & Goza. cons. 8. num. 26.
137 † Atque alibi dicitur illud propriũ, quod
competit alicui soli secundum Philosophum
quem ad hoc allegat Ioan. Andr. in c. si Papa
de priuile. in 6. sequitur Aret. in l. serui ele-
ctione, §. fina. ff. de legat. 1. Ruin. consi. 41.
nume. 33. uolum. 1. ad quod tendit illud, qđ
post Dyn. tradit Albericus in dicta l. hoc le-
gatum. dicens illud, quod communiter est
positum ad plura, proprie se non habet ad al
terum tantum. Sed testamentum in genere
nõ est simpliciter tale, hoc est testamentum.
patet in legato, & donatione causa mortis,
quæ ueniunt appellatione testamẽti in gene
re, non tamen sunt simpliciter testamẽtum:
id enim donatio dicitur, ut infra de legatis,
138 in princip. † ea uero quo ad ineundi mo-
dum contractibus parificatur, glossa in l. 2.
ff. de dol. præleg. omnes, in l. 2. ff. de legat. 1.
& late posui, supra de dona. in principio.
139 † Sicut etiam quo ad sui confirmationem,
ut tenent Bald. Angelus Alexand. Imo. Ias. &
omnes, in dicta l. secunda, cum alijs a me cu
mulatis in dicto princip. de donatio. Rur-
sus nec testamentum in genere competit u-
ni soli, cũ legatum, donationem causa mor-
tis, & id genus, quæ sunt testatio mentis, cõ
plectatur. ergo fit ex prædictis, quòd pro-
140 prie testamentum dici non potest. † Quin
to confirmatur hæc opin. per doctrinam ma
gistralem Baldi in l. fin. C. de hæred. instit. col.
6. ubi dicit inter cætera, quòd impropria lo
cutio est illa quæ recedit a ꝓprio effectu rei
designandæ per ipsam. l. si tibi, ff. si cert. pe-
tatur. Sed si loquimur de testamento in ge-
nere, recedimus a proprio effectu testamen
ti ueri, qualis est, ut hæres recto iure succe-
dat in uniuersum ius defuncti, eiusque perso
nam repræsentet, l. nihil aliud est hæreditas,
ff. de uerborum significatione, §. 1. in Aut. de
iureiur. a mor. præst. cum per testamentum
in genere significari possit legatum, fideicõ
missum, donatio, ut causa mortis, in quibus
recta successio, uel repręsentatio disponen-
tis non uerificatur. ergo secundum traditionẽ Bal
di tale testamentũ debet improprie testamẽ
141 tũ dici. † Sexto & ultimo secundum Bal-
dum eodem loco propria locutio est aperte
loqui secundum propriam & subiectam ma
teriam, nam opportet rebus de quibus lo-
quimur cognitos idest familiares, & conso
nantes esse sermones, §. est & aliud, supra de
donatio. & hoc dupliciter cõtingit, uel quia
utimur uocabulis significantibus, & aptis ad
significandum, ut debent significare, uel
quia intellectus communis gentium sic in-
telligit, qui omni significationi præponde-
142 rat. † Sed si loquimur de testamento in ge
nere, non aperte loquimur, sed obscure po-
tius, quia generalitas ambiguum parit, ut ꝑ
gloss. in l. ita fidei, ff. de iure fisc. Specu. in ti
tulo de positi. §. 7. uersic. nono considerandũ
143 est. † ubi ex hoc concludit generali posi-
tioni uelut obscuræ respondendum non es-
se, & alia iura cumulat ad hoc Craue. consil.
70. nume. 20. consilio 162. numero secundo
Parisiusque idem tenet consilio 96. numero
22. uolum. 3. Item non utimur uocabulis si-
gnificantibus, & aptis ad significandum ue
rum testamentum, nam dicendo testamen-
tum in genere potest significari legatum, do
natio causa mortis, & aliud quod non sit pro
prie testamentum, nec intellectus commu-
nis gentium intelligit testamentum in ge-
nere pro uero, & proprie testamento, ergo
bene sequitur id esse improprie testamen-
144 tum. † Et hanc partem tenendo superest
ad contraria respondere. Ad primum igi-
tur argumentum quo Ruin. utebatur, dico
uerum esse testamentum in genere ab allu-
sione descendere. Sed dum dicebat Ruin. ꝙ
ex ea sumitur propria significatio quando
non repugnat diffinitio, dico ego illud non
procedere quando communis usus loquen-
di non repugnat, ut tradit Bartol. in l. notio
nem, §. instrumentorum, ff. de uerborum
significatione. tunc enim propria signifi-
catio non sumitur ex allusione, nec ab ea

ualet

ualet argum. sequitur Alber. & Ias. in l. 2. §.
appellata, ff. si cert. peta. Ripa in l. 1. nume-
ro 23. ff. de acquiren. posse. Nicola. Euerar. in
centuria sua, de modis argumentandis capi-
tu. 6. Cotas. miscellaneorum, lib. 3. capit. 22.
145 ad fi. & Bellon. hic in 3. quæst. ad fi. † præua
let enim allusioni communis usus loquendi
prout inquit Ripa loco citato per l. librorũ
§. quòd tamen Cassius, ff. de legat. tertio.
146 † Imò uero uerba potius secundum com-
munem usum loquendi quam secũdum pro
priam iuris communis significationem, re-
cipiunt interpretationem secundum Barto.
in dicto §. quod tamen Cassius, & plenius in
l. Labeo, ff. de supp. lega. col. 2. in Rubr. ff. de
oper. no. nunc. sequitur Roma. consi. 23. Soc.
consi. 235. colum. 2. uolum. 2. Riminaldus
meus, consil. 3. nu. 9. Cor. cons. 201. nu. 9. uo.
1. Ruin. cons. 81. nu. 4. uol. 1. communis nam
que usus loquendi præfertur proprio signifi
catui uerborum, ut ponit Fel. in proœ. decre.
col. 3. Petr. Rebuf. in tracta. de Merca. minu-
tatim uend. & eo dixi cons. 34. num. 39. Sed
communis usus loquẽdi non admittit illud,
quod est testatio mentis, sit proprie testamẽ
tum, alias & lectio, & omne aliud, quod pro-
fessionem mentis expostulat, dicerentur pro
prie testamentum, quod absurdum est, sed
testationem mentis demum concedit esse ve
re testamentum, quando concurrit hæredis
institutio, numerus, & rogitus testium, cęte
raque id genus requisita, quæ testamento in
genere non insunt necessario: ergo propter
communem usum loquendi repugnantem,
non potest dici proprie testamentum licet
147 ab allusione uocabuli descendat. † Ad secũ
dum uero argumentum Ruini plura conti-
nens sigillatim respondeo, primoque omniũ
ad illud de possessione in genere, quæ tamen
proprie possessio appellatur: id enim ex al-
lusione uocabuli causatur, de qua in l. 1. ff. de
148 acquirenda poss. † ibi [*possessio appellata est a pedibus, ut & Labeo ait, pedum quasi positio*] secun
dum communes textus & communem fere
lectionem prout Zasius, & Aemilius Ferre-
tus ibidem testantur. uel [*a sedibus, sedium quasi positio*] iuxta textum sincerum, & Noricum
ueriorem ac antiquissimum, prout idẽ Zas.
& Ripa referunt post Alciatum libro primo
dispuncti. capitu. j. cum enim adsit allusio vo
cabuli, nec diffinitio repugnet, nec commu-
nis usus loquendi, mirum non est si proprie
149 dicitur possessio quæ est in genere. † Ad se
cundum uero de actione facilis est respon-
sio considerantibus, quòd actio in genere
diffinitur, infra de actio. in princ. prout ibi
de mente Doctorum communiter tradit Ia-
son, num. 104. ni mirum igitur si actio in ge
150 nere dicitur actio proprie. quia propria
significatio sumitur a diffinitione secun-
dum Bar. in l. omnes populi, num. 59. ff. de iu
sti. & iu. Rayner. de Forli. nu. 70. Caccialup.
151 num. 109. † idem plane dici potest de bo-
norum possessione, quoniam & ipsa diffini-
tur in genere in l. 3. §. bonorum, ff. de bon.
poss. & tradit Bald. in Rubr. C. qui admin.
quæstione 1. ad fi. Quo uero ad aliud de ado
ptione reseruo illud ad intellectum l. pri-
mæ, ff. de adoptio. de quas mox suo loco
152 subijciam. † Reliquum est ut & argumen-
ta mea resoluam primoque text. in l. eunu-
chis, C. qui testamen. facere possunt. dum e-
nim dicit [*salua testamentorum obseruantia*] no-
luit se referre ad omnia supra posita & sic ad
ultimam uoluntatem, & codicillos, sed ad
testamentum tantum, sensusque fuit talis q.
eunuchis licet testari, condere ultimas uo-
luntates, & codicillos, adhibita tamen te-
stamentorum solennitate, ubi uelint testa-
ri, alioquin si referretur illa clausula ad om-
nia, sequeretur eunuchos non posse codicil-
lari, uel ultimam uoluntatem præter testamẽ
tum condere, nisi coram 7. testibus roga-
tis, & alijs ad testamentum in specie requisi-
tis, contra regulam l. finalis, in fi. C. de codi-
153 cill. quod minime dicendum. † Quoniam
relatio fieri non debet ad ea ex quibus cor-
rectio sequeretur. glo. in l. si idem, §. fin. ff. de
iurisd. omnium iud. Bald. cons. 357. uolumi. 4.
Alexand. consil. 48. col. 4. uolu. 1. Dec. consil.
195. col. 4. in princip. Ias. in l. talis scriptura,
num. 39. ff. de leg. 1. Rube. cons. 49. col. fina. in
prin. Dominus meus patruus magnus Rim.
consi. 56. num. 12. cum similibus, de quibus
ego dixi, consi. 116. nu. 63. & ponit quoque
Decian. respon. 65. num. 31. uol. 2. sicut & Ce
phal. cons. 295. nume. 17. Cessat igitur ex hoc
intellectu superior inductio ad d. l. eunuchis,
quia falsum est illud uerbum [*testamentorũ*] re
ferri ad illa uerba [*postremas uoluntates.*]
154 † Quo uero ad l. cum antiquitas, C. eo. bre
uiter dico uerba illa [*testamentorum, testatoris testamentum*] proprie capienda esse respectu te
stamenti in specie, large uero, & improprie
respectu ultimæ uoluntatis, iuxta glo. & Do
cto. in l. 2. ff. de off. procon. cõprobatur q̃a re
ferendo ad codicillum non possunt stare pro
prie, ut in gl. j. uidebimus in prin. tex. nostri,
ergo nec relata ad ultimam uoluntatem in
155 genere, quæ codicillo adaptatur. † & ad re-
gulam legis nam hoc iure, ff. de uul. & pupil.
respondetur eam non procedere quotiens
ex æquali determinatione induceretur cor-
rectio legis, tũc enim potius inæqualis fieri
dẽt, ut minus præiudicetur iuri cõi. tex. est, &
ibi no. Abb. n. 5. in c. cum dilectus. de cõsu.
sequitur Rui. cõs. 169. nu. 11. uol. 3. cons. 157.
156 nu. 14. vo. 5. † ad q̃d tẽdit alia limitatio, q̃ æ-
qualis determinatio fieri dẽt, q̃n uniformiter
põt operari, secus si non potest æqualis fieri,
q̃a tũc diuersimode fit determinatio secũdũ
Alex. & Dec. in l. in testa. C. de testa. mil. And.

Sicul.consil.34.nume.14.uol.2.Corn.consil.
152.num.6.uol.2.sed si fieret æqualis deter-
minatio, in d.l.cum antiquitas, corrigeren-
tur iura quæ diuersificant ultimam uoluntа-
tem, codicillumque a testamento, l.fina. in fi
ne, C.de codicill.l.2.l.si idem, C.eodem, ergo
157 fieri non debet, & ita cessat illa regula. † Ad
text.in l. 1.ff. de adopr. dico, quòd licet ille
text.dicat, quòd adoptio in specie similiter
dicitur adoptio, sicut ea quæ in genere, non
tamen inde sequitur, ꝙ utraque sit proprie
adoptio, quia simile nō est idem, l. quod Ner
ua, cum ibi not.ff.depos.dicitur ergo utraq;
adoptio, eodemque nomine decoratur, una
tamen magis proprie, altera uero minus p-
prie: nam prout consideratur adoptio in ge
nere, non ita proprie sibi conuenit illud no-
men, quia adoptio in genere non est simplici
ter adoptio, sed etiam arrogatio, ut tradit elegā
ter Soc.in l.ij.col.2.ff.de uulg.& pup. sic ergo
declarando text.in d. l. 1.non multum facit.
158 † Vltimo non obstat text.& quod Are.ibi
in l.cum lege, ff.eod.id enim uerbum [*intesta
bilis*] quatenus plura significat, de quibus i-
bi, reducitur semper ad species & in eis ueri-
ficatur, unde dicitur intestabilis, uel quia nō
pōt facere testamētū, uel non esse testis, aut si
bi testimonium reddi non pōt.non mirum igi
tur si quocūq; significatu capiamus proprie
159 utrificatur. † Quia genus oēs suas species
proprie sub se comprehēdit, ut tradit Soc.in
dicta l. 1. col. 2. Dec.in l. 1.num. 3. ff. de iuris.
omnium iudicum. Leonardus inter consilia
160 Bruni, consi. 117.num. 63. † dicunturque
species esse partes subiectiuæ ipsius generis,
quia subijciuntur generi, ut declarat Bart. &
cæteri post eum in l. qui usumfructum, ff. de
uerbo.oblig.at in casu nostro secus est, nam
uerbum [*testamentum*] relatum ad testamen-
tum in genere, non reducitur ad speciem,
sed stat in genere, merito non proprie id si-
gnificat, & ita remotis contrarijs remanet
testamentum in genere non esse proprie te
161 stamentum. † Septima succedit quæstio
quæ potest ex præcedenti probabiliter infer
ri, numquid appellatione testamenti ueniat
testamentum in genere. Bar. in l.2. ff. de le-
ga.1.uidetur hanc q. determinasse pro par-
te affirmatiua, quatenus posuit illam, quæst.
de minore 25.annis prohibito per statutum
testari, qui pariter censetur prohibitus codi
cillari, & sic uult appellatione testamenti
uenire codicillos, qui sunt testamentum
in genere, & cum Bartolo transeunt ibidem
Castr.Aret.Alexan.Ias.uterque Socyn. & Ri-
pa, qui testantur hanc esse commu. Idemque
tenet Alber.in prima par.statu.q.166.Ancha
ran. & Imo.in c.de his, de testam. Castre. in
l. non est nouum, ff.de legib. Roman. in l. si
quis in graui, §.si aūt, ff.ad Sylla.& post eū Io.
Igneus in §.si quis codicillos colum.3.4.& 5.

Appellatione testamenti numqd ueniat testamētum in genere.

162 † ubi meminit de consuetudine quæ est Au
reliæ, prohibente patrem testando uni filio-
rum suorum plus alteri donare. Item de alia
quæ in Neustria seu Normania communis
est, disponente nullum posse testando de bo
nis immobilibus disponere, nā secundum cō-
clusionem Bartoli decidi potest nec patrem
nec alium codicillando donare, uel dispone-
re posse demumque idem tenet post Imola in
Andr.Sicul.in Rubr.de testam.num.5. usque
in fi. ubi col. pen. concludit tenēdam esse do
ctrinam Bartoli firmam, ut in bona petra, cū
limit. de qua subdit, nisi minor in codicillis
163 disponeret de aliqua re minima. † Secun-
do pricipaliter pro hac parte benefacit tex.I
tus in d.§.si quis codicillos, ubi uidemus, ꝙ
edictum Syllanianum, quod facit mentionē
ne testamentum aperiatur ante quæstionem
de occiso, prout habetur in d.l.si quis in gra
ui, §.quod ad causam, competit si quis etiā
codicillos aperuerit licet non testamentū,
& sic appellatione testamenti uenit testamē
tum in genere, prout sunt codicilli tam etsi
de odiosis agatur, uidelicet, ut quis incidat
in pœnam Senatusconsulti, prout Igneus no-
tat ibidem in princip. Eodem plane modo
potest induci tex.in l.2.§.ad causam, iuncta,
l.1.ff.quem.test. aperi.postquam enim dixit
in l.1.dandam esse potestatem despiciendi ta-
bulas testamenti, subdit [*ad causam testamen-
ti pertinere quodcumque, quod continent supremam
uoluntatem*] siue sit testamentum siue codicil-
lus. subdit glossa, & sic appellatione testa-
menti uenit codicillus qui reputatur testa-
164 mentum in genere. † Tertio principali-
ter accedit glossa notab.in c.quamquam, in
fi.de usur.in 6.sicut enim non ualet testamē
tū usurarij, nisi præstita satisdatione, sic nec
codicillus, inquit glo. quam sequuntur Do-
ctores ibi, & Stepha. de Feder.in tract. de in-
165 terpreta.iuris, in prima par. nu.43. † Quar
to potest adduci doctrina Salyc. in l.filij, uo
tab.primo, C.fami.erc. ubi dicit se de facto
consuluisse hic Ferrariæ, quòd habēs fundū
in emphyteusim ab ecclesia cum potestate
relinquēdi cui uelit in suo testamēto, potuit
illud in codicillis relinquere. sequitur Ias. in l.
166 non codicillū, nu.2.C.de testa. † Et tamē su
mus in contractib.eo casu in quibus stricte
proceditur, l.quicquid astringendæ, ff.de uer
bo.ob.Dec.in l.in testamētis, ff.de reg.iur.pa
tet igitur appellatione testamēti uenire te-
stamentum in genere si uenit codicillus qui
167 talis reputatur. † In cōtrariā uero partē fa-
cit tex.in l.si ita quis, §.fi.ff. de legat. 2. ubi si
cui in tempus liberorum tertia pars relicta
est, nō pōt adoptando tertiā partē cōsequi.
& inde infert Imo.post Rayner. ꝙ si q̄s acce-
pit emphyteusim pro se & filijs, non transit
emphyteusis ad filium adoptiuum. Sicut er-
go appellatione liberorum aut filiorum, nō

ueniunt

adoptiui, qui tamen sunt de liberis aut filijs, in genere. Ita appellatione testamenti non debet uenire testamentum in genere.
168 †Secundo facit tex. in l. fi. C. de his, qui ueniã ætatis impe. ubi si facta sit mentio legitimæ ætatis, de illa tantum intelligitur, quæ est 25. annorum, non autem de illa, quæ beneficio Principis suppletur, & tamẽ illa dicitur ætas legitima in genere. sic ergo dicamus appellatione testamenti, non intelligi de testamẽ-
169 to in genere. † Tertio accedit, nam quotiens aliquod uerbum potest capi in genere, & in specie, in dubio capitur in specie. l. hoc legatum, ubi Bar. ff. de leg. 3. Cur. Iun. in l. 1. nu. 23. ff. de offi. eius, cui mand. est iuris.
170 †Cui regulæ finitima uidetur alia, q̃ uerba cuiuslibet dispositionis simpliciter intelligi debent & non secundum quid, ut notant Ang. Rom. & Moder. in l. 2. in prin. ff. de uer. oblig. Ruin. consi. 103. num. 13. uolum. 3. Socin. consi. 47. col. 3. uer. præterea dato, uol. 1.
171 Parif. consi. 61. num. 23. uolum. 3. †Nec alia difformis est, qua dicitur uerba per prius, & non per posterius esse intelligẽda, quam ponit etiam Bar. in d. l. hoc legatum, & Bal. in l. 1. C. de succ. edic. per tex. i l. qui liberis. §. hęc
172 uerba. ff. de uul. & pup. †hinc idem Bal. in l. ut uim, col. 1. ff. de iust. & iure. determinat, q̃ stante statuto, quòd liceat offenso facere cõpetentem uindictam, intelligitur de immediate offenso, non per mediam personã eius ut si offendatur filius, nõ poterit pater se uindicare, quia uerba debent intelligi per prius non autem per posterius, sequitur Ias. in d. §. hæc uerba, colum. 1. dicens hoc esse notandum, quia tale statutum est Bononiæ, aliumque casum notabilem decidit per dictam regulam Cassaneus in consuetud. Burgun. rub. 7. in tit. des succeßions, in tex. ibi, [*par droict d'institution,*] nume. 9. Sed ad rem nostram redeundo mẽtio testamenti capi potest in specie, & in genere, debet igitur capi in specie, cum potissime testamentum in specie sit simpliciter testamentum, non autem secundum quid, ut est testamentum in genere, item per prius sit testamentum uelut immediate testamentum, non autem per posterius, hoc est mediate prout est testamentum in genere
173 mediante testatione mentis. †Quarto non prætereo, quòd uerbum simpliciter sumptũ, quod potest de pluribus prędicari, de vno ꝓprie de alio improprie, debet intelligi de eo, quod proprie. l. 1. §. 1. ff. si ag. uectig. l. 1. ff. de offi. præf. Aug. cum alijs ad hoc per Signorol. cumulatis, cons. 101. num. 9. & hoc semper dici solet, & pro regula cõstitui, uerba proprie sumenda esse, l. 1. §. si is qui nauem, uel ticulo, [*igitur in re dubia,*] ff. de exer. acti. ponit Ias. in l. non amplius. §. cum bonorum, num. 20. & in l. si ita sit ascriptum, num. 16. ff. de leg. 3. Soc. consi. 67. col. 3. uolum. 1. sed testamentũ in specie proprie dicitur testamentum, ut patet ex eius diffinitione de qua in l. 1. ff. eod.
174 †unde propria sumitur significatio, secundum Bar. in l. omnes populi, nume. 59. & alij post eum, ff. de iust. & iure. testamentum uero in genere large dicitur, & improprie testamẽtum prout supra cõclusimus, ergo de illo, non de hoc appellatione testamenti de-
175 bebit intelligi. † Ex his apparet quam sit anceps articulus præsens, & disputabilis, ut de Ruinus in l. 1. colum. 3. ff. de leg. 1. prędicta non allegans. sed forte præsentiens dixit quòd in qua significatione debeant capi dicta nomina generali scilicet, uel speciali, (& sic an appellatione testamenti debeat intelligi de testamento, in specie, uel in genere,) declarat Bar. in l. talis scriptura, in priu. ff. de lega. 1. & Abb. in c. Rodulphus, de rescrip. uoluit enim Rui. concludere, quòd aut mentio de testamento fit in casu mere fauorabili, & comprehenditur testamẽtum in genere: aut mere odioso, & secus, ut i uerbo pecuniæ tra-
176 dit Bar. in dicta l. talis scriptura. † Et latius Abb. in d. ca. Rodulphus, col. 1. dicens, quòd ubi unum uerbum potest capi in genere suo, non in certa specie illius generis, si sumus in materia odiosa debet capi in sua specie, & non in genere, sequitur Cassane. in consuetu. Burgun. rub. 7. in titu. de succeßions. §.
177 10. num. 44. †Sed hæc resolutio periculosa est ad hunc articulum propter illam doctrinam Bartoli passim receptam, in l. 1. ff. de leg. 1. de minore 25. annis prohibito per statutũ testari, prohibito pariter codicillari, & tamẽ materia odiosa est ueluti iuris communis correctoria. l. unica. C. de inoff. do. rursus obstat tex. in d. §. si quis codicillos. ubi materia pęnalis est, & tamen appellatione testamenti uenit codicillus, alia est igitur quærenda
178 solutio. † Cogitabam ego totam hanc rem ad eandem, uel diuersam rationem redigendam esse, ubi enim militaret rationis identitas appellatione testamenti debet comprehendi codicillus, uel aliud, quod testamentũ in genere dici possit, sicque procedit doctri-
179 na Bartoli supra commemorata. † minor enim 25. annis censetur prohibitus testari per statutum ne fragilitate iuuenilis ætatis seductus inducatur ad male disponendum de bonis suis, quę ratio pariter militat, ut codicilli prohibeantur, secundum Soc. Iun. in d. l. 2. num. 136. qui hanc rationem assignat.
180 †quæ aut expressa est in statuto, & clarum est ex illa argui posse, iux. no. per Bal. Cast. & Ias. post alios, in auth. quas actiones, C. de sacrosan. eccl. & per omnes, in l. si constante. ff. solu. matri. Domi. in c. si ciuitas. §. 1. in prin. de sent. excom. in 6. Alexan. in l. cum mulier. not. 5. ff. solu. matrim. Natta, consi. 346. num. 4. & ego dixi, consi. 118. num. 49. aut uero nõ est scripta in statuto, & cum sit unica consi-

deraby-

derabilis in tali statuto, debet adhuc ex illa
argui posse, secundum glo. Castren. Alex. Ias.
Corn. & alios, in l. quamuis, C. de fideicom.
& in locis proxime citatis, & ego dixi, consi.
215. nume. 38. & ad eundem scopum cætera
argumēta reduci possunt facta pro parte af-
firmatiuā, contra uero ad negatiuam opi. de
ducta procedunt stante diuersitate rationis
181 . si diligenter considerentur, † huiusque dif-
ferentię ratio probabilis adferri potest. nam
notius est, quam ut dicam ex ratione expres
sa, uel non expressa, sed unica, fieri extensio-
nem ad casum omissum, qui potest sub larga
significatione uocabuli comprehendi, licet
de correctorijs agatur, gl. est in clemen. 1. in
uer. [*eligatur,*] & ibi not. Pau. de Liazar. Card.
& alij, de electi. sequitur Alexā. in l. tempus,
numero 3. ff. de re iud. & in l. si prius, nu. 27.
ff. de noui oper. nunci. late Craue. in tracta.
de antiqu. tempo. in 4. par. num. 41. cum seq.
Paris. abunde, cons. 83. num. 31. uolum. 3. ple
ne Alex. consi. 113. nume. 7. uolum. 6. Ruin.
182 consi. 205. uolum. 2. † Contra uero ubi ces-
sat rationis identitas, cessare quoque debet
extensio, quia tota materia extensionis fun-
datur in rationis identitate, ideo ubi minor
est ratio in uno casu, quam in altero, non fit
extensio etiam in materia alias extensibili. l.
lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nup. Alex.
consi. 29. colum. 2. uolum. 6. Soc. consi. 9. col.
2. uolum. 3. Dec. consi. 261. colum. pen. ad fi.
Craue. consi. 17. ad fi. consi. 67. num. 6. & cō-
silio 173. colum. fi. si ergo concludendo in
hoc articulo militet eadem ratio, appellatio
ne testamenti poterit codicillus contineri,
qui large dicitur testamentum, ut per glo.
si. 2. in uerbo [*ex omnibus,*] C. commu. de leg.

Testm̄ an sit qd intellectuale, uel corporale.

183 qua cessante secus erit dicendum. † Octaua
quæstio est, quæ huic rubricæ annecti potest
utrum testamentum sit quid intellectuale
non autem corporale, cui quęsito glo. finalis
in l. 1. ff. eo. respondet dicens id esse quid in-
tellectuale, uoluitque dicere, secundum Bal.
quòd testamentum non dicitur ipsa scriptu
ra testamenti, sed mens, & dispositio testato
rìs, quę intelligitur per ipsam scripturam, un
de duæ tabulæ simul scriptæ, & signatæ, sunt
tamen unum testamentum, l. unum. ff. eod.
§. sed & unum, infra eod. & cum illa glossa,
transeunt Bar. & Imola, cæterique, qui super
ea nihil scribunt, quasi tacite illi assentire ue
lint, eamque comprobat Bar. ex diffinitione
quæ dicit, quòd testamentum est sententia
uoluntatis nostræ, ea enim uoluntatis sentē
tia collocatur in intellectu, merito testamen
184 tum dicitur intellectuale. † Secundo confir
matur hæc opi. per tex. quem ad hoc perpen
dit Andreas Siculus, in rub. de test. in lectura
colum. 7. in l. non figura. ff. de acti. & obliga.
inquit enim tex. ille, quòd [*non figura literarum sed oratione quam exprimunt literæ obligamur.*] si-
cut ergo dicit And. Sicul. significatum lite-
rarum obligat, & sic ipsum intellectuale, &
non literæ, ita dicamus in proposito, quòd
testamentum dicitur illud quod figura litte-
rarum denotat, non autem figura litterarū,
& sic scriptura testamentum est, quo fit, ut
185 quid intellectuale sit omnino. † Sed intelle
ctus hic ad illum tex. periculosus est, & con-
tra glo. Oldra. Ang. Alberi. & cæteros, qui ex-
ponunt, Non figura litterarum, scilicet sola,
& sic scripturam pariter ad illam obligatio-
nem cum significatu concurrere. melius igi
tur pro sententia Bar. facit tex. in l. omniū.
C. de testa. ibi [*mentis suæ postremum publicauit iudicium,*] si enim testamentum mentis iudi-
cium nominatur, apparet id quid intellectua
186 le censeri, † cum mētis iudicium tangi nō
possit, quo casu quid incorporale dicitur, uel
intellectuale, §. 1. supra de reb. corpor. & in-
corpo. Tertiò cōfirmatur ex. §. sed neq; hęres
infra, eo. ubi testamentum ius appellatur, ibi.
[*licet enim totum ius tale conturbatum fuerat.*] ad
idem text. in § codicillis. infra, de codic. ibi,
[*ne confundatur ius testamentorum, & codicillorum,*]
ergo dicitur esse, quid incorporale seu intel-
187 lectuale. d. §. incorporale, † ubi dicit ea esse
incorporalia, quæ in iure consistunt. Obstare
tamen huic conclusioni uidetur ratio, quam
ponit Aret. in d. l. 1. colum. pen. ff. eo. nā quan
do scriptura est de essentia, uel substantia te
stamenti, ut quando fit in scriptis, utique ui
detur impossibile, quòd testamentum dica-
tur, quid intellectuale, & abstractum a scrip-
tura, si scriptura est de illius substantia. Sed
certe periculosa est hæc consideratio, cōfun-
diturq; ultra tex. in l. 1. §. si quis in duobus. ff.
de bon. pos. secun. tab. quē citat Aret. ex tex.
in §. pen. infra eo. ibi, [*sed & unum testamentū pluribus codicibus conficere quis potest,*] & ibi [*ue-
luti si quis nauigaturus, & secum ferre, & domi re-
linquere iudiciorum suorum contestationem uelit.*]
unum enim testamentum, unamque conte-
stationem appellat, licet plures adsint scrip-
turæ, & nihilominus de testamento in scrip-
tis loquitur, ut patet ex. §. fi. in princ. ibi [*sed hæc de testamentis, quæ in scriptis conficiuntur suffi-*
188 *ciunt.*] † & ad rationem Aretini ultra reiolu-
tionem suam dici potest, quòd & si plures
scripturæ eiusdem testamenti proferantur,
quia tamen una est uoluntas, & sententia te-
statoris, unum tantum testamentum censeri
debet pluribus exemplis consignatum, ut
sic illud appellat text. in l. unum. ff. eo. & per
cōsequens, quid intellectuale censeri debet,
& hoc signanter ibi notat Aret. met. dicens,
quod testamentum non dicitur esse aliquid
corporeum, sed mentale, & intellectuale, cū
enim dicat ille tex. quòd testamētum, quòd
continetur in pluribus codicibus, seu in plu
ribus tabulis est unum, datur intelligi, quòd
non est corpus, quia sic tot essent testamen-

ta,

ta quot sunt tabulę, idemq; ultra Are. notant ex illo textu Doctores ibi, ut Bart. Bal. Cast. & Imola, hanceque solutionem tradit Areti. noster, in d. §. pen. infra eo. ubi notat, quod licet testamentum possit pluribus cartis scribi, unum tamen testamentum dici debet, propter eandem uoluntatem, atque ultra Aret. uidetur hoc astruere tex. quem citat Baldui. in d. §. pen. infra, eo. tex. inquam, in l. fi. ff. de his, quæ in test. del. ubi dicitur, quod [*pluribus tabulis eodem exemplo scriptis unius testamenti uoluntatem eodem tempore dominus solemniter complevit,*] nocat enim uoluntatem unius testamenti, licet plures adsint tabulæ scriptæ, huiusque sententiæ pariter est Eguinarius Baro, in dicto §. pen. dicens, quod unum est testamentum, propterea quod unum sit nego tium, & una hæreditas, & ex his remanet firma conclusio, quod testamentum sit quid in tellectuale, & incorporeum, missis non nullis distinctionibus And. Siculi, in rub. extra, de testa. colum. 7. in lectura, & alijs quibusdam leuibus, quæ Tollenti. & Moderni Pata
189 uini dicunt, in §. pen. infra eodem. † Secundo, uidetur huic conclusioni repugnare tex. in l. fi. C. de edic. diui. ibi, [*iudici testamentum ostenderit non cancellatum neque abolitum,*] ad idem tex. in l. Paulus. ff. de fals. ibi, [*nisi testamentum surreptum arguatur,*] & titulus, ff. quem. test. aper. quibus in locis scriptura testamentum nominatur, ergo uidetur esse, quid cor
190 porale. † Nec releuat sensus ad illa iura datus per Bart. in l. 1. colum. fi. ff. eo. quod procedant secundum uulgarem modum loquendi, secundum quem scriptura testamenti appellatur testamentum. Quoniam hunc intellectum refellit And. Sicu. loco citato, quia nō est uerisimile, quòd Imperator locutus fuerit more plebeiorum, & uulgarium. l. si dictum ibi, [*non tamen, ut uulgo opinatur,*] ff. de eni
191 ctio. † Adde, quod quando legislator secundum uulgarem, & communem usum loquendi mouetur, de illo mentionem facit. l. Labeo. §. uerum. ff. de sup. leg. ibi, [*sed ex communi usu nomina exaudiri debere,*] l. librorum, §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. ibi, [*nam & in usu plerique libros chartas appellant,*] l. cum dellanionis, §. asinam. ff. de fun. instru. ibi, [*deinde in qua præsumptione sint, qui in quaque regione commorantur,*] quod minime reperitur in dictis iuribus expressum: alia igitur, quam solutio
192 Bar. quærenda est. † And. Sicu. loco prærallegato dicebat illa iura loqui prout testamentum est in fieri, nam ipsum testari est quid in corporale ex eo, quod est facti, & in facto cō sistit. Quem sensum non recipio, namque illa iura loquuntur post factum testamentum non prout est in fieri, ut dicit And. Sicu. non enim potest ostendi, surripi, aperiri, ut testamentum, (ut loquuntur illa iura) nisi demū
193 post eius perfectionem. † cum non entis nullæ sint partes. l. eius, qui in prouincia, ci
194 ibi not. ff. si cer. pet. † melius dici potest ad hæc contraria, quòd ibi scriptura dicitur testamentum relatione habita non ad caracteres literarum, sed ad orationem, & significatum scripturæ, & sic respectu contenti nō continentis. ut enim pulchre declarat Aret. in d. l. 1. ad fi. scriptura capi potest materialiter prout significat solos caracteres litterarum, sed & capi potest formaliter, & in sensu composito prout est oratio scripta aliquid significans. primo modo dicitur continens, & quid corporale, nam tangi, & uideri possunt illi caracteres, at secundo modo dicitur quid incorporale, uel intellectuale, cum significatus ille magis intellectu, quam uisu percipiatur, & ita interpretando dicta iura
195 non obstant. † Ex hac modo cōclusione sic firmata, ne uideatur inutilis, inferebat Bar. in d. l. 1. in fi. ad statutum disponens, quòd de quolibet testamento soluatur tanta gabella: si enim ex uno testamento fierent centum, seu mille scripturæ, quia tamen unum est testamentum, & ad illud se refert statutum, put est sententia uoluntatis nostrę, & quid intellectuale, merito una tantum gabella debet solui, & Bartolum sequuntur communiter. Doctores, ut ibi testatur Aret. colum. pen. at que idem tenet Areti. noster, in §. pen. infra eod. & post eum Iason ibidem in apostil. ad Christophorum. Bertachi. in tract. de gabel. in 5. par. princ. in prin. And. Sicu. in rub. ext. de testa. in lectura, nume. 4. & Ruin. in consi.
196 26. num. 6. uolum. 4. † At Bauerius in d. §. pen. colum. 2. distinguit in hac q. statuti, quod aut statutum factum fuit a peritis, quo casu debet interpretari secundum propriam significationem uerborum a peritis traditam non autem secundum communem usum loquendi uulgarium, ut tradit Bal. in l. 1. C. de succe. edic. in cap. 1. colum. 2. de succe. feu. & Imo. in ca. cum tibi, colum. fi. de testa. & hoc casu uerbum [*testamentum,*] debet intelligi secundum morem peritorum pro quodam in tellectuali, merito una tantum gabella ueniet soluenda: aut ueto ab imperito, & uulgari factum est statutum, & tunc capietur testamentum pro scriptura testamenti secundum communem usum loquendi, sicque debebit isto casu de qualibet scriptura solui gabella, nec procedet doctrina Bartoli, & sequacium hoc secundo casu, sed priore tantum.
197 † Ego uero huic Bauerij distinctioni nō assentio, passim enim tenent Doctores statuta debere intelligi secundum communem usū loquendi siue a peritis, uel imperitis sint cōdita, ut post Dy. & Rayn. tenet Bal. in l. quod si nepotes. ff. de testa. tut. Butri. in ca. quamuis, de uerbo. sign. Abb. & late Fely. in proce. decretal. Alex. in l. stipulatio ista. §. hæc quoque, colum. fi. ff. de uerbo. obl. & Bar. & cæteri

ri, in rub. ff. de no. ope. nunc. ubi Crotus præ
cæteris, num. 57. relata prædicta distinctio-
198 ne, dicit, quòd tenetur contrarium, † unde
melius, & aliter distinguendum puto, quòd
aut statutum de quo agitur reperitur scrip-
tum seu prolatum in sermone literali, & lati-
no, & tunc debeat intelligi secundum pro-
priam significationem latini sermonis, no
autem secundum communem usum loque-
di uulgarium: aut uero in uulgari sermone
reperitur editum, & tunc secundum uulga-
rem modum loquendi ueniat intelligendũ,
sicque primo casu procedet illatio Bartoli,
& sequacium, secundo non. hanc distinctio-
nem facit Bal. in l. lege 12. tab. C. de leg. hær.
ad fi. & est de mente Bar. in l. si quis filiabus,
ff. de testa. tut. prout perpendit Alex. in d. §.
hæc quoque idem tenens, & ita resideo.
199 † Secundo ex dicta conclusione infert Bal.
in l. unum. ff. co. ad notarium, qui de suo fal-
so rogitu extraxit plura exempla, non enim
inde punitur nisi unica pena, quia unum ma
lefactum est intellectualiter, & una causa, &
200 cum Bal. tenent Aret. & Imola. † Quorum
sententiam cõfirmo, nam uidemus interpre
tationem fieri, ut falsum excludatur, ut per
glo. & Bald. in l. iurisgentium. §. quod fere. ff.
de pact. Bal. in l. Imperator. ff. de sta. ho. Sa-
lyce. in l. de tutela, C. de in integ. rest. mino.
Alex. consi. 70. colum. 2. uolum. 3. Dec. alios ci
tans, consi. 175. colum. 4. Marsil. consi. 104.
num. 26. Grammati. consi. 30. num. 8. consi.
33. num. 7. consi. 47. num. 5. Dominus meus
Riminal. consi. 53. num. 13. consi. 56. num. 4.
& Dominus meus Vbertinus Zuchar. in rub.
ff. si certum peta. num. 4. & ego late dixi, con
201 silio 58. ad finem. † hinc uidemus si testes
dicant maleficium fuisse commissum præsen
te Titio, & Seio, demumque interrogati qui
fuerunt præsentes responderint, quod nul-
lus, certe debet intelligi nisi exceptis præfa-
tis, ita Alberi. in l. non erit. §. dato. ff. de iure-
iur. Alex. consi. 180. ad fi. uolum. 5. Dec. in l. j.
in glo. uarios. ff. si certum pet. & post eum Ni
ger, & alij, Dec. consi. 100. colum. 2. Soc. con-
silio 56. colum. fi. uolum. 4. Grãma. in d. con-
202 silio 33. nume. j. cum simi. † Alioque modo
Bar. in l. in operis. ff. locati, saluat testes a fal-
so, qui dixerunt aliquid simul fuisse factum,
cum tamen appareat de prioritate, & poste-
rioritate, nam intelliguntur simul fuisse fa-
ctum, hoc est eadem die, sequitur Grama. d.
203 consi. 33. num. 6. † hinc & postremo testis
a falso saluatur, qui dixit Titium cæpisse pos
sidere de anno tali, cum tamen citeriori tẽ-
pore cæpisset possidere, quoniam illa uerba,
de anno, possunt intelligi, ab anno, cum præ
positio, de quandoque ponatur pro a. uel ab,
l. si ut certo. §. si de me. ff. commod. l. 1. C.
de fun. rei priui. lib. 11. ibi, [*de fisco,*] unde ut
falsitas euitetur sic exponi debet, ita Domi-
nus meus Vber. in d. rub. ff. si cer. pet. nume.
3. dicens ita alias saluasse testem a falso. Si er
go concludendo hanc rationem fit interpre
tatio, ut falsum excludatur, tanto magis fie-
ri debet, ut restringatur, prout agitur in illa-
tione prædicta, quòd notarius de unico fal-
204 so, non de pluribus puniatur. † Quid enim
facilius restringitur, quam tollatur, ut no. in
l. Ius autem ciuile. ff. de iust. & iu. cum aliis p
me copiose traditis, supra de dona. in princ.
nume. 25. cum sequentibus, quæ minime hic
repetenda sunt, ut breuitati magis consula-
205 mus. † Noua quæstio delectabilis annecti
potest in hac rubrica nunquid ille, qui nulla
habet bona possit testari. hanc quæstionem
breuibus absoluit glos. in l. j. C. qui test. fac.
poss. dum ponens rationem dubitandi ad il-
lum tex. dicit, quòd uidebatur dicendum so-
cium illum omnium bonorum testari non
posse, quasi proprium non haberet. uult er-
go illa glos. quòd non habens bona testari
non possit, & ita notat ibidem Roma. illam
glo. hanc insuper conclusionem colligit gl.
in auth. si qua mulier. C. de sacrosanc. eccle.
206 in uerbo, [*diuiserit,*] † dicens. quòd arbiter,
& iudex diuidit, non tamen testatur, quia nõ
est dominus, idemque tradit Bal. in cap. 1. de
succe. feud. dicens, quòd nemo potest de alie
no testari, per tex. in ca. filius, de testa. ubi re-
probatur legatum de alienis factum, confir-
matur etiam per tex. in auth. ingressi. C. de sa
crosanc. eccl. ibi, nec ergo de his testantur, ut
pote nec domini rerũ, quam rationem pro
207 babilem esse dicit ibidem glosa. † Tertio
corroboratur per tex. in l. lex Cornelia, uers.
[*si uero,*] ff. de uul. & pup. ubi per legem Cor-
neliam, quæ de testamentis loquitur, non ef-
ficitur, ut is qui nulla bona in ciuitate reli-
quit hæredes habeat, quod inde obuenit, quia
bona non habens testari non potest nec hæ-
redem habere, ut ibidem notant ad hoc illũ
208 tex. Bal. Imo. Ias. & alij. † Quarto iustificatur
ex l. obsides. ff. de testa. obsides enim testari
non possunt ea ratione, ut subdit glos. quia
bona ante quæsita perdũt, quæsita uero post
fisco quæruntur. l. diuus. ff. de iure fis. & sic qui
bona non habent non testantur, ut conclu-
dit Andre. Sicu. in rub. ex. de testa. q. 3. nume.
35. sed ante ipsum citauit ad hoc illum tex.
Roma. in d. l. 1. & Ias. in d. l. lex Cornelia, col.
209 2. † Quinto bene facit tex. in l. eius qui. &
in l. is cui. ff. eo. ubi apud hostes existens, cui-
que bonis interdictum est, testari non po-
test, quia bona non habet. Postremo accedit
tex. in l. fi. C. eod. ibi, [*pro suis rebus disposuerit,*]
& in §. disponat, in auth. de nup. ibi, [*disponat itaque unusquisque in suis, ut dignum est,*] & in l. le-
ge 12. tab. ff. de uerb. sig. ibi, [*suæ rei quisque le-
gasset ita ius esto.*] de alienis ergo sentit quem
210 testari non posse, † sumpto argumento a
contrario sensu, quod in legibus est ualidissi
mum.

Nunquid nulla habens bona possit testari.

mum.l.1.& ibi not.maxime per Ias.num.36. ff. de off. eius.l. qui testamento. §.mulier.ff. eo.tit.nostro, & ibi glo.dicens illud pro lege accipi de qua faciunt festum Bal. & Cast. ibidem,& Bal.in c.j. de constitu. ubi dicit d. glosam alibi non reperiri,sequitur Euerar-
211 dus in centuria sua, loco 4.col.j.† Non tamen desunt aliqui qui in hac quæstione contrariam sententiam tenuerunt, ut Angelus in disputatione sua,incip. [*in refulgenti solio,*] de quo meminit idem tenens Roma.in d.l.j. C.qui test.fac.pos.in prin.ubi idem tenet Dominus meus patruus magnus Riminal. col. 2.& abunde,idem tenet ipsemet Ang.in cōsilio 179.uisis prædictis instrumentis,col.3. quem uariato numero citat idem tenens in quarto fundamento, Andreas Sicu.in d.rub.
212 de testa. q.3.† fundatur ista conclusio per tex.in l.hæreditas,in prin.ff.de pet.hære. ubi dicitur, quòd hæreditas etiam sine ullo corpore, iuris intellectum habet,quasi uoluerit dicere hæreditatem dici,& si nihil in ea sit,unde nihil habens in bonis hæredē habere potest,& testari,secundum Cynum, & Angelū
213 ibi. † Atque hinc infert Cyn. ad statutum nolens, quòd repudiatio hæreditatis fieri debeat in consilio generali,alias non ualeat,ut si quis decesserit nullis bonis relictis, in repudiatione talis hæreditatis prædicta solemnitas seruari debeat,quia talis defunctus hæredem habere potest,& hæreditas illius adi-
214 ri repudiarique potest. † Sed meo iudicio tex. ille non probat intentionem prædictorum.uoluit enim dicere,quòd hæreditas dicitur nedum quando constat ex iuribus, ut nominibus debitorum, & corporibus, sed et quando sine ullo corpore consistit in nominibus tamen seu iuribus, non autem, quod sine utroque, & hoc præsensit Fulgo. ibi dicens,quòd glo. in l.1.C. de euicti. sibi uidetur sentire contrarium,quatenus post allegatam per ipsam d.legem hæreditas, ponit casum quando in hæreditate nec aderant nomina nec aliquid aliud, quasi sentiat illa gl. quòd in casu d. legis hæreditas, aderant no-
215 mina seu iura.† Et hoc satis est de mente Castrens. ibi,dicētis, quòd per illud principiū, quod semper allegatur, patet, quòd si mortuus est aliquis, qui nihil habebat in bonis nihilominus possum eius hæreditatem petere,& sic petam me declarari eius hæredem,& potest hoc prodesse,si forte ille habebat priuilegium Principis pro se,& suis hæredibus puta creandi notarios,uel legitimandi spurios.ut possim tali priuilegio gaudere, sentit ergo Castren. secus esse,si nec illud ius habuisset defunctus,& sic, quòd ille tex. procedat aliquo saltem iure subsistēte, prout etiā comprobat Fulgo.ibi, merito concludendo tex.ille non probat intentionem Angeli,Ro-
216 mani ,& sequacium.† Secundo mouentur ipsi per textum in l.cum alienam.C.de lega. ubi quis potest testari de re aliena,sed nec ille tex.me quicquam mouet, loquitur enim in legato facto de re aliena , quod est intelligendum casu quo quid pecuniarium apud hæredem grauatum remanebat ex hæreditate testatoris,alias hæres nullatenus nec esse actualiter honoratus grauari non potuisset. lab eo.C.de fideico.l.plane.§. fi.ff.de leg.1. non loquitur ergo tex. ille de testamento facto a nihil habente,sed de testamento a possidente,uel habente quicquam de alieno ce-
217 lebrato,quæ longe diuersa sunt.† Tertio se fundant prædicti, in l. qui soluendo, & in l.si is,qui soluendo,ff.de hær.insti. ubi qui soluēdo non est testatur, quæ iura me parum mouent cum non loquantur de nihil habente, sed aliquid licet non tantum, quod creditoribus sufficiat , ut probatur supra quibus ex caus.manu.in fi.prin.ibi,[*aut hoc eo non facientes creditores res hæreditarias ,serui nomine uendant ne iniuria defunctus afficiatur.*] cui conformis est alius tex.infra de hær.qual.& diffe.in fi.prin.
218 † Quarto mouetur Angelus,in d. consi.ratione,si quis enim nil habeat in mundo nisi quantum creditoribus suis actione personali debet , non inde dicitur intestabilis, quia nullorum bonorum sit dominus,alias sequeretur cedentes bonis intestabiles esse,quod est falsum, cum in numero intestabilium nō est relatus ille, qui nudus est. l. si quæramus. ff.eo.ubi connumerantur intestabiles per glo
219 sam,nec iste ponitur.† Sed nec ista ratio satis concludit,quoniam talis debitor adhuc est dominus etiam post cessionem bonorū ante tamen uēditionem eorum.l.3.ff.de cessi.bono. nimirum ergo si potest testari,& hæreditas adiri : fundatur enim testamentum, & aditio super bonis, quæ reperitur habere. possent & alia quædam referri ad hanc partē considerata, quæ tamen consulto prætereo,
220 quia nihil, uel modicum stringunt. † Ex aliis tamē puto melius hāc partem defendi posse atque in primis ex uerbis diffinitionis positis,in l.1.ff.eo.[*testamentum est(inquit tex.) uoluntatis nostræ iusta sententia de eo,quod quis post mortem suam fieri uelit.*] pondero,quòd non dicit de suo, sed de eo, quæ uerba referri possunt ad alienum sicut ad suum. uerum est ergo testamentum de alienis prorsus fieri pos-
221 se.† Secundo moueor:ualet enim testamētum de alienis rebus factum illo cuius sunt res consentiente,l.sicut. §.uenditionis. ff.quibus mod.pig. uel hip.sol. quem textum Bal. in cap. 1.§.præterea,quib.mod.feud.ami.unicum appellat in iure,de eo,qui alteri consen
222 tit,ut de re sua testetur.† Nec reuocari potest tale testamentum,licet dominum rerum pœniteat secundum Bal.l. in l.senium. C. qui testa.fac. poss.quia ipse non est testator, sed alius,qui fecit, sequitur Guliel.Bened. in ca-

Ray-

Raynutius, in uer.condidit 1. colum. 2. de te
sta.sed si quis nil habens de alienis non pos-
set testari, nec certe domino rerum consen-
tiente id facere posset, quia tale testamẽtum
uelut ab illius uoluntate dependens corrue-
ret iux.l.captatorias.C.de test. mil.at quia ci
tra illius uoluntatem fieri potest, pariter &
223 illo consentiente. † Tertio accedit ꝙ actus
testandi totus uersatur inter testatorem, &
hæredem.§.sed neque,insta eo. sed ex parte
hæredis, qui nihil de præsenti habere potest
propter incapacitatem ualet testamentũ cõ
ferendo institutionem de illo factam in tem
pus cũ capere poterit.l.in tempus.ff.de hær.
insti. ergo pariter ex parte testatoris nihil
habentis de pręsenti debet ualere testamen-
tum,cum illius effectus dispositioque confe-
ratur in tempus mortis.d.l.1.ff.eo.ibi, [*post
mortem suam fieri uelit,*] quo poterit aliquid ha
224 bere.† Et tenendo hanc partem non ob-
stant contraria: uno enim ictu fere tollũtur
distinguendo,quòd aut quis non habet bo-
na nec actu nec potẽtia, & ille non potest te
stari,exemplum in filio de quo loquitur tex.
in d.lege, lex Cornelia, cui pater fecit substi
tutionem pupillarem,moxque viuo patre in
hostium potestatem peruenit, ibidemque de-
cessit; non enim per legem Corneliam con-
firmatur tale testamentum,cum is nulla bo-
na in ciuitate reliquerit nec relinquere po-
tuerit attento præsenti statu, in quo reperie
batur. Idem de obside plane dici potest, qui
etiam consideratò statu præsenti actu, & ha-
bitu nihil habet, uel habere potest, merito
non potest testari.d.l.obsides,prout nec mo
nachus,qui propter præsentem statum nihil
habere potest.c. cum ad monasteriũ de sta.
mona.meritò non testatur,d.aut.ingressi, si
cut nec qui apud hostes est, uelut seruus ho
stium,ut supra,de iure persona.§.2.& cui bo
nis est interdictum, testari enim nõ possunt
d.lege eius,qui. & l.is cui.ff.eo. quia attentò
præsenti statu actu,& habitu nil habent, uel
habere possunt, sed quandó quis actu bona
non hẽt ,potentia tamen habere pt:& sic nõ
habet per abnegationem potentiæ, sed per
contingentia facti, tunc testari potest, & de
hoc loquitur quęstio nostra.ita declarãt Bal.
& Saly.in d.auth.ingressi,not.3. Ang.in d.cõ
silio 179.col.4. Rom.& D meus Rimi.in d.l.
1.C.qui testa.fac.poss. And.Sicu. in d.rub.de
test.& Ias.in d.l.lex Cornelia,num.4. Capra,
consi.144.num.2.& ad primum caput distin
ctionis redigi debet glo.in d.l.1. C.qui test.
fac.poss.secundum Ange. & And.Sic.in locis
225 citatis.† Ad tex.uero in d.c.filius,multa di
ci possent circa uarios sẽsus eius quos Abb.
ibi refert,Ias.& Alex.in d.l.cum alienam,& la
tissime Roma. in auth. similiter, in 10. spe-
ciali priuilegio pię causæ inter ultimas uo-
luntates, numero 60. per colum. sed missis
omnibus, quę dicunt, arbitror breuiter dici
posse ibi poni casum specialem in legato rei
alienæ facto ecclesiæ,quod deciditur non ua
lere de iure canonico ratione de qua ibi,
226 † uel & alia ne ecclesia nimis lucris tempo-
ralibus inhiaret, quod est specialiter illi pro
hibitum,c.ex parte,in fi.de censi.cap.fi.17.q.
fi.casus igitur ille specialis non est producẽ
dus ad consequentias. l. quòd uero. ff.de le-
gib.imo uero colligitur ex illo regula in cõ
trarium,quod de alienis ualeat testamentũ,
227 † cum exceptio confirmet regulam in ca-
sibus non exceptuatis,ut tradit Bar.in l.quæ
situm.§. denique.ff.de fun. instru. & in §. ut
autem, in Aut.de non alie.cum alijs per Dec.
& Cagno.cumulatis in l.j.ff.de reg.iur. Ad ul
timum respondetur,quod ubi quid exprimi
tur ratione frequentioris contingentię tunc
inclusio unius casus nõ est alterius exclusio,
glo.in clem.1.uers.præsidentes, in fi.de resc.
quam not.ibi Butr.& Imo.Ias.in l.j.num.33.
ff.solu.matrimo.& in l.2.num.12.ff. de uulg.
& pup.Fel.in c.nonne.limit.5.de præsum. &
ego dixi supra, de dona.in prin. igitur, quia
frequentius contingit,quod quis de suis te-
stetur quam de alienis, propterea tex. i d.§.
disponat,& consimiles dixerunt,disponat de
suis,sed non inde prohibetur quis etiam de
alienis testari testamentũq; ualere, si quan-
doque fiant sua, & ita remanet expedita hæc
228 quæstio nona.† Nunc succedit decima quæ
stio, nunquid testamentum coacte factũ sit
ipso iure nullum,uelut si te compulerim ad
me,uel alium instituendum, quos casus con
gerit tex.in l.1.C. si quis ali. testa. prohi.cu-
ius quæstionis utilitatem tradit Aret. in l.1.
in prin.ff.eod. si enim nullum esset ipso iure
pertineret hęreditas ad uenientes ab intesta
to iux.l.1.C.de nat. lib. quòd si ualeret ipso
iure,auferretur hęreditas ab instituto, & fi-
sco applicaretur,dato regressu contra me ad
duplũ uenientibus ab intest.primo casu, uel
instituto secundo casu, aut in subsidium me
non existente soluendo contra fiscum ad re-
cuperationem bonorũ,ut plene tradunt Bal.
Saly. Cast.& alij in d.l.1.C.si quis ali.test.Bar
to.in l.fi.ff.eo.& Gui.Bened.in c.Raynutius.
in uer.condidit,secundo,columna 2.de testa.
229 † In hac autem quæstione glo.in rub.ff.si qs
aliq.testa.prohi.quam Barto.& communiter
Doctores secuti sunt,in l.fi. eo. titu.& refert
Aret.in d.l.1.ff.eo.tit. nostro, uoluit testamẽ
tum ualere ipso iure,sed hæreditatem aufer-
ri ab instituto, & applicari fisco, mouetutq;
Bar.ex d.l. 1.C.si quis ali.testa.ubi dicitur ci-
uili disceptationi crimen adiungi instituto
coacte.illa enim uerba exponuntur de peti-
tione hæreditatis,quæ ciuilis disceptationũ
cupatur secundum glo.qua fiscus utitur cõ-
tra illum uelut indignum, ut Bal.interpreta-
230 tur ibi,secundo loco.† Secundo mouetur
etiam

etiam Bart. in l.fi.ff.de his,quib.ut indi. col.
fi.ratione,quia cum coacta uoluntas sit uolũ
tas,l.si mulier.§.si metu.ff. quod met.cau.l.si
patre cogẽte,ff.de ritu nuptiarum, sequitur
quòd in ista dispositione non deficiant sub-
stantialia in testamẽto requisita, merito me
231 ro iure ualere debet.† Tertio cõfirmat hãc
opi.Aret.& Aemilius Ferrettus,in d.l.j.ff.eo.
in hũc modum:potentior est dolus metu,nã
contractus bonæfidei ex dolo nullus reddi-
tur.l.& eleganter.ff.de dolo.at in metu secus
ubi opus est actione prætoria ad rescissionẽ
toto tract. de eo, quod metus causa, sed do-
lus testamẽtum non infirmat ipso iure. l.nõ
est enim,& ibi glo.in uer.delinimentis. ff.de
inof.test.§.cum igitur,in Auth.ut cũ de app.
cogno.ibi [*aliquã sustineant circumscriptionem,*]
232 ergo nec metus.† Quarto mouentur Are.
& Aemili.ex rubrica.ff. & Cod. si quis aliquẽ
testari prohibuerit,uel coegerit, quorũ secũ
dus casus nõ determinatur in textu,utrũ in-
stitutio reddatur nulla, uel hæreditas aufera
tur ab indigno. ne enim materia relinqua-
tur imperfecte decisa, dicendum est per de-
clarationem primi casus,Iurisconsultum in-
tellexisse declaratum quoque uideri secundũ
casum; sicque hæreditatem auferri per fiscũ
prout in l.1.dicitur circa primum casum ibi,
233 [*fisco locum fore.*]† comprobo melius hoc ar
gumentum,nam una pars alternatiuę dubia
declaratur ab alia clara.l. 1.& ibi notat Bart.
Soc.& alij.ff.de reb.dub.Ruin.consi.173.nu.
20.uolum.2.Aret. in l.si ita quis.§. Grisogo-
nus,col.fi.ff.de uerb.ob.Dec.consi. 217.nu.
5.& Soci.Iun.consil.90.nume.16.uolumi.1.
sed prima pars illius rubricæ iuncto textu,
clara est,quòd hęreditas per fiscum aufertur
ab indigno,ergo secunda pars ambigua de-
bet ab illa declarationem suscipere,quod pa
234 riter fisco locus sit.† Addũt postremo Are.
& Aemili. quod si uis initio adhibita testa-
mentum uitiaret ipso iure, uis quoque adhi
bita,ne mutaretur similiter uitiaret.hoc aũt
uerum non est,ut constat inter omnes,ergo
alterum similiter uerum non erit. l.inter sti
235 pulantem.§.sacrã.ff.de uerb.ob.† Sexto præ
ter alios hanc opi. corroboro,nam quoties
indignitas procedit hæredis culpa, hæredi-
tas,quæ ab eo aufertur tanquam indigno ap
plicatur fisco. l. Papinianus, §. meminisse.ff.
de inoff.testa.ut si testatorem occiderit, uel
proximiorem ab intestato successurum, aut
proximiorem eius,hæredem,puta filium so-
roris aut fratris,ut fratri,uel sorori succede-
ret immediate,secundum Bar.& Bal.in l.co-
dicillis.§.matre.ff.de leg.2. & post eos Cast.
Bar.in l.cum ratio.§.fi.ff. de bon.damna. No
tant Doctores,in l.si ab hostibus.ff.sol.matr.
236 & plene ponit Boeri.decis.25.† Secus si in-
dignitas procederet errore testatoris,q ali-
quem forte hęredem instituit credens esse fi-
lium suum,qui non erat alias ipsum non in-
stituturus, quoniam tunc hæreditas applica
tur uenientibus ab intestato si adsunt, l.si pa
ter,iunc.gl. communiter recepta.C.de hær.
insti.& tradit Bart.in l.aufertur.ff.de iure fi s.
sequitur Guil.Bened.in c.Raynutius, in uer.
condidit, secundo, numero 14. de testa.at in
casu nostro prouenit indignitas ex hæredis
culpa,si compulit testatorem ad se institu en
237 dum.† Idemque in effectu si compulit, ut
alium institueret,cum factum,culpa, dolus-
que suus sit immediatã causa acqsitionis il-
lius,eique noceat,l.si procurator, ff.de doli
excep. cum alijs per Bal. post Dy.Cyn.Petrũ
& omnes,in l.1.C. si quis aliquem, colum.2.
& Barto.in l.fi.num.7.ff.eo.merito debet hæ
reditas ab eo uelut indigno auferri , & fisco
applicari,non autem debet ipso iure testamẽ
tum uitiari,sicque uenientibus ab intestato
238 hæreditas dari.† Aduersus tamen hãc opi.
communem tenet Imola,in d.l. 1. ff. eo. no-
tans ad hoc ibidem glosam, quatenus expo-
nendo textum in uerbo,[*iusta sententia,*]dicit
iusta idest legitima; alias non ualet. sentit. n.
dicit Imola, quòd si quis cogit aliquem ad
se instituendum , uel alium, quod institutio
sit nulla, & pro ea mouetur Imola ratione,
quia libera debet esse uoluntas testantis, l. j.
C.de sacrosanc.eccles. ergo coactio interue-
niens debet annullare testamentum ipso iu-
re,sicut & matrimonium ex eo,quod ibi ple-
na debet esse libertas.c.cum locum,de spons.
239 † Quinimo fortius hoc argumentum de-
ducit Cuman. hanc opin.tenens in rub. ff. si
quis ali. testa. prohi.colum. 2. inquit enim,
matrimonia debent esse libera a peccato, &
tamen quis spe lucri potest induci ad matri
monium,l. Titio centum,§. 1.ff. de condi.&
demon.quod secus est in testamento, ubi qs
induci,uel astringi non potest ad instituen-
dum spe lucri, uel præmij. l. illę autem insti-
tutiones,& ibi gl.Bar.Bal.Ang. & Imola no-
tant.ff.de hær.insti. patet ergo,dicit Cuma-
nus,quod libera uoluntas magis exigitur in
240 testamento,quam in matrimonio,† atque
hinc etiam uidemus , quòd omnis cautela,
quæ tendit in consequentiam ad tollendam
liberam testamẽti factionem, non ualet.l.sti-
pulatio hoc modo. ff.de uer.ob.& nor. in l.fi.
C.de pac.ergo si coactione nullum redditur
241 matrimonium,fortius & testamentum.† Se
cundo mouetur Imola per tex. ubi dicit esse
casum,in l. qui testamento.§.fi.ff. eo.si enim
coactio facta sit testibus reddit testamentũ
nullum,ut ibi dicitur.Idemque si notario fa
cta sit secundum Bald.Cuman.Imol. & alios
ibi, & tradit Romanus,singul.61.multo for-
242 tius si facta sit testatori . † Tertio bene
facit,ut inquit AEmilianus Ferrettus, in di-
cta lege prima, tex.in l.uelle.ff.de regulis iu-
ris , ubi dicitur , quod uelle non creditur

qui paret alieno Imperio. cum ergo deficiat
uoluntas in testamento, quando quis cogi-
tur, q̃ in eo præcipua esse debet, d. l. 1. in uer,
[*uoluntatis*] & i uerbo [*uelit*] sequitur testamẽ-
243 tum nullum esse. † Confirmatur ultra Fer-
ret. quarto loco, nam ex uoluntate fieri dici
tur, quod ex libero mentis arbitrio profici-
scitur. c. 1. 15. q. 1. sed per obedientiam pro-
pria uoluntas mactatur. ca. sciendum. 8. q. 1.
244 † Et actus non dicitur uoluntarius, quan-
do fit ab eo, qui poterat cõpelli, licet non fue
rit actualiter compulsus, ut not. Bal. per illũ
tex. in l. nouissime. ff. quod fal. tuto. auto. tra
dit Ioan. And. in c. præterea, in uer. extor-
245 quentes, de iure patro. † late tradit Felyn. &
Dec. in c. cum M. Ferrariensis, de consti. & in-
signis patruus meus magnus Riminal. in l. si
quis maior. C. de transf. colum. 1. ubi, & late
Cagno. num. 67. de compromisso a partibus
facto ex forma statuti, quod semper dicitur
necessariũ, licet de coactione non appareat,
cũ partes inuicem se compellere potuerint,
& ego latius comprobaui consi. 284. nume.
44. & sequen. post Alex. consi. 47. colum. 2. uo
lum. 4. Barb. consi. 42. uolum. 1. Aret. consi.
28. colum. 3. Ias. in l. 2. C. de trans. & D. Simo-
nem de Prætis, consi. 85. num. 36. quòd quis
dicatur, qui coacte fecisse metu statuti. quã
do cogi poterat. si ergo testamentum coacte
factum non dicitur actus uoluntarius ex præ
dictis, nec testamentum uere dici potest, nec
ualere, quod uoluntatẽ non habet in eo, nisi
necessariam. d. l. 1. ff. eo. sicut & in simili refert
Marcellus, in l. proxime, ff. de his, quæ in te-
stamento delen. ibi, [*potest illud testamentum ua
lere quod hæredem non habetur?*] quasi dicit mini
me, & clarius Imperator, in §. 3. Inst. de fidei-
246 com. hæred. † Quinto cum probabilis sit ex
prædictis dubitatio, nunquid testamentũ sit
ipso iure nullum, ut sic bona deferantur ue-
nientibus ab intestato, an mero iure ualeat,
sed auferantur ab indigno bona fiscoque ap
plicentur, uidetur in dubio contra fiscum io
re iudicandum. l. non puto. ff. de iure fi. sicq;
247 id esse nullum ipso iure. † hæc tamen licet
pulchra sint, ab opi. communi me non retra-
hunt ex adductis pro ea. & ad primum fun-
damentum contra commu. respondet Aret.
in d. l. 1. quod licet testamentum, & matrimo
nium in multis habeant parẽm fauorem. ca.
fi. de re iud. & ibi not. l. si pars iudicantium,
& ibi Cast. ff. de inof. testa. l. inter pares, & ibi
no. Alex. ff. de re iud. tamẽ negari non potest
matrimonium fauorabilius esse, propter ani-
mæ periculum, & uirtutem sacramenti, quæ
præter Areti. pulchre probantur ex not. per
Abb. in c. cum locum, colum. 2. nu. 7. de spõs.
248 † inquit enim, quòd in matrimonio requi-
runtur tria bona, fides, proles, & sacramen-
tũ, c. fi. de cond. appoc. omne, 27. q. 2. q̃ oia
metus intercedẽs, excludit, nã primo matri
monium, est sacramẽtũ, quia significat unio-
nem inter Christum, & ecclesiam, c. debitũ.
de bigamis. unde sicut Christus uoluntarie
assumpsit carnem humanam, ita & matrimo
nium aliam unionem designãs debet esse uo-
luntarium, ut signum correspondeat signa-
to, argumento tex. in §. est etiam aliud, supra
de donat. merito interueniente metu d. bo-
num excluditur, quod in matrimonio requi
249 ritur, & sic nullũ reddit. † Secũdũ bonũ ma
trimonij est procreatio sobolis, iuxta illud,
[*crescite, & replete terram.*] & probatur, supra
de iure nat. in prin. facit. l. 1. ff. sol. matrimo.
& istam procreationem metus impedit, quia
coactus propter displicentiam non intendit
procreationi sobolis, imo uero de tali matri
monio coacto, quid etiam deterius posse cõ-
tingere lex suspicatur. c. secundo, de spons. ut
250 ò adulterium, uel necem, secundum glo. † Ter
tium bonum matrimonij est fides, ut nullum
sit inter coniuges adulterium, sed indiuidua
uitæ consuetudo. supra, de patr. pot. in princ.
quod metus corrumpit: ob enim nuptias in
uitas de facili coniuges labuntur in adulte-
rium, quia quod quis non diligit facile con-
temnit. c. præsens clericus. 20. q. 3. & hæc tria
bona matrimonij pariter tradit Ioan. And.
in regula sine culpa, de reg. iur. in 6. in mer-
curialibus, quem refert Ias. in l. 1. nume. 43. ff.
sol. matrimo. Soc. Iun. consi. 55. num. 34. uol.
2. & Boeri. consi. 20. num. 46. ex his igitur iu
ra introduxerunt, ut matrimonium sit ipso
iure nullum metu contractum, sed tot actan
251 ta non cõsiderantur in testamento. † Et ob
id de matrimonio ad testamentum non ui-
detur tutum argumentum, ueluti de magis
fauorabili ad minus fauorabile, seu de maio-
ri ad minus affirmatiue. c. cum in cunctis, de
elec. not. Dy. Rayner. & Imo. in l. seruum filij.
§. cum qui chirographum. ff. de leg. 1. Alexan.
in l. 1. colum. fi. C. de inst. & sub. & Ias. in l. quę
252 de legato, col. 2. ff. de leg. 1. † & ad conside-
rationem Cumani, quòd ad matrimoniũ qs
induci potest spe lucri, secus ad testãdum. re-
sponderi potest id non contingere, ut putat
Cuma. quia in testamento magis libera uo-
luntas exigatur, quam in matrimonio, sed
alia ratione, quoniam i matrimonio solet in
teruenire datio hinc inde, ut dos, & donatio
propter nuptias, & sic non abhorret interuẽ
tum lucri, sed testamẽti natura non requirit
interuẽtum pecuniæ, ita declarat Bar. & post
eum Cast. in l. cum donationis, C. de transf. &
Cast. in d. l. Titio centum. §. 1. colum. 2. ff. de
253 cond. & demõ. † Ad secũdum de l. qui testa-
mento, §. fi. ff. eo. respondet Are. in d. l. j. quòd
quando testis retinetur inuitus deficit solẽ-
nitas testamenti. non enim dicitur esse præ-
sens, qui detinetur inuitus ubicunque præ-
sentia requiritur pro authoritate, & solen-
nitate, l. 1. §. fi. & ibi Doct. ff. de autho. tut. sed
quando

quando metus adhibetur testatori nō deficit solēnitas substantialis, quia coacta uolū
tas, uoluntas est. nec etiam probatoria, cum
testes sponte sint præsentes, nimirum ergo
si primo casu testamentum est nullum: secū
254 do secus, sed uenit annullandum. †Confir
mo melius hanc solutionem, quam fecerit
Aret. tex. enim in d. §. fi. loquitur de testibus
inuitis detentis test. nos de coacto ad testā
dum. Inter quos nō absurde distinguitur, ut
inquit tex. in c. maiores, §. item quæritur, de
baptis. coactus enim dicitur qui terroribus
atque supplicijs, uiolenter attrahitur ad ali-
quid peragendum: talis enim dicitur condi
tionaliter uolens, licet absolute non uelit, &
sic bene dicit Are. ꝙ in casu nostro non defi
cit solennitas substantialis, hoc est uolūtas.
inuitus aūt dicitur qui nūquam consentit,
sed penitus contradicit. bene ergo testamē
tū nullum est si testes inuiti interuenerint.
& sic ille §. fi. loquitur extra terminos quæ-
stionis nostræ, quod bene notandū est ad in
255 tellectum illius. † Ad tertium respondeo
concedendo, quòd ille nō dicitur uelle sim-
pliciter, & absolute, sed conditionaliter sic,
ut dicitur in d. §. itē queritur, & hoc sufficit
ut testamētum mero iure ualeat. Nec obstat
d. l. j. ff. eo. in uerbo uolūtatis, & uelit: cōpre-
hendit enim etiam uoluntatem coactam, a-
lias sequeretur, ꝙ testamentum coactū non
256 esset testamentum, †ut in simili dicunt Do
cto. infra de acti. in prin. prout ibi refert Ias.
nu. 105. quòd ibi diffinitur, & cōprehēditur
actio realis, ne sequatur absurdū, ꝙ actio rea
lis non sit actio prout est §. 1. eo. tit. & in ca-
su nostro testamentum coactum testamen-
tum dicitur. l. 1. C. si quis ali. testa. prohi. ibi
[*si testator non sua sponte testamentum fecerit, sed compulsus*] & eo. modo tollitur, quod dicebā
257 de actu non uoluntario. † Ad ultimū uero
de l. non puto, de iure fis. multa dici possent
ad intellectum illius tex. de quib. per Alex.
Soc. Ias. Aquens. Pontanum, Ripam, & Alcia-
tum in l. j. ff. sol. matr. per Dec. in Rubr. de iu
di. col. fi. 2. lectura, & in c. ex litteris, de prob.
per Fel. in c. fi. col. 2. de re iud. & in c. pastora
lis, col. 4. de rescr. per Dec. & Cag. in l. in am
biguis, ff. de reg. iu. & nouissime per Matthe.
258 Gribaldum, in illa lege, non puto. †hoc ta
men interim sensu contentus ero, ꝙ ille tex.
loquitur quando dubitatur an alicui bona
auferri debeāt ex aliquo delicto & fisco ap
plicari ita, ꝙ inter ipsum, & fiscum dumtaxat
est controuersia: tūc. n. contra fiscum debet
iudicari, sicq; sibi pęnam nō deberi, ita Cu-
ma. interpretatur illum tex. in d. l. j. ff. soluto
matr. col. fi. ubi dicit, ꝙ loquitur in usurpa-
tione pp delictū & indignationē. sequitur
ibid. Ripa, nu. 4. Ias. in l. de die, in fi. princ. ff. q
satis. cog. & Aret. noster, in §. fi. infra quibus
mod. test. infir. ubi pariter citat Cumanum
idem tenētem, in d. l. non puto. & hoc appro
bat insuper ipsemet Aret. in l. sciendū, ff. de
app. recip. & Dec. in d. l. in ambiguis. nos aūt
loquimur in casu, in quo constat bona aufer
ri debere ab instituto, sed dubitatur an ue-
nientibus ab intest. an fisco debeāt applica
ri, & isto casu pro fisco iudicari dēt, postquā
est quæstio inter fiscum & alium, quam qui
259 pati debet pęnā. †Et licet aliqui redarguāt
hunc intellectum ueluti diuinatiuū, & qui
textum oppido generalem omnino restrin
git, ut Ale. in d. l. 1. col. 1. & 2. Mates. not. 72.
qui generaliter intellexit illum text. in quo-
cumque dubio, Ias. cons. 99. col. pen. uolu. 1.
Dec. in d. Rubr. de iud. & Gribal. in 6. illius
260 tex. intellectu. † Attamē facile defendi po
test, ut inquit Dec. sibi conrarius, in d. l. in
ambiguis. consonat. n. hic intellectus titulo
illi, ubi principaliter tractatur de bonis quę
propter delictum ad fiscum pertinēt, ut col
ligitur ex. l. j. in prin. eo. tit. merito sic dēt in
telligi, ut tradit Bar. in l. 1. §. necessario, nu.
3. ff. si uentr. nomi. mul. per tex. in l. Impera-
tor, ff. de in diem adiec. & si uoluisset Mode.
regulam generalem ponere in quocumque
dubio, melius fuisset collocata illa lex in tit.
ff. de regu. iur. quam sub illo de iure fisci.
261 † Et ratio quoque differentiæ subest inter
primū casum, & nostrum, eo. n. casus aduer-
sarius fisci tractat de damno, ne res scilicet
ab eo extorqueatur, & applicetur fisco, meri
to fit interpretatio contra fiscum in dubio:
hic uero quæritur an applicetur uenientib.
ab intest. uel fisco, & sic agunt uenientes ab
intest. de lucro sicut fiscus. in pari igitur, &
ancipiti casu debet fiscus præferri, cum in
eo publica uersetur utilitas quę priuatorum
commodis antefertur, l. 3. C. de primipilo, li.
262 12. †maxime uero, ꝙ in toto iure non fa-
cile reperitur casus in quo priuatus fisco sin
gulariter præferatur, & tamen fiscus contra
priuatos singularia iura promeruit, & innu
meris fere casib. priuilegiatus existit, de qui
bus seriatim tradit Bal. in l. j. C. de hære. uen
di. Castr. in l. fi. C. de priu. fis. Gribaldus in d.
l. nō puto, & centum, supra quadraginta re-
censet Franc. Parmen. in tract. de priui. fis. &
infinitos quoque congerunt Marti. Laud. &
Franc. Lucanus, in tra. eiusdem tituli, prout
in fonte uideri possunt, & ita remouetur
obiectio quam faciebat Dec. in d. Rub. de iu
di. ęquiparando similem casū, qualis est no-
263 ster, primo qui certe differunt: †cum ma
gis faueri soleat ei qui damnū euitat quā qui
lucrum capit, l. fi. §. pen. C. de codic. & ex his
remanet hęc 10. quęstio satis uētilata, & sub
inde satis utiliter expedita præsens rubrica
quare ad textum Iustiniani transeundum
est in sui principio.

HIPPOLYTI RIMINALDI

INTERPRETATIONES in Institutionum, titulum de Testamentis in principio.

SVMMARIVM.

1 DIVISIONIS triplex effectus.
2 Legatorum, & fideic ommissorum materia cur diuisa fuerit in institutionibus.
3 Testamentum calatis comitys, an sublatum, uel mutatum fuerit.
Author damnat Viglium. 4.
5 Summarium Aretini, concisum, & non uerum.
6 Testamentum iure pretorio inuentum non est sublatum.
7 Summarium Baldi plenum recitat author.
8 Casus quando non est figurandus.
9 Paupertas ueterum magna.
10 Testis unus in causis breuioribus sufficit, plures tamen adhiberi possunt. 14.
11 Interest nostra plura remedia habere.
12 Testamentum per aes, & libram cur inuentum.
13 Quod potui nolui, quod uolui, adimplere nequiui.
15 Argumentum ab ethimologia uocabuli, an hic colligatur.
Author damnat Modernos Patauinos, 16.
Item & Aretinum, 17.
Et suam ponit opinionem. 18.
19 Argumentum ab ethimologia uocabuli, an ponatur in l. 1. ff. de acq. poss.
20 Diffinitio alia describens derinationem uocabuli.
Alia quidditatina, & propria. 21.
22 Testamentum uerbum compositum ex testatione mentis tradit Serui. Sulpi.
Sed Gellius contra; Seruium tamen excusans, & male, secundum authorem. 24.
Laurentius quoque Valla contra insurgit. 23.
Cuius obiectum nec Alciatus tollit. 25.
Nec Caguolus alibi. 26.
Sed nec Vigly sententia. 27.
Eguinarijque Baronis. 28. authori placet. 29.
30 Author Grammaticos monet.
Seruiumque a Gelly morsu defendit. 31.
Iustinianumque pariter a Laurentio Valla. 42.
31 Argumentum ab enumeratione partium defectiua non ualet.
32 Propositionibus ex particularibus non sequitur propositio uniuersalis.
33 Puris ex particularibus nihil infertur, secundum logicos.
Imo committitur fallacia consequentis secundũ Philosophos. 34.
35 Instrumẽtum dicitur, quod mentem iudicis instruat.
36 Monumentum dicitur, quod moneat mentem.
Et an diuersum, quod memoria appelletur. 37.
38 Compositum nomen ex duobus corruptis, ex corrupto, & integro, & econtra fit.
39 Sacellum nomen compositum ex sacro, & cella.
Et in ea re Catellianus Cotta reprehenditur per authorem.
40 Sacellum, & sacra cella, in quo differant.
41 Intellectus l. senatus. §. 1. ff. de don. cau. mor. contra Viglium.
42 Iustinianus hic derinationem uerbi testamentum posuit, contra Alcia.
43 Dictio ex, originem denotat.
44 Derinatio significat originem.
45 Mens in testamento dominatur, & preualet uerbis.
46 Indefinita aequipollet uniuersali.
47 Testatio sine mente pro testamento non habetur.
48 Composita, quando in mentum exeant. 49.
49 Testamentia est in fieri, testamentum uero in facto.
50 Lex correcta non potest allegari, & allegans punitur de falso.
Fallit, quando allegatur, ut sciatur in quo correcta est. 50. 57.
Item quando allegatur in argumentum, non autem ad casum correctum. 58.
Quicquid Dec. & sequaces dixerint. 62.
Quos damnat author. 71.
Bartolus quoque in hac re distinguit. 66.
Quem Tollen. & Viglius damnant, sed author tuetur. 67. 70.
Fallit, & tertio, in ratione legis, que correcta lege durat, & potest allegari. 81.
Siue sit ratio naturalis siue non, contra Felynum, post Dec. 92. 93.
51 Emptor familiae, cur reprobatus fuerit esse testis in testamento.
52 Testis dicitur in causa propria deponere, quando cõmodum, uel incommodum laturus est.
53 Contractus ad testamentum non pertinent, ut pro cõtractu testamentum sumatur.
Non ut in testamento non tolleretur. 54.
55 Librorum non instructus potest eos legere, licet correctos, ut instruatur.
59 Lex correcta potest in argumentum citari etiam a non habente autoritatem legis condendae. 60.
61 Intellectus §. hunc igitur, C. de insti. Col. confir.
63 Intellectus l. unica, in princ. C. de lati. lib. toll. 71. 72.
64 Intellectus authen. de naut. usur. 73.
65 Lex habens plures intellectus, non potest allegari.
66 Lex correcta inserta in corpore iuris potest in argumentum deduci, alias non.
67 Paria sunt quid non esse, & non apparere.
68 Obligatio ad interesse succedit re perempta, uel non apparente.
69 Non entis nullae sunt partes.
74 Lex posterior tollit priorem.
75 Intellectus l. in testamento. prima. ff. de condit. & demon.
76 Intellectus l. fi. ff. de falsis. 78.
77 Falsum est mutatio ueritatis.
78 Verba in dubio debent intelligi immediate, non autem mediate.

157 *Desuetudo quid sit. 170.*
158 *Lex scripta, quomodo tollatur.*
159 *Intellectus §. j. in Auth. de hær. & fal.*
260 *Reparatio quid sit, & quando dicatur. 161.*
162 *Leges per non usum negligi, ergo tolli non sequitur.*
163 *Intellectus §. quibus. prima, consti. Codic. per Bal. & Fulg.*
Quem taxat author, & meliorem dat. 164.
165 *Authen. generaliter, C. de epis. & cler. reo instante locum haberet.*
Bartoli sententia, quòd ubi sit peti, & non obtineri declaratur. 166.
166 *Consuetudo requirit frequentiam actuum.*
167 *Intellectus l. j. §. sed etsi quæ. C. de uet. iu. enucl.*
168 *Intellectus l. unica, in prin. C. de cad. toll. per Fulg.*
per authorem comprobatur. 169.
169 *Alternatiua una pars intelligitur secundum aliam.*
171 *Dictio ita, stat pro similiter.*
172 *Præcedentia, & sequentia declarant.*
173 *Intellectus l. rem non nouam, in prin. C. de iud.*
174 *Ædificium dicitur nouum quando funditus dirutum fit.*
275 *Intellectus §. igitur, in proœ. Insti.*
176 *Intellectus §. fi. in Auth. quib. mod. natu. effi. sui.*
177 *Dictio omnino, significat in omni casu, quo ad omne effectum, & totaliter.*
180 *Intellectus l. nam Imperator. ff. de legib.*
181 *Consuetudo unde nim obtineat.*
183 *Consuetudo inducitur a maiori parte, quæ prævalet minori.*
184 *Intellectus l. cum de consuetudine. ff. de legib.*
Consuetudo non requirit, quòd obtenta fuit in contradictorio iudicio. 179.
185 *Usus contrarius legi taliter debet apparere, quod inde colligatur tacite consensus populi.*
186 *Testamentum quo iure sit inuentum.*
Glossa, & plerique, quòd de iure ciuili dixerunt. 188.
Alij, quod de iure diuino. 216. 327.
Quidam uero, quòd de iure naturali. 217.
At communis Doctorum schola, quòd de iure gentium, licet solennitates additæ fuerint de iure ciuili. 219.
187 *Simile quodlibet suum simile parit.*
189 *Intellectus tex. nostri in uer. sed prædicta quidem nomina, secundum Bauer. & Tollen.*
Quem refellit author. 14?. cum seq.
190. *Ius gentium est antiquum.*
191 *Intellectus l. j. ff. de pet. hære. secundum Bauer. & And. Sicul.*
Quem Moder. Pata. conantur tollere, sed male. 250.
Author eum optime declarat, & interpretatur. 251.
Eumque text. conciliat cum l. lege obuenire. ff. de uer. sig. 252.
192 *Deportatus est capax eorum, quæ sunt iuris gen. nõ autem iuris ciuilis.*
Incapax tamen est testamenti, & quare. 254.
193 *De iure gentium omnia erant communia secundum Christophorum.*
Imo uero dominia distincta, secundum Baueri. & Vasconi. & Vacunna. 264. 265.
Sed hoc refellit, & declarat author. 266. 267. cũ sequen.
194 *Argumentum ualet a non expressis.*
195 *Dignum nota speciali non debet taceri.*
196 *Institutus nõ potest acquirere hæreditatem sine aditione.*
197 *Authentica, ex causa, locum non habet hæreditate non adita.*
Nisi clausula codicillari per uerba futuri temporis adiecta. 198.
199 *Intellectus §. fi. Inst. de usu, & habi. secundum Romã. & Siculum.*
Quem damnat author, & melius eum tex. declarat. 294.
200 *Intellectus l. testandi. C. de testa. secundum Romã. & Siculum. 201.*
Quem taxat author, & bene interpretatur. 297.
202 *Ius publicum dicitur ius Romanorum.*
203 *Legatus Pop. Rom. existens apud hostes quomodo testabitur.*
Intellectus legis. 3. ff. de testa. secundum Siculum, Baueri. & Ferrettum. 202. 203.
De quo per authorem latius. 298. aliter interpretantem.
Illatio non debet ex separatis fieri. 298.
204 *Intellectus l. lege obuenire. ff. de uer. sig. secundum Siculum.*
Quem damnat author. 301.
Et meliorem omnium tradit. 240. cum sequentib.
205 *Intellectus §. disponat, in Auth. de nup. secundum Sicul. & Tollen. 207.*
Quos author confundit. 310. 311.
206 *Dictio pene, diminutionem significat.*
207 *Superlatiuum nil supra se continet.*
208 *Intellectus cap. ius Quiritum, prima dist. secundũ Sicul. & Beroum.*
Cuius authori non defert Viglius. 312.
Author uero eum secutus aliter interpretatur. 313.
Ostenditque conuenire cum alio simili tex. & loquendi modo. 314.
209 *Intellectus tex. nostri in uer. et & hoc ius tripartitum secundum Tollen.*
Quem damnat author, & aliter intelligit. 316.
210 *Ius naturale non patitur quem locupletari cum aliena iactura.*
At de iure ciuili secus. 211.
Quod qualiter procedat declarat author. 317. 318.
Usucapio iure ciuili inducta est. 211.
212 *Intellectus l. j. in uerbo, iusta. ff. de testa. secundum Mod. Pata.*
Quod & Vasconi. & Vacun. uoluit. 322.
213 *Filiusfami. testari non potest.*
Et quid de iure gentium tradit author. 323.
214 *Testandi facultas statuto tolli potest.*
Quod qualiter procedat declarat author. 324.

Apud

315 Persæ filijs utuntur, ut seruis.
317 Intellectus l. id quod nostrum. ff. de regulis iuris.
318 Filius ob ingratitudinem primogenituræ potest priuari.
319 Vsucapio, & præscriptio transfert dominium ob negligentiam domini.
320 Damnum non uidetur sentire, qui ex culpa sua id sentit.
321 Damnum est diminutio patrimonij.
325 Ius gentium ex causa tolli potest, & restringi.
326 Gentis unius ex usu non est iudicandum de iure gentium.
329 Legitima succedit loco alimentorum.
331 Intellectus l. fi. C. quorum bonorum.
332 Testium numerus est de forma testamenti.
333 Prætorium ius honorarium appellatur.
Et quare ratio subijcitur.
334 Leges legibus promptum est concordare.
335 Testis, qui contrariari uidetur, debet concordari.
Idem de pluribus, ut a contrarietate, & a falso saluentur. 336.
337 Statuta, quæ contrariari uidentur per interpretationem saluari debent ne contradicant.
338 Positiones, quæ uidentur contrariæ saluari debent a contrarietate.
339 Contrarietas in quacunque materia remoueri debet.
340 Intellectus l. primæ. C. de inoff. dot. aduersus omnes.
341 Contrarietas qualis, & quando dicatur.
342 Ex duobus contrarijs fit optimum temperamentum.
343 Testes in testamento debent eodem tempore interuenire.
Vnde infertur ad aliquos casus. 344.
345 Testes in testamento debent esse rogati.
Quod qualiter procedat declaratur. 346. 347.
Et a testatore rogitus fieri debet. 348.
Vel ab alio præsente, & patiente testatore. 349.
Non tamen sufficeret si testes dicerent se fuisse rogatos præsente testatore. 350.
351 Testis deponens de præsentia sua, includit scientiam.
Secus si deponat de præsentia tertij.
352 Testes partim dicentes se rogatos a testatore, partim a notario, non sunt contrarij.
Et sufficit esse rogatos ante, uel post publicationē. 353.
354 Testes rogari debent in testamento nedum in scriptis, sed etiam nuncupatiuo.
Et nedum de iure ciuili, sed etiam canonico. 355.
Limitatur in testamento inter liberos, in quo rogitus non requiritur. 356.
Idem in testamento ad pias causas. 357.
Contrarium uero tenuerunt aliqui. 358.
Sed auctor secus. 359.
Tertio in testamento militis facto in expeditione belli. 362.
Quarto in testamento habente clausulam codicillarem. 364.
360 Intellectus cap. relatum, de testa. aduersus Barba.
363 Intellectus leg. diuus ff. de test. mil.
365 Testes in dubio non præsumuntur rogati.
Ad quod infertur unum pulchrum. 366.
Limitatur si notarius diceret eos fuisse rogatos. 367.
Secundo si diceretur in testamento talibus adhibitis. 371.
Tertio si diceretur præsentibus talibus testibus, &c. 372.
Quarto, si se subscripsissent præsente testatore. 373.
Quinto, si diceretur in testamento actum in tali loco. 374.
369 Rogitus notarij præsumitur si de illo testatur.
370 Testis admittuntur ad probandum rogitum.
Vel si dicat, ego talis scripsi &c. 372.
375 Testamentum fieri debet uno contextu, & de ratione. 376.
377 Testium signacula de iure prætorio introducta sunt in testamento inscriptis.
378 Testium numerus in testamento, quo iure inuentus.
379 Hæredis nomē scribi debet manu testatoris, uel testium.
380 Forma a lege tradita seruanda est.
Etiam in actu fauorabili. 381.
Et illa omissa in minimo uitiatur actus. 382.
Limitatur in forma leui cuius omissio non uitiat. 385.
Secundo, quando seruari non potest. 389.
Et exemplum datur. 389.
Tertio quando necessitas, uel impotentia impedit. 390.
Quarto quando lex non modum, sed effectum cogitauit. 393.
383 Forma dicitur indiuidua.
384 Indiuidui partem, qui fecit, nihil fecisse uidetur.
385 Statutumq requirit in instrumento nomen, cognomen, & pronomen si alias non ualeat instrumentū corruit, licet sit expressum nomen singulare in eo.
386 Parum, & nihil, æquiparantur.
387 Intellectus leg. primæ, in fi. ff. de uentre insp. per Doctores explosus.
Et aliter declaratus per auctorem. 388.
389 Consensus mariti requisitus a statuto in contractu uxoris omitti potest absente uiro, & ualet contractus.
391 Contractus, qui tali loco fieri debet, ualet alibi factus si copia illius loci haberi non potest.
392 Iuramentum præcise obligat, nec sufficit interesse præstari, nisi factum præstari non potest.

Et hi mo-

Testa-

471 Testamentum nunquid ualeat si testator instituit eum, qui reperitur in tali scriptura, quam reliquit penes Guardianum S. Francisci.
Bartolus ad hoc citatus de legatis locutus, ut aliqui aduerterunt. 472.
Ideo Cast. & aliqui tenuerunt non ualere. 473.
Et in eo uariæ sententiæ recitantur. 477.
At quòd ualeat testamentum sic factum tenent quamplures. 478.
Et est communis opi. 479.
Quæ procedit constito, quòd scriptura sit manu testatoris, & id constet. 490.
472 Institutio scribi debet a testatore, in testamento in scriptis.
Vel ab eo nuncupari in testamento nuncupatiuo.
Et quare sic prouisum fuit. 474.
475 Hæredis nomen exprimi per relationem ad aliud nonsufficere.
Sed contra. 485.
476 Appellatio ab interlocutoria quomodo exprimenda. 489.
477 Bartolus in l. si ita scripsero. ff. de cond. & demon. declaratur.
480 Stipulatio dicitur certa per relationem ad corpus certum.
481 Testator si se referat ad scripturam, omnia censentur expresse disposita in testamento referente.
482 Relatum dicitur in referēte cum omnibus suis qualitatibus.
483 Et referens restringi debet ad relatum.
Cuius exemplum inuestitura datur. 484.
486 Eligendo testari in scriptis non ualet, ut nuncupatiuum.
Et in eo Gozad. consilio 3. numero 11. taxatus. 487.
488 Intellectus l. quotiens. §. si quis nomen. ff. de hæred. insti.
491 Relatio ad scripturam inefficacem nil probat.
Et est nullius momenti. 492.
492 Testamentum factum balbutiendo per eum, qui solebat articulate loqui non ualere.
Quod declaratur, quando non posset intelligi.
494 Testamentum imperfectum ratione uoluntatis non ualet.
Etiam inter liberos, & ad pias causas.
495 Intellectus l. si. C. fami. ercifcun.
496 Notarius conficiens testamentum sine debitis Solemnitatibus an, & quando puniatur de falso.
497 Intellectus leg. iubemus. C. de testamentis. 502. 507.
498 Falsum committitur omittendo scribere uerum sicut exprimendo falsum.
499 Falsum quid dicatur.
500 Aliter facere denotat quid diuersum.
501 Audere denotat temere præsumere.
503 Dictio quasi quandoque ueritatis expressiua.
504 Falsi suspitio pro falsitate reputatur.
Quod procedit in ciuilibus.
Non autem in criminalibus.
505 Falsi probatio debet de necessitate concludere.
506 Notarij potius error, quàm falsitas præsumitur.


ESTAMENTVM ex
eo appellatur. Diuidit A-
ret. hoc principium cæte
ris latius in nouem par-
1 tes pro faciliori iuuenum
instructione. † nam parti-
tio animum legentis inci
tat, mentem intelligentis præparat, memo
riam artificiose reformat, ut inquit glossa
in §. igitur, in uer. easdem, supra in proœ.
2 † Sicque ratione prædicta uidemus mate-
riam legatorum, & fideicommissorum diui
sam fuisse in plures titulos inferius, ut tra-
dit Ias. in Rubrica, ff. de legatis primo, in
fine. & quælibet res diuisa melius intelligi-
tur, ut per illum textum notat glossa in l. pri
ma, in principio, ff. de doli mali, & metus ex
3 cept. † Vnum tamen est, quod inquit Aret.
duo prima genera testamentorum in de-
suetudinem abijsse, satis dubium respectu
testamenti calatis comitijs: id enim, ut in
quit Vigli. in uerbo, [*calatis comitijs, num. 7.*]
mutatum potius dicitur, quādo sublatum,
cum loco populi coram quo fiebat id testa-
mentum, hodie coram Principe fieri possit,
l. omnium, C. eodem. quo fit, ut testamen-
tum coram Principe factum tamquam co-
ram populo factum obtineat, nec penitus
4 hic testandi modus sublatus dicatur. † Sed
huic sententiæ repugnat tex. ibi [*in desuetudi
nē abierunt.*] nec testamentum, quod coram
Principe fit hodie ordinarium est, ut erat il
lud. imo ut tradit Fulgo. in dicta l. omnium,
colum. 1. principalis modus testamenti est,
ut fiat coram 7. testibus secundum formam,
l. hac consultissima, C. eodem, merito id fa
ctum coram Principe, loco illius calatis
5 comitijs dici non potest. † Summatur
hic text. per Aretin. concise tamen, ut per-
pendunt Moderni Patauini, quoniam non
comprehendit confectionem testamenti in
scriptis secundum hodierna tempora, ne-
que nonum requisitum Iustiniani. Quin
ultra ipsos uerum non est hæc omnia iuris
antiqui testamenta ab usu recessisse, ut pro-
fitetur Aretin. quod enim per æs, & libram
fiebat, non penitus, sed pro parte tan-
tum sublatum est, ut in uersiculo, quod ue-
ro. ibi, [*partim & hoc in usu esse desiit,*] quia
numerus testium remansit secundum glos-
sam ibi. confirmaturque in uersiculo, ut &
hoc ius. ibi, [*ut testes quidem & eorum præsen-
tia a iure ciuili descendat.*] intelligit enim Im-
perator de iure ciuili, quod hoc testamen-
6 tum per æs, & libram introduxit. † Qđ ēt de
iure prætorio inuētū est, quod numerum se
ptē testiū & signa proposuit, minime subla-
tum est, imo uero in usu remāsit, ut ꝓbatur
ibi

ibi[*signacula autem & testium numerus ex edicto prætoris*]& alibi quoque de his signaculis habetur, in l. ad testium, cum sequenti, ff. eodem, unde nimis profuse locutus est Aret. hoc respectu, sicut alio de quo su-
7 pra nimis parce. † Omisso igitur summario Aretini, sicut & alijs Ioa. Plateæ, Christophori,& Iasonis, quæ defectiua sunt in aliquo secundum Mod. Pataui. potes hoc principium summare, ut per eos & Tollentinum, pleniusque, ut per Baldum ante oẽs, in hunc modum. Testamentum solenne in scriptis est scriptura in se uoluntatem testantis continens cum nu. 7. testium uno contextu ad ipsum testamentum adhibitorum, quæ solẽnitas est de iure ciuili, cum ipsorum testium & testatoris subscriptione, quod fuit a constitutionibus introductum; & cum signaturis testium, quod fuit iure prætorio inuentum; & cum subscriptione nominis hæredis per testatorem, uel per testes celebranda quod a Iustiniano extitit superadditum, licet aliæ testamentorum solennitates omissæ sint: hoc enim summarium totum tex-
8 tum complectitur usque ad §. possunt. † Qui casum hic figurant potius declarãt textum quã, quod causam dubitandi, & decidendi assignent, ut inquit Aldobrand. sicque obseruatum uidemus per Francis. de Aret. & Bauerium. & certe cum tendat hic Imperator declarando quid antea esset, & quid hodie sit constitutum, casus in terminis constitui non potest, ut inquit Bal. in prima const. Co di. ubi similiter procedit Imperator, nam & in lege quãdo ponitur regula, uel diffinitio, uel artis principia traduntur, non est figurãdus casus nisi prout littera iacet, ut post Cy. tradit Caccialu. in l. Imperium, ff. de iur. omnium iud. & Cagnol. in proœ. Digestorũ in
9 princ. num. 6. † Nos tamẽ in eo solum, quod de pluralitate testamentorum meminit Iustinianus, hic possumus dubitare, quærendo numquid de iure ueteri plura testamentorũ genera in usu esse deberent: uidebatur enim dicendum, quod non ob magnam uel rerum paupertatem, ut alibi dicit tex. in §. pœna, infra de iniur. unde una tantum testãdi formu-
10 la uidebatur sufficere. † Sic in causis breuioribus uidemus in quibus lis est de paupere Regno relaxari pluralitatem testium & unũ tantum sufficere ad plenam probationem, ut uoluit Mateß. notab. 1. & Marsi. sing. 433. contrarium tamen his non attentis refert
11 hic Imperator fuisse. † Ratioque esse potuit: interest enim nostra plura remedia habere, l. 3. in fi. ff. de lib. leg. l. cum filius, §. uarijs, ff. de leg. 2. in ratione sui. Sed testamẽtum calatis comitijs non semper fieri poterat, sed bis in anno tantum contingebat eius factio ut Theophil. & Vigli. hic traduut: procinctum uero in ipso militum ad expeditionẽ apparatu, cumque in prælium essent exituri
12 ob dubiam belli aleam. † Porro cum hæ duæ tantum species in usu essent, eueniebat, ut nonnulli subitaneo morbo correpti intestati morerentur, neque enim calatis comitijs testabantur, quia nondum instaret comitiorum tempus, neque item in procinctu, quia bellum non esset, & cũ mali existimetur hominis ualentem sanumque de morte cogitare, plerique testamenta ad mortis, uel ægritudinis tempus differebant, quo tempore
13 nec comitia nec bellum imminebant. † Et cum antea forsan testari poterant, sed noluerant, tunc cum uolebant non poterant iuxta illud, Quod potui nolui, quod uolui adimplere nequiui, l. multum interest & ibi glossa, & Doctor. s. C. si quis alteri, uel si, & per glo. in l. uxor patrui, C. de legat. Specul. in titu. de primo, & secundo decreto, §. 2. uersic. sed quid si. merito consentaneum fuit præter illa duo testamenta tertium quoque genus testamenti inducere, quod per æs, & libram dicebatur omni tempori, personisq; conueniens, ut post Theoph. Viglius tradit. Non obstant contraria, quod enim homines essent egeni non infert unum tantum genus testandi in usu esse debuisse. Imo uero rationes supra consideratæ militant in eis quoq;.
14 † Et quod in causa leuiori unus tantum testis sufficiat, non prohibet plures adhiberi posse, l. hæredes palam, §. & si testes, ff. eod. nam quæ superabundant non reprobantur nec uitiant, l. testamentum, C. eod. hic est ca-
15 sus. † Notat in primis Aret. licitum esse argumentum ab ethimologia uocabuli, quem taxant Moder. Pata. non enim arguit Imperator hic ab ethimologia ad ethimologiatum hoc est ad uocabulum: sed potius ab ethimologiato ad ethimologiam, quod argumẽtum ualet, licet affirmatiue propositum uelut de specie ad genus, ut est homo, ergo animal, est testamentum ergo testatio mentis,

An hic probetur licitum esse argumẽtum ab ethimologia uocabuli.

16 ut hic facit Imperator. † Sed tu considera Modernos male loqui: quando enim lex ab uno ad aliud argumentatur, intendit cõmunicare, quod est in re a qua arguit, rei ad quã facit argumentum, exemplum in l. seruum filij, §. eum qui chirographum, ff. de leg. 1. ubi Iuriscon. arguit de contractibus ad ultimas uoluntates, decidendo, quod sicut uendito chirographo, nomen uenisse uidetur, ita legato chirographo, non solum tabulæ, sed debitum quoque legata uidentur. Sed hic non uideo quicquam, quod sit in uerbo[*testamentum*] communicari testationi mentis. quæ illius uerbi ethimologia est, secundum Christopho. & Bauer. no. 1. & Bellonum q. 3. nu. 4. ergo est impossibile dicere, quod Imperator arguat hic ab ethimologiato hoc est a uocabulo[*testamentum*] ad ethimologiam.
17 † Non tamen Aretino consentio, nam decipitur

cipitur præsupponens hic argui ab ethimo-
logia: ab ea enim arguere est ea posita ad vo
cabulum inferre,& argumentari,exemplum
in l.secunda,§.appellata,ff. si cer.per. ubi di-
citur[*appellata est autem mutui datio ab eo, quod*
de meo tuum fit.] hactenus enim ponitur ethi
mologia uocabuli mutuom, quòd de meo
tuum fiat,deinde infert, & ab ea argumenta
tur ad uocabulum dicens tex. [*& ideo si non*
fiat tuum,non nascitur obligatio] mutui,vt subdit
glossa,sicque non est mutuum, ad idem tex.
in l.1.ff.de fi.Instru. & in l. 1.ff.de iniur.qui
bus in locis posita ethimologia,Iurisconf.
18 arguit ad ipsom uocabulum. † Hic uero
tantum ponitur ethimologia,ut glossa 1. di
cit,ibi [*testamentum ex eo appellatur, quòd testa-*
tio mentis fit] non tamen arguitur ad uocabu
lum,quòd omnis testatio mentis fit testa-
19 mentum.† ad idem in l.1.ff.de acqoir. poss.
ubi ponitur ethimologia uocabuli ibi[*pos-*
sessio dicta est a pedibus,quasi pedum positio]& hoc
in diuisione tex.Bart.Alber. Castr.& omnes
adfirmant,non tamen arguitur ad uocabu-
lum licet Imol.Alex.& Ias.secus putent:non
enim subiongitur,ergo omnis pedum posi-
tio est possessio,& ita considerat Guil.Pont.
ibi nu.5.fuitque de mente Castrensis,& Cu-
mani,qui notarunt ex illo tex. ethimologiã
possessionis tantum, non autem argumen-
tum ab ea ad uocabulum, euodemque mo-
dum seruauit Imperator, in §.r.supra de tu-
tel.ubi tutores appellat,quasi tultores, non
tamen inde arguit omnes tuitores tutores
dici.ad idem infra de interdi.in §.sunt tamẽ,
ubi interdicta appellantur, qoia ioter duos
dicuntur,non tamen arguitur,quicquid in-
ter duos dicitur,Interdictum esse. Sicut & in
fra quibus mod.re contra. obli.in prin. ibi,
[*nec etiam mutuum appellatum est*,] quod ita a
me tibi datur,ut ex meo tuum fiat, non ta-
mẽ arguit Iustinianus quicquid fit de meo
tuum,mutuum dici. Quamuis Arc.ibi qoo-
que notauerit & male,prout hic,licitum esse
argumentum ab ethimologia; quod non ue
rificari patet ex prędictis. Cogitabam tamẽ
alias,in dicta l. 1.ff.de acquir.posse. legendo
illum tex.saluari posse Doctores hic, & alibi
dicentes,argumentum ualere ab ethimolo-
gia uocabuli,uoluisse dicere,quòd hic,& ibi
arguatur ab ea·sed cum procedatur io iure
nostro de similibus ad similia,l.non possunt
ff.de legibos,sed quòd nobis liceat arguere
ab ea sicut fecit Paulus,& Vlpianus in dicto
§.appellata, in dicta l.1.ff. de fi.inst. & l. j.ff.
20 de iniur. †Vnum bene aliud aptius ad hunc
tex.dici potest,secundum Christophorom,
& Bauer.qoòd hic ponitur diffinitio quędã
describens seu designans deriuationem uo
cabuli,& hæc est ut Alciat.tradit, Parergon
lib.9.c.21.uersus finem.quam Grammatici
Parouomasiam, nos allusionẽ uocamus,ut
testamentum,est testatio mentis,Tabernis
est quæ tabulis clauditur:Pontifex, qui po-
21 test facere. †Altera uero est diffinitio quid
ditatiua ponens quidditatẽ seu essentiã rei
diffinitę,quę hic non ponitur,sed in l.j.ff.eo
dem,& in gl. prima dicemus :eaque propria
est diffinitio quæ dicit quidditatẽ rei per es
sentialia per proprium genus, & differen-
tiam,nec per effectus datur, nec accidenta-
lia demonstrat,& ideo Bal.post Boetiũ,quẽ
refert in Rubr.C.qui adm.col.2.dicit,quòd
diffinitio rei essentiã claudit. Descriptio in
telligentiam,ut si dicatur, homo est animal
rationale risibile & mortale, ꝓpria erit dif-
finitio per quam homo perfecte demonstra
tur:at si dicamus homo est animal,quod re-
cte iocedit,latos ungues habens , & manib.
utens,impropria est diffinitio,potiusque de
scriptio ex accidentibus collecta,ut alibi Iu
risconf.in simili tradit,in l.1.ff.de legibus,&
ibi Castr.& Claud.Aquens.tradunt, latiusq;
Cagnol.hæc ponens, io l.omnis diffinitio ,
num.6.& 19.ff.de regu.iur.non ergo testa-
mentom uere hic diffinitur, sed describitur
potius secundum deriuationem uocabuli.
Non omitto tamen, quòd Conanus in cõ-
mentar.suis iuris ciuil.lib.9.cap.1.col. 2.de
fendit hic ethimologiam poni aduersus Al-
ciatum,licet nominatum, eum non citet,ꝗ
testamentum dicatur testatio mentis, cum
Tullius ethimologiam postliminij appellet
eam qoæ a Seruio tradebatur, a post dictio
ne deductam originẽ, & quæ a Scæuola Pu-
blij filio a post.& limio e geminis uerbis cõ
ponebatur, utraque tamen non tam ad rei
naturam. ueritatemque quam ad ipsius uer
bi similitudinem qoandam uidetur allude-
re:ethimum enim antiqui non omnem a ue
ra origine uerbi duxerunt,quod fieri nõ po
terat,sed si quid ueritati fuit affine, aut co-
gnatum,aut simile , id quandoque nec raro
quidem in notandis uerbis secuti sunt,ꝗ ni
22 hil reperirent melios † Secũdo eodem met
loco ootandum est,ut inquit hic Viglius, ꝗ
hæc ethimologia sumpta est ex secundo li-
bro de testam.Seruij Sulpitij qui testamen-
tum,uerbum esse duplex scripsit,nam com-
positum esse dixit a mentis contestatione.vn
de Imperator hic pari modo dixit illud ex
eo appellari,qoòd testatio mentis sit.hoc ta
men impugnat Aulus Gellius lib.6.noct.At
ti.c.12.cum habeamus calciamentum, pal-
ludamentum,pauimentum, uestimẽtum,&
alia mille per huiuscemodi formam produ-
cta.Quæ tamen uerba composita nequaquã
sunt,ergo nec istud,& Gellium simpliciter
secotus est Conan.loco citato, colum.1.
23 †Laurentius quoque Valla, & maximæ uir
doctrinæ ita & supta uires suas audax Iusti-
oianum ceu latinæ maiestatis læsæ reum fa-
ciens carpit irridetque, Elegantiarum li.6.
capi.

kap. trigesimosexto, ut Viglius tradit, uel ut
in fonte uidi. 453. si enim a mente descen-
deret testamentum, testamentia diceretur,
quemadmodum dementia, & amentia, nec
hic magis facit, mentis adiectio, quam in cal
ciamento, falsamento, cemento, & id genus,
finitis: unde concludit ipse Valla, quum ue-
teres, testamen dicerent addita syllaba [*tum*]
factum est dictumque testamentum, sicut
uelamen, & uelamentum, & pleraque alia,
& cum Gellio, & Valla, consentit Catelianus
Cotta, libro suo Memorialium, in uerbo te-
stamentum. † Excusabat tamen Gellius
Seruium ob uocis concinnitatem. quòd
24 enim in hac testatione plurimum mens ua-
leat, potuit dixisse Seruius testamentum esse
testationem mentis. Quod sane uerbis Ser-
uij repugnat, qui non uocis concinnitatem
perpendit, sed compositionem. † Iustinia-
num pariter a Valla tueri nititur Alciatus,
25 libro quarto, de uerborum significatio. co-
lumna decima, ut non ethimologiam Iusti-
nianus tradere uoluerit, sed tantum ad si-
milem uocem alludere. hæc enim uox, testa-
mentum, similis est admodum testationi
mentis, quod & alibi docuit Alcia. ipse in l.
tabernæ. ff. de uerborum significatio. & Pa-
rerg. libro octauo, capitulo uigesimoprimo,
& Claud. Cantiun. in Topi. ut refert Vigli.
quibus tamen ipse non consensit, nec ego
simul, cum quodcunque ex prædictis uolue-
rit Imperator facere, difficultas a Valla pro
posita non inde tollitur. † Cagnol. etiam
in l. omnis diffinitio, numero uigesimoquin
26 to, ff. de regulis iuris, uerberandum esse Val
lam tradit, qui uoluit in cœlum os ponere
reprehendendo Imperatorem hic: nō enim
dicit, quòd sit uerbum compositum, tunc
enim male sentiret, ut per Gellium dicto ca
pitulo duodecimo, sed quòd est testatio mē
tis, sed nec istud resoluit obiectum de adie-
ctione mentis a Valla consideratum. † Vi-
glius igitur hic existimauit dici forsitan pos-
27 se Seruium, & Imperatorem solam testatio-
nem considerasse, adiectumque uerbum
[*mentis*] fuisse ad maiorem expressionem
sicut alibi factum uidemus, in l. senatus. §.
primo, ff. de donatio. causa mortis, ubi in-
quit Paulus, donatio dicta est a dono quasi
doni datio: ibi enim a solo dono donatio de
ducitur, additur tamen ad maiorem decla-
rationem quasi doni datio, licet dationis
illa mentio ad deriuationem donationis ni-
hil faciat. Similis est (ut addam Viglio) tex.
in l. prima, ff. de acquirenda possessio. posses
sio enim appellata est a pedibus, pedū quasi
28 positio dicit Paulus. † Et in hanc senten-
tiam Viglij uidetur pedibus iuisse Egui-
narius Baro hic, qui uerbum testamentum
non alio modo a testatione dici putat,
quam pactum a pactione, quorum illud ad
certam testationem morientium, hoc ad
certam pactionem, quæ nuda dicitur, usu
29 contractum est. † Sed nec istud mihi sa-
tis arridet: sequitur enim inde Seruium,
Paulum, & Iustinianum nimis loquaces fuis
se, & superuacanea uerba effudisse contra. §.
quibus, prima constitutio. Codicis ibi,
[*& breui sermone.*] hactenus ergo patet Ser-
uium, & hunc locum minus bene defensa-
30 tos fuisse. † Sed profecto æquius fuisset ma-
gisque etiam nomini consuluissent hi Gram
matici si intra professionis suæ cancellos
constitissent, quandoquidem uulgo dici-
tur, Quam quisque nouit artem, in hac se
exerceat: non enim ut sutores supra cre-
pidam iudicassent. nec ceu testudines por-
recto extra testam capite periculis se ob-
noxios fecissent. postquam tamen adeo
excreuit eorum insolentia, ut in suis com
mentarijs nedum suis inter se ipsos telis
uterentur mutuisque uulneribus infelicis-
sime, uelut ex Draconis fabulosi uenena-
tis dentibus nati homines caderent, sed
ubique simul errorem aliquem Iureconsul-
tis nostris impingerent, nimirum quod ip-
si non perceperant errori statim adscriben-
31 tes † Ego qui Seruij, & Imperatoris no-
stri tutelam libenter suscipio, quo ad Serui-
um in primis dico recte satis eum sensisse
dum testamentum compositum a mentis
testatione credidit. quod enim profert ar-
gumentum Gellius, & obijcit de calciamen-
to, paludamento, pauimento, uestimento-
que, est a partibus, in quo si una pars desit
non enumerata, totum corruat necesse est,
ut est tex. notab. in capitulo uenerabilem, &
ibi Ioan. Andr. Abb. & Bal. notat. de electio.
soluitur enim argumentum a partium enu-
meratione per tertium adiacens, idest per
nec sic, nec sic, quia datur tertius casus, ut
32 ibi dicit Bal. † Et ex propositionibus par-
ticularibus, uel singularibus simpliciter sum
ptis non sequitur propositio uniuersalis, ca
pitulo, in Genesi, & ibi not. Abbas, Calde-
33 ri. & Imola, de electi. † Et hoc est quod di
cunt Logici, Ex puris particularibus nihil
inferri. hinc Barto. in l. si quis neget, in prin-
cipio, ff. de libe. agnoscen. reprehendit Dy-
num, quòd arguat ab insufficienti par-
tium enumeratione, & ultra prædictos de
hoc argumento inualido, fragili, atque ina-
ni, quando in enumeratione partium ali-
quid omittitur, est glos. notab. in l. filius. §.
filiusfamilias, ff. de liberis, & posthumis, in
l. cum hi. §. si prætor, & ibi Castren. ff. de tran
sact. & in l. prima, & ibi quoque Castren. C.
34 qui, & aduer. quos, in integ. rest. † Imo tunc
committitur fallacia consequentis secun-
dum Philosophos, ut refert Nicolaus Eue-

rardus, prædicta ponens in Centuria sua lo-
corum legalium, cap. 51. si igitur nomen
inuenero, quod in [*mētum*] desinat, & illud sit
compositum, diruetur iste aceruus Gellij.
35 † Sed ecce prodit in medium instrumen-
tum, quod mentem iudicis instruat. l. pri-
ma, & ibi tradit Salycetus, ff. de fide instru-
men. documentum, quod mentem doceat;
cum sit id quod nos docet, siue ex quo quid
docemur, ut Calepi. tradit. oblectamen-
tum, quod mentem oblectet. irritamen-
tum, quod mentem irritet; quamuis po-
36 stea ad gulam sit translatum. † Postremo-
que monumentum, quod moneat men-
tem. cum enim Virgilius in 3. caneret. [*ac-
cipe, & hæc manuum tibi, quæ monumenta mea-
rum sint.*] Seruius ipse quoque Gramma-
ticus, monumenta, inquit, a mentis ad-
monitione sunt dicta. & post eundem Vir-
gil. in 6. [*illa hæc monumenta reliquit.*] ipse-
met Seruius a suis dissentiens, quippe qui
cum illis honeste sentire non poterat, idem
repetit, quod dicta sint a monenda men-
te monumenta. Quid igitur clarius a
Grammatico præsertim homine in sen-
tentiam Seruij Sulpitij dici potuit, qui te-
stamentum, uerbum compositum esse vo-
luit ex mentis testatione: Varro quoque
de lingua latina libro quinto, hoc aper-
te declarat, & Sex. Pompo. libro decimo,
qui testem citat ipsum Ciceronem in Epi-
stola ad Cæsarem secundum, eiusque uer-
37 ba recitat. † Sed in hoc differunt, quod
ipsi memoriam monumentum appellant,
quasi nesciant, quod cum offeratur menti
ex illa oblatione fit memoria; unde recte
monumentum memoriam a monenda men
te appellemus, & ad hanc intelligentiam
potest accommodari text. in l. secunda, §.
monumentum, & in l. monumentum. ff. de re
ligi. & sump. fune. ubi Vlpianus, & Florenti-
nus Iurisconsulti dixerunt, monumentum
esse rem memoriæ causa in posterum prodi-
tam: cum enim menti offertur, memoria il-
lius rei retinetur. stat igitur ex prædictis te-
stamentum, uerbum esse compositum ex te-
statione mentis, ut Seruius Sulpitius dixit.
38 † nam ut ipsimet Grammatici testantur, &
præsertim inter eos magni nominis Priscia
nus libro quinto, fit compositum nomen ex
duobus corruptis, uel ex corrupto, & inte-
gro, & ecōtra, Quare cum ita ipsi præcipiāt,
dicam testamentum a testatione, & mente
corruptis esse eo modo compactum, ut etiā
de mutuo censuit glos. infra quibus mod.
re contr. obli. in fi. prin. dicens uerbum, mu-
tuum, componi ex integro, & corrupto: syl-
laba enim [*mu*] curruptum est sumpta ex ver
bo meo: [*tuum*] autem est integrū, ex quibus
simul unitis fit mutuum, sic & glos. in l. pri-
ma. ff. de acquirenda possessione, dixit illud
uerbum, possessio, esse quasi compositio-
nem, cum tex. dicat quasi pedum positio.
39 † Sicut etiam de sacello Trebatius in libro
de religionibus secundo, existimauit id ex
duobus uerbis compositum, sacri, & cellæ,
quasi sacra cella, uel quasi locus sacer, ut est
apud Sex. Pompo. Festum libro decimosepti
mo, quorum sententia sane mihi probabi-
lior esse uidetur, quam Catteliani Cottę in li
bro suo memorialium, in uerbo testamen-
tum, colum. prima, qui sacellum simplex esse
uerbum prędicat, & non ex sacro, & cella cō
positum, sed ex sacro diminutum, quæ fuit
prior eo sententia Gellij, quem sequitur sim-
pliciter Connan. loco citato, columna 1. ut
enim fatear illud ad diminutionem tende-
re, non inde cessat a sacra cella deriuari, eo-
rumque mixtura componi, ut ex uino, &
melle mulsum, uel ex medicamentis empla-
strum, aut collyrium. §. cum ex aliena, supra,
40 de rerum diui. † Nec inter sacellum, & sa-
cram cellam discrimen aliquod erit meo iu
dicio, nisi quod illa ad magnam referri pos-
sit, hoc ad paruam, sicque per plus, & minus
differant, qđ est specie tantum differre, nō ēt
genere. l. finali, & ibi Barto. ff. de fun. instru.
41 † Et quo facilius Seruij Sulpitij sententia
confirmetur, moueor authoritate Pauli, in
dicta l. senatus. §. primo, ff. de donatio. cau
sa mortis, dicentis, [*donatio dicta est a dono, qua
si doni datio.*] prima enim positio Pauli dubiū
non habet, cum donum, a donando sit dictū,
ut post Labeonem idem Paulus refert in l. in
ter donum, ff. de uerborum significatio. sed
cum insuper donum a dando sit dictum, ut
ibi tex. repetit, maximeque dationem in
donatione considerat Vlpian. in l. prima, in
princip. ff. de donatio. in uerbo [*dat*] sæ-
pius ibidē reperito, Papinianusque in l. do
nari, eodem titulo, in uerbo [*conceditur,*] Mar
tianusque, in l. munus, in uerbo, [*præstantur,*]
ff. de uerborum significatio. ideo uelut ma-
xime opportunum subiunxit Paulus quasi
doni datio, ut sic a doni datione donatio-
nem componi demonstraret, non autem
quod Viglius hic sensit declarationis tan-
tum gratia, id actum fuerit, imo uero ma-
gis atque magis accommodatum: Cum illa-
rum propria dicatur donatio, quæ fit per
traditionem, prout ibi notat Cumanus. sic
ergo & de testamento sensit Seruius Sulpi-
tius hactenus defensatus a Gellij morsu.
42 † Nunc ad Iustinianum me confero, ip-
sumque tuendo dico, nihil aliud eum hoc
loco facere uoluisse, quam deriuationem
huius uerbi, testamentum, ponere, quod &
malę negat Alciatus, in dicta l. tabernæ: hoc
enim Bauerius, & Aldob. hic adfirmant, dū
figurando casum simpliciter iuuenem corā

Impe-

Imperatore introducunt quærentem ab eo
priuſquam materiam teſtamentorum aggre
diatur unde nomen teſtamenti deriuetur,&
deſcendat: prius enim noſcere oportet, quid
nominis, quam quid rei.l.1.ff.de iuſt.& iure,
ubi pariter Vlpian.uolens iuri operam dare
prius inquit, noſſe oportet unde nomen iu-
ris deſcendat, ideo deriuationem iuris ſub-
nectit dicens, eſt autem ius a iuſtitia appella
tum, ſic ergo.& hoc loco Imperator fecit: vo
lens enim initium de teſtamentis ordinan-
dis facere, ut ipſe dixerat, in §.fi.ſupra titu.j.
prius deriuationem uoluit ponere dicens,
[*teſtamentum ex eo appellatur*,] quòd teſtatio
43 mentis ſit.† illa enim dictio, [*ex*] principium
temporis, & ſic originem ſignificat, ut tra-
dunt Bar.& alij, in l.ex hoc iure, in princi.ff.
44 de iuſt.& iure.† Deriuatio uero originem
uerbi reſpicit, ut tradit Zaſ. & poſt eum Ri-
pa, in l.prima, nume.18.ff. de acquiren.poſſ.
addidit autem in hac deriuatione uerbum,
45 mentis, Imperator.† cum enim mens ea ſit,
quæ dominatur in teſtamento.l. non aliter.
ff.de leg.3.l.in conditionibus, ff.de condi.&
demon.l.ſi cui legetur.§. quòd ſi teſtamen-
ti.ff.de leg.1.imo præualet uerbis.l.cum ui-
rum.C.de fideicom.Dec.conſilio 15.colum.
2.ex ſola dictione teſtatio non plena deriua
46 tio teſtamenti fuiſſet poſita, † eum de teſta-
tione non determinata,& mente carente po
tuiſſet intelligi uelut indefinite poſita, iux.
not.per Bar.& alios, in l.ſi pluribus.ff.de leg.
47 ſecundo, quod ſatis fuiſſet abſurdum, † cũ
ſine mente nuda teſtatio pro teſtamento nõ
habeatur.§.ſecundo, inſra titu. primo, l.di-
uus.ff.de teſt.mil.quod & in contractibus re
ceptum eſt.l.1.§.adeo.ff.de pact.l.obligatio-
num ſubſtantia, ff. de actio.& oblig. optime
ergo duxit Imperator, quod teſtamentum
ſit teſtatio mentis, quod non a nuda uanaq;
teſtatione deſcendat, ſed ut inquit Theophi-
lus habeat teſtimonium mentis defuncti.
48 † Nec me retrahit obex Vallæ dicentis ſi a
mente deſcenderet teſtamentum, teſtamen-
tia dici deberet, quemadmodum dementia,
& amentia. hoc enim perquam leue eſt,& in
quo mordax iſte Grammaticus dementiam
ſuam oſtentauit: in primis enim dici poteſt
compoſita a mente, & uerbo in mentum exi
re, ut documentum, monumentum,& ſimi-
lia, dementia uero, & amentia,& ut addam
uehementia: ſunt compoſita ex mẽte,& par
ticulis tribus [*de A.& ue,*] non autem uerbo,
& hæc eſt digna ſatis reſpõſio quæſtione Val
læ nixa ſuis, & ipſa coniecturis, authoritate
49 minime.† Sed & ſecundo, ſubtilius addi po-
teſt, ſomniumq; Vallæ confutari, ſæpe ex eo
dem uerbo,& ex ijſdem compoſitis nomini-
bus diuerſas diuerſorum nominum termi-
nationes oriri, ut documentum,& doctrina
argumentum,& argumentatio, quæ mutata
terminatione cum eadem non ſignificent,
nec iſta Vallæ teſtamentia cum Iuſtiniani te-
ſtamento quidquam habet commune, nam
ſi quis auctor hanc teſtamentiam, [*quod nuſ-
quam uidi*] latinitate donaſſet, non tamen idẽ
fuiſſet teſtamentia, quod teſtamentum, ut
nec argumentatio, idem quod argumẽtum,
nam teſtamentia fuiſſet ipſe teſtamentandi,
(ut ſic dicam) actus, at teſtamentum ſignifi-
caſſet iſtam teſtamentiam ad actum reda-
ctam, ſicut argumentatio dum eſt in fieri, ar
gumentum poſtquam perfectum eſt, ut &
uiolentia dum fit, uiolentum, actum uis con
ſumatum. Quare cum Iuſtinianus hic non
ageret deſcribere actum teſtandi prout in
fieri, ſed potius, ut conſumatum concinne te
ſtamentum aſſumpſit, Vallæ uero teſtamen-
tiam ſuam tã curioſe exeogitatam reliquit,
Non prætereo quoque Connanum in d.cap.
1.lib.9.colum.1.qui Vallam multo falſum in
reprehendendo Iuſtinianum appellat, non
enim Iuſtinianus teſtamenti uocabulum ait
eſſe iunctum ex mente,& teſtatione, ſed ſim
plex ex teſtatione deductum, mentis uero
mentionem adiecit explicandæ rei gratia,
ac ſi dixiſſet teſtamentum ex eo appellari,
quòd teſtatio uoluntatis animique noſtri
ſit, ſicut nouatio dicta eſt a noua obligatio-
ne, l.1.ff.de noua. nam nouationis uerbum
ſimplex eſt a nouo ductum, ſed obligationis
eſt iniectum uocabulum apertioris ſignifica
tionis cauſa, quam enim conſanguinitatem
habet cum nouatione uerbũ obligationis?
nullam, ne affinitatem quidem, ſed ſunt di-
ſcreta prorſus, & ſeiuncta uocabula diuerſa-
rum rerum ſignificãtia, quod ipſum de teſta-
mento,& mente dici debet, quorum nulla ſi-
gnificationis eſt coniunctio. uerũ, quia vnius
uerbi imagine totius rei informatio fieri nõ
poterat, additum eſt alterum, quod ad pro-
prietatem eius noĩs de quo ageretur decla-
randam facere uidebatur, ſi quidem noua-
re, & teſtari ad multas res accomodantur,
ſed his, quòd ad Iuriſconſultos pertinet,
domicilium eſt proprium in nouatione obli
gationis,& mentis, uoluntatiſque ſupre-
mæ noſtrę teſtatione, quare non ſatis fuiſ
ſet Vlpiano dicere nouationem a nouan-
do appellari, quòd iſto modo nõ eam huius
uerbi uim notaſſet, quæ iur. conſultis con-
uenit, addidit itaque nouatio a nouo nomẽ
accipit,& a noua obligatione: non enim cu-
iuſcunque rei in aliam rem,& formam muta
tio dicitur in iure ciuili nouatio, ſed cũ prio
ris obligationis in aliam fit trãsfuſio, atque
tranſlatio, ſic teſtamentum a teſtatione qui
dem dicitur non, ut quælibet teſtatio ſit, ſed
ea, quæ ſit uoluntatis noſtræ teſtato facta de
50 claratio, & ita in hac re concludo. † Ter-
tio notandum eſt ſecundum Aretin. Chri-
ſtopho. Tollenti. Bauer. Modernos Patauj.&

omnes,quòd ius correctum poteſt allegari,
ut uideatur in quo correctū eſt,& cauſa pro-
pter quam:voluit enim Iuſtinianus,(ut Egui
narius hic ſubdit,) hiſtoriā iuris ciuilis nos
tenere,non ſolum, quod ueterum conſulto-
rum ſententiæ ſuum locum retineant,ſi legi-
ſlationi Iuſtinianeæ non aduerſentur, l.pri-
ma, C.de confir.Codi. ſed quod euidentio-
rem,(ut Caius ait in l.prima,ff. de orig.iur.)
ubique nobis præſtent iuris intellectum, ꝓ-
batur hoc ibi,[*ſed ut nihil antiquitatis penitus
ignoretur,*] cum ſequentibus, ubi Iuſtinianus
meminit de teſtamento calatis comitijs,
procincto,& per æs, & libram,ut oſtendat in
quo receſſerint ab aula . priora enim duoge
nera teſtamentorum ex totu in uſu eſſe deſie
runt,ut in uerſiculo,[*ſed illa quidem.*] tertium
uero partim ceſſauit,quo ad libripendem,&
emptorem familiæ,ut in uerſiculo, [*quod ue-
ro.*] numeruſque teſtium remanſit, & uſque
51 ad 7.locupletatus fuit.† Cauſaque correctio
nis in emptore familiæ eſſe potuit, ut habe-
tur in §.ſed neque hæres,infra eod. quia to-
tum hoc negocium, quod agitur teſtamen-
ti ordinandi gratia,creditur hodie inter te-
ſtatorem,& hæredem agi, & ſic de cauſa pro-
pria, commodoque principali hæredis agi-
tur,quo fit ut iure merito teſtimonium ſuū
fuerit reprobatum.l. nullus. ff. de teſtibus.l.
52 omnibus,C.eod.† Dicitur enim in cauſa pro
pria teſtis deponere, quando ex eo commo-
dum,uel incommodum laturus eſt,ut tradit
Bal.conſilio 227.uolumine 5. Crauet.conſ.
53 99.numero 2. † Vel & ſecunda cauſa corre-
ctionis pariter ad libripēdem communis eſ
ſe potuit, quòd totum hoc teſtamentum in
contractu quodam uenditionis, & emptio-
nis imaginariæ fundabatur, ut inferius di-
cemus, & interim probatur Alciati teſtimo
nio in l.uerba contraxerunt.ff.de uerborum
ſignifi.dicentis,quod quandoque uidetur in
lege receptum, ut pro contractu etiam teſta
mentum accipiatur,quod ideo eſt,quoniam
olim per imaginariam quandam uenditio-
nem teſtamenta concipiebantur, & ſic per
54 contractum.† Contractus autem licet tole-
retur in teſtamento ſecūdum gloſam,& Do-
ctores,in l.hæredes palam. §.fi. ff. eodem.ta-
men, quòd illud per contractum fiat, repro-
batum eſt,nam uerba contraxerunt,geſſerūt
non pertinent ad ius teſtādi,ut dicitur in di-
cta l. uerba cōtraxerunt.ut igitur ſcirent om
nes in quo ius antiquum fuerit ex foro rele-
gatum, exautoratumque, uoluit Imperator
de ipſo ꝓponere,quod & alibi fecit in l.uni-
ca.§.& cum triplici.C.de cad.toll.& in §.ſed
ea omnia,infra de hær.quæ ab inteſt.defe.fa-
cit tex.in c.legimus. 36. diſt. legimus inquit
tex. aliqua ne ignoremus, nam quamuis nul
lus ſit uſus,tamen ſcientia neceſſaria eſt.ſub
55 dit gloſ. † Et qui non eſt inſtructus in libris
correctis poteſt eos legere ad eruditionem
ſuam, cum ſint pleni moralitate ſecundum
56 Hugo.& Præpoſitum Alex. ibi.† Et hinc ſur-
git limitatio ſecundum Bauerium ad tex.in
l.1.§.hunc igitur.C.de Iuſt.Cod. confir.& in
l.fi.ff.de falſis,ubi dicitur,quod iura correcta
non poſſunt allegari, imo pœna falſi punitur
allegans,ut procedant illæ leges quo ad deci
ſionem cauſarum ſecundum Bart.ibi, & in l.
omnes populi,in fi.ff.de iuſt.& iure,Alber.&
Caſt.in d.§.hunc igitur, glo.Panormi.& alij
in cap. primo,de conſti.maxime uero Felyn.
numero 5.Dec.11,& Andreas ab Exea.155.
Dec.in l.1.numero 11.ff.de iur.omnium iu-
57 dicum.† Secus ubi iura correcta citantur, ut
cognoſcamus in quo correcta ſunt, ut hic.
idemque tradit glo.in c.nouit,in uerbo,qui
cunque,de iudic. & poſt eam Soc. in fallen-
tijs ſuis,regula 230, fuitque pariter ſenten-
tia Ioannis de Ana.in rub. de ſortile.colu.j.
dicentis,quod leges correctæ poſſunt allega
ri ad inſtructionem non ad exercitium,quæ
uerba nihil aliud inferunt, niſi quòd ad co-
gnitionem earum licita eſt earum comme-
moratio,eumque refert Andr.ab Exea, in di
cto capitu.primo,de conſtitu. numero 174.
58 † Sed & alia ſecundo loco datur limitatio ꝑ
Chriſtophorum,& Nicaſium,hic non minus
ſuperiore notabilis,quòd leges correctæ nō
poſſunt allegari ad deciſiones cauſarū, quo
ad caſum correctum, ſed in argumentum ſic
prout eſt glo. prima,& magiſtralis, in l.1.de
coniun.cum emanc.lib.quę dicit titulum il-
lum tametſi correctum nihilominus legen-
dum eſſe, quia & de collatione dicit, & bona
argumenta in eo ſunt, aliaſque leges reddit
intelligibiles.unde Bar.ibi notat ex illa gl.ꝙ
ex legibus correctis poteſt argumentum ſu-
mi.& hanc opi.ſequitur Alex.in l.1.colum.2.
C.qui admi.Domi.poſt Archid.in c. authori
tate,de conceſſ.præb.in 6.Fel.in ca.1.de con
ſti.& communiter Doctores hic,ut Moderni
Pataui.teſtantur hic,fundatur iſta concluſio
per tex.in d.c. authoritate.ubi ſummus Pon.
comprobat caſum de quo ibi,per argumen-
tum legis abrogatæ,ita quòd Archid.Domi.
Anchar.& Peruſ.ibidem notant ex iure abro
gato argui poſſe, prout etiam dicit Anchar.
Summum Pontificem feciſſe in ca.nouit, in
uerbo,quicunque, de iudic.& ibi ſentit Ioā.
And. & clare notat glo.in c.quicumque. 11.
q.1.Secundo confirmant hanc opin.Moder.
Pata.per tex.in §.ſed neq; hęres,infra eo. ubi
ad ſimilitudinem familię emptoris,qui olim
loco hæredis erat, & teſtis eſſe nō poterat in
teſtamento per æs & libram, decidit Impera
tor, ꝙ nec ipſi hæredes,qui hodie inſtituun-
tur poſſint eſſe teſtes,& tamen teſtamentum
per æs & librum correctum eſt . arguit ergo
ex iure correcto tex. ille ad deciſionem ca-
59 ſus ibi per eum propoſiti. † Verum eſt,
quòd

59 † Verum est, quòd his iuribus accommodari posse uidetur uniformis quædam responsio, quam tradit hic Tollenti. Ioan. And. Butrius, Abbas, & Dec. in d. c. 1. de const. & post Abba. in additio. Antonius Franc. in uerbo an liceat, ad fi. quòd lex correcta bene potest in argumentum deduci a summo Pontifice, uel Imperatore, & sic ab habēte potestatem legis condendæ, prout in dictis iuribus patet, sed non inde infertur, hoc idem a priuata persona legis condendæ potestatem non habente fieri posse, de qua conclusio nostra loquitur, & est intelligenda, imo uero, quòd hæc fieri non possit suadet tex. in terminis in l. unica. §. hunc igitur, C. de Iust. Cod. confirman. ubi correctis legibus antiquis, & edito nouo Codice, dicit Imperator. [*sciant omnes tam litigatores quam disertissimi aduocati, eis non licere de cætero antiquis legibus uti.*] ibi ergo prohibentur priuatæ personæ uti legibus antiquis correctis, dum dicit litigatores, & ad-
60 uocati. † Sed uana est horum solutio confunditurque ex doctrina Bartoli, Angeli, Castrensis, Alexandri, & Iasonis, in l. quamuis, ff. de in ius uoc. ubi uidemus, edictum prætoris prohibens patronum in ius uocari sine uenia sub pœna quinquaginta aureorum distingui nisi pœniteat libertum, uel patronus non uenerit, aut non inuitus uocatus fuerit: dicunt enim Doctores, quòd si non fuisset facta illa lex, nō licuisset nobis auctoritate nostra magistrali distinguere modo prædicto illud edictum, sed ex quo habemus legem sic illud distinguentem, bene licita est nobis talis distinctio, sic enim dicendum est ad unguem in quæstione nostra, quod si summus Pontifex, & Imperator ex iuribus abrogatis non fuissent argumentati, non licuisset utique nobis ex illis arguere, sed postquā id ab eis factum uidemus, utique nobis & illud facere licet. Et ita uigent hoc iura pro
61 hac opin. † Nec obstat tex. in d. §. hunc igitur, quia loquitur de legibus abrogatis quas quis allegaret ad casum correctum, non autem in argumentum ad alium casum, sicque Viglius hic interpretatur, & longe prior eo cæteris clarius Alberi. ibi, numero quinto, dicens, quòd ex legibus correctis, ut sic disponentibus non licet arguere, & sic ad casum correctum de quo loquuntur, sed ex earum rationibus, & earum æquitate manente, licet arguere, & sic ad alios casus in argumentū licet eas adducere, & hic intellectus optime probatur ex uerbis textus dum dicit, [*sciant omnes tam litigatores quam disertissimi aduocati, nullatenus eis licere de cætero constitutiones ex ueteribus tribus codicibus in cognitionalibus recitare certaminibus. Sed solis nostro Codici insertis uti adiectis etiam ueterum iuris interpretatorum laboribus ad omnes dirimendas lites.*] patent enim ea uerba, & eo tendunt, quando quis simpliciter adduceret leges ad casus per eas decisos, non autem ad alios in argumentū.
62 † Fuerunt tamen aliqui putantes nec in argumentum, quidem licere leges abrogatas adducere, quorum prior fuit glo. in l. unica circa princi. in uerbo imaginem, C. de liber. lati. toll. dicens ex legibus correctis non debere sumi argumentum in causis, & illam glosam simpliciter sequitur, ibidem Saly. sed & alia conformis est in dicto §. hunc igitur. in uerbo necesse, hācque partem tenet Dec. in d. cap. 1. de consti. numero 12. Aldobrandinus supra de Attilia. tuto. in prin. numero 10. & Tollenti. hic, fundatur hæc opi. per tex.
63 in d. l. unica, † qui bene facit secundum Dec. licet non inducat nec ostendat quomodo bene facit, sed sic arbitror induci posse, nam cū latini liberti ad similitudinem antiquæ latinitatis sint inducti, satis absurdū est (inquit tex.) ipsa origine rei sublata, hoc est antiqua latinitate, eius imaginem derelinqui, idest latinam libertatem. sicut ergo re sublata tollitur eius imago, uidetur, q lege sublata tollatur eius imago, quæ est argumentum: nam ut declarat Dec. in d. c. 1. & sequitur hic Tollē. argumentum uenit a simili, ut est tex. in l. seruum filij, §. eum qui chirographū. ff. de leg. j. unde si lex correcta non probat, quod expresse, & pricipaliter disponit, minus uidetur probare a simili, & in argumentum iux. tex. in l. in testamento, la prima, ff. de cond. & demō. ubi cessante exemplari cessat exemplum, nec
64 locum habere potest. † Secūdo confirmatur hæc opi. per tex. in Aut. de nauti. usur. ubi meminit Imperator legem fecisse de traiectitijs pecunijs, posteaque præcepisse illam non ualere, & quoniā cognouit eam in prouincijs iam fuisse insinuatam, propterea subdit talē legem omnino uacare, nec eam procedere tanquam si nec scripta fuisset memorata lex. hæc enim uerba denotant, quod nec in argumentum possit allegari, alias nō omnino uacaret, nec haberetur pro non scripta. Tertio corroborat eam Tollent. hic, per leg. fi. ff. de fals. ubi si quis falsis constitutionibus utatur, lege Cornelia aqua, & igni interdicitur, sed quod correctum est, falsum est, ergo lege
65 correcta quis uti posse non debet. † Quarto addit rationem: nam sicut lex habens plures intellectus non potest allegari ad decisionem causarum, Bartolus in l. in ambiguo, ff. de rebus dubijs, Alexander, in l. 1. colum. prima, ff. soluto matrimo. Ias. in l. admonendi, colum. 12. uersicu. sed considera. ff. de iureiur. ita multo magis, quando correcta est. Quinto moueor ego post alios: nam, cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo, capitulo, cum quid, de regulis iuris, in 6. lege igitur per correctionem prohibita, dicto §. hunc igitur, debet argumentum, quod ex ea sequi potest, prohibitum cēseri,

sicque præsens articulus in utramque partẽ
reperitur disputabilis, & contrarijs glossis
66 suffultus. † Vnde Bart. hoc perpendens, in
dicta l.1.ff.de coniun.cum emanc.lib. in di-
cta l.fi.ff.de fals.& in d.l.unica, C.de lati lib.
tollen.certo distinctionis fœdere nititur di-
ctas glossas,&opiniones conciliare.aut.n.le
ges correctę sunt insertæ in corpore iuris,&
licet ex eis argu.sumere secundũ primã opi.
aut non sunt insertæ in corpore iuris, & tũc
secus decidendum est secũdum alteram opi
ni. & cum hac resolutione transit Ias.& Ba-
67 uerius hîc. † Sed eam refellit hic Tollent. ni
hil interesse putans inter unum casum,& aliũ,
cuius motiuis satis concinne respõdent Mo
derni Patauini,& ultra ipsos lõga subest dif
ferentia inter legem insertam in corpore iu
ris,& non insertam.primo enim casu appa-
ret,& legi potest,secundo non, & cum non
appareat pro non extante habetur, eum pa
68 ria sint rem non esse,& non apparere. † un-
de succedit obligatio ad interesse nedum re
perempta,l.in re furtiua,ff.de cond.furt.l.in
summa,§.si seruum, ff. de condi. indeb. sed
esse re non apparente licet non sit perem-
pta,l.cum res, ff.de leg.j.l.si constante, §.si
uxor.& ibi Bar. Ale.& alij,ff.sol.mat.Rui.in
notab.casu,cons.144.nu.19.uolumi.4.si er-
go lex non inserta in corpore iuris pro non
extante reputatur, nullum debet effectum
producere nec allegari posse etiam in argu-
69 mentum. † quia non entis nullæ sunt par-
tes,ut no.in l.eius qui in prouincia, ff.si cer
tum petatur.quæ ratio modo cessat in inser
ta lege in corpore iuris & sic apparente.
70 † Et hinc plane tollitur alius obex Viglij cõ
tra Bartolum,dicentis leges non insertas in
corpore iuris tacite tantum sublatas uide-
ri,merito si ex insertis expresse correctis ar
gumentari licet,pariter & ex illis licere de-
bet : diuersa enim ratio cum illæ appa-
reant, hæ secus. Non referam duas insuper
distinctiones alteram Bartoli, in l. omnes
populi,circa fi.ff.de iust.& iu.aliã uero Tol-
lentini hic,quarum occasione Moderni Pa-
ta.latius insistunt,quoniam longior essem,
§.Grisogonus, & cæteris probabilior esse
71 mihi uidetur illa Bartoli supra relata. † Sed
bene paululum uersabor adhuc in respon-
dendo particulariter obiectis & argumẽtis
factis pro parte negatiua.Vt sic nitida rema
neat hæc conclu.quòd ex legis insertis in
corpore iuris licet correctis liceat argumen
tari ad alios casus. Primo igitur omnium
non obstat tex.in l.unica, C.de latina liber.
toll.nec gl. prout legitur negatiue recte mo
uetur ex eo,missa enim solutione Nicasij di
stinguentis hic inter iura correcta clausa in
corpore iuris,& extra corpus iuris cõstitu-
taquæ diuinat dico, quòd aut intelligimus,
quòd tempore quo fuerũt introducti liber-
ti latini ad similitudinem antiquæ latinita-
tis de qua dicitur ibi, latinitas illa antiqua
adhuc esset in usu nec esset correcta, & tunc
nihil ad rẽ nostram facit in qua tractamus
an ius correctum possit in argumentum de
duci. aut uero dicimus,quòd illa prisca la-
tinitas esset correcta & tunc ibi tex.est pro-
bans contra glossam, ꝙ imo ex iure corre-
cto liceat arguere, quia probat Imperator
libertos latinos introductos fuisse ad simili
tudinem antiquę latinitatis iamdiu tamen
correctæ.Et sic ad decisionem illius quæstio
nis quomodo fuerint introducti latini li-
berti,citat in argumentum ius correctum.
Bene uerũ est, quòd ipse Imperator postmo
dum putauit hoc absurdum:nempe,quòd ori
gine sublata,& sic dicta antiqua latinitate a
qua sumpserunt originem liberti latini, i-
mago ipsa remaneret,& sic tales liberti, qa
ut inquit gl.ibi cessante principali debet ces
sare etiam accessoriũ merito sustulit etiam
istos libertos latinos, ut ibi ꝑ Imperatorẽ.
patet ergo,quòd ille tex.aut non probat in
tentionem glossę,aut uerius contra illam fa
72 cit & retorquetur. † Quinimo Bar.ibi refe-
rens dictam glo.eam intelligit & refert affir
matiue,quòd ex lege correcta possit argu-
mentum sumi confirmans eam ex d. ca. au-
ctoritate, de concess.præb.li.6.quod potuit
esse forsitan in codice Bartoli,ubi glossa af-
firmatiue esset posita,non autem negatiue
73 prout habetur passim. † Secundo nõ obstat
tex.in aut.de naut.usur. loquitur enim de al
legatione legis correctæ principaliter & di
recto ad decisionem,ut denotant illa uerba
[*sicque non uolumus eam procedere*] & cum dica
tur ibi eam legem factam fuisse manifestam
foro præfecti prætorio oriẽtis,& in quibus-
libet prouincijs insinuatam fuisse, necesse est
alia uerba [*eam omnino uacare nec procedere tam
quam si nec scripta esset*] intelligenda esse quo
ad sensum principalem & in casu suo. secus
per uiam argumenti ad alios casus, cum ap
pareat ex d.manifestatione, & insinuatione
de illa facta in pluribus locis, & ita non ob-
74 stat ille textus. † Tertio non obstat etiam
consideratio Decij,quòd si lex non probat
id quod expresse principaliterq; disponitur
minus probare debet per argumentũ,quod
est a simili, quia diuersa est ratio inter hæc
duo.primo enim casu non probat propter
legem corrigentem quæ cum sit posterior
debet attendi,l.pacta nouissima, C.de pact.
& ibi no.§.sed naturalia.supra de iure natu.
Secundo uero casu debet probare posse cũ
lex in contrarium non adsit, & cautum ha-
bemus,quòd in legibus non deciso casu,de
similibus ad similia procedatur. Quoniam
non possunt omnes articuli sigillatim legi-
bus comprehendi,l.non possunt,ff.de legib.
75 † Nec lex in testamento per Dec. citata be-

ne

ne facit, ut existimauit, quam puto sic eum voluisse inducere: non enim licet arguere ad cómissionem pęnę ob monumentum nó factum testatori si non apparet nec reperitur illud ad cuius instar hoc fieri debebat prout testator dixit. Ergo nec pari modo licere debet argumentum de lege correcta ad decisionem alterius casus non decisi. quoniam hæc inter se differunt: primo enim casu cum non extaret monumentum a testato re expressum ad cuius instar aliud sibi fieri debebat sub pęna, nimirū si cessat pęna, nec argui potest ab eo, quod non est ad eius cómissionem. Sed in casu nostro extat lex correcta in casu suo principali de quo loquitur ex qua bene possumus argumentari ad aliū casum non decisum ex quo eam uidemus, & lege cauetur, quòd in non decisis de similibus ad similia procedamus, d. lege non pos-
76 sunt. † Quarto non obstat tex. in l. fin. ff. de fals. nam primo responderi potest, quòd ille text. non loquitur de legibus correctis vtente, sed falsis. & sic numquam factis ab aliquo tanquam factis, propterea dicit nullo aucto re habito secundum unam lecturam glossæ quam non improbat Bar. idque comproba-
77 tur ex illo uerbo [*falsis*.] † nam falsū est mutatio ueritatis, ut in Aut. de instru. cau. post prin. Bar. in l. eos col. 2. ff. de falsis. Anch. cós. 24. sub nu. 5. Gramm. uoto, 36. nu. 4. quod fa ne uerificatur in utente, quod nó est pro eo, quod est, non autem quod est, sed correctū, merito secūdum hunc intellectum satis ami
78 cum litteræ ui l facit ad rem tex. ille. † uel & secundo respōderi potest illum tex. loqui intelligendumque esse in utente legib. correctis ad casum correctum, nó autem extra illum in argumentum, quia verba debent in dubio intelligi immediate, non autem mediate, l. qui liberis, §. hæc uerba, & ibi no. ff. de uul. & pup. & sic de usu sensus earum immediati, non autem per argumentum qui sensus est mediatus. Ad aliam rationem Tollentini diuersa est ratio inter legem plures intellectus habētem, & correctam: illa enim
79 in incerto est, hæc uero secus. † quando .n. non apparet una lectura magis, quam alia, nulli est standum, prout inquit Cuman. ibi, per l. duo, ff. de testam. tut. merito si non potest allegari, sed sensus legis correctæ patet. ideo debet in argumentum deduci posse.
80 † Ad ultimum de ca. cum quid prohibetur, de reg. iur. in 6. respondetur, quòd illa regula procedit causa ꝓhibitionis durante. exēplum prohibetur uenditio fundi dotalis, l. 4. ff. de fun. dot. si ergo uēdatur & tradatur traditio quæ ex uenditione sequitur censetur prohibita propterea dominiū nó transfertur, ut no. glo. supra quibus alie. licet. in princ. in uer. interdicta Sed ubi causa prohibitionis non durat, sed est finita, tunc illa regula locum non habet. l. pen. ff. de fun. dota. ubi uendito fundo dotali, & tradito a marito, si mulier decesserit, & lucro mariti cesserit dos, emptori aueili non potest. & sic dominiū illi quęritur, quia cessat causa prohibitionis & ita declarat illam regulam Dyn. ibi, uersus finem. at in proposito nostro lex corrigens prohibet correctam citari ad casum correctum, ad alium uero in argumentum non disponit: ergo cessante causa prohibitionis debet posse ex illa argui, & ita có
81 munis opin. sustinetur. † Tertio limitatur dicta conclusio non procedere in ratione legis quæ correcta lege durat, & adduci potest, ut Ias. & Bauer. hic tradunt post gl. in c. nouit. in uers. quicumque, & ibi Abb. & alij de iudi. idemque not. Domi. post Io. And. in c. 1. §. illum. de rest. spol. in 6. Butr. Imo. & Deci. in c. 1. de consti. per tex. in l. eas, ff. de cap. di. ubi uidemus, ꝙ obligationes quæ naturalem præstationem habent, cap. diminutione non tolluntur, ut actio de dote, quia bono
82 & æquo concepta est. † sic enim dici debet correcta lege rationem non tolli cum pro ęquitate naturali sumatur, vt per glossam in ca. 1. §. deniq;, quæ fue. prima cau. bene. amit. Tiraquell. in tracta. cess. causa, limitatione
83 1. nu. 69. ad fi. † Hinc sufficit adducere rōnem sine lege, Clem. 1. de elect. & ibi no. Card. post Zenzel. Bal. post Ray. & Cy. in l. scire opportet, §. sufficit. ff. de excus. tut. Ias. in l. illam, colum. 2. C. de colla. & in l. quamuis, nu
84 me. 7. ff. de in ius uoc. † Specul. in tit. de teste, §. nunc tractandum, col. 5. ubi tenet cœcum, mutum, & surdum non posse testificari ea ratione, quia impediuntur, l. cū prętor, §. non autem omnes, ff. de iudic. quæ pro lege
85 seruanda est. † & Alber. in l. cum ratio, ff. de bon. dam. per illum tex. dicit, quòd in causis potest aduocatus allegare solam naturalem rationem, ualebitque tale argumentum in
86 causis. † Si quidē ratio naturalis est lex quædam tacita, vt ibi dicitur, & in l. j. §. in primo. C. de cad. toll. ibi [*naturali ratione subnixum*,]
87 ideoque ad ipsam recurrendum est, † quæ optimus est legis clypeus, ut ibi no. Bald. Felyn. in capi. tua nos, colu. 2. de iureiur. Afflic. in capi. 1. nume. 25. qui succ. tene. Ias. in l. de di, §. si liber. nume. 7. ff. de condictio. ob cau-
88 sam, Tiraquell. loco citato, nume. 67. † unde & rationabile dictum sine lege sic iudicem mouere debet, ut ipsa lex, ut scribit Andr. de Iser. in procœ. feud. colum. fin. Ias. in dicto §. si liber, num. 5. in l. cum filio, num. 56. ff. de leg. 1. consl. 90. uol. 1. Soc. Iun. consl. 61. nume. 43. uolum. 2. Tiraquell. loco memorato, nume. 74. & Benuenutus Stracca, in tract. de mercatura, secunda par. nume. 81. ex quibus merito iustificatur, quòd correcta lege nihilominus
89 ratio duret & allegari possit. † & in hac quoque sententia residet Berous, in dicto capit,

1. de

1.de const.nu.70.quia non ex lege,sed ex ra
tione,& mente,quæ diuersa est,argumẽtum
furri dicetur,idem quoque tradit Tiraquel.
in tracta.de iure primigeniorum,q.40.nu-
me.180.quæstionem decidẽs in ea materia,
90 de qua per eum.†Imo tantæ uis est ratio na
turalis,quòd in materia præcisa uirtute sua
fiat extensio de casu proprio ad impropriũ,
91 † licet enim conditio præcise debeat im-
pleri,& in forma specifica,l.Meuius,l.g hæ
redi,ff.de cõd. & dem. tamen propter ratio
nem naturalẽ potest impleri in casu impro-
prio, unde conditio implenda in persona
hæredis potest impleri in persona bonorum
possessoris,qui improprie est hæres propter
rationem naturalem,quòd qui sentit cõm-
modum debet sentire incommodum,l.si his
legatum.ubi Soc.notab.2. ff.de condit. & de
monst.Craue.consi.fi.nu.13.uol.2. quod est
92 notandum.† Hæc autem conclusio de pla-
no procedit in ratione naturali prout loqui
tur text.in d.l.eas.& alia supra citata, secus
in ratione quæ non sit naturalis ut tradit Fe
lyn.in c.1.col.fi.de rescr. licet enim non di-
cat Fely.iura sæpe mentionem faciunt de ra-
tione naturali, & de ratione ciuili, §. quod
uero naturalis,supra de iure natu. l.2. ff.de
usufr. earum rer.l.cum ratio, ff. de bon.da.
§.fi.supra de legi.agna.tut.§.minus,infra de
hær. quæ ab intest.defer.& d.l.eas. Ita ut mi
rum non sit extare inter eas prædictam diffe
93 rentiam.†Sed tamen aduersus Fely. Decius
residet & quidem rectius, in dicto c.1.lectu
ra secunda,num.7.de const.cum enim ratio
debeat esse generalior lege alioquin bona
nõ esset,q̃ nõ esset generalis ad dictũ,ut Ro.
& Alex.in l.cum hæredes,§.1.ff.de acquiren
da possesstione,Ias.in l.si is qui pro emptore,
num.74.ff.de usuca. & dixi supra quib.alie.
licet,in princip.num.25.remota lege, ratio
non debet censeri sublata, sicut remota una
specie non tollitur genus, ut no. in l.si quid
earum,§.inter emptum,ff.de leg.3. & in hac
sententia Decij uidetur residere Aldobran
dinus, supra de Attili.tut.in princip.nume.
8.quatenus ad eius dicta relato Felyno tan
dem se remittit, utibi per eum, & ex his ha-
bes tres notabiles limitationes ad regulam
de qua supra, quòd lex correcta non potest
allegari,& allegans incurrit pœnã falsi, quas
dam alias recenset hic Bauerius, sed ut mi-
94 nus utiles eas omitto.†Quarto notandum
est eodem loco ibi, [Sed ut nihil antiquita
tis penitus ignoretur] secundum Christo-
phorum,quòd notitia habenda est eorum,
quæ statuit iuris antiqua prudentia.ut enim
tradit Franciscus Balduinus hic antiquita-
tis cognitio admodum format iudiciũ,mul
tũque lucis adfert interpretationi noui iu-
ris,utque subnectit Eguinarius Baro histo-
riam iuris ciuilis Iustinianus nos tenere uo
luit,non solum,quòd ueterum cõsultorum
sententiæ suum locum retineãt, si legislatio
ni Iustinianeæ non aduersentur,l.j.C.de cõ
firma.Cod. sed quòd euidẽtiorem,ut Caius
ait,in l.1.ff.de orig. iur. ubique nobis præ-
stent iuris intellectum,quod & Moderni Pa
taui.confirmant hic simpliciter in 2.notab.
nu.13.de quo suo loco, dicendum reseruo
in secunda glossa,ubi Faber Are. & alij po-
steriores tradunt,ne ordinem eorum con-
uertam,sicut & illud omittendum censeo
numquid leges antiquæ retinendæ sint po-
tius, uel abrogandæ,de quo latius Connan.
disserit in Commen.suis iur.ciuilis,lib. 1.c.
9.col.2.cum dumtaxat ad tex. nostrum per-
95 tinentia tractanda sint.†Quinto notat Are
tin.& Baueri. quòd tempus pacis concedit
ocium, & quietem ita ibi, [*in pace, & ocio*]
bellum uero calamitates, & miserias. con-
cordat tex.in l.1.C.de caduc.tollen.ibi,[*ut
quod belli calamitas introduxit,hoc pacis lenitas so
piret*] & ibi notat Bal. quòd bella calamita-
tem inducunt, & maxime intestina ciuium
contra ciues,pleniusque tradit Alberi.ibidẽ
ad detestationem bellorum, & prouocatio-
nem ad pacem de pestiferis fructibus belli,
96 & iocundis pacis.†nam propter guerras,&
bellum prouinciæ,ciuitatesque affliguntur,
c. ad apostolicæ,de re iud.in 6.l.si quis inge
nuam,§.in ciuilibus,ff.de captiuis,& postli.
reue. itẽ dissensiones,& scandala prauis acti
bus aditum præparãt,rancores & odia susci
tant, & illicitis morib. ausum præbent.Cle.
dudum, §. super catedram, de sepultu.rur-
sus bellum facit homines pauperes & opera
tur dolores,in Aut.de armis,in pri.quẽ tex.
citat etiam Bauer.hic,& conformis est alius
in l.quoniam multa, C.ad leg.Iul.de ui pub.
ubi dicitur,quod inde uerbera, cædesq; cre-
bro descendunt,& tradunt Bar.Castr.Ias. &
alij, in l.ex hoc iure,ff.de iust.& iu. hinc Pau
lus,in l.cum unus,ff.de bon.auct. iud.possi.
scriptum reliquit,quod si prædium inunda
tum sit,aut propter latronum potentiã pos
sideri non potest,recte dicitur nõ esse,quod
possideatur,quod ut inquit Conna.in com-
ment.iur.ciuil.lib.7.c.12.col. 7. scite Paulus,
bellum,& inundationem eodem iure cen-
suit,nam non uidet quæ causa diuersitatis es
se possit inter eam calamitatem quæ bello,
& eam quæ imbis,tempestatibus,niuib. pe-
stilentijs,fulminibus, inundationibus, aut
aliqua ui maiore simili contingit, demũque
glossa, in d.Auct.de armis,in uer.patiuntur
addit,quod bellum facit homines pauperes
quam citat Iul.Ferre.in tract.de iusto & in-
97 iusto Bello,nume.14. †Contra uero de pace
scribit Diuus Augusti.de uerbis domini,ca.
8.quod pax est serenitas mentis,tranquilli-
tas animi, sinceritas cordis,amoris uincu-
lum,consortium charitatis. hæc est quæ si-
mula-

mulatas res tollit, bella compescit, iras com
primit, superbos calcat, humiles eleuat, di-
scordes sedat, inimicos concordat, cunctis
est placida, nescit inflari, nescit extolli, hanc
qui accipit teneat, qui perdidit repetat, qui
amisit exquirat, quoniam qui in ea non erit
inuentus a patre eradicabitur a filio exhę-
redabitur, a Spiritu sancto alienus efficietur
nec ad hæreditatem Dei poterit peruenire,
qui testamentum pacis noluerit obseruare,
atque idem Augusti. de pace loquens in li-
bro de ciuitate Dei, sic ait, Pax tantum bo-
num est, ut in rebus humanis nihil glorio-
sius, nil delectabilius, nil utilius soleat audi-
ri concupisci seu possideri: pax enim est sta-
tus tranquillus, & quietus secundum Isido-
rum, ut not. per Cardi. in d. §. super cathe-
dram, & unitatis uinculum, c. nonit. de indi.
unde Rex pacificus pia miseratione dispo-
suit, sibi subditos fore pacificos, ut habetur
98 in procem. decreta. in prin. † hinc apposite
Bauerius infert, an tutor possit facere pacē
pro pupillo de morte patris. quod enim pos
sit suadere uidetur, nam iurat utilia facere, &
inutilia prætermittere. l. fi. §. omnes. C. de ad
mi. tut. sed faciendo pacem pro pupillo facit
quod sibi expedit, & inutile prętermitit, cum
ex pace bonum, ex alio uero, belloque, ma-
lum descendat. contrarium tamen determi-
nat Bauer. post Bal. & Saly. in l. pactum cura-
toris, ad fi. C. de pact. ubi Alex. Ias. Dec. & D.
meus Riminaldus, Aquens. & Alcia. idem cō
cludunt, quibus addo Angelum, in l. si non
conuicij. ad fi. C. de iniur. & in l. si tutoris, re-
99 missiue tamen. ff. de pact. † mouentur ea ra-
tione, quia tutor tueri debet dignitatem pu
pilli, & iniuria sine rubore non remittitur,
ut uo. Ang. consi. 248. in splendidissima ciui
tate, post princ. nec obstat promissio iurata
tutoris, quia pertinet ad res, & pecuniæ per-
secutionem, non autem uindictæ remissio-
nem, quæ fit per pacem, l. cum emancipati.
§. emancipatus. ff. de colla. bon. unde quasi
sit actio iniuriarum extra administrationē
tutoris, cum non sit in bonis pupilli, nec al-
terius iniuriati. l. iniuriarum actio, secunda.
ff. de iniur. consequens est, ut tutor eam per
pacem remittere non possit, licet oppositū,
& male per dictam rationem cōcludat Dec.
100 in d. l. pactum curatoris, ad fi. † Eodemque
modo resolui potest, quod dixit Gandinus,
in tract. suo de malefi. in titu. de trans. & pact.
in malef. si certum est Titium fecisse homici
dium in personam patris pupilli, ualet pax
facta per tutorem pupilli, argumento glosę
fi. in l. Lucius, in fi. ff. de admi. tut. quæ dicit,
quòd tutor potest bona fide transigere. l. in-
terdum. §. qui tutelam, ff. de fur. id enim di-
ctum glosę procedit, quia transactio illa con
cernit administrationem tutoris, nos autem
tractamus de remissione iniuriæ per pacem,
quæ uersatur extra tutoris administrationē.
101 † Hæcque conclusio tanto magis procedit
in tutore dato posthumo, qui ante natiuita-
tem posthumi pacem facere nō potest, cum
nondum sit tutor, ut per illum tex. not. Bal.
& Cuman. sequitur in l. si nemo, secunda, §. fi.
ff. de testa. tut. sequitur Dec. & Ias. in d. l. pa
ctum curatoris, ad fi. & Ioan. de Arno. caute-
102 la. 72. † Vno tamē casu cum Doctoribus as-
sentio dicentibus, quòd ubi aduersarius pu
pilli potens esset, pupilloque periculum sub-
esset, & immineret, tunc tutor possit facere
pacem uelut quid ualde pupillo expediens,
talique casu debet intelligi dictum Baldi. in
l. iusiurandi gratis, in prin. ff. de iureiur. & in
l. 1. uersic. extra quęritur, C. de rest. in integ.
ubi absolute dicit, quòd cum authoritate tu
toris pupillus potest facere pacem, nam re-
stringi debet ad casum prædictum, prout te-
net Dec. in d. l. pactum curatoris, & mihi sa-
tis placet, cum Bal. in d. l. j. se remittat tādem
ad dicta per eū in d. l. pactum curatoris, ubi
magis temperate loquitur, quòd non possit
tutor facere pacem nisi aduersarius pupilli
103 sit potens. † Et ista Doctorum sententia cō
probari potest, nam uidemus alias, quòd ubi
posset pupillus in rebus damnificari per ea-
rum retentionem, tutori conceditur eas di-
strahere, ut sunt uestes, quæ detritæ usu aut
corruptę seruando seruari non poterunt. l.
lex, quæ tutores ad fi. C. de admi. tut. si enim
ubi pupillus potest in rebus damnum prætē
dere, potest se tutor interponere, multo ma-
gis idem dici debet, ubi potest pupillus in p-
sona damnificari, auth. multo magis C. de sa
104 crosan. eccl. † tantoque magis quia tutoris
officium principaliter circa personam pupil
li uersatur, secundario uero circa res illius,
ut legitur, & not. in §. certæ, supra qui testa-
mento tut. dari poss. unde consequens est, ut
ad beneficium personæ pupilli tutor se pos-
sit interponere in casu nostro ne offendatur.
Sicut uidemus in alio casu licitum esse tuto-
ri pupilli eum de manibus nostris eripere
uersantem in discrimine futuri matrimonij
ualde damnosi, & inęqualis. quod desidera-
bat mater eum facere, ut tradit Craue. consi.
105 18. numero 6. & ita concludo. † Sexto se-
quendo ordinem litteræ notandum est ibi,
[*quod calatis comitijs appellabant,*] olim testamē
tum in usu fuisse, calatis comitijs, nuncupa-
tū, quod a calo, quod est uoco, dicebatur, q a
uocatio personarum fiebat, ut tradit hic glo.
secundo loco, in uer. calatis, & ut inquit hic
Theophil. a quo Balduinus, Ioannes Ferra-
rius, Viglius, Eguinarius, & Moder. Pata. nō
dissentiunt tēpore pacis fiebat hoc testamen
tum bis in anno hunc in modum, præco uni
uersam circuibat ciuitatem conclamans. &
totus populus congregabatur, & ita qui uo-
lebat, teste populo testamentum scribebat,
inde

inde calatis comitijs dictum est, nam calare,
uocare est, comitia congregatio. quoniam
igitur uocati congregabantur appellatũ est
testamentum calatis comitijs, & qui sic præ-
sente populo ultimam suam exponeret uolũ
tatem, Quirites obtestabatur, ut ratam esse
finerent, curarentque, ut post Teophil. Bal-
dui. & Viglius tradunt, quam rem pariter
Aulus Gellius explicat, lib. 15. noctium Atti
carum, cap. 27. & ponit etiam nouissime Va-
conius a Vacuna, lib. primo declarationum,
cap. 20. ubi dicit, quòd quicunque sententiá
suam de eo, quod post mortem suam fieri cu
piebat in comitijs calatis, his uerbis declara
bat. uelitis iubeatis Quirites uti Lucius Vale
rius post mortem meam, iure meam familiá
idest hæreditatem capiat, hoc ita, ut dixi ita
uos Quirites rogo, Id quod si populo place-
bat, fieri iubebat, & tunc illius testamentum
dicebatur factum calatis comitijs, nec opus
erat alios proprios adhibere testes. hinc u-
num dixit Conna. in commentar. iuris ciuil.
li. 9. cap. 3. colum. 3. proditam esse rationem
cur mulier in testamento testis esse non pos
sit. l. qui testamento, §. mulier. ff. eo. quia tale
testamentum fiebat in cætibus hominum in
quibus solitum non fuit nec honestum mu-
lierem interuenire. quæ ratio mihi non pla-
cet, cum hodie testamenta fiant extra cætus
hominum domi, & tamen mulier non admit
tatur. unde alia ratio quærenda esset quam
nunc omitto, ut ad illud redeam: dicit enim
Conna. lib. 9. cap. 3. colum. 3. post Teophil. te
stamentum calatis comitijs omni populo te
ste fieri solitum magna ratione, ut hoc mo-
do quisque totius quasi uitæ suæ rationẽ red
deret patriæ, tum palam omnibus quot habe
ret liberos, quantum pecuniæ, quantumque
possessionis relinqueret restaretur, quo fie-
bat, ut amplificandæ bonis rationibus rei
quisque studeret, uereretnrque patrimoniũ
suum aut luxu dissipare aut perdere negligẽ
tia, tum etiam timidiores essent ad exhæ-
redandos sine causa liberos aut alios eis præ
ferendos, quibus ex lege debebatur hæredi-
106 tas. † Septimo notandum est ibi. [*altero cum
in prælium exituri essent, quod procinctum diceba-
tur*] testamentum tempore belli in usu fuisse,
quod procinctum appellabatur, non quòd
succincte fieret, ut diuinat Accursius hic, sed
quòd procincti dicuntur milites (authore
Festo Pompeio,) quasi præcincti, & expeditis
fiebat enim in ipso militum ad expeditionẽ
apparatu ob dubiam belli aleam, prout in-
quit hic Vigli. & latius eo prior Teophil. di-
cẽs, quod fiebat quum in prælium essent exi-
turi, nomenque ab habitu in quo testamen-
ta faciebant sortitum est, procinctus enim di
citur, qui accinctus est, & paratus ad cõfligẽ
dum cum hoste, nam quum in incerto esset
an redituri essent testamento prius facto in
prælium exibant, & hoc est, quod sensit Vlpi.
in l. 1. ff. de bon. poss. ex testamento mili. ibi,
[*tamen qui in procinctu uersantur*,] & Velleius Pa
terculus libro posteriore, quem refert Bal-
dui. hic scribens, In obsidione Cantabriæ ius
sas legiones irrumpere in hostẽ, fecisse om-
nes in procinctu testamentum, & de hoc te-
stamento procincto latius ex bonis auctori-
bus ponit Connan. in d. cap. 1. lib. 9. colum.
4. ubi relato Festo Pompeio, & Plutarcho in
Coriolano, existimat, & in castris ipsis, & in
quocunque loco milites essent militiæ causa
licuisse ipsis hoc uti genere testamenti. Alio
qui futurum erat, ut intestati morerentur
cum in comitijs tantũ aut in procinctu pos-
sent testari ciues Romani, at in castris comi
tia haberi non poterant, relinquitur ergo, ut
quod in castris fecerant procinctum dicere
tur, Nec uero negari potest, quandiu sunt in
castris, & exercitu milites, tamdiu in procin-
ctu eos esse dici; quare uero desierit, & negle
ctum fuerit, prosequitur ibidem Conna. qui
uideri potest ne singula non necessaria tran
107 scribam. † Octauo notandum est ibi [*quia
per emancipationem*,] quòd in testamento, per
æs & libram interueniebat emancipatio, id-
est imaginaria uenditio, ut tex. subdit, quod
Iacob. de Rauen. Petrus de Bellapertica, Ni-
col. de Neapo. Faber, Ias. & Aldobran. sic ex-
plicant: testator enim filios emancipabat, bo
naque heredi scripto pro modico uendebat
108 ut firmius ea teneret, † uelut ex onerosa cau
sa, quæ fortior est lucratiua. l. fi. §. licentia. C.
de iure deli. uel talis emancipatio filiorum
fiebat antequam pater testaretur, quia uiuo
patre filij sunt quasi domini. l. in suis. ff. de li-
ber. & posthu. igitur, ut testator esset magis
plene dominus debebat filios emancipare.
sed istæ declarationes sunt meræ nugæ, ut ni
tradit hic Tollen. in glo. libripende. Viglius-
que, ne sic quidem omnibus concessum fuis-
set testandi hoc genus, plerique enim filios
non habent, fœminæ quoque fuissent exclusæ
licet liberos habuissent, cum non sint in earũ
109 potestate, §. feminæ, supra de adop. † & ob
id emancipationis actus in eis fuisset imper
tinens iux. l. quidam cum filium. ff. de uerbo.
oblig. sequeretur & illud, nunquam filium ex
hoc testamento suũ hæredem fuisse, nec qua-
si dominium filiorum impedire debebat hoc
110 testamẽtum. † cum liceret eos exhæreda-
re, necareque, d. l. in suis, & l. fi. C. de patr. po-
testa. merito cum Viglio sentio de liberorũ
emancipatione hic non agi, sed de mera uen
ditione bonorum, & ut inquit Eguinarius
de emancipatione idest traditione familiæ,
111 hoc est hæreditatis. † uenditio enim etiam
uera traditioque mancipatio dicebatur, uel
emancipatio, cum nexu res uenibat cuius
nomine uenditor præstabat euictionem l. 1.
C. de usuc. trans. nec enim solum sui natura
refertur

cipatio, uerum quamcunque uenditionem significat, ut post Budęum tradit hic Vigli.
112 † sed in casu nostro dicebatur, imaginaria, quoniam unum tantum æs siue nummus interponi solebat qui pretium uerum non constituebat habita relatione ad hæreditatem longe maioris ualoris, iux. glo. 1. §. pręterea, supra quibus mod. ius patr. pot. sol. & tradit Dec. Cagnol. Fetrarius, & Guil. Mayner. in l. imaginaria, ff. de regu. iur. & est casus, & ibi gl. in l. si quis conduxerit, ff. loca. bene uerum est, quòd hanc interpretationem Viglij mordent in primis hic Moder. Pata. num. 35. sed quoniam subinde eam saluāt, ut per eos, non immorabor in eorum rela-
113 tione, † cum potissime Viglium sequar per hunc tex. dicentē, quòd hoc testamētū dicebatur per æs & libram: si enim filiorum emācipatio fuisset necessaria, dictum fuisset hoc testamentum per æs, filios, & libram. Secundo, quia in emancipatione quam imaginariam uenditionem appellat, de filijs, qui uenderentur, nullam mentionem facit.
114 † ergò id diuinare non possumus, capi. ut nostrum, ut eccl. bene. l. si putator, ff. ad leg. Aqui. Corn. consi. 192. in princi. uolu. 3. Tertio, quia subdit tex. [*quinque testibus, & libripēde præsentibus*] & eo. qui familiæ emptor
115 dicebatur. † Quod uerbum familię, hęreditatem significat, l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de uerbo. signific. & tradit hic gl. in uerbo familiæ, sicque Teophil. Balduinus, Eguinar. & Viglius interpretatur, quorum posterior inde tractum subiungit familiæ ercisc. iudicium, hoc est hæreditatis diuidendæ, ut per
116 glo. in Rub. ff. eodem. † Atque ut cæteris latius aperit Teophi. in hunc modum fiebat hoc testamentum, nam quinque aderant testes, & libripens, ciues Romani, & puberes.
117 † qui sane libripens intercedebat, quòd ut dicunt Vigli. & Balduinus, ueteres ære graui & rudi ac non signato utebantur, & magis ponderare quam numerare pecuniam solebant, unde & Horatius, lib. 2. Epistolarum. Si propriū est, quod quis libra mercatur, & ęre, atque his præsentibus successor defuncti futurus qui familiæ emptor dicebatur patri-
118 monium morituri emebat, † sicutque in uera alicuius rei uēditione talia uerba emptor eloquebatur æs & rem promercalem tenens, ego hanc rem ex iure Quiritum meam esse aio emptam mihi hoc ære, æneaque libra, deinde ære libram percutiens illud æs ei porrigebat a quo rem accipiebat, idque pretij loco, ut post Boetium in Topica Ciceronis, li. 3. testantur hic Ferrari. & Eguinarius, ita his uerbis no ab similia, & familię, emptor idest hæres cum testamentum fiebat proferebatur, ut Eguinarius tradit, quæ uerba nūc frustra, sit referre, ut inquit Theophil. deinde ordinabat moriens, quid post mortem suam fieri uellet. dicebat enim familiæ emptori siue hæredi, huic nolo dari fundum, illi domum, alij centum solidos, hocque testamentum eidē plane, uel simil. uerbis explicat declarat, que Vaconius a Vacuna diligenter lib. 1. declara
119 tionum. c. 21. † eaque ratione introductum est hoc testamentum secundum Teophi. cū enim ante duæ tantum species testamentorum in usu essent, eueniebat, ut nonnulli subitaneo morbo correpti intestati morerentur, neque enim calatis comitijs testabātur, quia nōdū instaret tempus, neq; item in procinctu, quia bellum non esset, deinde & illud mali hominis uidebatur sano quempiam, & ualente corpore testamentum facere. ob hęc igitur tertia species inuenta est testamenti quæ dicebatur per æs, & libram omni tempore omnibusque personis apta, ut Viglius & Moder. Pata. subnectunt & Connan. in cōmentar. Iuris ciuilis li. 9. c. 1. col. 5. ad quos lectorem delego & hæc omnia sic diligenter
120 ordinata notabis. † Nono notandū est ibi [*quinque testibus ciuibus Romanis,*] quòd in eo testam. per æs. & libram testes debebant esse ciues Romani, hoc est liberi homines, iux. tex. in §. si. supra de liberti. sicque serui excludebantur, sicut & hodie repelluntur a testamentis quæ sunt in usu, §. tam autem, infra eod. rationemque ponit tex. in l. qui testam. §. seruus, ff. eo. cum seruus Iuris ciuilis communionem non habeat in totum, nec præto
121 ris quidem edicti. † Bene tamen seruus hęres institui potest in test. cum defectus eius suppleatur ex persona Domini, l. nō minus, ff. de hær. insti. hincque mirum quoddam succedit quare non ita suppletur eius defectus ex persona Domini, ut possit esse testis in testam. sicut in institutione suppletur, cum potissime uideamus, in testamentis testes alias inhabiles, ut hęreticos admitti, ne probationū facultas angustetur, infra quoniam, in
122 fi. C. de hæreti. † Sed huius differentiæ rationem Christopho. annectit infra in §. j. colum. 1. quem simpliciter sequitur Baueri. in §. testes autem, & Tollent. nu. 4. & Moder. Pata. num. 15. dicens, quòd officium testificandi est mere personale, quia solum testis debet deponere de his quæ percipit sensu corporeo, l. hæredes palam, in princip. ff. eod. l. testium, C. de testibus. unde uitium personę serui non purgatur interuentu domini.
123 † quæ ratio uana uel fragilis admodum mihi uidetur, nam & officium testandi personale est, cum totum hoc negocium, quod agitur testamenti ordinādi gratia, credatur inter testatorem, & hæredem agi, §. sed neque hæres, infra eo. quo fit attenta ratione Christophori dici debere, uitium personæ serui instituti non purgari posse ex persona domini, sed id est falsum, dicta l. non minus, ergo
124 ratio sua mala. † Arbitror igitur nouiter dici posse, quòd cum testes in testamento de iure ciuili sint inuenti, d. §. seruus, & in §.

sed

sed cumpanlatim, infra eo.& quo ad ius ciuile seruus pro nullo habeatur, l.quod attinet, ff.de reg.iur.merito ni mirum si ex persona domini tali casu suppleri non potest, vt
125 testis esse posit :† quia quod nullum est suppleri non potest, argum.l.sed si manente ff.de pteca.hinc Bal. eleganter, in l.si quis ex argentarijs, §.cogentur, in lectura antiqua, ff. de edeu.quem Ang.Anchar.Alex.& Ias. sequuntur, dicunt quòd si testis talem defectũ patiatur qui ipso iure dictum suũ annullat puta quia sit infamis infamia iuris, cum dictum eius sit nullum ipso iure non potest ex alterius testis fide digni dicto suppleri, l.maritus, ff.de quæstio.sed ista ratio modo cessat
126 quãdo seruus instituitur. † institutio enim fuit originaliter inuenta de iure gentiũ pro ut infra dicemus suo loco secundum communes sententias Doctorum, & licet per ius ciuile seruus redditus fuerit incapax acquisitionis quo ad se, non tamen quo ad dominum, quoniam statutum fuit, ut quicquid acquirat domino acquirat, §.item nobis acquiritur, supra per quas pers. l. placet, ff. de acquiren.hæredi.l.acquiritur, §.1. ff. de acqui.rer.domi.merito in illo actu acquisitionis per institutionẽ faciliter suppletur eius defectus ex persona domini, cum pro nullo
127 penitus in tali casu non reputetur. † Memorata tamen conclusio superiore notabili. 9. firmata, quòd seruus in testam. testis esse non posit, notabiliter declaratur procedere quando tempore testamenti constabat illum esse seruum, secus si communi opi.liber æstimabatur, nec quisquam esset qui tunc ei quæstionem status mouisset, licet enim postea facto testamento cui interueuisset, detegeretur esse seruus, non noceret testam.sed
128 firmum ualeret, † attenta cõmuni potius opinione ac errorre qui ius facere consueuit, l.Barbarius, cum ibi no.ff.de off.prætor. quam ueritate, tex.est in §.sed cum aliquis, infra eod.& ibi no.Are.Faber, Ioan. Plat. Baueri.& alij, & Christophor.in §.possunt, nume.2.cui conformis est, alijs, in l.1.C.eo. vbi Bar.Bald.Salyc. Castr.Alexand. Ias.& Corn. cæterique scribentes notant. idemque tradit glo.quam Dec.Cagnol.& Guili.Mayner. sequuntur in l.in omnibus officijs, ff.de reg.
129 iur. † confirmatur dicta limitatio, nam uidemus, quòd si quis sententiam protulerit, qui communiter, & publice tenebatur, habebatur, & reputabatur pro iudice, uel constituto in tali dignitate cui de iure anexa sit iurisdictio, ualet sententia, & gesta per eum, nec ex defectu iurisdictionis detecta ueritate debent annullari, ut uoluit Bald. in l. si qua per calumniam, colum. fi. uersic.deinde quæro legatus C. de epis.& cler.Bar.cõs. 82. punctus quæstionis est, Fely.in cap. exceptionem, num.37. de except. cum alijs cumulatis per Sebastianum Vantium, in tractatu do nulli.sent.in tit.quibus mod. sentent.nulli reparetur, nume. 38. sic igitur. & in casu nostro testamentum debebit sustineri.
130 † plane tamen uenit hæc limitatio declaranda procedere quando testator in opin. prædicta cum cæteris cõcurrebat, quòd seruus adhibitus testa. liber esset, secus si sciebat, uel credebat illum esse seruum, licet omnes alij putarent esse liberum: tũc enim scientia vel credulitas testatoris faceret, quòd testamentum uitiaretur non obstante communi aliorum opi. quia esset, quod ei deberet imputari cur alios testes non uocauit. Ita pulchre, & singulariter Faber in dicto §. sed cũ aliquis, colum. pen. quem sequitur Alexand. & Ias. in dicta l. 1. C. eod. quod bene in praxi
131 notandum est. † Decimo notãdum in uerbo [*puberib.*] quòd in testamento testes requisiti debent esse puberes, & sic maiores annis 14. ut supra, quibus mod.tut.fi. in princ. unde pupili repelluntur, §. testes autem, in uerbo [*neque impubes*] infra eod. quòd propter imbecillitatem ætatis est constitutum cum quicquid uideant ignorent, l. 1. C. de fal.mou.nec eorum ullum sit iudicium, §. pupillus, infra de inu.stip.§.præterea. infra quibus non est permiss.fac.testa. & ita Christopho.Bauer.& Tollen. tradunt, in d.§.testes.
132 † est autẽ generale ius impuberis testimonium non ualere, ut ibi tradit Viglius, & legitur, & no.in l.3.§.lege Iulia de ui. in verbo [*impuberem*] ff.de testibus, & 4.q.3.c.si testes, uer. sed nec pupillis, traditque Specul. in titu. de teste, §.1. uersic. item excipit, quòd est
133 impubes. † speciale tamen est in testamẽtis, ut iubdit Vigli. loco citato, debere tunc esse puberem non modo quum testimoniũ dicere iubetur, uerum etiam quum testator coram eo uoluntatem suam exponit, ut est glo.notab. in l.ad testium, in princip.ff.eod.
134 † cum tamen in cæteris illud tantum tempus inspici soleat quo examinatur, nam & si aliquando testimonium dicere non potuerit, quia impubes, si tamen in præsentia potest, sufficere id debet, ut quia deponat de eo, quod uidit in pupillari ætate tempore quo erat proximus pubertati, nam eius testimonium admittitur, ut per gloss. Bar. Veron.& Alciat.in l.notionem, §.instrumentorum, ff.de uerbo.significa.& est alia glossa conformis, infra eod.in §. testes, ubi Faber, Are.& cæteri tradunt, maxime uero Nicola.
135 de Neapo. post Pettum & Dynum. † & ratio differentiæ colligitur ex communi distinctione Doctorum. relata per Are. in d.l. ad testium, colum.pen. aut enim testis inque ille, debet adhiberi ad actum pro solennitate actus, & tunc si tempore quo fuit adhibitus erat impubes, non poterit postea testificari factus pubes, & hoc in testamento cõ tingit

tingit, ubi testes ad substantiam testamenti
requiruntur, ut per glo. in d. §. testes, in uer.
neque impubes. aut uero pubes uult testifi-
cari de eo, quod percepit cũ esset impubes,
non tamen fuit pro solennitate adhibitus in
testem, sed ad probationem tantum, & tunc
potest esse testis, de his, quæ uidit cum esset
doli capax, idest proximus pubertati, sicque
procedunt not. in d. §. instrumentorum, ex
136 † cuius distinctionis. primo capite infert
Aret. unum singulare, in §. testes, infra eod.
quem sequitur Ias. quòd cum in testamento
ad pias causas, inter liberos, & militis testes
non requirantur ad solemnitatem, sed ad ꝓ-
bationem tantum, ut not. in l. hac consultis-
sima, §. ex imperfecto, C. eo. glo. & Doct. in l.
1. ff. de test. mili. pupillus pubertati ꝓximus
poterit esse testis in testamento prædictorũ.
137 † Quod tamen restringit Baueri. numero
26. eatenus, ut possit esse testis, non autem
examinari dum est pupillus per doct., Bar. in
d. l. 1. ad fi. ubi tenet in eo, quod uenit expli-
candum per militem, remissam esse solenni-
tatẽ iuris ciuilis, secus in eo, quod uenit ex-
plicandum per iudicem, uel hæredem, argu-
mento l. in fraudem, in fi. ff. eo. at dispositio
iuris communis est pupillum examinari nõ
posse in testem dum est pupillus, d. l. 3. §. lege
Iulia, & l. in testimonium. ff. de testibus ergo
idem esse debet in tali casu, sicque residet Ba
uer. notari iubẽs hanc singularem restrictio
nem ad dictum Aretini, quia si non poterit
examinari pupillus ante pubertatem, pote-
rit contingere interim eum mori sicque te-
138 stamentum destituetur. † Et hæc restrictio
mihi satis placet, quoniã specialia multipli-
cari non debent. l. 1. cum ibi not. C. de dot.
pro. hinc est, quod licet hodie detur actio ꝓ-
pter pactum nudum donationis, l. si quis ar-
gentũ. §. fi. C. de don. & latr dixi supra de do
nati. in §. 1. tamen hoc sane procedit si causa
donationis exprimatur, secus uero si non ex
primatur. & simus in casu quo posset alias ꝓ-
sumi causa donationis. ne enim duo specia-
lia contingant alterum, quod propter pactũ
nudum oriatur actio de iure ciuili, contra. l.
iurisgentium, §. sed cum nulla, cum sequent.
ff. de pact. & quod donationis causa præsu-
matur, contra. l. cum de idebito. ff. de prob.
& l. Campanus. ff. de oper. liber. non proce-
dit tali casu specialitas d. legis, si quis argen-
tum. Ita declarant Raynet. Bal. Aug. & alij in
d. §. sed cum nulla, Bar. in l. si tibi 10. in prin.
ff. de pact. Bal. in l. si pacto, quo pœnam, Saly.
in l. legem. C. eo. Corn. consi. 129. colum. 2.
uolum. 3. & consi. 288. num. 12. uol. 4. Sic er-
go in casu nostro pupillus interim dum est
impubes non debet examinari posse ne duo
specialia contingant, alterum, quod admit-
tatur testis in testamento, contra tex. nostrũ
& in §. testes, infra eo. alterum, quod in ea ęta
te examinetur, contra d. legem in testimo-
nium, cum simil. Satis igitur esse debet, ut ad
mittatur in testem dilato examine in tem-
139 pus pubertatis. † Vlterius circa secundum
caput distinctionis prædictæ considerãdum
est, quod Dec. in l. 2. §. fi. ad fi. ff. de reg. iur. il-
lud impugnat, nam cum dictum maioris fa-
cti referatur ad tempus pupillaris ætatis, in
quo non habebat iudicium, non uidetur ua-
lere testimonium suum, factus enim pubes
non deponit prout nunc, sed ut tunc, & in si-
mili citat tex. in l. 5. §. fi. ff. cõmod. ubi factus
maior non obligatur pro commodato facto
in ætate pupillari, quo fit, ut nec testimoniũ
suum ualere debeat super eo, quod uidit in
140 pupillari ætate, sicque residet Decius. † Sed
primam opi. sequitur Alex. cons. 88. col. 5. uo
lu. 5. Crot. in tract. de testib. in 4. par. ad fi. nu.
194. Fely. & Paris. qui testatur esse commu. in
c. cum nobis, de præscrip. Aret. in d. l. ad te-
stium, Cagno. & Petrus Loriotus, in d. l. 2. §.
fi. & Viglius hic. Nec obstat ratio Dec. quia
respondent prędicti, & insuper Mod. Pata. in
d. §. testes, num. 75. post Fabrum, eam proce
dere in ætate infantili, tunc enim iudicium
nõ habet, secus in proximo pubertati supra
que infantiam constituto, qui bene aliquem
habet intellectum, ut distinguit Imperator
in §. pupillus, infra de inuti. stipu. quo casu
communis opi. procedit, & intelligitur secũ
141 dum Doctores. † Et ad textum allegatũ in
simili per Decium, in l. 1. in fi. ff. commod. re-
spondet Loriot. loco citato, illum in contra-
ctu ꝓcedere prout de illo loquitur, quoniã
in contractibus tempus contractus conside
ratur. l. si filius. ff. de uerb. obl. l. quæ legata. ff.
de reg. iur. & utrobique not. sed in teste alia
est ratio, cuius testimonium, quia per tem-
poris interuallum maiorem fidem habet nõ
est reijciendum. l. notionem. §. instrumento
rum. ff. de uerbo. signi. & ita in hac re tenen-
142 dum est. † Tãtoque magis, nam & uidemus
pubetem factum deponere posse de his, quæ
uidit etiam in infantia, quando sunt talia, q̃
in eius intellectum tunc caderent, prout dat
exemplum Ioan. And. in addi. Specu. in titu.
de teste. §. 1. uersic. item excipitur, quod est
impubes, quem sequitur Imola, in d. l. ad te-
stium. §. . colum. fina. Bauer. in dicto §. te-
stes, numero 25. & Cagnol. in dicta l. 2. §. fin.
colum. penul. quando deponit quem esse ma
iorem annis 30. ea ratione, quia fuit secum
in scholis dum erat annorum 7. uel circa,
tuncque temporis ipse testis erat maior illo
unius anni, uel duorũ, nuncque ætatis est an
norum 36. sic. n. deprehenditur tanto magis
maiorẽ factũ deponere posse de his, q̃ uidit
ab infantia sua supra, dũ esset ꝓximus puber-
143 tati. † Et quod dicitur pupillũ, quod uidet
ignorare, dicta l. prima, C. de falsa mon. pro-
cedit in doli non capace, secundum glo. &

Cy.& Saly.ibi.uel, ut inquit Ioan.Andr.loco
memorato,materiam illam non facile pote-
rat impubes percipere etiam si sciret illam
fabricari: nam quod id esset prohibitum,uel
quod illa esset falsa non cadebat in ipsius in
tellectum,iuraque talia dicentia ætatem hu-
iusmodi ignorare, quæ uidet, intelliguntur
de intellectu, & scientia, quæ per causas ha-
betur,non autem de simplici scientia,quæ p
sensus corporeos tenetur, ut tradit Fulgo.
consilio 91.colum, 2. Fely.in dicto capitulo
cum nobis, & Cagnol. in dicto §.finali,colũ.
144 fi.& ita communis opinio defensatur.†Vn
decimo successiue notandum est in uerbo,
[*præsentibus*,] quòd in testamento requireba
tur præsentia testium, quod & hodie consti-
tutum est.§.fi.infra eo.ibi,[*& sua uoluntate co
ram eis nuncupata*,]l.si unus.C.eo.ibi, [*coram te
statore*,]& sic in eius præsentia,& in l.hac cõ-
sultissima, in fi.C.qui test.fac.poss.ibi,[*tot o-
145 culis spectata*.] † Ex quo satis infertur non
sufficere, quod testes sint post cortinam, uel
parietem uocemque testatoris audiuerint,
ut Bald.Alberi.Castr.Alex.Cor.& Iason,tra-
dunt,in l.si non speciali,C.eod.Barto. Ange.
Alberic.& alij,in l.secunda, §.idem Labeo.ff.
de aqua pluuiæ arcenda, Alexan.consilio 23.
animaduersis, columna 3. uolumine secun-
do.consilio 99.columna secunda, uolumine
3.Dec. consilio 163. columna 3. Guil. May-
net.in l. quamdiu, numero 45. ff. de regulis
iuris,Ripa,in l.prima, numero 50. ff.de uer-
borum obligat.quorum aliqui secus in con
tractibus constituunt, de qua re plenius di-
cam Deo dante,in dicto §.finali,in princ.in-
146 fra eodem.† Duodecimo notandum est ex
ordine tex.post Aret.Tollenti.& Mod. Pata-
ui.ibi,[*in desuetudinem abierunt*,] quòd lex, uel
statutum per non usum tollitur concordat
An lex per non usu tollatur.
tex.in Auth. de hæred.& fal.in §.primo,ibi,
[*sed quoniam ita positas leges iam neglectas ueni-
mus reparare*.]& tex.in §.quibus,prima const.
Codi. & in l.prima,§. sed si quæ. C. de uete.
iure enucl. ubi prout hic ad unguem dici-
tur,[*in desuetudinem abierunt*] ad idem tex.in l.
prima,C.de cadu.tollen.ibi,[*emendata,uel per
desuetudinem abolita*,] in l.rem non nouam. C.
de iudic.in uer.[*contempta sit*,] in Auth. quib.
mod.natur.effi.sui.in §.fi.ibi, [*quoniam & non
utendo perempta est*,] & postremo in §. igitur,
supra in proœ.Institu.ibi, [*desuetudine inumbra
tum*,]& ibi notat glo.hæcque omnia iura ci-
147 tat ibidem Aretinus.† Contrarium tamen
tenet Aret. ibi, & hic notabili 9. secundum
ordinem suum uolens, quod per non usum
aut desuetudinem simplicem lex non tolla-
tur,sed ultra requiratur contrarius usus, qđ
ante ipsum tenet Cy.in d.l. rem non nouam,
in l.fi.C.de iure domi.Impe. & in l.secunda,
numero 8.C.quæ sit lon.consue.Ioan.Andr.
Abb.&cęteri Canonistę,in c.Ioãnes,de cler.
coniu.Abb.in c.cum sit generale,num.15.&
ibi in apostil.ad eum not. de fo. comp.Bar.
in proœm. Digestorum,in §.& antea.Bald. &
Alberic.in l.de quibus.ff.de legib.ubi Ias.nu
mero 23.testatur commu. Abb. consilio 57.
colum. pen. uolumine 2.Fely.in ca. treugas,
colum.5.& 6.uer.4.declaratio,de treu.& pa-
ce,& in c.cum accessissent,colum. 11.de con
stitu.Alex.consi.132.colum.fi.uol.1.consilio
131.in causa,& lite,colu.5.uolum. 2.Ias.in l.
falso.C. de diuer.res.Claud.Aqneu.in l.si cer
tis annis,num.10.C.de pact. & Aldobrandi.
in d.§.igitur, col.3. qui dicit hanc esse com-
148 munem omnium resolutionem, † plusque
subdit Tollen.hic ultra Doctores requiri, ꝙ
iste contrarius usus in contradictorio iudi-
cio sit firmatus, per l. cum de consuetudine,
ff.de legibus.mouentur autem principaliter
Doctores per text.in d.l.fi.C.de iure domin.
Impe.ubi corrigit Imperator,quod nõ erat
usitatum a tanto tempore cuius initij me-
moria non extabat in contrarium,ut ibi [*ue
tustissimam abseruationem, quæ nullatenus in ipsis
rerum claruit documentis penitus esse eduximus am
putandam*.] si corrigit ergo ualebat non ob-
stante illo simplici non usu, argumento tex.
in l.nam & sub conditione, ff.de iniu. testa.
149 §.1.† Priuatio enim præsupponit habitum,
l.manumissiones,ff.de iust. & iure,l.10. ff.de
uer.obli. cum uulga. unde Doctores inferũt
ad exempla quędam, lex dicit,quod Herma-
froditus censeri debet secundum sexum in
quo magis pollet.l. quæritur,ff.de sta. hom.
modo iam mille annis non contigit iste ca-
sus, quia non est natus aliquis Hermafrodi-
tus,certe nõ inde abrogata dicitur dicta lex,
quæritur, quia simplex non usus dumtaxat
interuenit sine usu contrario. Rursus si do-
mus pluties minatę sunt ruinam,numquam
tamen fuit petita cautio damni infecti,non
per hoc sublatæ dicentur leges de hoc loquẽ
tes, de quibus in titu.ff. de dam. infec. absit
enim a seculo, quod ex eo, quod populus le
ge nõ utatur,correcta dicatur,vt inquit Bar.
in dicto §. & antea. si uero non usus habuit
implicitum usum contrarium, tunc bene p
150 eum lex tollitur.† Exemplum,lex defert hæ
reditatem communiter inter filios. l. maxi-
mum uitium, C.de lib. præter.populus usus
est,quod maior natu totum habeat, ut fit in
Gallia,Hispania,Anglia,Apulia,& plerisque
alijs locis inter nobiles præcipue in dignita
tibus,ut late prosequitur Tiraquel.in præfa
tione tracta.sui,de iure primigeni.uel,quod
masculi tantum non etiam fæminæ succedãt
ab intestato, quod etiam statuto nostro Fer
rariæ sicut alibi sæpe constitutum est. Itẽ lex
permittit in suo ædificare usque ad cælum.l.
altius.C.de serui.& aqua.in aliquibus tamen
locis inducitur cõtrarium.l.j.C.de ædifi.pri.
certe per talem non usum legis habentem
impli-

implicitum istum contrarium lex tollitur.
151 † Secundo confirmatur ultra Doctores ista conclusio per textum in dict. l. de quibus in fine, ubi dicitur, quod leges abrogātur per desuetudinem tacito cōsensu omnium. quę uerba cum sint ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem, idest si tacitus consensus omnium interuenerit, l. a testatore, & ibi not. Doctores, ff. de condi. & demon. Ponuntque pariter in rub. ff. solu. matrimo. tacitus autem consensus esse non potest nisi per actum contrarium implicitum, §. sed naturalia supra de iure natur. iunc. glos. ibi, [*tacito consensu populi,*] idest contraria consuetudine, secundum glo. Tertio pondero text. in l. 2. C. de consti. pecu. ibi. [*recepticia actione cessante, quæ inusitato recessit uestigio.*] si enim illa uerba, quæ inusitato recessit uestigio importarent, quòd essent sublata, frustra diceret recepticia actione cessante, datur ergo intelligi, quod ex illo solo non usu sublata nō
152 erat. † Quarto moueor ratione, lex enim est commune præceptum uirorum. l. 1. ff. de legib. ut ergo tollatur, requiritur commune præceptum uirorum contrarium, argumento, l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. l. prout. ff. de soluti. sed simplex non usus, nullum præceptum uirorum continet, ergo legem
153 non tollit. † Quinto non entis nullæ sunt partes, secundum Philosophos, & no. Alex. Ias. & Dec. in l. eius, qui in prouincia. §. quod si stipulatus, per illum tex. ff. si certum peta. sed non usus est nō ens, ergo nullæ sunt eius partes in abrogāda lege, ita format hanc rationem Alex. cons. 44. colum. 2. uolum. 2. per eam subdens, quòd testis deponens de simplici non usu legis non probat nisi deponat de implicito actu contrario, & dat exempla
154 de quibus supra. † Et tenendo hanc partem non obstant contraria: quatenus enim pertinet ad tex. nostrum quispiam forte responderet ex doctrina Castrensis, in d. l. de quibus, colum. 2. qui differentiam constituit inter non usum de quo loquitur quæstio nostra, & desuetudinem de qua loquitur text. noster, sed illam doctrinam late reprehendit Petrus Rauēnatensis in tracta. de consuetu. numero 190. & Rochus de Curte, in capit. fi. eod. titu. numero 42. & ultra per eos deducta meo iudicio tex. noster ostendit nullam esse differentiā inter desuetudinem, & non usum, imo tantūdē ea denotare: dicit enim, [*sed illa quidem priora duo genera testamentorum ex ueteribus in desuetudinem abierunt.*] Quod uero per æs & libram fiebat, licet diutius permansit, attamen partim, & hoc in usu esse de
155 sije: † illa enim dictio, & stat eo loco pro etiam, iux. tex. & ibi glo. & Doctores. ff. soluto matrimonio. implicat enim altra illud testamentum per æs & libram, alia quoque testamenta in usu esse desijsse, & illa fuerunt illa priora duo generā, quæ supra dixit in desuetudinem abijsse, quo fit apud Iustinianū non differre in desuetudinem abire, & in usu
156 esse desinere. † Dico igitur ad hunc textum nouiter eum considerando, quod testamentum calatis comitijs, & procinctum, olim dumtaxat in usu fuit, ut clare dicit textus noster in princip. quod nihil aliud est dicere quam quod ius dictorum testamentorum ex non scripto uenit, quod usus comprobauit, ut inquit textus, in §. ex non scripto, supra de iure natur. & sic de talibus testamentis non fuit lex scripta, & facta, sed in usu fuerunt, & hominum moribus, meritò nimirum si in desuetudinem abierunt, ut sub
157 dit, sicque per non usum cessarunt. † desuetudo enim dicitur cessatio consuetudinis, idest non usus, uel non obseruantia consuetudinis, ut ui uerbi sonat, & tradit Rochus de Curte, in dicto capitulo finali, numero quadragesimosecundo, merito nimirum si dicta testamenta usu introducta per desuetudinem, idest non usum cessarunt, quia unumquodque uinculo contrario quo ligatum est soluitur. l. nihil tam naturale, ff. de regulis iuris, l. prout quisque. ff. de soluti. cum
158 similibus. † At nos loquimur in lege, quæ scripta reperitur, ad quam tollendam duo remedia sunt constituta, uel tacitus consensus populi per contrariam consuetudinem, & sic per obseruantiam legi contrariam, uel per aliam legem postea latam, §. sed naturalia, in fine, supra de iure natura. merito simplex non usus in ea tollenda non sufficit, & ita textus noster nouiter, ut supra declaratus non facit ad propositum quæstionis no-
159 stræ. † Non obstat textus, in §. primo, in Authentico, de hære. & fal. quoniam retorqueri potest pro communi: dicit enim, [*sed quoniam ita positas leges iam plerumque neglectas* (per desuetudinem subdit glosa.) *innouatione reparare eas iudicauimus opportere.*] ex hoc enim deprehenditur, quod sublatæ non fuerant, alias non dicerentur reparari, sed noui
160 ter induci. † quod enim est (debile tamen) reparatur, l. secunda, C. de immu. nemi. conced. libro decimo, ubi de reparatione publici aggeris dicitur, & melius probatur in l. prima, §. si quis ædificium. ff. de operis no. nuncia. ubi uetus ædificium fulcienti non possamus opus nouum nunciare, [*hic enim non nouum opus facit, sed ueteri sustinendo remedium adhibet,*] inquit tex. hoc est illud
161 reparat: † reparationes enim dicuntur illæ per quas pristina forma, uel facies domus conseruatur, puta si quis refecerit tectum, uel parietes, quæ minabantur ruinam, l. prima, §. deinde. ff. de riuis, & declarat Boerius, Decis. 44. in prin. patet igitur, quod illæ leges neglectæ per desuetudinē, & non usū nō erant in totū sublatæ, si reparantur ab Imperatore,

tatore. ſicque uerius adiuuat ille tex.cõmu
nem ſententiam quam,quòd illam infirmet.
162 †Nec ſatis ualet inſuper conſequentia,le
ges per non uſum negliguntur, ergo tollun
tur,id enim negligo, quod contemno,& nõ
curo, quaſi ne legere quidem,nec uidere di-
gnor, ut apud Terent. in Adel. pecuniam in
loco negligere, maximum interdum eſt lu-
crum,quod ſane in re ſublata, & non extan-
163 te ſatis adaptari non poteſt.† Ad tex.in §.
quibus.reperio,quòd Bal. & Fulgoſ.intelli-
gunt illa uerba[*illis reſecatis etiam quæ in deſue
tudinem abierant*]de legibus abolitis diſſimili
tudine ideſt cõtraria conſuetudine,alias ſo-
lo mero non uſu leges non tolluntur, quia
ſic multæ leges eſſent ſublatæ,qui ſenſus quã
do precederet, textus ille non faceret ad rẽ
quæſtionis noſtræ, quæ de non uſu ſimplici
loquitur, ſed quia talis interpretatio diui-
nat,& deſuetudo proprie eſt uſus, & conſue
tudinis ceſſatio, prout ſupradixi poſt Ro-
chum de Curte, non autem continet contra
164 rium uſum. † Merito ea reiecta,puto me-
lius dici poſſe,quòd ille tex.probat commu
nem opinionem, non autem illi aduerſatur.
Si enim mandat Imperator reſecari ea,q̃ in
deſuetudinem abierunt:ergo datur intelli-
gi, quòd uim habebant, nec erant ſublata p
non uſum,alias reſecari non poſſent, argu-
mento,l. nam & ſi ſub conditione, §. 1. ff.de
165 iniuſ. teſtamento.†Animaduertit enim Iu
ſtinianus, quòd ſi fuiſſent in Codice regi-
ſtrata potuiſſet quis inſtare ad eorum obſer
uationem,ſuumque aduerſarium ad id com
pellere, ut patet in terminis authẽ. generali
ter,C.de epiſco. & cleri. quæ loquitur de ſa-
tiſdatione per actorem præſtãda, licet enim
non ſit in uſu, quia talis ſatiſdatio non peti-
tur, tamen quia illa authentica reperitur in
Codice poſita,ſi reus peteret ab actore illam
ſatiſdationem præſtari,deberet actor eam p-
ſtare, quia illa authentica, non eſt abrogata
per contrariam conſuetudinem, ſed non eſt
in uſu,ut poſt Goffre.& Alberic.tradit Caſt.
ibi, & Ioan.Fab.in §. ſed hodie,infra de ſatiſ
dati. & ſequitur Petrus Rauẽna,in tracta.de
conſuetu. nume. 190.& licet Bat.dicat, quod
uidit peti, & non obtineri, non tamen inde
ſequitur contrariam conſuetudinem indu-
166 ctam fuiſſe contra d. authenticam, † quo-
niam potuit uidiſſe ſemel dictam cautionẽ
peti,& non obtineri,quo ſolo actu non indu
citur conſuetudo, ſed frequentia actuum re
quiritur, ſecundum ipſum Barto.& omnes,
in l.de quibus.ff.de legib.Petr.Rauen.in tra-
cta.de conſuetu.numero 114. & Rochum de
Cur. in c.fi. eo. titu.num.26.unde redeundo
ad rem noſtram,ne contingeret in iudicijs,
quem obſtringi ad obſeruantiam illarum le
gum, quæ in deſuetudinem abierant,ubi de
ipſis apparuiſſet in Codice, mandauit Impe
rator ea reſecari nec in ſuo Codice poni, &
ita tex.in d.§.quibus, probat pro communi,
157 non autem contra commu. †Eodem pla-
ne modo declarari poteſt tex. in l.1.§. ſed &
ſi quæ. C.de uet. iure enucle.ubi ſi quæ leges
in ueteribus libris poſitæ iam in deſuetudi-
nem abierunt, nullo modo uult Imperator
eas poni in Codice, & iuris compilatione,
quia illis poſitis potuiſſet alter alterum ad
earum obſeruantiam compellere,cum non
eſſent ſublatæ, ſed tantum non eſſent in uſu,
& ſimplex non uſus legem non tollat, unde
168 non obſtat ille text.† Ad tex.in l. unica,in
prin.C.de caduc. toll.ibi,[*uel per deſuetudinem
abolita,*]prout Bal.Fulgoſ.& plerique legunt,
uel abſoluta, ſecundum meum Codicem,qđ
tantumdem refert, nam ſecundum utram-
que lectionem ſenſus eſt,quòd illa lex Papia
in multis capitulis per deſuetudinem fuit
ſublata, & abrogata, ſicque uidetur urgere
multum text.ille,probareque, quòd lex per
non uſum tollatur. Fulgoſius exponendo di
cit, quod leges per deſuetudinem ideſt per
contrariam conſuetudinem tolluntur, & ſic
per non uſum habentem mixtum contrariũ
169 uſum. † Quæ ſane expoſitio mihi uidetur
eo loco neceſſaria, nec aliter dici poſſe con-
ſideratis præcedentibus, & ſequentibus:in-
quit enim tex.[*& quemadmodum in multis capi-
tulis lex Papia ab anterioribus emendata fuit*] po-
ſtea ſubdit,[*uel per deſuetudinem abſoluta*]ſicut
enim prima pars illius alternatiuæ clare lo-
quitur de correctione,& quod lex Papia ſub
lata fuit per illos Principes,ita pariter ſecun
da pars alternatiuæ debet intelligi, quod il-
la deſuetudo correctionem, & emendatio-
nem habuerit, & ſic uſum contrarium, iux.
not.per Bar.Soc.& alios,in l.j.ff. de reb.dub.
170 Ruin.conſi.174.num.20.uolum.2.† Cum
potiſſime deſuetudo quandoque ſumatur p
contraria conſuetudine, ut tradit Rochus
de Curte,in dicto capitu. fi.de conſue.nume
ro 42.unde bene conuenit,quod illa pars ue
lut ambigua recipiat intelligentiam a pri-
ma clara.Cõfirmatur, nã ſtatim ſubdit text.
& Imperator. [*ita & a nobis circa caducorum ob
ſeruationem inuidioſum ſuum amittat uigorem,*]ſi
enim Imperator intendit tollere uigorem
legis Papiæ circa caducorum obſeruationẽ,
prout in alijs capitulis fuit ſublata per ante-
riores Principes,& per deſuetudinem,datur
intelligi, quod in illa deſuetudine cõtrarius
uſus,& factum mixtum uſus contrarij inter-
uenit, alioquin non pari modo procederet
Imperator, nam per deſuetudinem, ſine con
trario uſu, fuiſſet illa lex ſublata:Imperator
autem contrarium inducendo eam tolle-
171 ret. † Et ſic non eodem modo procede-
ret, ut denotat illa dictio,ita,quæ ſtat pro ſi-
militer, iux.l. fructus, iun.glo. ff.ſoluto ma-
trimonio, & per Alberi.in Dictionario ſuo,
in

172 in uerbo. Ita,†un de stantibus præcedentibus,& sequentibus ibi, ex quibus fieri solet declaratio, in x.l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1. & not. in l. 1. C. de lib. pret. tex. in d. l. unica, debet intelligi de absolutis per desuetudinem, hoc est per contrarium usum meri to non facit contra communem, nec ad q. nostram, quæ de non usu simplici loquitur.

173 †Ad tex. in l. rem non nouam. in prin. C. de. iudi. eadit eadem responsio secundo loco superius data ad §. 1. in Auth. de hær. & fal. nu. 162. quia non sequitur, quòd res illa cõtempta sit, ergo, quòd fuerit sublata, ut ibi dixi. secundo dici potest, & retorqueri sic ille tex. ꝙ pro cõi facit: inquit enim [*rem non nouã neque insolitã aggredimur.*] Si enim esset sublata di

174 ceret: irẽ nouã aggredimur. †Sicut quando sublatũ fuit ædificiũ, & funditus diruptũ, deinde rursus fit dicitur nouum, secundum Bar. & omnes, in l. 1. §. si quis ædificium. ff. de oper. no. nunc. & tradit Boeri. decis. 44. quia ergo uigebat adhuc licet sub aliquo contẽptu propter non usum, merito dicit, rem nõ nouã aggredimur, & ita tex. ille stat pro cõi.

175 †Ad tex. in §. igitur, supra in proœ. Inst. pulchrè respondet Aret. ibi, quòd probat contrarium, & sic communem: inquit enim [*& quod postea desuetudine inumbratum ab Imperiali remedio illuminatum est.*] non enim dicit, quòd sit sublatum, sed quòd inumbratum postea illuminatum est, quasi dicat uigebat, sed non habebat lucem, & ipse Imperator lumen ad-

176 didit. †Postremo ad tex. in §. fi. in Auth. qui bus mod. natu. effi. sui, ibi [*quoniam & non usũ do perempta est*] breuiter respondetur, quòd ille textus debet intelligi de peremptione respectu usus, quia si non utendo perempta est datur intelligi, quòd eius usus sopitus est, nõ autem debet intelligi, quòd perempta sit respectu ualoris, & efficaciæ, patet quia quoad hoc eam tollit Imperator subdens, [*quam uidelicet constitutionem etiam omnino perimimus.*]

177 †Illa enim dictio omnino præcisa est, & idẽ significat, quòd in omni casu, secundum Ias. in l. precibus, col. 2. nu. 2. C. de impub. & alijs sub. item quoad omnem effectum secundum Archi. in c. duobus, circa fi. de rescrip. & totaliter, ut per Ioan. And. in c. si beneficia. de p̃ben. in 6. Fely. in c. ex parte, i. col. 1. de offi. de leg. unde uoluit dicere Imperator, quam & omnino perimimus quoad ualorẽ, quod sane non fuisset opus eum facere, si non utendo perempta fuisset absolute, & ita resolutis, contrarijs remanet cõmunis opi. defensa

178 ta. †Pulchrum est autem dispicere, nũquid iste contrarius usus, qui debet in non usu legis cõcurrere ad hoc, ut lex tollatur, debeat obtẽtus esse in cõtradictorio iudicio, ut quo Tollenti. hic supra relatus à me, nume. 148. licet, quod sic per l. cum de consuetudine. ff. de legib. & idem prior eo tenet Alex. consi. 131. colum. pen. uolum. 1. consi. 135. colum. pen. uol. 2. glo. in c. fi. de consuetu. & in c. Abbate, in uer. contradictorio. de uer. signifi. & fuit de mente Paris. consi. 31. num. 34. uolu. 4. ubi dicit in casu suo, quod non apparet fuisse per eo aliquando iudicatum fuisse, quo fit ut cõsuetudo non fuerit inducta: si enim requirit Paris. fuisse iudicatum, ergo & obtentum

179 in contradictorio iudicio. † Sed in hoc isti patres decipiuntur, nam contrarium tenet Pet. & Cyn. in l. secunda, num. 9. C. quæ sit lõ. consu. Bar. in d. l. de quibus, in lectura, & repe. nume. 13. ubi etiam Cast. nume. 11. Butri. Abb. Imo. And. Sicul. & Rochus de Curte, postremo loco, in d. capi. fi. nume. 361. qui fere omnes testantur hanc esse communem. Idẽque tenet Bal. consi. 210. colum. 2. uolumi. 1. Abb. consi. 73. colum. fi. uol. 2. Ias. consi. 46. colum. 2. uol. 1. Soc. consi. 99. colum. 2. uolu. 1. Corn. consi. 293. colum. 3. uol. 1. consi. 155. colum. fi. uol. 4. Craue. consi. 55. colum. 2. numero 6. & in tracta. suo de antiq. tempo. in 4. par. nume. 17. qui pari modo testantur esse commu. Guido Papæ, consi. 131. nume. 5. D. mens Riminaldus, consi. 18. in fi. Petrus Rauẽna. in tract. de consue. num. 142. & Tiraq. in trac. de iure primigeni. q. 91. omnes enim concludunt consuetudinem induci ex moribus, & usibus hominum, uel in iudicio, uel extra: & posito, quòd actus iudiciarij interueniant, non tamen per eos, ut iudiciarios inducitur cõsuetudo, sed inde demonstratur tacitus consensus assentientis populi, ut refert ille Pet. Rauen. loco præallegato, unde patet non esse necessarium, ꝙ obtentum fuerit in contradictorio iudicio, & ultra p̃dictos Bar. in d. l. 2. C. quæ sit lon. consue. rationem adducit, nu. 19. dicens, ꝙ si lex inducitur sine contradictione per consensum populi, pariter & consuetudo inducetur sine cõtradictione per consensum populi, pluresq; cumulat etiam Decian. respon. 11. num. 172. uol. 1. dicens post Soc. consi. 99. colum. 1. uol. 1. contrariam opi. communiter reprobari.

180 † Fundaturque memorata conclusio per tex. in l. nam Imperator. ff. de legib. ubi dicitur, [*consuetudinem aut rem perpetuo similiter iudicatarum authoritatem, uim legis obtinere debere,*] dum enim dicit consuetudinem, de extra iudiciali debet intelligi propter uerba sequentia, quæ de iudiciali loquuntur, secundo confirmatur ex §. ex non scripto, supra de iure nat. ubi consuetudo inducitur moribus, & usibus hominum, ergo non requiritur necessario actus iudiciarius, & sic quod obtẽtum sit in contradictorio iudicio, sicque notat in terminis per illum tex. Aldobrand. ibi, numero 22. & prior eo cõfirmat Christophor. Por

181 cius. col. 2. † mutus ea ratione, quæ tamen sua non fuit, sed Bartoli, in repe. l. secundæ, nume. 19. C. quæ sit longa consue. nam con-

 suetudo

suetudo obtinet nim, & potestatem ex tacito iudicio populi, quod iudicium sic declaratur ex actu extraiudiciali sicut ex actu iudiciali, ergo consuetudo ex actu extraiudiciali, debet obtinere potestatem, idemque tenent Antiquiores ibidem, vt Nico. de Neapo. Ioan. de Platea, & Ioa. Fabri, quorum posterior, colum. 2. in fi. propriè dicit non credere, quòd sit necesse proponere nec probare, quod sit obtenta consuetudo in contradictorio iudicio, si tamen probari posset bonum esse, quod etiam firmat Corn. consilio 155. colum. pen. uolum. 4. dicens, quòd licet opituletur, quod obtenta sit in contradictorio iudicio, nō tamen est necessarium, sequitur Decian. mox citatus in allega. consil. 11.
182 nume. 172. uolum. 1. † Tertio confirmatur hæc opi. ratione absurdi, quod sequeretur si requireretur, quod esset obtentum in contradictorio iudicio, numquam enim posset iudicari secundum consuetudinem, antequam enim iudicaretur non esset consuetudo, & nunquam prima uice posset iudicari, sicque res ad inconueniens redigeretur, qd argumentum fuit Abbatis in d. cap. fi. num. 16. & illud reassumit Aldobran. in d. §. ex nō
183 scripto. † Quarto comprobatur & alia ratione quam ponit Bar. in d. l. secunda, C. quæ sit lon. consue. num. 20. ubi dicit, quòd consuetudo inducitur siue contradictione secū dum omnem effectum actiue, & passiue, qa consensus maioris partis populi præiudicat minori. l. quod maior. ff. ad municip. non ergo debet requiri eorum contradictio, quæ nullum effectum potest producere. l. dotem ff. solut. matrimo. & hanc rationem sequitur etiam Roch. de Curte, loco citato, unde in proposito nostro, quia non usus legis habēs implicitum contrarium usum, nihil aliud est quam consuetudo contra legem, sequitur, quòd talis actus, & contrarius usus non debet de necessitate obtentus esse in contradictorio iudicio, iuxta naturam consuetudi-
184 nis. † Nec obstat d. lex, cum de consuetudine, qua Tollen. hic, & Alex. in consilijs allegatis moti fuerunt, quoniam dictio etiam de qua ibi, [*an etiam contradictorio aliquando iudicio consuetudo firmata sit,*] eam resoluit: implicat enim idem si extra iudicium hoc euenerit, & ita Barto. respondet in d. l. de quibus, & in specie notat Fulg. illam legem, dicens, nota ex dictione etiam, quod ex his, quæ fiunt extra iudicium, potest induci consuetudo, sic enim ponderauit casum implicitum Fulgo. qui sane facilior erat, & frequentior, ideoque ipsum probare consuluit Vlpianus non inde negans, quin alijs modis etiam extraiudicialibus probari possit consuetudo, ut inquit Abb. consil. 73. colum. fi. uolu. 2. facilius enim, & sæpius cōtingit firmari consuetudinem extra iudicium per homines in idē factum sæpius conuenientes, quam in iudicio ubi contradictio partium concurrit, & res exactè uentilantur, ideo Iurisconsultus expressit casum magis difficilem firmandi cōsuetudinem, qualis est in contradictorio iudicio, & inclusit faciliorem, frequentiorēque, iux. naturam implicatiuæ, ut not. Fulg. Alex. D. meus Rimi. Dec. & alij, in l. qui se patris, C. unde libe. quæ casum minus dubium frequentioremque includit, & magis dubiū rarumque exprimere solet, vt ibi notant Do
185 ctores. † Et ex his remanet hæc opin. uera, quod usus contrarius qui debet esse mixtus in non usu legis ad eā tollendā non requirit necessario, quod obtentus fuerit in contradictorio iudicio. bene uerum est, quòd de ipso taliter constare debet, quod inde colligatur interuenisse tacitum consensum populi uel maioris partis, puta in probando cōsuetudinem, quod primogenitus totū habeat, aut masculi tantum contra l. maximum uitium. C. de libe. præter. testes dicant, quod uiderunt semel iudicari, uel extraiudicialiter fieri præsentibus centum uiris, & alia uice ducentum, iux. no. per Cy. in d. l. 2. C. quæ sit lon. consue. num. 22. Alex. consi. 130. col. fi. consi. 135. colum. 5. uolum. 2. Aret. noster, in d. §. ex non scripto, colum. antepen. uersicu. quæro an testis, Dec. post multos, cons. 215. colum. 1. consi. 275. nume. 11. consi. 483. col. fi. & alibi sępe Doctores, & hæc omnia diligē ter nota, cum aliquali labore corporis, & ingenij mei simul unita, quæ alibi sparsa repe-
186 riuntur. † Decimotertio notandum est secundum Bauer. ibi [*sed prædicta quidem nomina testamentorum ad ius ciuile referebantur,*] quod testamentum dicitur esse de iure ciuili, quod & præsensit glo. in l. 1. ff. de acqui. rer. dom. q̄ sumpta occasione illius text. dicentis, quod quarundam rerum dominium nanciscimur de iure ciuili, dat exemplum in testamento, quo fit ut supponat illud esse de iure ciuili.
187 † Vnum enim quodque simile suum simile generat. l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de ædil. edi. unde si testamentum parit acquisitionem iuris ciuilis, consequens est, & ipsum fore de iure ciuili, eodem plane modo considerari potest glo. in uer. dominij, ad fi. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, cū qua Bar. ibi, colum. 3. uersi. ulterius oppo. simpliciter transit, acceditque alia glo. in l. 1. C. de hære. inst. reddens rationem cur deportati institui capere non possunt, quia perdunt ea, quæ sunt de iure ciuili, sentit enim testamentum esse de iure ciuili: si hæredes instituti capere non possunt ratione prædicta, cui cōformis est alia in l. quidam. ff. de pœn. quæ post tex. dicentem deportatos non habere, quæ iuris ciuilis sunt exemplificat, ut testari, sentiens ex hoc testamentum iuris ciuilis esse, & hoc in alio proposito dixit apertè Bal. in l. decernimus

mus, ad fi. C. de sacrosan. eccl. dicens, quod te
stamentum tyranni non ualet, quia testamē-
tum est de iure ciuili, & tyrānus est reus per-
duellionis, ergo non ualet testamentum. l. cū
filius. §. fi. ff. de leg. 2. de quo postmodum la-
te differit Andr. Sicu. in rub. ex. eo. col. 14. in
188 fi. cum pluribus, quæ sequuntur. † Quin et
glosella hic in uerbo ad ius, uoluit illud esse
de iure ciuili, qa ius ciuile inuenit, & sic ori-
gine, & inuentione. Quod & clare dixit in l.
qui testamento. §. seruus. ff. eo. dicens p hunc
tex. quod per ius ciuile fuit primo testamen-
tum inuentum, ergo non ante, quam senten
tiam uoluerunt Iaco. de Ar. Ricard. de Saly,
& Bal. quos refert, & sequitur Andr. Sicul. in
rub. ex. eo. colum. 9. Fulg. in l. cum quis. C. de
iur. & fac. ignor. Dyn. in regula indultum, co
lum. fi. de reg. iur. in 6. Ang. in Auth. ut factæ
nouæ, consti. §. 1. Tollent. in rub. supra eod.
Bellon. hic in prima q. colum. fin. & prior eo
Christophor. qui dicit hanc esse communē.
189 † fundatur in primis hec conclusio per tex.
nostrum, in uerbis relatis iunc. glo. & ultra
prout inquit Bauer. nu. 18. quoniā Iustinia
nus supra dicit, quod uult referre penitus an
tiquitatem, demum subdit hæc tria genera
testamentorum fuisse de iure ciuili, ergo se-
quitur ante non fuisse alias non penitus re-
tulisset antiquitatem, fortiusque stringit, ut
subdit Tollent. colum. pen. quod Imperator
negatiue loquitur, ibi [*sed ut nihil antiquitatis
penitus ignoretur.*] unde uidetur omnem anti-
quitatem posuisse, alias oratio sua esset falsa.
l. is qui 100. §. utrum. ff. de reb. dub. merito si
relatis his tribus testamentis inquit ea fuisse
de iure ciuili, sequitur quod ante non erat
190 testamentum aliquo modo. † Quinimo ex
illo uerbo [*antiquitatis*] cum ius gētium sit an
tiquum l. 1. §. 1. ff. de acqui. rer. domi. dubita-
ri poterat an hæc testamēta maxime uero p-
cinctū, quod ab ituris in bellum fiebat essent
de iuregentium, quo bella orta sunt, l. ex hoc
iure. ff. de iust. & iu. §. ius autem gentium, su-
pra de iure nat. ad quod dubium remouen-
dum subdit hic Imperator esse de iure ciui-
li quasi expresse, negans illud esse de iure
gentium, argumento l. cum prætor, ff.
de iudic. & sic pluribus modis text. noster
191 hanc opin. suadere uidetur. † Secundo
confirmatur per tex. in l. 1. ff. de pet. hær. quē
citat hic Christoph. & inducit Bauer. inquit
enim, quod [*hæreditas ad nos pertinet aut ueteri
iure aut nouo. Veteri ex lege 12. tabul. ut ex testa.*]
si enim hæreditas quæ competit ex test. dici
tur nobis competere ex lege 12. tab. ergo se
quitur illud inuentum esse ab ipsa lege 12. ta
bul. & sic originaliter esse de iure ciu. & hoc
fundamento pariter utitur Andr. Sicul. in di
cta Rubr. col. 11. eodemque modo colu. 11.
deducit tex. in l. tutelas, ff. de capi. dimi. ibi,
[*& hæreditas legitima*] ubi hæreditas ex testa-
mento defertur nobis a lege 12. tabul. quod
denotat testamentum a lege 12. tabul. inuē
192 tum fuisse. † Tertio mouetur idem Chri-
stophor. nam deportatus est capax eorū quę
sunt iurisgentium, non autem eorum quæ
sunt iuris ciuilis, l. quidam, ff. pen. sed testari
non potest, l. eius, §. 1. ff. eod. nec ex testamen
to capere, l. 1. C. de hær. insti. ergo patet testa
mentum iuris ciuilis inuentionem fuisse, nō
autem iurisgentium, & hoc etiam fundamē
to Romanus utitur in l. si testamētum, C. eo.
193 colum. 1. † Quarto rationē annectit, quod
tunc omnia erant communia, ergo propter
defectum materiæ testamentum conficit
194 non poterat. † Quinto subijcit, & aliam
rationem Baueri. nam uidemus legem, ex
hoc iure, ff. de iust. & iure, & §. ius autem gē
tium, in fi. supra de iure naturæ. enumerare
ea quæ a iuregentium sunt inuenta & tamē
non enumerat testamētum, ergo inde colli
gitur illud non esse de iure gentium, l. patre
furioso, ff. de his qui sunt sui, uel alie. iur. §.
actionum autem quæ iam bonæ fidei, infra
de acti. ubi glo. similiter argumentatur.
195 † nec est uerisimile iurisconsultum illud
tacuisse, cum esset dignū nota speciali, l. itē
apud Labeonē, §. hoc edicto, ff. de iniu. c. quā
uis, de adulter, & hæc fuit cōsideratio Fulgo
sij, in dicta l. cum quis, ut refert Baueri. li-
cet impudenter satis eam sibi ascribat An-
dreas Sicul. in dicta Rubr. colum. 12. ad fin.
196 † Sexto mouetur idem Bauer. nam sine adi
tione hereditatis institutus acquirere nō po
test hereditatem, toto titu. ff. de acqui. hære.
imo sine ea corruit testamētum. l. si nemo, ff.
de testa. tuto. §. posteriore, in fi. infra quib.
197 mod. test. infir. † adeo, quod tali casu nō cō-
seruantur relicta per authenticam, ex causa,
C. de lib. præter. quæ hoc casu non loquitur
secundum Barto. in d. l. si nemo, numero 4.
198 † nisi clausula codicillaris per uerba futuri
temporis fuerit apposita secundum eundem
Bar. in l. prima, colum. pen. num. 17. ff. de iu-
re codicil. & in alijs casibus, de quibus not. p
gl. Bar. & Ias. post alios, in l. eā quā. C. de fidei.
qd ut impertinēs cōsulto ptereo. Sed (redeū
do ad rē) aditio hereditatis est inuēta de iu
re ciuili, l. actus legitimi, ff. de reg. iur. ergo
sequitur prius testamentū non fuisse, ex quo
non aderat remedium acquirendi hæredita
199 tem, deficiente tunc uia aditionis. † Septi
mo uidetur esse tex. apertus in §. fi. supra de
usu, & habi. ubi Imperator continuās sequē
tem Rubricam ad præcedentia dicit hacte-
nus se locutum fuisse de his quæ acquirun-
tur de iure gentium, exin de autem subdit se
uelle tractare de acquisitione iuris ciuilis,
postea ponit Rubricam de testamentis, er-
go sequitur testamentum esse de iure ciuili,
postquam illud, quod acquiritur ex eo, dici
tur acquiri de iure ciuili. & hoc fundamen-
tum

tum fuit Romani,in dicta l.si testamentum,
tacito tamen auctore repetitum ab Andrea
Siculo, in dicta Rubrica,ex eod.titulo,colu.
200 12.uersi.7.facit,ut per eum. † Octauo mo
uetur idem Roma.per l.testandi,C.eod.& l.
primam,ff.ad leg.Falcid.quibus addo text.
insta,de leg.Fal.in prin.& in l.uerbis legis,
ff.de uer.signific.ubi iurisconf. refert legem
12.tabu.quæ liberam dedit potestatē cuiq;
de bonis suis testādi.ergo sequitur testamē
tum fuisse de iure ciuili: si enim fuisset de iu
re gentium, uerisimiliter præsumēdum est,
quod magis retulisset ipsum ius gentium,
tamquam primitus inductiuum testamenti,
quam ius ciuile legis 12.tab.inductiuum te-
stamenti posterius, & hoc fundamentum si-
bi quoque uendicat Andr.Sicul.in dicta Ru
brica,eod.colum. 12.uersic.octauo facit.
201 † Nono subdit idem Siculus, col. 10.ualde
stringere,quòd potestas testandi data est no
bis a legibus ciuilibus,ergo sequitur, quòd
est de iure ciuili introducta,probatur in di
cta l.testandi,ubi dicitur,quòd a legibus te-
standi facultas est, quod uerbum facultas,
non formam & solenitatem testandi deno-
tat, sed potestatem,quod inde patet, quia
de solennitate, & forma subdit, ibi [*non iuris
dictionis mutare formam, uel cuicquā iuri publico
derogare permissum est.*] quæ uerba pariter ostē
dunt formam testandi fuisse de iure ciuili in
uentam,subditque Andr.Sicul. non esse da-
re textum in iure clariorem probantem, 1 q
tam testamentum,quam eius forma inducta
202 sint a iure ciuili. † Decimo mouetur idem
Siculus,colum. 12.per tex.in l. 3. ff. eodem,
ubi dicitur,quòd testamenti factio est iuris
publici,iuncta l. 1.§.ius publicum, ff. de iusti.
& iure, ubi ius publicum appellatur, quod
ad statum rei Romanę pertinet, & sic de iu-
re ciuili Romanorum inuentum, & hoc fun
damento pariter hic utitur Bauerius, dicēs
quod ita per illud firmauit Bart.in l.qui a la
203 tronibus. ff.eod.num.3. † ubi disputando
qualiter legatus existens apud hostes popu
li Romani testabitur,arguit in primis,quòd
secundum consuetudinem loci ubi fit testa-
mentum,argumento l.si fundus, ff.de euict.
in contrarium uero postmodum concludit
quia si illi sunt hostes populi Romani,& sic
perdiderūt ea quæ iuris ciuilis sunt, nec pos
sunt facere testamentum secundum consue
tudinem ipsorum, cum testamenti factio sit
iuris ciuilis,dicta l.3.unde dictus legatus de
bebit testari secundum consuetudinem suæ
ciuitatis, nec ille tex.ut ibi tradit Aemilius
Ferrettus in uerbo,testamēti factio,loquitur
de solennibus & forma testamenti, sed de fa
cultate faciendi testamentum: prout enim
factio ius tangendi denotat,sic & factio testa
menti, ius & facultatem testandi, unde se-
quens particula,cuius est initium [*ideoque for
ma eius &c.*] ab aliquo imperito inserta fuit
temere,utque perpendit glo. quidam codi-
ces eam non habent,sicq; de Germanis Ae-
milius testatur,& in Pandectis Florentiæ re-
peritur,de quibus ipse non meminit, unde
sic stante,& intellecto illo tex. mirum in mo
204 dum facit pro hac opinione. † Vndecimo
citat idem Siculus,colu.11.tex.in l.lege ob-
uenire,ff.de verbo. signi. ubi clare dicitur,le
ge obuenire hæreditatem ex testamento, er
go patet id esse de iure ciuili inuentum.Nec
quicquam facit dum subdit tex.[*quia lege 12.
tabu.testamentariæ hæreditates confirmantur:*] qua
si,quòd prius essent introductæ, quia dicit
Siculus intelligendum esse, quòd dātur, per
glo.in l.1.ff.ad leg.Fal,in uer.dedit.ibi enim
dicitur,quòd Falcidia potestatem legādi de
dit,glossa arguit contra,quòd immo sit da-
ta a lege 12.tab.& citat d.legem, lege obue-
nire, & ad uerbum dedit respondet exponē
do, idest datam confirmauit quam Dyn. &
Alberic.ibi sequuntur expresse, dicentes de-
dit idest datum per legem 12.tabularum cō
firmauit.glossa ergo ibi in indiuiduo intel-
ligit d.legem,lege obuenire, de datione,nō
autem confirmatione hæreditatum ex testa-
mento facta per legem 12.tabu. quam glos-
sam alij non considerarunt ad intellectum il
lius tex.qui sic inducendo probat testamen
tum esse origine de iure ciuili secundum Si-
205 culum. † Duodecimo citat ipse Siculus,co
lu.12.casum de hoc in §.disponat, in Auct.
de nupt. ubi commemorat antiquissimā le-
gem 12.tabu.primam nobis potestatem te
standi dedisse,ergo excludit ius gentium,&
subinde uult natiuitate eam esse de iure ciui
206 li. † nec uerbum penè, ibi positum, quod
diminutionem significat, l.omnium fere,ff.
de adoptio.in contrariū facit:denotat enim
diminutionem quo ad hoc ut ante legē 12.
tabul.leges aliæ fuerint in urbe,de quibus in
l.2. post princ.ff.de orig.iur.ut ibi perpendit
glossa, non autem quo ad hoc, ut ipsa non
fuerit prima lex, quæ nobis hanc potestatē
207 dederit. † & hunc tex. Tollentin. hic etiam
considerat ponderando uerbum antiquissi-
ma, quod est superlatiuum,& nihil supra se
continet, l.ubi autem nō apparet,& ibi no.
ff.de uerb.ob. ergo sequitur ante illam legē
nullam aliam fuisse,a qua si testamentum ue
208 nit, non ergo a iure gentium. † Tertiode
cimo mouetur idem Sicul.per tex. in ca.ius
Quiritum prima disti.ubi dicitur ius Quiri-
tum esse proprium Romanorum,in quo agi
tur de legitimis hæreditatibus, tutelis, cu
ris, & usucapionibus, quæ iura apud nullū
alium populum reperiuntur: si ergo iura
propria Romanorum sunt hæreditates ex te
stamento cęteraque de quibus ibi,nec apud
alium populum fuisse reperiuntur, sed pro-
pria sunt Romanorum & in eos solos consti

tuta

tuta, prout ibi dicitur, datur intelligi non es
se de iuregentium, sicque testamentum, & il
la esse de iure ciuili, & hunc text. & in dicta l.
uerbis legis, & in dicta l, lege obuenire, & in
dicta l. 3. citat etiam sequens hanc partem,
Berous, in capit. 1. num. 168. de constitutio.
209 † Decimoquarto Tollen. in Rubrica, supra
eo, colum. fi. mouetur ex textu nostro, in uer
sicu. ut & hoc ius triparticum, nam Impera-
tor declarans ipsum testamentum totaliter,
dicit illud esse tripartitum, cum in eo uerse-
tur ius ciuile, prætorium, & constitutiones:
si enim Imperator facit mentionem de iure
prætorio propter signacula ab ipso inuen-
ta quæ non sunt testamentum, sed tendunt
ad testamẽtum, a fortiori faceret mentionẽ
de iuregentium, si ab eo emanasset testamen
tum, auth. multo magis, C. de sacro san. ec-
cle. & alioquin imperfecte fuisset locutus Im
perator, exemplo Galli a Sceuola taxati, in l.
Gallus, §. quidam recte, ff. de lib. & posthu. ut
ibi notant Doctores. unde ne sequatur hoc
absurdum dici debet ab Imperatore nullam
de iure gentium mentionem fuisse factam,
quia non ab eo, sed a iure ciuili sumpsit ori-
ginem testamentum, & ab eo emanauit,
210 † Decimoquinto Moder. Patauini, mouen
tur hic, nume. 141. nam ius naturale, uel gẽ-
tium non patitur quem locupletari cũ alie-
na iactura, l. nam hoc natura, ff. de condic. in
deb. sed per testamentum pater potest priua
re filium bonis sibi debitis, & quorum uiuẽ
te patre fuit quasi dominus, l. in suis, ubi pro
batur utrumque, ff. de libe. & posthu. sicque
locupletantur extranei instituti cum dam-
no filij, merito dicendum est testamentum,
non esse de iuregentium, quod tale lucrum,
211 nonpatitur, † Sed de iure ciuili, quod bene
id tolerat, ut similiter in usucapione uide-
mus, l. 1. cum ibi not. per gl. & Doc. ff. de usu
cap. ubi usucapio, quæ iure ciuili constituta
est, supra eodem tit. in princ. disponit acqui
ri dominium rerum alterius, contra natura
lem æquitatem secundum glo. de qua in di-
cta l. nam nat. vnde & idem ius ciuile induxit
testamentũ, quo mediante potest idem effe-
212 ctus sequi. † Decimosexto cõsiderant ijdẽ
Moder. Pata. nume. 180. uerbum, iusta, posi
tum in diffinitione testamenti, in l. 1. ff. eo-
dem, quod importat iuris ciuilis dispositio
nem, l. 3. §. fina. ff. pro soc. ergo testamentum
est iuris ciuilis, maximeque confirmatur se
cundum ipsos, quia quando diffinitur actus
iurisgentium, id solet exprimi, §. seruitus au
213 rem, supra de iure persona. † Decimosepti-
mo moueor post alios, nam si testamentum
esset de iure gentium, filiusfamilias deberet
posse testari, cum eo iure patria potestas nõ
consideretur, sed de iure ciuili tãtum, ut su
pra de patria potes. in princ. consequens au-
tem est falsum, ut infra, tit. 2. in prin. & l. qui
in potestate, ff. eod. ergo & antecedẽs, quo fit
ut fateri necesse sit testamentum iure ciuili
214 inuentum esse. † Decimooctauo addo aliã
rationem, nam quæ sunt iurisgentium, tolli
nõ possunt, §. sed naturalia, supra de iure na
tu. sed testandi facultas per statutum tolli
potest, ut tradit Ang. in Auct. ut nouę const.
§. 1. & in consi. 66. ad fi. Dec. & Soc. in l. pactũ
quòd dotali, C. de pact. Dec. & Cagnol. in l.
nec ex prætorio, ff. de reg. iur. ergo sequitur
testamentum non esse de iure gentium, sed
215 de iure ciuili inuentum. † tãtoque magis
confirmatur hæc opi. si uerum est, quod tra-
dit Cornelius Tacitus, libro singulari de mo
ribus Germanorum, quem refert Aemil. Fer
rettus, i l. 3. col. 3. ff. eodem. dicens ætate sua
sexcentesimo plus minus anno post legem
12. tabularum in Germania nõ minima par
te orbis nulla fuisse testamenta. Successores
enim sui cuique libere, & nullum testamen-
tum, inquit ille, non ergo de iuregẽtium po
216 tuit esse. † Secunda principalis opin. uide
tur colligi, quod testamentum sit de iure di
uino, & sic longe ante ius ciuile per tex. Leui
ti 25. ibi [*hereditario iure trãsmittetis ad posteros*]
& Numeri c. 27. disponitur expresse de hære
ditate mortui transmittenda, pluraque id ge
nus loca diuinæ scripturæ congerit And. Si
cul. in dicta Rubr. ex. eo. col. 4. & Guiliel. Be
nedi. in c. Raynutius, in uerbo testamentũ,
el primo, colum. 2. ex. eod, ubi hanc quęst. po
217 nit. † Tertia uero fuit opin. quòd testamẽ
tũ sit de iure naturali, ut per glossam, & Do
minicum in c. ius naturale, prima distinc. in
uerbo liberorum successio, quod intelligũt
de successione qua iure naturę filij succedũt
parentibus, l. scripto, in fi. ff. unde liberi, ad
idem tex. in l. fi. C. quorum bon. ubi consan
guinei uxoris uirum excludunt [*cum pruden
tum omnia responsa, & lex ipsa naturæ successores
eos faciant*] dicit tex. conformis est alius tex.
in §. principium autem, in Auct. de hæred. &
Fal. ibi [*secundum naturam eis debetur successio.*]
218 † & fuit hæc opin. de mente Bal. in l. qui cõ
tra, C. de inces. nup. ubi dicit, quòd si sacer-
dos contraxit matrimonium cum ignoran
te eum esse sacerdotem, filij inde nati sunt le
gitimi, c. 2. qui fil. sint legi. & succedunt pa-
rentibus ex eo, quia successio est de iure na
turali. & illũ decisionẽ Baldi referunt And.
Siculus, & Guili. Bened. in memoratis locis.
hancque sentẽtiam tenuit etiam Vaconius
a Vacuna, lib. 1. declara. c. 20. ratione de qua
219 per eum. † Quarta tandem fuit opin. prin
cipalis, quòd testamentum origine & inuen
tione sit de iure gentium, licet solennitates
in eo requisitæ fuerint additæ postmodum,
& inuentæ de iure ciuili, quam tenuit Bart.
in l. interdum, ff. de condi. indeb. ubi Ias. co
lum. 4. dicit esse communem, idemq; tenet
Castr. in l. testandi, C. eod. Rom. & Ias. in l. si
testa-

testamentum,C.eod.Ias.in l.ex hoc iure,nu-
me.47.& post eum Claud.Aquen.nume.54.
ff.de inst.& iure,Alex. in Rubr.ff.de Acquir.
hær.Dec.consi.357.num.5.consi.403.nume.
14.Paris.cons.1.num.49.uol.2.Craue.consi.
135.nu.6.Bellon.consi.2.colum.3.Mantua,
consi.191.nume.12.Andr.Sicul.in tracta.de
præstan.Card. prima quæst.primæ par.num.
4.Marti.Lauden.in tracta. de primogeni.q.
5.Connanus in commentar.iur.ciui.lib.1.c.
5.Moder.Hispani,in l.Gallus, §.& quid si tã
tum,num.184.ff.de lib.& posthu.Guil.Bene
di.in d.c.Raynutius,in uerbo,testamento,el
primo,num.2.Veronen.in l.uerbis legis, ff.
de uerb.signifi.Brunus in tract. quod stant.
mascul.in princ.num.2.plures citans, Baue-
rius,& Viglius,& Moderni Pata. hic.quibus
addi potest Clarus,in §.testamentum,quæst.
2.Cra.consi.705.num.3.& consi.745.num.
44.& ut inquit Corasius, in l.si test.nu. 6.C.
de impuber.toto (quod aiunt) cœlo aber-
220 tant qui contrarium tenent. † fundatur
ista conclusio pluribus medijs,quorum quæ
dam magis præcipua referam cæteris consul
to prætermissis,primo enim secundũ.Bart.
in dicta l.interdum,& ipsi patres antequam
inuentum esset ius ciuile testabantur, & di-
sponebant de bonis suis post mortem suam,
plures ad hoc citãtur auctoritates veteris te
stamenti,per Andream Sicul.in Rubr.ex.eo.
col.6.Bauerium hic,num.14.Tollent.supra,
in Rubr.nu.9.& Bellonum,q.1. num. 8.qui-
bus cum respondeant,& super eis satis labo
rent,non immorabor, solum contentus alia
quam nõ citant auctoritate ualde clara, quã
citat Vaconius a Vacuna lib.1.declarationũ
c.20.Esaias enim cap.38. dixit ad Ezachiam
Regem,dispone domui tuæ, quia morieris,
& non uiues, quod perinde est ac si dixisset
testamentum facias, §. disponat, in Aut. de
nupt. hinc ergo patet illo iure gentium te-
stamentum fuisse cognitum. Secundo cõfir
matur hæc opi.ex textum Græco,quem Lati
nis litteris transumptum refert Teophilus,
in §.ius autem ciuile,supra de iure natu.ubi
inter ea quæ iurisgentium fuerunt cõmemo
rat,ut contractus celebrentur, uẽditiones,
emptiones,locationes,conductiones, depo
sita,societates, mutui dationes, ut donatio
nes fiant, ut testamenta conscribantur, Vi-
gliusque hic,nu.5.quem sequuntur etiã Mo
der.Pata,num.185.transcribit ad unguẽ uer
ba Græca Institutionum,in quibus hoc aper
te dicitur,quo omnis quæstio tollitur. Nec
curandum uidetur de Institutionib. nostris
quæ communiter circumferũtur, in quibus
illa postrema uerba, [ut testamenta conscri
bantur] non habentur,cum uel incuria sinõ
ignorantia primi translatoris id euenerit.
221 † nos enim ad originale,& matricem qua-
les sunt dictæ institutiones Græcæ,debemus
recurrere, ut de prototollo dicunt Docto-
res,ad quem recurrendum est data aliqua cõ
trouersia super transumpto,ut est glo. no.&
post eam Ang.in §.fi.in auth.de Tabellio.tra
dit Bar.& Castrẽ.in l.Sempronius. ff.de leg.
2.Bal.in l.Imperator,lectura 1. ff. de sta. ho.
Bar.in l.si quis ex argentarijs.§.prætor.ff.de
eden.& in l.si librarius,num.10.ff. de reg.iu.
Lanfran.in c.quoniam contra, de proba.in
uet. instrumentorum productiones, nume.
27. & post eum Dec. 10. notab.in fine, late
Gramma.cons.65.causarum ciuilium,num.
22.Soc.consi.277.colum.4.uolum.2.Dec.in
c.cum uenerabilis.notab.11.de excepti.si er
go, ut concludam hoc argumentum, testa-
tur Imperator de iure gen. inter cætera fuis-
se conscriptionem testamentorum.Videtur
recte loquutus Bar. quòd ueteres illi patres
ante ius ciuile testarentur,& authoritates ẽt
sacræ scripturæ, quas Doctores obnubilant
ex suis interpretamentis, clariores reddun-
222 tur ex allegato textu Græco. † Tertio fun-
datur hæc opi.in l.si testamentum.C.de test.
quam Fulgos.& Roma.signanter inducit ad
hanc,q.uidetur enim dicunt ipsi,per eam,p-
bari, quòd testamentum sit de iure gen. ex
quo disponitur per Principem, id tolli non
posse,quia si de iure ciuili esset,tolli posset.l.
si non speciali,cum ibi not. eo.titu.& in l.fi.
223 C.si contra ius,uel util.publicam.† Verum
est,quod huic fundamento respondet Andr.
Sicu.in allegata rubrica,colum.12.in fi.Tol-
lent.hic in rub.num. 27.& Moder.Pata.nu.
110.quòd tex.in d.l.si testamentum,non di-
cit simpliciter illud a Principe,tolli non pos
se,sed authoritate rescripti:cum enim Prin-
ceps ad rescripta clausulam derogatoriam
constituerit.l. nec damnosa.C.de precib. Im
pera.offer. rescriptum non tollit testamentũ
non ex defectu potestatis Principis, sed uo-
luntatis,quia præsumitur illa cessare propter
clausulam derogatoriam, & generalem ad
rescripta,at si uelit Imperator,id expresse fa
cere,& dominium iurisgentium tollere, po-
test id utique secundum Bal.in l.rescripta,co-
lum.2. C. de precib.Imper.offeren.sicque p-
224 dicti resident.† Quin addit Andreas Sicul.
& aliam solutionem intelligendo illum tex.
in uerbo non potest,idest non debet,quia te
stamentum propter formam sibi traditam a
iure ciuili debet reputari de iure ciuili, per
regulam.l.ius ciuile, ff.de inst.& iure,& quæ
iuris ciuilis sunt a Principe tolli possunt,me
rito testamentum debet a Principe tolli pos
se.sed licet possit id facere.tamen non debet,
ut in simili dicitur in l.digna uox.C.de legi-
bus.sic ergo ratione prædicta tex.in d.l.si te-
stamentum,uenit exponendus,ut supra secũ
dum Siculum,quod libentius etiam dixisset
ut opinor, si codex suus habuisset, ut meus
habet[*non opportet*]loco [*non potest*] cũ oppor-
tet.

tet,& debet,sint uerba sinonima, & idem de
225 notantia.† Ego tamen his non attentis sequor hoc fundamētum: notissimi enim sūt, & communes termini,quòd Princeps nō potest alieni dominium auferre sine causa, cū de iuregentium sit inuentum,ut uoluit Bar. in proœ. Digestorum, colum.2.in l.2.colum. 2.& in l.quæcunque,in fi.C.de fide instru. li. 10.Bal.in d.l.rescripta,colu. fi.& fuit doctrina Innocen.in ca.quæ in ecclesiarum, quem cæteri sequuntur ibi.de consti. maxime Fel. Dec.& Berous , qui plures alios cumulant, idemque late tradit Dec.consi.407.num.17.
226 consi.410.num.13.† Idque etiam procedit in dominio quæsito mediante ministerio iuris ciuilis uelut aditione, uel sententia:licet enim modus acquirendi iuris ciuilis sit, tamen ipsum dominium iurisgentium est, ut late tradit Soc.inter consilia Bruni,qui dicit esse communem,consi.10.colum.6.& in cōsilio 63. consi.120.colum. 6.uolum.3.alijque plures cumulati per Craue.consi.79.num. 10. consi.135.num.20.& in tract.de antiqui.tēpo.in prima par.num.17.de quo tamen uidēdus est Dec. in d.cap.quæ in ecclesiarum,numero 36. uersiculo,hoc tamen limitandum.
227 † Vnde in proposito nostro considerand sunt diligenter uerba textus, in d.l. si testamentum,quæ dicunt, [*si testamentum iure factum sit capax authoritate rescripti nostri rescindi nō oportet.*]non enim in rescripto facienda uis est magis,quam in alio modo.quod enim de rescripto loquitur ibi, denotat contingentiam facti,sic enim fuerat petitum ab Imperatore,ut rescripto suo tolleret testamentū.
228 † Sed facienda uis est,quod causa non suberat illud tollendi,nam de ipsa tex. nil dicit, & cum facti sit non debet præsumi, l. in bello.§.factæ.ff.de capti.proptereа caute dixit Imperator,quòd authoritate rescripti sui,sola scilicet causa non concurrente rescindi non oportet,quod alia ratione non est nisi quia testamentum est de iure gen. cui absque causa Princeps derogare non potest, ut ibi dixit Fulg.& Roma. & sequitur in specie
229 Dec.consi.403.nume.14.† Nec doctrina Baldi, in d.l.rescripta,colum.2.,quam citant Andreas Sicul.Tollent.& Moder.Pata.quiequā repugnat. loquitur enim Bald. quando Princeps, in rescripto derogat expresse dispositioni d.legis,nec damnosa, quod ualet rescriptum, de quo non agitur in q. nostra, sed de tollendo testamētum sine causa, quod Princeps facere non potest, sicut nec dominium, quod est de iuregē.ut clare dicit ipse Bal.ibi.colum.fi.cum cæteris,supra comme
230 moratis,numero 225.† Minus etiam me angit secunda responsio Siculi:ut enim eō cedā expositionem suam maxime stante uerbo, oportet, in tex. non tamen admitto testamentum tolli posse per Principem,quasi iuris ciuilis sit propter formam super additā de iure ciuili.Quod enim iuris ciuilis esse ob id censeatur,est secundum quid,non simpliciter,& inuentione secundū scribentes passim,unde bene sequitur,ut tolli possit quatenus ad illam formam pertinet, ueluti quod cum minori numero septem testiū fieri possit,quod Princeps, & statutum potest disponere.l.si non speciali,ubi not.omnes passim. C.de testam.maxime uero Alex.qui testatur commu. idemque tenent Bart.& alij, in l.fi. C.eo.Bar.in l.cunctos populos,C.de summa Triu.q.3.nume.22.& ibi Caccialup.numero 140. qui pariter dicit dictum Bartoli com-
231 muniter teneri. † Sed quod simpliciter,& absolute tolli possit nego, nec talem consequentiam admitto,quia est arguere a simpliciter,ad secundum quid, quod argumentum non ualet.l.1.ff.de dona.l.hoc legatum.ff.de leg.3.Præpos.Alexā.in cap.ad id,colum.2.de spons.Bal.in l.apud hostes,C.de suis, & legi. & Moderni Pataui, matutini iuris interpretes,in repe.l.frater a fratre,num.355.ff.de cōdi.inde.uult enim Sicu.quod Princeps testamētum tollere possit simpliciter,quia est iuris ciuilis propter additionem formæ, & sic secūdum quid, ergo tale argumentum a simpliciter ad secundum quid,ueluti periculosū non ualet,& ut concludam uiget adhuc secū
232 dum fundamentū.† Quarto fundatur hæc opi.per text.in c.ius gentium,1.dist.ubi inter cætera, quę iurisgentium fuerunt, commemorat legatorum non uiolandorum religionem, & sic præsupponit legata fuisse cognita de iuregentium,quæ disponit nō uiolari.at nos habemus,quòd antiquitus legata non ualebant nisi ex testamento.§.preterea. iunc.glos.infra, de fideicom.hæred.ergo cognitis legatis de iuregen.cognitum quoque fuisse testamētum fateri necesse est,sine quo
233 legata fieri non potuissent.† Et ita coniungendo dicta duo iura, quod argumentum ualet.l.Gallus.§.ille casus,ubi not.Doctores ff.de libe.& posthum. & late per Euerardum in Centuria sua,capi.11.probatur testamentum fuisse de iuregentium, fuitque fundamentum hoc Excel. collegæ Moder. Pataui-
234 norum,ut hic ipsi referunt,nume.80.† Cui tamen respondent,nume.116,quod ille tex. non loquitur de legatis, quæ in testamento relinquūtur,sed de Legatis, hoc est Oratoribus, qui in legationem mittūtur secundum glo.& Doctores ibi, qui de tali intellectu nō dubitarunt,per l.fi.ff.de legatio,ubi contra ius gen.pulsantur tales legati, puniūturque pulsantes prout ibi refert Pomponius iuris-
235 consultus.† Ego uero hunc intellectū non recipio,clarum enim est, quòd loquitur ille tex,de iuregentium,secundario,quod patet per exempla,quæ tradit de bellis,captiuitatibus,seruitutibus, & postliminijs, ut legitur, &

& not.in l.ex hoc iure, ff.de iust. & iure, & in
§. ius autem gentium, supra de iure nat. &
habetur per Bar. & Ias.post alios, in l.si id qđ
136 ff.de cond.inde.† At religio non uiolandi
homines, & eis insidiandi fuit cognita, & in-
ducta de iuregentium primæuo, ut est tex.in
l.ut uim, ff.de iust. & iure. lex enim prima, in
§. iusgentium, cum duabus sequentibus us-
que ad l.manumissiones, exclusiue de illo iu
re loquitur, secundum omnes, ut tradit Ias.
in d.l. si id, quod, & Claud.Aquens.in d.l. ma
numissiones, ubi dicit, quod iurisconsultus
incipit in ea lege tractare de iuregentium se
237 cundario.† Et cum dicta lex, ut uim, gene-
raliter dicat [hominem homini insidiari ne
phas esse, cum inter nos cognationem quan
dam natura constituit,] sine dubio compre-
henduntur etiam Legati, & Oratores, quia
dispositio generalis comprehendit etiam p
sonas priuilegiatas.l.1.§. quod autem, ff.de
alea.l.in fraudem.§.fi.ff.de test.mil. Dec.con
silio 3.colum.1.& consilio 301.numero 5.de
quibus postea particulariter fuit facta men-
tio in d.l.fi.ff.de legatio.propter adiectionē
238 pœnæ particularis de qua ibi dicitur.† Me
rito non est dicendum, quod cap.iusgentiū
uoluerit dicere de legatis, hoc est Oratori-
bus non uiolandis, uelut id inuentum sit de
illo iuregentium secundario, & non ante.cū
imo prius id esset constitutum, ut refert Flo
rentinus in d.l.ut uim, de iuregentium pri-
239 mæuo, † quare fateri oportet, ut dictum
absurdum fugiamus, eum textum intellexis
se de legatis hoc est relictis non uiolandis
hoc est non contemnendis, sed præstandis
in quorum præstatione quædam inest reli-
gio, & pius actus, ut alibi dicit Iustinianus,
in §.si uero expressim, in Auth.de hær. & fal.
quia quo ad animam quis lucratur exequen
do legata uoluntatéque testatoris, sicut orā-
do, & ex aliis actibus religiosis euenire solet.
& hic intellectus ad d.ca.iusgentium, tanto
magis mihi placet quanto nouissimus est, &
a nemine præter illum collegam conside-
ratus. cætera uero, quæ super eo posito pro
uero dicunt hic Moder.Pata.tam leuia sunt,
& a ueritate semota, ut nec referre, nec ea re
lata confutare sit opus, unde in hoc breuita-
240 ti consulens ad utiliora pertranseo.† Quin
to fundatur hæc opi.per tex.in l.lege obue-
nire.ff.de uerb.signi.ubi testamentariæ hære
ditates confirmantur lege 12. tabularum, er
go prius erant & sic de iuregentium, quæ cō
sideratio cum patiatur obiecta de quibus p
Tollet.supra in rub.numero 23.& latius Mo
dernos Pata.hic, nu. 90. per duas columnas
super ea non insisto, sed nouiter illam legem
pro hac parte considero: ibi enim dicitur,
[lege obuenire hæreditatem nō improprie
etiam eam, quæ ex testamento defertur.]
241 † Pondero dictionem etiam, quæ implicat

casum minus dubitabilem, & explicat ca-
sum magis dubitabilē, ut no.Fulgo. Alexan.
Ias.Dec.& D.meus Riminal.in l.qui se patris
C.unde liberi, & ibi quoque dixi, tradit Alex.
consi.23.colum.2.uolum.5.Calde.cons.4.in
fi.de præben.Ias.in l.si cui legetur.§.si Ticio,
nu.11.ff.de leg.1. Dec.in l.cognitio, num.2.
ff.de offic.eius Cor. consi.136.nu.4.uolu.2.
242 † minor enim erat dubitatio, ꝙ hæreditas
ab intestato, (qui casus includitur) lege ob-
ueniret, cum sępius id cautum sit, ut infra, de
hære.q̄ ab intesta. §.1.& infra, de legi.agna.
243 succ.in prin.† Atque hinc hęredes ab inte-
stato legitimi uocantur, l.si quis ita hęres in
stituatur.ff. de hære.insti.& probatur in rub.
244 ff.de suis, & legi.hære.& Cod.eo.tit.† Legi-
timaque dicitur hæreditas, quæ ab intestato
defertur.l. cōficiuntur, in prin.ff. de iure cod.
l.post suos.§.legitima.ff.de suis, & legi.quo-
niam eam lex ipsa absque facto hominis de-
fert, ut inquit Alciat.in d.l. lege obuenire, &
pulchre Ruin.in l.3.col.fi.ff. de leg. 1. maior
autem erat dubitatio super hæreditate, quæ
ex testamento defertur, (qui est casus expres
sus,) quod alia ratione esse non poterat nisi
quia testamentum erat de iuregentium.si.n.
fuisset de iure ciuili, nulla fuisset dubitatio
hæreditatem ex eo delatam, lege obuenire,
245 † cum ius ciuile consistat in legibus.§. sin-
gulorum, in fi.supra de rer. diuis. unde cum
iusgentium sit species separata a iure ciuili.
d.§.singulorum, & supra de iust.& iure, in fi.
uidebatur nullo modo dici posse hæredita-
tem lege obuenire eam, quæ ex testamen to
defertur. Quo tamen non obstante contra-
rium determinauit Vlpianus, ibi, motus ea
ratione quam subdit. [*quia lege 12. tabularum testamentariæ hæreditates confirmātur,*] put & ali
bi dixit Imperator obligationes iurisgentiū
ciuiles dici, quia iure ciuili comprobatæ sūt
246 ut infra de obliga. in §.1.† cum enim qui
cōfirmat uideatur dare, si depēdebat ab eius
authoritate secundum gl.& Doc.in l.& quia,
ff.de iur.omnium iud. Cy.in l.2.C.de confir.
tut. & tradit Veronen.in d.l. lege obuenire.
rursusque omnia nostra dicamur facere, qui
bus authoritatem nostrā impartimur. l.1.§.
omnia, C.de uet.iure enucle.probabiliter di
ci potuit, hæreditatem ex testamento delatā
sic a lege 12.tabularum cōfirmatam lege 12.
tabularum obuenire, & hūc intellectum no-
uum ad illum tex.bene nota, per quem pro-
247 batur hæc opi.† Sexto, & postremo suaderi
potest hæc opi. ratione: nam cum pro com-
muni utilitate inuentum sit hoc testandi ge-
nus, ut hic Bellon.refert in ultima q.& supra
diximus, in rub.nu. 96. Quinimo utilissimū
dici potest ciuibusque necessarium, ut de co
dicillis inquit Imperator, infra de codicil.in
§.primo, uerisimile uidetur esse iusgētium
quod humanis necessitatibus exigentibus
con-

constitutum est, ut dicitur in §. ius autem gentium, supra de iure natur. sicut omnes fere contractus, & alia multa inuenit, ut ibi. hoc etiam testamentum tam frequens, utile, atque necessarium inuenisse, & his 6. fundamentis, utpote ualidioribus contentus in hac opi. resideo, quod testamentū origine &
248 inuentione sit de iure ge. † quam teneudo prout et superius feci, de dona. in prin. non obstant contraria pro prima opi. superius citata, & primo tex. noster iuncta glossa, in uer. ad ius. loquitur enim tex. de nominibus illorum trium testamentorum, calatis comitijs, procincti, & per æs & libram, quo nomina ad ius ciuile referebantur, quia ius ciuile ea inuenit, ut subdit glo. sed testamentum in nominatum fuit inuentum de iure gen. unde cum misterio tex. se restrinxit ad nomina testamentorum dicens, quòd ad ius ciuile referebantur, sentiens ipsum testamentum sine particulari nomine referri ad ius gentiū.
249 † Et ad fundamentum Tollentini respōdetur, quod loquitur hic text. de antiquitate quæ utebatur testamentis illis tribus, ut Viglius hic interpretatur, non autem de antiquitate quæ inuenit testamentum: hęc enim fuit de iure gentium, illa uero postea de iure
250 ciuili. † Ad tex. in l. 1. ff. de pet. hæred. respōdent hic Moder. Pataui. num. 160. non ualere consequentiam, quod hæreditas ex testamento ad nos pertineat iure ueteri ex lege 12. tabu. ergo, quod testamentum sit de iure ciuili, cum duobus modis considerari possit hæreditas, primo quidem, ut simplex, & nuda successio. altero ut ius repræsentans defunctum, quo secundo modo est de iure ciuili secundum Bartol. Alex. & Ias. in Rub. ff. de acquir. hæredit. quæ sol. non tollit difficultatem, cum non appareat in dicta l. j. quod textus loquatur de hæreditate considerata magis secundo modo quam primo, merito uel uti diuinatiua reijcienda est prædicta reso-
251 lutio. † meliusque dici pōt quod error eorum qui textum illum citarūt, emanauit a deprauata littera illius in suo codice, cum non legendus sit [*ut ex testamento*] sed [*uel ex testamēto*] prout in Pandectis Florentinis habetur, & secundum dictam litteram, text. ille non urget in contrarium, nam dicit, quod hęreditas ad nos pertinet ueteri iure, uel ex lege 12. tabu. uel ex testamento, & sic duplici uia, uel modo, nam hinc patet hæreditatem quæ ex testamento ad nos pertinet, non pertinere ex lege 12. tab. sicque testamentum non eo iure proditum fuisse, licet quo alio iure sic
252 inuentū nō aperiat. † nec dicatur hūc meū sensum stare non posse, ueluti cōtrariū legi, lege obuenire, ff. de uer. sign. dicitur imo lege 12. tab. hæreditatem obuenire quæ defertur ex testa. quoniam uerba diligenter sunt utrobiq; ponderanda. Caius. n. in d. l. 1. dixit hæreditatem ad nos pertinere ueteri iure, ex
253 lege 12. tab. uel ex test. † considerans causā proximam & immediatam, qua pertinet ad nos hæreditas, ut denotat illa dictio, ex, secūdum Bar. & alios, in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, & in l. 1. §. ex naufragio, ff. de incendio, rui. & naufra. quam dixit esse legem 12 tab. & testamentum: Vlpianus uero in dicta l. lege obuenire. Paulo laciore sensu fuit locutus, ut ibi tradit Alciat. ideo caute dixit [*lege obuenire hæreditatem.*] quæ uerba sui natura cōprehēdunt eā quę mediate & immediate defertur, merito subiūxit [*etiā eam quæ ex test. defertur.*] si ergo quærimus an hæreditas testamentaria pertineat ad nos immediate ex lege 12. tab. & dici debet, quod non dicta l. 1. quæ hoc casu loquitur, si uero quærimus an lege 12. tab. nobis obueniat, & sic mediate, dicendum est, quod sic, ut inquit Vlp. in d. l. lege obuenire, & ita subtiliter, & ingeniose conciliantur illa duo iura, quæ parum consi-
254 derata uidebantur contrariari. † Ad tertiū de deportato respondet hic Bauer. nu. 21. & Ias. in l. si testamentū, C. eo. id euenire ppter formam a iure ciuili testamento additam, cuius est incapax deportatus, d. l. quidam, ff. de pœnis, merito & testamēti, quod sine illa forma subsistere non potest, l. si unus, C. eodem,
255 † uerum est, quod hanc solutionem mordet Tollentin. supra in rub. quoniam in emptione forma a iure ciuili fuit addita, uidelicet pretium in pecunia numerata, §. 1. & secundo, infra de empti. & tamen adhuc emptionis deportatus est capax, l. si mandauero tibi, §. is cuius, ff. mand. ergo & testamenti deberet esse capax hoc attento, quod cū nō sit, datur intelligi testamentum fuisse de iure
256 ciuili inuētum. † Sed tu considera, quod Tollēti. decipitur supponendo pecuniam, q in emptione requiritur, iure ciuili inuētū, quod & cēsuit Bar. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure. Bal. in rub. C. de contr. emp. & And. Sic. in rubr. de emp. & uend. col. 3. contrariū namque crebrius receptū, ut de iure gen. inuenta sit, ut uoluit Cy. Alber. Ange. Cast. Ias. & Claud. Aquens. in d. l. ex hoc iure, Bar. & Sal. in l. 1. ff. de contra. emp. Ant. Burgos. in dicta rub. nu. 14. Fabian. de Monte in trac. de empt. & uē-
257 dit. in prin. † & pulchre tradit Vaconius a Vacuna declarationum libro primo, cap. 14. inquit enim, quod ex iure gen. permutatio quædam introducta est, nam cum a remotioribus quærerent uitæ auxilium, importando ea, quibus illi indigebant, eaque exportādo quibus abundabant, necessario numi repertus est usus, non enim facile deferri poterant ea quæ erant ad uitam necessaria, itaque ad permutationes faciendas tale quid constituerunt gentes inter se dare acciperéque, id quod utile existens, haberet facilem commutandi usum ceu fer- rum

rum, argentum, & similia, primo quidem simpliciter diffinitum quantitate, & pondere, deinde signo impressum, quo tamen sura liberi essent homines, nam signum positum est ad quantitatem demonstrandam & ita ex iuregẽtium numus est repertus. hęc que ex Aristo. primo Politi. sumit Vaconius unde iurisconsultus mutuatus est legem pri
258 mam, ff. de contrahenda emptione. † nec alij desunt autores id probãtes: Cęlius enim Rodiginus, lib. 5. lecti. anti. capit. 44. scribit, quòd Aeginæ populi omnium primi fuerũt qui numum cudere adorti sunt: uel, ut alibi tradit libro 11. capitu. 14. Lydi populi primi curatunt aureum argenteumque numũ feriendum, quod insuper ex Herodoto, Strabone, Liuio, Macrobio, & Eutropio, comprobat Tiraquellus in libro suo de utroque retractu, in titulo, de retra. lignagier,
259 §. 30. nume. 16. † uel ut Alberi. refert in dictionario, primus, qui monetam fabricauit fuit Thares, pater Abrahæ, aut vt scribit Ephorus, quem Strabo refert, in Egina insula primo a Philone, signari cæptum fuit argẽtum, Ianum uero in Italia primum omnium suasu Saturni quem hospitio accepit, pecuniam æream signasse, cuius nota fuit ex altera parte Ianus biceps, ex altera rostrum nauis, qua uectus Saturnus dicitur, seu ut alij malunt Iani rudis materia fuit, sed a posteris in elus, & Saturni memoriam tali nota signata quod sensit Ouidius dicens.

At bona posteritas puppim formauit in ære.
Hospitis aduentum testificata Dei:

Hæcque uidere licet apud Corasium relata
260 Miscellaneorum lib. 3. capi. 3. † quæ utcumque sint patet apud gentes usum pecuniæ signatæ ante ius ciuile fuisse, cuius sententiæ fuit Paulus in dicta l. prima, ff. de contrahenda emptione, ut perpendit Claudi. Aquens. in dicta l. ex hoc iure, num. 21. quod præter ipsum confirmatur in uersi. [*sed an sine numis hodie uenditio dici possit,*] ubi de iure ciuili agit. inde enim colligitur superius dicta fuisse de iuregentium, ubi de pecunia inuenta forma publica percussa locutus fuit.
261 † nec istis oppugnare uidetur Homerus Iliadus lib. 7. ad fidem, qui centum bonum: arma aurea permutasse Glaucum dixerit cum Diomedis armis nouem bouum, atque alibi Odysseæ primo refert Laertem 20. boues tradidisse pro Virgine empta, quæ refert Tiraquel. loco memorato, numero decimoseptimo, cum sequen. unde patet, quòd Homeri tempore non aderat pecunia si fie-
262 bat emptio interuentu bouum. † in his. n. locis Homeri boues intelligi possunt pro numis, in quibus bouis effigies erat impressa, ut Iulius Pollux, Naucratites, Onomasticon ad Commodum libro 6. putauit, quem sequitur Catelianus Cotta, libro suo memorialium, in uerbo peculium, colum. 2. si quidem & Plutarchus in Publicola asserit in uetustissimis numis signum fuisse ouis, & suis, bouisque cõspectum: & apud Plinium legimus, quòd bos olim erat numisma Attici cum bouis nota percussum Dridacmũ alio nomine dictum, quod & Alciat. probat in l. pecuniæ uerbum, ff. de uerbo. signific. quo sensu stante patet Homeri tempore pecuniã
263 fuisse. † quod si magis Plinio credimus, libro 33. cap. 1. ac Tiraquello loco citato, nume. 24. qui hunc intellectum Pollucis refellunt, cum ipse alio loco ostendat illam fuisse commutationem rerum sine numis, dici potest Homerum telationem habuisse ad primæuum illud tempus iurisgentium, quo nõ dum pecunia fuerat inuenta, quod esse potuit tempore Diomedis, & Glauci, Laertisque, & exercitus Græcorum, quod etiam meminit tex. in dicta l. 1. non tamen inde sequitur quin postea pecunia inuenta sit eodem iure gentium ante ius ciuile, ut ex autoribus supra relatis facile potest intelligi, quo fit vt tãdem ad Tollentini morsum deueniens iam constet eum tolli talis: enim forma iuregentium emptioni fuit addita, unde nimirum si eius deportatus est capax: at secus in forma testamento superaddita, quæ de iure ciuili fuit, unde iure merito deportatus est illius capax, dicta l. quidam, subindeque testamenti, quod sine ea subsistere nõ potest, dicta l. si unus, C. eodẽ. Possumus & aliter huic obiecto respondere prout tradit Connanus in commentarijs iuris ciuilis, lib. 1. cã. 5. quòd deportatus amittit factionem testamenti, quia nec iure ciuili id potest, quod amisit, nec iuregentium, propterea quod solis militibus fuit concessum apud Romanos testari
264 iuregentium. † Ad quartum respõdet hic Baueri. num. 21. falsum esse, quod de iure naturali omnia essent communia, imo uero distincta erãt dominia, iuxta illud, quod dixit Dominus Adæ, in sudore uultus tui uesceris pane tuo, & furtum non facies.
265 † Cuius sententiæ fere quoque reperio fuisse Vaconium a Vacuna libro primo declarationum, capitulo 12. ubi terra dumtaxat excepta tunc communi cæterarum rerũ mobilium dominia distincta fuisse tenet, per text. in capitu. ius naturale, prima disti. dum enim primo dicit [*communis omnium possessio*] uerba sic ordinanda sunt, possessio communis omnium, hoc est hominum, nõ autẽ possessio omnium scilicet rerum, ibique ponitur possessio pro agris, ut reperitur etiam apud Ciceronem in Paradoxis, alijsque locis, quod & clare patet ex iferioribus, ubi dicit restitutionem rei commodatæ, & depositæ fuisse de illo iure naturali: si enim omnia erant communia, quo nam modo erat depositũ, & cõmodatũ? Dicẽdũ est ergo quoq; habuisse

habuisse mobilia propria, terram uero communem fuisse, & hæc fuit ante Vaconium sententia Castrensis, in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, solumque discrepat ab eis Bauerius, quod passim tenet de iure naturali dominia fuisse distincta, ipsi uero ad mobilia tan-
266 tum se coarctant. † Sed hæc omnia sunt contra terminos communes, & receptas Doctorum sententias ab istis considerata, meritoque saltem in præsenti articulo minime recipienda, quandoquidem constitutum est, ubi de uno quærimus, cætera extrema habilia præsupponenda fore, l. qui testamento, ff. eo. notat Cast. in l. cum Archimedorum. C. ut in poss. lega. Gemi. in c. unico. §. fi. colum. fi. de sta. regul. lib. 6. Dec. in c. tertio loco, colum. 4. de prob. in ca. quæ in ecclesiarum, in prin. de consti. & in alijs locis cumulatis per Cagnol. in l. binum, numero 3. ff. si certum petatur, unde cum nunc de testamento disputemus, quo iure sit inuentum, supponi debet communis opinio Doctorum circa in-
267 uentionem dominij. † At communis est omnium conclusio de iure gentium secundario tantum, nec ante fuisse inuenta distinctaque rerum omnium dominia, ut uoluit glo. in dicta l. ex hoc iure, in uer. dominia, in prima solutione, quam communiter alij tenent, ut Claud. Aquens. refert, numero 35. & ita ipse concludit post Bar. Archid. Abb. Imo. & Angel. per eum relatos, idemque not. Doctores, in l. si id, quod. ff. de cond. inde. & in l. prima, ff. de acqui. poss. maxime, Aret. & Moderni merito male dicunt Bauerius, Vaconius, & Castren. dominia de iure naturali ante ius gentium secundarium passim, uel quo ad mo-
268 bilia inuenta esse. † Nec exempla Bauerij id probant, quatenus enim pertinet ad primum quando Deus dixit Adæ illa uerba in sudore uultus tui uesceris pane tuo, non præsupposuit esse dare meum, & tuum, dicendo pane tuo, sed id intellexit, quoad usum, & alimoniam, licet enim panis communis esset sicut & alia, tamē meus, & tuus poterat dici, qa licebat unicuiq; de illo sommere quo ad
269 usum, & alimoniam suam. † Sic in simili uidemus colonum dicere campum meum, Regatiumque, equum meum, non quod sint in dominio suo, sed quo ad curam, & solicitudinem, ut declarat Bar. in l. Quintus. §. argēto ff. de auro, & argen. leg. Decil. Neap. 403. nu-
270 mero 14. † Ad illud uero de furto, deposito, & commodato, considerandum est, ut alias plenius dixi supra, de donati. in prin. quod ius gentium primæuum nihil aliud est nisi, quod ratio naturalis dictat inter omnes gentes seruari, §. quod uero, supra de iure na. Bar. & alij, in d. l. ex hoc iure, & in d. l. si id quod, unde quotiens ratio naturalis, quid fieri dictat in aliquo casu, illo dicitur esse iurisgen. primæui licet dudum postea fuerit inuentus,

271 † quia ius gentium primæuum semper durat, nec uariatur tēpore, sed immutabile sē-
272 per permanet, cap. 1. 5. dist. † Et quotidie nascitur, ut tradit Bald. in capi. 1. §. 1. de noua for. fid. atque hinc reperitur etiam tempore quo actus inducitur, prout de lege tradit D. meus Rimina. & Ias. tacito authore, in l. 1. col.
273 num. 7. C. de eden. † Seque extendit ad talē casum iux. ea, quæ tradit Bar. in l. omnes populi, num. 60. ff. de iust. & iu. merito quādo Deus furtū prohibuit dicendo, furtum non facies, nō id dixit, quia tūc inuenta essent dominia, sicq; ꝙ tūc in aliena re furtum posset cadere, sed quia sciebat Deus furtum esse cōtra rationē naturalem quæ dictat alteri non facere, quod tibi non uis fieri, l. probrum, ff. de uerb. signifi. merito ea attenta uoluit furtū prohibere, quandocunq; posset cōtin-
274 gere dominio inuento. † quo dominio reperto si fiat furtū, illud dicitur esse prohibitū de iure naturali, hoc est iuregen. primæuo, ut infra de oblig. ex del. in princ. secundum quod & recte Fab. & Aret. exponunt, quibus & Theophi. consentit dicens, quod hoc delictum furti, non solum ciuilis, sed etiam naturalis ratio aduersatur, & sic ius gentium primæuum, quia uelut semper durās, & quotidie nascens, temporeque furti facti uigens se ad illud extendit, & in eo locum habet, il-
275 ludque prohibet. † eodemque plane modo resoluo tex. in d. c. ius naturale, qui de iure gentium primæuo loquitur, ut ibi tradit Præpos. colum. 3. dum enim inter alia quæ sunt iuris naturalis dicit [*depositæ rei uel commodatæ restitutio*] id non est, quia depositum, aut commodatum fuerint illo iure gentium primæuo, imo fuerunt postea de iure gentium secundario inuenta, §. ius autem gentium, supra de iure nat. in uerbo [*depositum*] & in l. iuris gentium, in princip. ff. de pact. ibi [*commodatū depositum*] sed quia ratio naturalis his contractibus inuentis, cœpit dictare eorum restitutionem æquissimam fore tamquam semper durans, quo-
276 tidie nascēns, &c. † Nec assentire possum Vaconio exponenti illa uerba [*communis omnium possessio scilicet hominum, non autem rerum,*] cum supra dixerit in principio textus [*ius naturale est commune omnium nationum*] hoc est hominum, unde secundum expositionem Vaconij ad sequentia uerba communis omniū, s. hominum poss. idem frustra repeteretur quo ad homines, merito melior est cōis expositio, cōis omnium, s. rerū possessio, ita, ꝙ mobiles se mouentes, & soli com-
277 prehēdit. † Reiectis igitur istis ambagib. ad arg Xpophori uera solutio est cōsiderando dupl ex ius gē. primæuū & scdariū, ut alias declaraui, supra qb. alie. licet, in prin. primæuū. n. fuit eo ipso, ꝙ gentes esse cœperunt ratione naturali inductum, absq; aliqua homi

num constitutione, ut fidem pactaque serua
re,l.1.ff.de pact.religio erga Deum, parenti
bus,& patriæ parere,l.2.ff.de iustit.& iure.cõ
munis omnium poss. & id genus, de quibus
278 in d.capi. ius naturale. †Secundarium ue-
ro postea processit ex constitutionibus ho
minum non secundum rationem natura-
lem, imo quandoque contra, ut bella, capti
uitates, seruitutes, dominia, contractus,
postliminia, & huiusmodi, de quibus in di-
cta l. ex hoc iure, & in capitu. ius gentium
prima distinct. & de utroque tradit text. in
l. si id quod, ff. de condictio. indeb. prout
Ias. post alios declarat ibi, ubi Bartol. hanc
communem theoricam tradit, in dicta l. ex
hoc iure, & in l. neque enim, ff. de testam.
mil. Doctores in l. prima, ff. de acquir. pos-
sessione, nouissimi Bononienses post Soc.
in Rubr. ff. de uerbo. obliga. & Tollent. in di-
cto §. ius autem gentium. attento igitur iu-
regent. primæuo procedit obiectum Chri-
stophori, quod cum omnia essent communia,
propter defectum materię, tunc testamentũ
fieri non posset, sed de illo iure nõ loquitur
communis hæc op. sed de iuregentium secũ
dario, quo bene dominia inuenta & distin-
cta sũt, ut supra dixi, nu. 267. merito poterat
fieri testamentũ ex materia præexistente do
279 minij rerum. † Ad quintum fundamen-
tum respondent hic Moder. Pata. num. 154.
sed minus bene. quod enim dicunt enumera
ta exempla ibi regulam illius tex. non restrin
gere, quominus locum habeat in casibus nõ
exemplificatis, ut testamento, §. hactenus, in
280 fra, de gradi. † me parum mouet, cum licet
exempla non restringant regulam, tamen eã
declarãt, ut in similibus tantum casibus ex-
pressis locum habere debeat, l. damni infe-
cti, in princ. ubi Bartol. Imo. cæterique de-
clarant, ff. de dam. infecto, ponit Paris. con
silio 110. num. 62. volum. primo, sed planum
est testamentum nihil similitudinis habere
cum exemplis memoratis, in d.l. ex hoc iure
merito alio nõ apparente non possumus illũ
281 text. ad illud extendere. † Et quod sub-
iungũt præfati Moderni, textum illum tan-
tum de contractibus loqui, non autem de
quasi contractibus, ut est testamentum,
§. hæres, infra de obligatio. ex quasi contra.
duplici morbo laborat, primo quidem, quod si
bi contrariantur, cũ in prima solutione uo-
luerint d. legẽ, ex hoc iure, ad testamẽtum ex
tendi. In hac uero secunda id negant, nam di
cendo, quòd de test. non loquitur, sentiũt il
lam in illo locũ non hẽre. secũdo credunt ex
hoc fundamentũ Fulgosij sustulisse, cũ tamẽ
id potius cõfirmẽt: si. n. lex, ex hoc iure, enu
merans ea quæ fuerũt de iuregen. de contra
ctib. loquitur, & de test. minime, datur intel-
ligi, quod illud nõ fuit de illo iure, sed postea de
iure ciuili, alias imperfecte cõcisque nimis
locutus fuisset Hermogenes illius auctor.
282 † Tertio, (quod cæteris est peius) dicunt
in hac solutione dicti Moderni, testamẽtum
esse quasi contractum, quod sane falsum est,
& erroneum, cum contractus a iure testandi
sint separati, nec ad id pertineant, l. uerba cõ
traxerunt, ff. de uerbo. significa. & quasi con
tractus improprie saltem sunt contractus,
non autem testamentum, prout pulchre de-
ducit Ias. in §. 2. nume. 34. infra de actio.
283 † Bene uerum est, quòd quasi contra-
ctus inducitur per aditionem, dicto §. hæ-
res, per Moder. citato, & in l. 3. in fi. infra q
bus ex causis in poss. eatur, & ibi glossa, Bar-
tol. & Doctor. sed aliud est testamentum, de
quo quærimus, disputamusque, aliud adi-
284 tio de qua loquuntur illa iura. † Tertio &
postremo, quòd dicunt isti Moder. melius
responderi posse, quòd ex dicta l. ex hoc iu-
re, non potest argumentum sumi a suffi-
cienti partium enumeratione, nam plures
alij sunt contractus iurisgentium, qui tamen
non enumerantur ibi, unde etiam testamen
tum potest esse iurisgentium, licet non enu-
285 meretur ibi. † Mihi non placet ullo modo
nãque post quædam enumerata dicit text.
commercium fuisse de iuregentium, quod
est nomen generale omnium contractuum,
secundum glossam ibi, Albericum, Fulgo, &
Castren. unde sub eo uelut genere contra-
ctus omnes continentur: deinde subijcit em
ptiones, uenditiones, locationes, conductio
nes, exemplificatiue illius generis, & exposi-
286 tiue. † non. n. incõuenit, ut post expressio-
nem generis sequatur ennumeratio specie-
rum, l. legata supellectili, infra de supelle.
leg. sicut econtra post expressionem specie-
rum clausula generalis quandoque subijci-
tur, l. si seruus seruum, §. inquit lex, ff. ad leg.
Aq. sicque Doctores concludunt aduersus
glossam, quæ uoluit illud uerbum commer-
cium, ad permutationem restringere, cum
uerius stet, ut genus pro omni contractu.
287 † sicut cum dicimus, istius rei nõ est cõmer
ciũ, significamus super ea nõ posse contrahi.
l. si in emptione, §. 1. ibi [*commercio exuerũt*]
ff. de contr. emp. hinc ergo patet d. legem, ex
hoc iure, in genere omnes contractus iuris-
gentium fuisse complexã, aliaque præter cõ-
tractus, ut bella, discretas gentes, & quæ se-
quuntur, ergo sumpto a sufficienti partium
enumeratione, testamẽtũ nõ uidetur de il-
lo iure postquã nõ ennumeratur ibi, sicque
uidetur adhuc fundamẽtũ Fulgosij subsiste
288 re. † sed ad illud puto responderi posse post
Baner. hic nu. 21. ad fi. quod licet iuriscõsultus
in d. l. ex hoc iure non expresserit de testamẽ
to, non ideo tamen inferri dẽt id nõ esse de
iuregen. quoniam satis est id per alia iura ex
pressum reperiri, uelut p l. lege obuenire, ff.
de uer. sig. ut supra per me inductã, nu. 240.
&

& per tex. Grecũ Institutionũ a Teophilo re latũ supra in §. ius aũt ciuile, supra de iure na
289 tu. de quo supra memini, nu. 220. † quo stã te dici nõ põt inclusionẽ eorũ q̃ memorantur in d. l. ex hoc iure, operari exclusionem testamenti de quo nõ fit ibi mẽtio, quia inclusio unius nõ est alterius exclusio, qđ alia uia cõprehenditur, ut tradit Sal. in l. quod de crimine, in secũ. oppo. C. qui accus. Dec. consi. 11. nu. 18. & D. meus Rim. cons. 529. num. 26.
290 dixique supra de dona. in prin. † quod si ualeret argumẽtum Fulgosij, sequeretur, ꝙ cũ in d. l. ex hoc iure, de postliminio non fiat mẽtio, illud non esse de iure gentium, sed de iure ciuili tantum constitutum, quod tamẽ est falsum, cum iuris gentium sit inuentione, l. postliminium, in prin. iuncta gl. ff. de capti. & post. reuer. tradit Ias. in l. si is qui pro emptore, in prin. ff. de usuc. col. 1. Aldo. in §. si ab hostib. nu. 28. supra quib. mod. ius pat. pot. solui. & est tex. apertus in c. ius gentium, 1. dist.
291 † Ad sextũ fundamentũ respondeo ꝙ actus legitimi nedũ dicũtur, qui sũt inuenti, sed ẽt qui sunt approbati a lege, & quacũque parte iuris scripti secundũ Dec. & Cag. in d. l. actus
292 legitimi. † Vnde si statutũ excludat bannitũ ab oĩ actu legitimo, intelligitur etiam exclusus a successione paterna, quia talis successio (q̃ iuris naturalis est) approbata est per legem 12. tabularum, §. 1. infra de hære. quæ ab intest. ita Alex. consil. 75. uolum. 1. & sequitur Cagnol. in dicta l. actus legitimi, co
293 lum. 2. † Stant ergo simul, ꝙ aditio hæreditatis sit de iure gentium, tamẽ dicatur actus legitimus ꝑ approbationem legis, sicut & hæreditas ex test. dicitur eo modo legitima quia lex eam approbauit, l. lege obuenire, ff. de uerbo. signi. & pulchre declarat Rui. in l. 3. col. fi. ff. de leg. 1. & sic argumẽtũ necessario nõ concludit.
294 † Ad septimum dico, ꝙ cum Imperator intenderet hic tractare de testa. formato & solenni, quod a iure ciuili inuentum est secundum omnes, merito in dicto §. fin. supra de usu, & habi. dixit uidendum esse, quibus modis iure ciuili res acquiruntur. Probatur hoc in uers. postea uero, ubi dicitur, ꝙ postea ex edicto prætoris forma alia faciendorum testamentorum introducta est. hinc enim colligitur, ꝙ in illis tribus generibus testamentorum forma interueniebat, at nos quærimus de testamento puro ac simplici, & sine forma, quod bene fuit
295 de iure gen. † Ad octauum respõdet Rom. in l. si testamentũ, C. eo. ꝙ lex 12. tab. dedit liberam potestatẽ testandi approbatione non autem inuentione. Addunt, & secundo loco Moder. Pata. num. 168. ꝙ text. potissime in l. uerbis legis, ff. de uer. sig. dicit a lege 12. tab. latissimam potestatẽ tributam esse hæredes instituẽdi, quę uerba inferũt, & ante legẽ 12. tab. a iure gen. datam fuisse potestatem id faciendi, licet non ita latãm, quod argumentũ fallax est: potuit enim quidem fuisse data ante legem 12. tab. per leges eam præcedẽtes,
296 non autem per ius gentium. † nos melius, & tertio loco dicere possumus, quòd Pomponius uoluit tantum declarare quid intellexerit concedere lex 12. tab. per illa uerba sua [*uti legasset suæ rei ita ius esto*] diciteque Pompo. quòd [*his uerbis legis 12. tab. latissima potestas tributa uidetur & hæredis instituendi*] & c. quæ sequuntur faciendi, an modo ipse actus testandi, & instituendi hæredes fuerit a lege 12. tabula. inductus, uel ante de iure gentium, nõ fuit intentionis Pomponij quicquam ibi disponere seu declarare: unde stare potest, ꝙ sub potestatem concessa ex dictis uerbis cõprehendatur ius instituendi hæredes, & tamen, quod talis institutio fuerit de iure gen. sicut etiam cõprehẽditur ius libertates dandi, ut tex. subnectit, quod tamẽ constat fuisse de iure gentium, l. manumissiones, ff. de iust. & iure, & supra de liberti. in prin. & ita pulchre declaratus ille tex. non officit opinioni
297 communi. † Ad nonum dico, quod nihil facit ille tex. in dicta l. testandi non enim dicit, quod facultas testandi sit concessa a legibus, ut inducit Siculus, sed inquit [*testandi causa de pecunia sua legib. certis facultas est.*] quę uerba nihil aliud inferunt nisi, quod secũdũ certas leges testandum est, hoc est secũdum formam, & solennitates earum, sicque gl. Bartol. Castren. Alexan. & omnes intelligũt idque uerba quæ sequuntur ostendunt [*non iurisdictionis mutare formam, uel iuri publico derogare cuiquam permissum est.*] quæ uerba denotant, quod nemo facere potest quominus leges in suo testam. locum habeant, ut sumat illum textum Alexander: hæc autem nõ negantur, quæ dicit ille text. imo cautũ habetur ante etiam, in l. nemo potest, ff. de legat. primo, sed bene dicitur, quod de origine testamenti nihil prorsus agit ille text.
298 † Ad decimum de le. 3. eod. respondetur, quod loquitur ille text. de factione testamenti solennis secundum glossam, lectura 4. quam Bartol. & alij sequuntur ibi, quod præter eos confirmo: nam illatio ut bona sit non debet ex separatis, & diuersis fieri, l. Papinianus exuli, ff. de miu. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquire. possess. & ibi not. Ias. nuum. 22. & in l. si pecunia, nu. 9. ff. de leg. primo. sed dum infert tex. [*ideoque forma eius priuatorum pactis non læditur*] uerbum, forma, secundum Dyn. & Alberic. exponitur, i. solennitas, & uerbum, eius, s. testamenti factionis, merito si clare loquitur illatio de solennitate testamenti, fateri oportet principium, ex quo infertur de testamenti factione solenni, & formata, cum alioquin illatio nõ esset bona si de facultate simplici testandi loqueretur, & postea ad solennitates testamenti fa-

tisfaceret illationē, propterea Cumanus dictam illationem animaduertens tandem cōcludit, & exponit illum text. in hunc modū: quod factio testamenti quo ad saluratem, & formam est iuris publici, nō autem priuatim introducta, & illatio est bona, quæ sequitur sic intelligendo principium: intellexit. n. Cuman. uerbum factio pro facultate, uerbū autem testamenti de foleuni, & formato.
199 † sicque pariter intellexit Aret. ibi, notauit que, dicens quod solennitas quæ seruatur in testamentis est introducta in fauorem publicum, principaliter enim fuit inducta ne committerentur falsitates in testamentis, & sic afferret materiam delinquendi, l. fi. C. de fideicomm. unde cum & interpretum maior copia, & illatio sequens ad illum intellectū nos trahant, non est ab eo temere recedendum, & posito q aliqui codices, ut Germani, Pandectæ ue Florentinæ non haberent illationem prædictam, satis est, quod frequentius, & communiter uulgo habetur, ut non.
300 inficiatur Ferrettus. † quatenus uero pertinet ad doctrinam Bartoli per illum tex. in dicta l. qui a latronibus, parum moueor, loquitur enim de facultate testandi secundum ritum unius loci magis quam alterius sicq; de solennitate testandi in uno, uel alio loco requisita, unde recte ad hoc propositum dixit testamenti factionem iuris ciuilis esse, citans d. legem 3. quæ hoc casu loquitur, ut pa
301 ret ex intellectu supra dato. † Ad undecimum de l. lege obuenire, iam patet illū text. pro communi facere prout indu i superius, nume. 2 30. & nouiter interpretatus sum. nec usquequaque mihi placet expositio Siculi, de uerbo confirmantur, pro dantur, cum nullam dubitationem tex. haberet, contra l. quod Labeo, ff. de Carbo. dicere enim quod hæreditas ex testamento lege obuenit, quia a lege datur, scrupulo caret. rursus illa ratio esset eadem cum dicto, nam ab aliquo dicitur obuenire, quod ab eo datur, l. nec adiecit, ff. pro socio, in uer. obueniunt iuncta l. prima, in uer. dat. ff. de donatio. † Sed
302 ratio talis in iure reprobatur, ut per glo. Bartol. & alios, in l. finali, ff. de offic. procura. Bartol. in l. qui interrogatur, ff. de petit. hęre. Castren. in l. non omnium, ff. de legibus. Alexander, consilio 134. uolu. secundo, Dec. consilio 100. colum. prima, Dominus meus Riminaldus, consil. 99. nume. 56. cum similibus unde prout iacet ille text. est intelligendus, de confirmatione facta à lege 12. tabularum hæreditatis ex testam. prius de iure gē
303 tium institutæ. † nec ab isto sensu satis plano, & amico litteræ me retrahit glossa, in l. in f. in principio ff. ad leg. Falc. qua mouetur Siculus, quoniam male in argumentum ad intentionem suam deduxit dictam l. lege
304 obuenire, quæ illā non probat. † nec in-

super debuit uiolare textum illius legis primæ, ubi clare dicitur, quod [*lex Falcidia lata est quæ liberam legandi facultatem dedit usque ad dodrantem.*] quę uerba non patiuntur illam expositionem dedit, id est datam confirmauit, probatur ex his quæ docte, uere. & eleganter tradit Teophil. infra de lege Falcid. in principio, quem Balduinus refert, & sequitur: cum enim liceret olim totum patrimonium, uel fere totū legatis exhaurire permittente id lege 12. tabular. qua sic cautum erat [*uti quisque legasset, suæ rei ita ius esto*] postea placuit hanc legandi licentiam coarctare, id quod & ipsorum testatorum gratia inuentum est, ob id quod plerumque intestati moriebantur, recusantibus scriptis hæredibus pro nullo aut minimo lucro hære-
305 ditatem adire. † Et lata quidem est post hæc lex Furia, qua cauebatur ne cui ultra mille aureos legare liceret, quod si quis maiorem summam sibi relictā accepisset quadruplum eius, quo plus quam licebat acceperat, reddebat: uerbi gratia si mille, & ducentos aureos acceperat, quadruplum ducentorum reddebat, hoc est octingentos, sed parata huic legi fraus erat, etenim si quis cum quinque millium aureorum in bonis haberet, quinque legatarijs millenos reliquisset, in legem non incidebat, & rursus tamen eueniebat, ut hæres qui nihil lucri habebat, hæreditatem repudiaret, & ita iterum sub-
306 uertebantur testamenta. † Tertio loco lata est lex Voconia, qua cautum erat, ne legatarius plus haberet quam hæres. Sed tamen & hæc ipsa facile conuellebatur, nam si quis cum centum solidos in bonis haberet, hæredem me instituisset, & nonaginta nouem legatarijs, singulos solidos reliquisset, neque legem transgrediebatur, & locum tamen faciebat repudiationi ob unum enim solidum nemo totius hæreditatis one
307 ra subire sustinuisset. † Vltimo igitur lata est lex falcidia quæ totum defuncti patrimonium in 12. uncias diuisit, uetuitque ne cui ultra dodrantem, id est nouem uncias totorum bonorum legare liceret, unde bene dicitur, quod per legem Falcidiam modus nouissime legatis impositus est.
308 † Ex hoc progressu post Teophilum facto facile deprehenditur illa uerba Pauli iurisconsulti, in dicta l. prima, ff. ad legem Falcidiam, [*lex Falcidia, liberam legandi facultatem dedit usque ad dodrantem,*] debere intelligi; ut iacent, non autem, quod datam potestatem a lege duodecim tabularum confirmauerit: cum enim tum per legem Furiam, tum per Voconiam, illa facultas data per legem duodecim tabularum, sopita fuisset, iuxta §. sed naturalia, in fine, supra de iure naturali.
309 † quod induxit lex Falcidia, de nouo dicitur

citur in luctũ ab ea, non aũt ab ea cõfirmatũ iuxta nota. in l.j.§. si quis ędificiũ.ff.de ope. no.nun. de ædificio collapso in totũ, qđ si de nuo fiat, dicitur nouũ, qđ insuper confirmatur, nam si per legem 12. tabul. licebat totũ patrimonium in legatis erogare, lex autem falcidia usque ad dodrantem restrinxit dictamque licentiam legandi coarctauit, ut dicitur infra de lege falc. in princ. non dicitur datam potestatem confirmasse, sed nouam licentiam dedisse, quia ubi addimus, uel detrahimus priori dispositioni, nouam dispositionem efficimus. l. ius ciuile, ff. de iust. & iu. quod uidetur utique fuisse de mente Cuma. in d.l.j. vbi relata expositione glossæ, subdit: potest ergo dici, quod lex Futia, & Voconia legi 12.tabu. derogarũt, postea lex Falcidia permisit, uel dedit idest restrinxit, ut Inst.eo.in prin. & ita quoquomodo male lo

310 quitur And.Sicul.† Ad duodecimum de.§. disponat.in Auth.de nup. respõdetur, quod ille tex.non loquitur, ut inducit eum Siculus quod lex 12. tabularum prima nobis potestatem testandi dederit, sed postquam dixit, [disponat unusquisque in suis, ut dignũ est, & sic lex eius uoluntas,] subdit [sicut & antiquissima nobis lex, & prima pene reipublicæ Romanorum disponens ait, uti legasset de sua re, ita ius esto,] dicit ergo tex. legem 12. tab. fuisse antiquissimam, & primam pene Reipub. Roma. & disposuisse, quod unusquisque de re sua disponat, sed quod prima hoc concesserit, non dicit Imperator ibi, & licet dicatur ibi, & in d.l. uerbis legis 12. tab. legem 12.tab. latissimam disponendi facultatem dedisse, non per hoc iuris gentiũ origo circa testamentum negatur, ut inquit hic Vigli. nam & prætor cognatis tribuit successionem, quæ non ideo minus est de iure omnium hominum, & lex furem punit, quod nõ ideo minus naturaliter est prohibitum, ut infra de obl. quæ ex delic. in prin. unde sic &

311 in d.§. disponat, est dicendum.† Errauit autem latis Tollenti. existimans ex illo tex. ante legem 12.tabu. nullam aliam legem fuisse, cum id sit contra tex. in l.2.ff. de orig. iu. in prin. & discursu, & tradit glo. in d.§. disponat, in uer. pene, quod uerbum etiam id confirmat: si enim pene prima fuit lex, utique nõ simpliciter, & absolute prima fuit, sed aliæ

312 prius fuerunt.† Ad tex. in c.ius Quiritum, prima distin. respondet hic Vigli. Isidori authoritati non multum tribuere solere, quæ nulla etiam nos necessitate coarctat, nam & de contractibus quam est falsum? quod tamẽ eodem ordine ponit, & ad exceptos casus restringere ualde durum est, ut censuit Ias. in rub.ff. de acqui. hære. transeat itaque cum erroribus canonistarum, ut dicere Cyn. noster cõsueuit, & ita residet Viglius Isidori autho

313 ritati detrahendo.† Nos etiam, quod eam concedamus, & Gratianum sequamur, qui eam probauit, dicere possumus illum tex. nõ obstare: cum enim dixit [in quo de legitimis hæreditatibus agitur] nõ passim de omni hereditate, & in quocunque casu debet intelligi, sed de tempore Romanorum, & sic iuris Quiritum introducta, ut de cõcessa matri ad solatium liberorũ amissorum per Diuum Claudium posteaque per Senatusconsf. Tertulli. plenissime, ut infra de Sen.consf. Tertul. item de filijs etiam uulgo quæsitis delata in bonis matris per Orficianum, ut infra de Sen. consf. Orfic. rursus de patri concessa contracta fiducia emancipanti ex Imperatoris constitutione, in l.fi.C.de eman.lib. & infra de legi.agna.succ. in fi. & in similibus casibus, unde non negat ille tex. quod hæreditas ex testamento, uel ab intestaro prius inuenta fuerit de iure gent. sed respectum habuit ad hæreditates legitimas iure Quiritũ constitutas, eodemque modo, quod de contractibus subdit est intelligendum relatione facta non ad omnes, sed de iure ciuili inuentos, nec durum, uel asperum id uideri debet, ut Ias. & Viglio, cum quæ de curationibus, tutelis, & usucapionibus prodit tex. ad id nos impellant: sicut enim ea iuris ciuilis sunt, ut supra de tutel. in fi. princ. & supra de usuca. in princ. deprehenditur, pariter & de contractibus loqui, quatenus iuris ciuilis fuerunt, ut una pars aliam declaret. l. si seruus plurium, in fi.ff. de leg. 1. & tũc bene succedunt uerba, quæ sequuntur in tex. [quę iura apud nullum alium populum reperiuntur sed propria sunt Romanorum, & in eos solos constituta, uel ut exponit Archidiaconus in iure Quiritum de contractibus agitur,] idest qualiter celebrentur in scriptis, uel non, non autem noluit dicere, quod ab eo inuẽti sint.

314 †& sane tex. ille locutus fuit eodem modo quo Iustinianus in alio supra de patr. pot. §.1. dicens [ius autem potestatis, quod in liberos habemus, proprium est ciuium Romanorum, nulli autem alij sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus.] ut enim scite declarat illum tex. Vaconius a Vacuna, declarationum lib. j.c.8. non negat ille tex. alios hoĩes, & gẽtes ptãtem in filios habere, longeq; ante Roma. inuẽtã esse, imo uero Arist. 8.Ethic. id testatur dicens, [natura pater filiorum, auus nepotum, Imperium obtinet, & confirmatur ex l.pronuntiatio.§.iure enim proprio.ff.de uerborum significa. ubi tex. inquit, [familia dicimus plures personas, quæ sunt sub unius potestate aut natura, aut iure subiectæ, ut puta patrem familias filiumfam. filiamfam. nepotes, & neptes.] sed intentio sua fuit dicere, quod patria potestas qualificata, & ad plures effectus apta propriè est

315 ciuium Romanorum.† Aliæ enim gentes,

ut

ut Persæ, secundum Vaconium a uel Sclaui,
secundum gl. in d. textu, filijs utuntur, ut ser
uis, non autem ut Romani, quarum gẽtium
respectu sic locutus fuit Imperator, ut & in
316 suo casu Isidorus. † Ad tex. nostrum in uer
siculo, ut & hoc ius tripartitum, per Tollen.
consideratum, breuiter respondetur, quod
de iure prætorio, ciuili, & constitutionibus
mentionem fecit Iustinianus, quia formam
testamẽto addiderunt, & de testamento for-
mato, & solenni intendebat tractare de iu-
re uero gentium tacuit, quia testamentum,
317 unde & sine forma inuenit. † Ad decimum-
quintum fundamentum, quo Mod. Patauini
mouẽtur, dico uerum esse iusgentium, nõ pa
ti quem locupletari cum alterius iactura, si
nulla illius culpa, uel negligentia cõcurrat.
Idemque ius ciuile disponit. l. id quod no-
strum. ff. de reg. iur. ubi [id quod nostrum est
sine facto nostro ad alium transferri nõ po-
test.] quod enim dicit, sine facto nostro, ge-
neraliter accipitur tam pro actu meri, & na-
turalis facti, iux. l. traditionibus, C. de pact.
quam pro simplici uoluntate, & etiam pro
negligentia, secundum Dec. Cagno. & Fer-
318 rarium. † At si culpa concomitetur, uel ne
gligentia, bene ius naturale, uel ciuile tole-
rant quem locupletari cum iactura alterius,
patet in Ruben filio primogenito Iacob, iu-
re primogenituræ priuato, quia ascenderat
cubiculum patris, & eius stratum cõmacula-
uerat, ut habetur Genes. cap. 49. & refert Gu
liel. Bened. in c. Raynutius, in uer. in eodem
testamento, primo, numero 207. de testam.
idem patet i quolibet filio, qui culpa sua pri
uari põt hæreditate, ac legitima sua, §. aliud
quoque capitulum, in Auth. ut cũ de ap. cog.
not. in l. cum quæritur, & in authentica, no-
319 uissima. C. de inoff. testamen. † Idemque in
usucapione, & præscriptione, quibus quod
unius est ad alium transfertur, ob socordiã
tamen dominorum, qui legitimam operam
patrimonio haud nauant, & sic propter ne-
gligentiam non utentis, ut Dec. & Ferrarius
320 tradunt, in dicta l. id quod nostrum. † nec
enim damnum sentire uidentur in prędictis
casibus, cum ex sua culpa damnum sentiant,
ut inquit text. in l. quod quis ex culpa. ff. de
regulis iuris, merito stant ista simul, quod te
stamentum sit de iuregentium, & tamen,
quod filius possit priuari bonis a patre suo,
id enim cum causa tantum fit, quod etiam
321 iusgentium concedit. † Preterea damnum
uel iactura, quæ idem sunt, nihil aliud est quã
diminutio patrimonij, l. 3. ff. de dam. infec.
at quando filius priuatur bonis a patre suo
non proprie dicitur damnum, uel iacturam
pati, quia uiuente patre nullum ius habet
spem ue probabilem in bonis patris aut le-
gitima, l. post emancipationem. §. primo. &
ibi Barto. ff. de lib. leg. l. 1. §. si impuberi. ff. de
col. bon. quod latius declaraui, supra quibus
alie. licet, in prin. merito non uerificatur re-
gula d. legis, nam hoc natura, unde nihil im-
pedit quominus testamentum iurisgen. esse
possit. & ita tollitur obiectum quoquomo-
322 do. † Ad decimumsextum fundamẽtum de
l. 1. ff. eo. respondetur, posito, quod expona-
mus, [iusta sententia,] idest secundum iuris
ciuilis dispositionem, cuius opin. etiam fuis
se reperitur Barto. ibi in secunda expositio-
ne, & Cast. col. 2. Vaconius a Vacuna, li. 4. de-
clarationum, cap. 118. ubi intelligit iusta sen
tentia, idest secundum leges; omnia enim, q̃
sunt a lege diffinita dicuntur iusta, & omnia
legitima merito iusta habentur, secundum
Aristo. 5. Ethic. circa prin. non ideo minus
sequitur testamentum sui origine esse posse
de iuregen. prout simplex est, & a solennita-
tibus distinctum. diffinitur ergo testamen-
tum ibi prout ad solennia redactum est de
iure ciui. antea uero sola allusione uel ethi-
mologia de qua hic ĩ prin. complectebatur.
323 † Ad decimumseptimum argumentum,
quod faciebam post alios dico, non probari
quod de iure gentium filius testari non pos
set, sed de iure ciuili tantum, prout leges al-
legatæ loquuntur. aut ergo dicimus patriã
potestatem iure ciuili tantum, & non ante in
uentam esse, & nihil impedit ipsum testari po
tuisse. quod si dicimus eam iure ciuili prius
cognitam fuisse, quod Vaconius dixit Decla
ra. lib. primo, cap. 8. & supra retuli, & idem di
cendum est; tunc enim qualificata non erat,
ut quidquid acquireret filius, patri quæreret
sed iure ciuili Romanorum hic effectus in-
ductus est, ut ille refert, & probari uidetur
in l. acquiritur. ff. de acq. rer. dom. et sup. per
quas perso. §. 1. & in l. placet. ff. de acqui. ten.
hære. cum similibus; unde cum tunc actu, uel
habitu filius bona posset habere, testari po-
terat. at de iure ciuili secus. cum nec actu nec
habitu sibi posset acquirere, iux. not. per
Baldũ, & Salycetũ, in authentica, ingressi.
C. de sacrosanctis ecclesijs, cum alijs supra
cumulatis a mę, in rubrica huius tituli, nu-
324 mero 224. † Ad decimumoctauum di-
co, quòd testandi facultas per statutum qui-
dem; tolli potest, sed non simpliciter, & abso-
lute, sed ex causa puta delicti, uel bonis inter
dicendo, prout clare loquitur Ang. in dicto
consilio 66. colum. fina. quomodo sic alij de
bent intelligi, qui eum allegant, iux. docto.
Bart. in l. non solum. §. liberationis uerbo. ff.
d libe. lega. uel non in totum, sed restringi
modificarique sic ueluti, quod mulier testari
non possit sine consensu duorum proximio
rum, prout loquitur idem Ange. in Authen.
ut factæ nouę constit. & certe neutrum mi-
rum uideri debet, tametsi constanter tenea
325 mus esse de iure gentium, † quoniam
& ius gentium, ex causa tollitur eique de-
rogatur

rogatur, ut in dominio otter illa iure inuento, quod auferri potest ex causa, secundum Barto. in prae. Digestorum, per omnes can. in ca. quae in ecclesiarum, de consti, pari quemodo ius gentium distingui potest, & modificari, licet non in totum tolli, ut not. glo. & Doctores, in l. ius ciuile. ff. de iust. & iure, unde sic & testamentum, quod iuris gentium est, & eius facultas statuto non debet in totum tolli posse sine causa, sed in parte sic, qd an etiam per uiam donationis fieri possit la te supra disserui, in prin. de dona. nume. 26.

326 cum sequen. † Quod uero postremo dicebam post Aemilium Ferrettum, in l. 3. col. 3. ff. eod. parum negocij facit: nam, ut pulchre tradit hic Vigl. ex unius gentis usu non est de iure gentium iudicandum, & si de Germanis hoc scripserit Tacitus, non ideo caeteras gentes non disponere de bonis suis morien

327 tes sequitur ullo modo. † Sublatis ex praedictis omnibus argumentis primae opi. in hoc articulo superest ad secundam descendere, quae tenet, testamentum fuisse de iure diuino per authoritates sacrae scripturae citatas, sed breuiter illis respondere potest ab intestato loqui, nil que ad testamentum facere.

328 † Circa uero tertiam opin. sunt qui dicant textum in ca. ius naturale, prima distinct. in uer. [*liberorum successio*,] de propagatione ipsorum debere intelligi, quae fit per carnem secundum glo. ibi, confirm atque And. Sicu. in d. rub. ex eo colum. 8. propter uerba, quae sequuntur, & puerorum educatio, primo enim ponitur liberorum propagatio, hoc est procreatio, deinde sequitur eorum educatio, eodemque sane modo locutus fuit ille tex. quo iurisconf. in l. 1. §. primo, ff. de iust. & iure, & supra de iure nat. in prin. ibi, [*maris atque faeminae coniugatio, liberorum procreatio, & educatio.*] sic enim quoque dixit Isidorus, [*uiri & faeminae coniunctio, liberorum successio, & puerorum educatio.*] nec alia uidetur differentia nisi, quod illa iura brutis etiam rem communicarunt, at Isidorus inter homines tantum

329 locutus fuit. † Alij uero, ut Guliel. Benedi. in d. cap. Raynutius, in uer. testamentum, primo, colum. 2. intellexerunt illum tex. quo ad legitimam, quae succedit loco alimentorum secundum Dy. in c. indultum, de reg. iur. in 6. & Cy. in l. sancimus. C. de nup. ita, quod sicut alimenta debentur filijs de iure naturae, supra de iure natu. in prin. ita etiam successio in legitima est de iure naturali, sed ultra legitimam est de iure gentium, & ciuili. sed haec interpretatio tum diuinat, tum restringit nimis illum tex. in uer. liberorum successio ad legitimam, cum passim loquatur, & insuper obstat tex. in l. scripto, in fi. ff. unde libe. qui de haereditate parentum loquitur, & sic de uniuerso iure defuncti, iux. l. nihil aliud. ff. de uerb. signi. & tamen dicit, quod ad eam [*naturalis & praecipue ratio quae parentibus liberos uocet*] eodem iure modo textus in l. cum ratio. ff. de bon. damn. dicit, [*cum ratio naturalis quasi lex quaedam tacita liberis parentum haereditatem addiceret.*] nō enim de legitima tantum, sed uniuersolum iunguntur illae leges, quod iure naturae filijs applicant, unde corruit ex eis interpretatio Gul. Benedicti, tutiorque redditur ad cap. ius naturale, praecedens intelligentia.

330 † Quod si uelim illum tex. de successione liberorum in haereditate locutum fuisse, eam que iuri naturali dedicasse, planus erit ad illum tex. sensus, & interpretatio prout etiam supra dixi, num. 370. cum sequen. nam cum insgen. primaeuum sit ratio quaedam naturalis, quid dictans inter omnes gentes seruari, semperque duret, nec uarietur tempore, in hisque nascatur, statim dominijs inuentis ac distinctis, dictare capit, ut liberi succederent parentibus, eoque modo talis successio dicitur de iure naturali, non quod illo tempore reperta esset: non erat etenim propter communionem, sed quia inuenta postmodum propter distinctionem mei, & tui, ius naturale capit illud dictare, uelut tūc durans, inuariabile, quotidie pullulans, & ad illum casum se porrigens, & haec est, interpretatio sana, meliorque illa Vaconij a Vacuna, declara. lib. 1. cap. 30. qui uoluit omnino successionem liberorum tunc fuisse de iure naturae, cum dominia, & res essent propriae, quod est contra receptas conclusiones tenentes, quod essent communes, nec inuenta essent dominia, unde debet intelligi tex. il le, ut dixi, sicque pariter intelligendae sunt d. lex, scripto, & lex cum ratio, de quibus sup.

331 † Tertio considerandum est illum tex. capi tuli, ius naturale, de successione ab intestato loqui: illa enim bene est de iure naturali, quae eam defert, nō autem parens nisi iuris fictio ne, l. conficiuntur, in princ. iunc. glos. in uer. creditur, ff. de iure codic. merito nil ad quaestionem nostram pertinet cum simil. quae de testamento tractat. eodemque modo po test resolui tex. in l. fin. C. quor. bon. & in §. principium, in Auth. de haere. & fal. ut de primo tradit Andr. Sicul. in dicta rubrica, & Bel lon. hic in prima quaestione, numero quinto, uerbaque tex. suadent ibi, [*a bonis intestatae uxoris*,] & illa, [*cum uniuersum omnia responsa, & lex ipsa naturae successores eos faciant*,] nam ex testamento, uxor esset illa, quae id faceret. §. disponat, in Auth. de nup. tantum igitur abest, ut ille tex. ad rum bum faciat, & ita tandem remanet defensata communis opinio, in hac quaestione, in qua non ignoro me prolixiorē fuisse, sed plura, quae necessariā excussionē desiderabāt breuiloquio cōplecti nō potue-

332 runt. † Decimoquarto, ex ordine litterae notari potest ibi forma alia faciendorū testamentorum, qd numerus septem testiū, est de

forma

forma testamenti.pater, dum inquit impera-
tor,aliam formam testamenti introductam
fuiss. de intepræt. nulla enim emancipatio
desiderabatur, sed septem testium signa suf-
ficiebant.de hoc autem latius dixi intra, de
exi æn.liber.in rubrica,in princ.ubi etiam te
tigi an sit de forma probatoria, uel substan-
tiali;ad ibi dicta me remitto si forsan impri-
333 mentur. † Decimoquintò, ibidem nota,
quod ius prętorium honorarium appellatur
ita ibi ex ædicto prætoris; iuncto ibi,iure.n.
honorario.Rationem adfert tex.in §.præto-
rum,supra de iure nat. quia qui honores gé-
runt,authoritatem huic iuri dederint, & in
l.ia.§.eodem tempore.ff.de orig.iur.ibi ho-
norariũ dicitur, quod a prætoris honore ue-
nerat,nec id mirum,quia si poterunt pręto-
res ius alienum corrigere.l.ius autem ciuile.
ff.de iust.& iu.§.ius prætorium.multomagis
suo iuri poterũt authoritatem impartiri,cũ
in re sua facilius quis esse soleat moderator,
& arbiter.l.in re mandata.C.mand.quam re-
gulam latius exornat Crau.consi.217.col. 2.
334 quam in aliena.† Decimosextò, sequenti,
loco notãdum est secundum Are.ibi in unã
consonantiam, quod proprium est leges le-
gibus concordare, & iura discordia, opinio-
nesque difformes in unam consonantiam re
ducere, conformis est tex. secundum ipsum,
in l.1.C. de inoff.doti. & in c. cum expediat
335 de elect.in 6.† Hinc idem notans Bauer. in
fert ad testem, quod si in eius dicto discorda
re uideatur,concordari debet exemplifican-
do,ut hic per eum, quod idem tradit Dec.in
notabili casu, cõsi.100.colum.1.& latius plu
res allegans, consi.172.colum.2.in fi.Ias.in
l.1.num.9.ff.ne quis eum. ubi dat pulchrum
exemplũ, & Rui. cons.76.nume.4.uolum.5.
336 † Et ultra bene facit,si enim testes dixerunt
quid factum fuisse pręsente Titio, & Seio, po
stea interrogati,qui erant præsentes respon-
derunt,quod nulli, intelligitur supleturq; eo
rum dictum pręter prędictos, ut saluentur à
contrarietate,& falso,ut tradit Albe.& Alex.
in l.non erit.§.dato.ff.de iurein. Alex. consi.
180.in fi.uol.5. Are.in c.cũ tu.de testib. Soc.
cons.56.col.fi.uol.4.Gramma.cons.33.Dec.
337 in d.cons.100.col.3.post prin.† Idemq; in-
fert Bauer.in statutis obseruari, quę inuicẽ
contrariari uidentur,ut si aliqua subdiuisio-
ne,uel interpretatione saluari possint, ea sal-
uemus a contrarietate, secundum Bar.& An
cha. quos citat,quibus adde Abb.in c.gratũ.
de off.deleg.& in c. super quęstionũ, in prin.
eo.tit.Dec.cons.283.nu.4.cons.510.nu.11.
Paris.cons.166.nu.14.uol.4.Riminal.meum
clarissi.consi.203. in fi.Idem quoque secũdũ
eum uidemus in responsionibus,positionib.
factis, quę debent ad concordiam reduci,ne
respondens incidat in contrarietatem ex de
338 dictis per eum.† Quibus adde, idem esse in

faciente positionẽs,quę uidentur inuicẽ cõ-
trariari,ut saluari debeant:exemplum si pe-
tatur fundus uigore stipulationis a me, ego
uero ponam,quod non promisi,demum se-
cundo dicam,quod pręscripsi, quod pręsup-
ponit promissionem,nam debet intelligi, q
nõ promissi.& quatenus promiserint, quod
pręscripsi,ita Bal.Cast.Alex.Ias.& alij,in l.1.
339 ff.ne quis eum.† Et ut cętera exempla præ-
teream,hęc est regula cõmunis in qualibet
dispositione, quæ ita intelligi debet,ut con-
trarietas remoueatur, ut post multos inquit
Dec.in d.c.gratum,num.3.in l.pacta nouissi-
ma.C.de pact.& cons.602.num.4.& infinita
post eundem commemorat ad hoc elegan-
ter Cagnol.in l.ubi repugnantia, numero 4.
ff.de reg.iur. ad quem, te remitto. Sed ma-
gis prope accedens ad notabile ex hoc textu
collectum considera, quod licet id, in textu
nostro probetur hoc modo, ius enim ciuile
in testamento per æs, & libram exigebat e-
mancipationem,ius prętorium nequaquam
demum sublata fuit illa emãcipatio, septem
que testes desiderari cæperunt, quod ius ci-
uile quodammodo exigebat: computato
enim libripende, & emptore familiæ, erant
septem,ut glo. declarat in uer. quodammo-
do.sic ergo patet ad unam consonantiam
340 hæc iura fuisse redacta.† Tamen hoc mini-
me probatur ex dicta l.prima, C.de inoff.do
tib. nam contra inofficiosam donationem
tantum fuerat prõmissum titulo superiore, su
per uero dote inofficiosa nil cautum, unde
nulla hic legum contrarietas dici poterat,
341 † quæ contingit,quando iura super eodem
casu diuerso modo uidentur decidere, ut
quia de eisdem personis, & actibus eodem
temporis instanti contraria formantur,in c.
glo.in clemen. fina.de testib. Cagnol. in di-
cta l.ubi repugnantia,num. secundo,textus
ergo in dicta l. prima,licet semper ad hoc al
legetur,tamen alia fuit eius intentio dum di
xit, cõcordare legibus leges promptum est,
ut concordare legibus leges debeamus per
similitudinem, ut sicut per leges præceden-
tes inducta fuit querela inofficiosæ dona-
tionis contra donationem, ita per illam le-
gem primam debuerit induci querela inof-
ficiosæ dotis contra dotem ex eadem æqui-
tate ne filijs fraudentur legitima,& sic,quod
de similibus ad similia procedendum est, ita
illum textum declarant Iac.de Rau. Pet.Cy.
& Castren. quod sũme notandum est, quia
passim consueuerunt Doctores allucinari
342 propterea illum citãtes.† Decimoseptimò
notãdũ est ibi constitutum est &c. secundũ
Aret. quod ex duobus contrarijs fit optimũ
temperamentum,ius enim ciuile in testamẽ
to per æs, & libram requirebat emancipatio-
nem ius prætorium secus, & sic erant con-
traria, ex quibus modo factũ est optimum
tem-

temperamentum, quia explosa illa emancipatione constitutum est 7. testes interuenire debere, quinque de illo iure ciui. in effectu, & origine, duos uero ex additione iuris prætorij. concordat tex. in §. cum ex aliena, supra de rer. diui. dum loquitur de uino, &
343 melle. †Decimooctauò notandum est ibi, ut uno eodemque tempore septem testibus adhibitis, &c. quod testes, qui in testamento requiruntur, eodem tempore debent inter-
344 uenire, †unde infero, quod si contingat aliquem ex testibus longiori spatio abesse aliúque eius loco surrogari, quod coram eo repeti debent omnia, quæ facta erant hucusq; ut ipse, una cum alijs testibus possit testificari de toto testamento, nec sufficeret, ut ille, q recessit testificetur de gestis coram se, surrogatus autem cum alijs de gestis coram eo, quia eodem tempore non interuenerunt, & sic impeditur contextus testamenti, ita per illum tex. dicunt Bal. & Cast. in l. cum antiquitas. C. eo. inferendo etiam, quod si post factum medium testamentum omnes testes recesserunt, alijque loco eorum surrogentur, si gesta non repetantur coram eis non potest id testamentum probari, partim per recedentes, partim per surrogatos ratione prædicta, & cum prædictis consentit etiam Dec. consi. 105. colum. pen. Alex. consi. 176. uiso themate, colum. 3. in fi. 2. uolum. Bauer. in §. fi. nu-
345 mero 14. infra eo. quod bene signa. †Decimonono notandum est, ibi septem testibus adhibitis, secundum Are. & Bauer. quod in testamento testes debent esse rogati, concordat tex. in l. hac consultissima, C. eo. ibi rogatis septem testibus numero, & in l. hæredes palam. §. pen. ff. eo. & utrobique notant omnes Doct. quod cum sit unū præcipuum de requisitis in testamento, plenius attingen-
346 dum puto. †Et quidem in primis requiritur, quod iste rogitus fiat pro testamento faciendo, non autem pro publicatione peragenda: si enim ordinata iam, & scripta schedula testes fuerint rogati, ut sint testes publicationi faciendæ, non autem ordinationi iam factæ, & scriptæ, utique talis rogitus non ualet, & testamentum corruit, ita subtiliter uoluit solus, quem uiderim, Roy. consi. 1. num. 19. uolum. 3. motus per tex. in d. §. pen. vbi dicitur, quod testes ante testimonium, idest antequam testator aliquid disponat coram eis ut ibi Iac. & Alberi. exponunt, debent certiorari ad testamētum se esse adhibitos, sed hic ad testamentum non adhibentur, sed publicationi, ergo &c. mihi tamen hęc differentia utpote uerbalis non satisfacit; solennitas enim uerborum testatoris in testamentis est sublata, l. quoniam indignum, & ibi not. C. eo. sed certe, quando rogantur testes, ut sint testes publicationi testamenti faciendæ non uideo cur etiam dici non possit eos esse rogatos, ut sint præsentes testamento, quia illa publicatio continet in effectu testamentum. Præterea uideo, quod testes adhibētur ut uoluntatem testantis audiant, l. hac consultissima, §. per nuncupationem, C. eod. sed uerum est in hoc casu eos audiuisse uoluntatem testatoris contentam in illa publicatio
347 ne, ergo talis rogitus ualet. †Quinimo ita practica inoleuit, ut scriptura facta per notarium de uoluntate testatoris rogentur testes, ut sint præsentes publicationi eius agēdę, idque deprehenditur, cum in fine scripturæ testamēti dicatur, lectum, actum, & publicatum fuit præsens testam. &c. ad cuius publicationem præsentes fuerunt infrascripti testes, &c. a qua communi practica recedendum non uidetur, iux. l. si de interpretatione. ff. de legib. non obstat tex. in d. §. pen. q a ex prædictis cessat. uerum enim est dicere testes adhiberi ad testamentum, cum ad publicationem in qua ipsum cōtinetur, sint adhi
348 biti. †Secundo aduertendum est, quod iste rogitus fieri debet a testatore, uel a notario saltem, qui est pro testatore, ita uoluit Pau. de Cast. in d. §. pen. reprobato Dyno, qui tenebat non referre a quibus fiat, idemque tenuit Alex. consi. 35. num. 6. uolum. 3. Ias. in d. l. hac consultissima, col. 1. in fi. Corn. consilio 148. colum. fi. uolum. 3. Dec. consi. 11. col. 9.
349 in prin. †Idemque est si a quocunque alio extraneo testes rogentur præsente, & patiente testatore. ui detur enim mandare. l. j. §. magistrum autem. ff. de exercit. l. patitur. ff. manda. ita Alex. consi. 47. abunde per celeberri-
350 mos, colum. 2. uolum. 2. †non tamen putarem sufficere si testes dicerent se fuisse rogatos præsente testatore, ex hoc enim non infertur, quod testator audiuerit, & intellexe-
351 rit: † licet enim quando quis deponit de præsentia propria includatur præsumptiue scientia, secus tamen quando testes deponunt de præsentia tertij: ex hoc enim non probatur nec præsumitur, quod ille intellexerit, ut tradit Bar. in l. j. §. fi. ff. de aut. tut. sequitur Bal. in l. 1. in fi. C. de bon. pos. secundum tab. Alex. in l. 2. §. uoluntatem. ff. sol. matri. consi. 180. post prin. uol. 2. consi. 111. num. 3. uol. 3. Ias. in d. l. 2. §. uoluntate, nu. 20. Capici. decis. 192. num. 2. & sequenti. Crau. consi. 944. num. 7. & ita in materia nostra declarat pulchre Ruynus, consi. 6. num. 12. uol. 3. secundū quem prædicta de testibus rogatis a notario uel ab alio præsente testatore debent intelligi, quando constat per notarium, uel testes, quod fuerunt rogati præsente testatore, au-
352 diente, & intelligente. †Tertio consideradum est, quod si aliqui testes deponāt se fuisse rogatos a testatore, quidam uero a notario nō sunt per hoc inuicem contrarij, cum possibile sit fuisse rogatos ab utroque, cum sit actus reiterabilis, ita concludit Ange. in consi.

Testes [illegible] esse an rogati esse debeant.

Rogitus testiū a quo fieri debeat.

consi.274.colum.pen.sequitur Ias.in d.l.hac
353 consultissima,colum.2.† Quarto memoria repetendum est, non referre nunquid ante publicationem testamenti testes rogentur,uel post incontinenti, quia quæ in continenti fiunt,uidentur inesse.l lecta.ff.si cer.peta.ita pulchre tradit Bal.in l.fi.C.de fideicom. sequitur And.Sicul.in c.relatum,el 1.colum.3. C.de testa.Ias.in d.l.hac consultissima,col.2. Ruy.in d.consi.1.num.19.uol.3.Ias.in l.principalibus,colu.fi.uers. 2.quarto ff.si cer. per. in l.edita,num.15.C.de eden.Tiraquel.in libro suo de retractu.in tit.de retrac. conuen
354 tionali, §.1.nume.6.† Sed ultra redeundo principaliter ad notabile nostrum,sciendum est testes rogatos esse debere in testamento non modo procedere in testamento in scriptis de quo hoc loco agitur, uerum etiam in nuncupatiuo de quo in §.fi.infra eo. probatur ibi in uer.adhibitis iuncta glo.quæ exponit idest rogatis,quam ibi sequitur Bal.Fab. Nico.de Neap.Ioan.Plat.Aret.Vigl.& Baue. num.32.qui hanc esse commu.testatur.Con firmaturque hæc opi.per tex. in d.l.hac consultissima, in §.per nuncupationem. C. eod. ubi uult,quod in testamento nuncupatiuo requirantur septem testes,ut supra dictum est, sed supra in prin.ubi de testamento in scriptis dixerat de rogitu mentionem fecit,ergo per relationem factam ibi uult idem requiri in nuncupatiuo,ita inducendo tenet ibi Alex.quem sequitur Ias.& prius Alexan.Roma.in auth.similiter,in 11.speciali ultimarũ uoluntatum num.61.C.ad leg.fal.& ita hanc esse commu.testatur etiam Nicol.Boer. dec.
355 34.num.3.†Item procedit ista conclusio non modo de iure ciuili,sed etiam de æquitate canonica,secũdum Fran.Alberg.de Are. Anto.de But.& Imo.in c.cum esses,colum.5. ubi dicit esse commu. ex. eod. titu. sequitur Alex.consi.69.uiso consi. colum.fi.uolum.2. licet Abb.in d.c.cum esses,in contrarium inclinet.& post eum Ruy. consilio 192. numero 7.uolumine 2. sed præcedens opi.tutior est tenenda,quia ius ciuile in hoc non reperitur correctũ p canones, sed in numero testium duntaxat,ergo debet remanere in sui robore,l.sancimus.C.eo.l.præcipimus,in fi.
356 C.de appel.cum uulgar.† Limitatur uero ista conclusio non procedere in testamento inter liberos,in quo testes etiam non rogati sufficiunt.glo.est notab.in l.fi.ad fi. C.de codicil.sequitur Bal.Sal.& Fulgo. in authentica,quod sine.C.de testa.Ang.Cast.& Ias.in d. l.hac consultissima,§.ex imperfecto.numero 6.C.eo. Rubeus, consilio 6.in prin. pro qua bene facit tex.in l.fi.C.famil.ercifcun.ibi,etsi solennitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta. quæ uerba includunt hunc casum de testibus non rogatis,idemque tenet Guido Papæ decis.538.factum.est testamentum,Soc.in regula 420. in uer.testes,in tertia fallẽ.Ruyn.consi.154.nume.5.uolumi.3.
357 Nicol.Boeri.in d.decis.34.num.6.†Secundo limitatur non procedere in testamento ad pias causas,in quo pari modo testes non rogati sufficiunt,ut uoluit Abb.Bur.& Imo. in ca.relatum,el primo,de testa.Soc.in dicta regula 420.in 2.limitatione, & fuit de mente Bar.in l.prima,in fi.C.de sacrosanc. eccl. ubi etiam cæteri tradunt, Corn.qui idem tenet & dicit esse commu. consi. 278. numero 81.uolum.1.consi.149.num.4.& consi. 215. colum.fi.Ang.Aret.in tracta.de testa.in glo. centesima nona, in ultima q. ubi pari modo
358 dicit hanc esse commu.†Contrarium uero tenuit Franc. de Alberg. consulendo, ut refert Imola in d. cap.relatum,ibique And.Sicul.late in hanc partem insistit,& ante eum Roma.in d.authen.similiter,in 11.speciali ultimarum uoluntatum,& consi.306.colum.3. Bauer.in §.fi.licet non se firmet,infra eod. & fuit etiam sententia Lappi,in allegat. 20. quæ fundatur per tex.in d.cap.relatum, in uerbo requisitis, exponẽdo idest rogatis.rationque differentiæ inter liberos,& piam causam assignatur per Roma.in d. consi. 306. quia primo casu etiam testamento non facto, futuri fuissent liberi iusti successores patris,igitur solennitas iuris ciuilis relaxatur in tali testamento.quæ ratio cessat in pia causa habili tãtum ad succedendum ex testamento:mediã uero opinionem inter istas posuit Bal.in dicta l.1.in fi.C.de sacros.eccl.in lectura dicens, quod de iure ciuili rogitus requiritur,secus
359 de iure canonico. † Ego uero a prima opi. & sic a limitatione supra posita non recedo ea potissimum ratione, quia saltem ultra legitimam magis fauetur testamento ad pias causas,quæ condito inter liberos, cum agatur de fauore animæ primo casu, quæ cæteris rebus est præferenda,aureum est dictum Alexandri,in l.pactum,quod dotali,col.2.C. de pact.& consi.65.uiso testamento, colu.3. uol.2.post Bar.in l.1.in 6.q.prin.C.de sacros. sanc.eccle.ubi hoc idem Ias. expresse notat, num.18.cum sequen.& Dec.tradit, consilio 426.num. 5. sed in testamento inter liberos etiam de iure ciuili rogitus testium non requiritur,ut supra diximus, ergo nec in testa
360 mento ad pias causas.†Ad textum in c.relatum in uer.requisitis,respondet Imo. ibi,& Corn.in consilijs supra citatis, & in consilio 218.uolumi.3.quod intelligitur de testibus requisitis non a testatore, sed a iudice cui loquitur Papa: mandat enim ibi iudicibus, quod huiusmodi causas relictorum ad pias causas in examen suum deductas tractent non secũdum leges, sed decretorum statuta. tribus aut duobus testibus legitimis requisitis per eos iudices,nõ autem per testatorem de quo esset impertinens locutio ibi, quicquid

dicat

dicat Andr. Sicu. qui dicit, q est peregrina di
uinatio, & interpretatio pessima ad illũ tex.
quam tradit Imo. nam imo maxime conue
nit casui proposito. nec, q illa uerba tanquã
ablatiui absoluti resoluenda sint incõditio-
nẽ, impediunt intelligentiam Imolæ, quæ sic
erit, quod iudices tractent, & expediant hãc
causam tribus aut duobus testibus, requisi-
tis, id est sub ista cõditione, si requirant tres,
aut duos testes, prout ad probationem regu
lariter requiruntur, l. ubi numerus. ff. de pb.
hoc enim iudicibus maxime consuetum est
facere, ut probationes requirãtur, cum secũ
dum allegata, & probata debeant iudicare, l.
illicitas. §. ueritas, ubi Bar. & alij no. ff. de off.
præsi. & in hoc intellectu resident etiam Ba-
361 l uer. in §. fi. infra, eod. tit. † Et ulterius, q il-
lud uerbum requisitis, nõ possit intelligi de
rogitu testium, ostenditur apertissime, nam
ille tex. loqtur generaliter de relictis ad pias
causas, non se astringens ad relicta in testa-
mento, & tamẽ constat, q in alijs relictis pu
ta in codicillis, uel epistola, nõ requiritur ro
gitus testiũ, l. fi. in §. fi. C. de codic. & infr. eo.
titu. Matthesi. not. 123. Ale. in l. si non specia
li, C. eo. tit. & Soc. consi. 235. col. pen. uolu. 2.
quos citat Grat. respon. 69. nu. 7. uol. 2. dum
uolunt testes deponentes se audiuisse post
cortinam sufficere, quos constat testatorem
non rogasse. non põt ergo ille textus intelli
gi, de rogitu testium, alias sequeretur, q ille
tex. qui intendit diminuere solennitates iu-
ris ciuilis eas augeret, & contrarium effectũ
produceret, contra l. legata inutiliter, & ibi
not. Bar. ff. de adi. leg. ita Corn. illum textum
considerat, licet non ita plene deducat, in d.
consi. 278. col. fi. in prin. uol. 1. & latius idem
tradit, consi. 118. colum. fi. uol. 3. unde patet,
q And. Sicul. & quicunque alij perperam in-
362 telligunt illum tex. de rogitu testium. † Ter
tio limitatur non procedere, in testamento
militis facto in expeditione belli, eo enim
casu testes etiam non rogati sufficiunt, gl. est
notab. quam Docto. sequuntur, ibi, in l. mili
tes. C. de test. mil. tradit Ias. in d. l. hac consul
tissima, col. 1. & ad l. diuus. ff. eo. quæ in cõtra
rium pungit ibi, conuocatis hominibus re-
spondet, q loquitur, quando miles est in ten
torio, quo dẽt fuit de intentione glo. ibi, &
363 aptius, in l. 1. ff. eo. † Vltra, q ut tradit Cor.
in d. consi. 278. col. fi. & melius ẽt, in d. consil.
118. col. fi. post Bal. in aut. q fine, C. eo. illa cõ
uocatio non requiritur ad solennitatem te-
stamenti, sed ad demonstrandum, q miles uo
luerit testari, ut ex uerbis litterę colligitur,
tales enim milites solent esse homines faci-
les, unde ne decipiantur in lapsu linguæ, &
discernatur, quod ipse miles proferendo uer
ba, quæ sonant in testamentum, & hæredis
institutionem, illa uerba dixerit deliberate,
animo testandi, & non iocosè, adulatoriè, &
perfunctoriè, requiritur illa conuocatio,
quod modo cessat in parentibus testantibus
inter liberos, in quibus præsumitur delibera
tio, quia naturalis stimulus urget patrẽ ad
cogitandum de liberis. l. amicissimos. §. fi. ff.
de excus. tut. & ultra Corn. & Bal. idem tra-
dit Soc. Iun. consi. 179. num. 34. in 2. uolum.
364 † Quarto limitatur in testamento haben-
te clausulam codicillarem, id. n. ualet licet te-
stes rogati non fuerint, ita Nico. Boer. in d.
Decis. 34. nume. 9. q nota, quia communiter
consueuit apponi hæc clausula in testamẽto,
unde numquam poterit opponi de defectu
rogitus testium, & idem tradit Corn. consi.
365 171. num. 12. in 2. uol. † Vlterius etiã sciẽ
dum est, q in casibus, in quibus testium rogi
tus exigitur in testamento, qui sunt præter
supra exceptos hunc rogitum in dubio non
præsumi est enim quædam solẽnitas extrin-
seca, quæ non præsumitur nisi probetur. l. q-
cumque, §. fi. ff. de public. in rem acti. ita uo-
luit Cy. Bal. & omnes Moder. ut ibi Ias. refert
in d. l. hac consultissima, in prin. Dy. Bar. Bal.
cæterique communiter, ut ibi Aret. dicit, in
l. hæredes palam, §. pen. ff. eo. in 1. col. Bart.
Cast. Ang. Alex. Ias. & omnes, in l. sciendum,
ff. de uer. ob. Alex. consi. 69. col. pen. in 1. uol.
& consi. 34. uolu. 3. Corn. consi. 95. nume. 8.
in 2. uol. Ruy. consi. 1. num. 4. uol. 2. & consi.
12. num. 5. eo. uol. Ioan. de Plat. Christopho.
Aret. & Bauer. in §. fi. infr. eo. Guil. Pened. in
ca. Raynutius, uerbo testamentum, 1. nu. 90.
366 † Vnde Bar. in d. l. diuus, in fi. ff. de testa. mi
lit. pulchre dicebat, quod etsi testes dicant
audiuisse Titium instituisse talem hæredem,
& non dicũt se adhibitos, & rogatos ad hoc,
quod nihil probant, merito quis debet esse
cautus in formando articulos, ut conclu-
dant, quod testes fuerunt adhibiti, & roga-
ti ad hoc, sequuntur passim Doctores in lo-
368 cis supra commemoratis. † Limitatur ta-
men hæc communis conclusio in plerisque
casibus, primo, quando notarius in testamẽ
to diceret testes fuisse rogatos sibi enim cre
deretur, l. prima. C. de fi. instrumentorum,
& iure hastæ fis. libro decimo, cum ibi notar.
tradit Albericus in dicto §. penul. & Bauer.
in dicto §. finali, columna penultima, infra
369 eodem. † Confirmaturque ex eo, nam ui
demus, quod si notarius asserit se rogatum
fuisse, ei creditur, ut tradit Abbas in capitu-
lo primo, de fide instrumentorum, Bartolus,
Angelus, Alexander, & alij, in dicta l. scien-
dum, Alexander, consilio 109. eximine Do-
ctores, columna prima, in fine, uolumine se-
cundo, consilio quadragesimooctauo, uolu-
mine quinto, Decius in dicto capitulo pri-
mo, numero uigesimo, consilio undecimo,
columna nona, Decisio. Neapol. ducentesi-
maquadragesimaquinta, numero nono, er-
go pari modo sibi credendum est, quando

370 testator, de testib. † Corroboratur & secundo, nam ipsi met testes admittuntur ad probandum hunc rogitũ, ita q́ et duo sufficiũt, ut no. Bal. Cast. Ias. & alij, in l. 2. C. de bo. poss. secundum tab. Bal. in l. comparationes, in 3. notab. C. de fi. instr. Imo. in d. c. cũ esses. ubi dicit esse cõmu. Corn. cons. 172. nu. 23. in 2. uol. Boer. dec. 34. col. j. in fi. Alex. cons. 46. col. 2. uol. 2. Dec. in d. cõs. 11. col. 8. in fi. Ruy. cons. 1. nu. 9. in 2. uol. quia secundũ Doct. tali casu agitur de solennitate probanda, nõ aũt de uoluntate. si ergo ipsis in hoc creditur, q́ sunt persone priuatæ, fortius & ipsi notario, qui est persona publica, credendum est.

371 † Secundo limitatur, quando in testamẽto diceretur talib. adhibitis, & uocatis adhoc, uel si diceretur adhibitis, aut uocatis sine aliis uerbis ad hoc: præsumerentur. n. semper fuisse rogati, ut tradit Bar. & alij sequuntur, in d. l. sciendum, col. pen. sequitur Aret. Christophor. & Bauer. in d. §. fi. infra, eo. Ruy. cõs.

372 12. col. 4. in 2. uol. † Tertio, idem dicendũ forêt, quando in testõ diceretur, presentibus talibus testibus. &c. tunc. n. ex natura illius dictionis, satis ostenditur testes fuisse rogatos cum per talẽ dictionẽ uideatur exprimi aliã ad actũ necessaria interuenisse, iux. not. per Bar. in l. Gallus, §. idem credendũ, ff. de lib. & post. unde ex quo rogitus est ad actum testamenti necessarius, d. §. pen. & hic, merito uidetur esse expressus sub dicto uerbo, &c. ita eleganter uoluit Bal. in d. l. hac consul. sequitur Aret. & Bauer. in d. §. fi. infra eo. Ruy. cõs. 154. col. fi. uol. 3. Felin c. cum P. Tabellio. C.

372 de fi. instru. † Simile uidemus in ipso notario, q́ si dicat, ego talis scripsi, &c. p̃sumitur, rogatus uigore illius dictionis, &c. Card. in cõs. 133. col. j. Alex. cõs. 48. col. 1. uol. 5. Barb. cons. 35. col. 6. uol. j. Boerius, decis. 35. col. fi.

373 † Quarto limitatur non procedere, quãdo testes, se subscripsissent presẽte testatore: ex hoc. n. uiderentur ab eo tacite rogati, arg. l. qui patitur, ff. mand. nec fortuiti aut transeuntes dici possent, & per consequens rogati dicerentur, ita Bar. Alex. Ias. & alij, in d. l. sciẽdũ. Bal. & Ias. in d. l. hac consul. Aret. Christoph. & Bauer. in d. §. fi. Cor. cons. 226. in prin. uol. 3. Quid aũt si passi sunt se subscribi, a notario, an p̃sumantur rogati, maius est dubiũ: uideas Are. in d. l. heredes palam, in §. pen Are.

374 & Bauer. in d. §. fi. infra eo. † Quinto idẽ putarem quando diceret instrumentũ, actũ in tali loco p̃sentibus talib. testib. qa cũ d. uerba arguant rogitũ notarij, qa denotant rẽ perfectam, Card. in d. cons. 133. cũ supracitatis, & p Rui. cõ. 159. n. 11. uol. j. & ego posui, cõs. 197. nu. 3. alios ibidẽ citãs, latius uerode his limitationib. posui, ď notario loquẽs, & eius instr. cõs. 209, nu. 43. cũ plurib. seq. pariter, & rogitũ testiũ arguere debẽt, & hæc oĩa diligẽter sic unita menti tenebis, quæ hoc loco di-

xisse uolui ad ornamentum huius notabilis.

375 † Vigesimò, secundum Baueri. notandum est ibi, uno contextu testamenti celebrandi gratia, q́ testamentum fieri debet uno contextu, ad idem tex. in l. heredes palam. §. fi. ff. eo. proceditque hoc nedum in testamentis, uerũ etiã in codicillis, & donatione cã mor. ut no. Ang. in lectura Perusina, Alex. & Ias. in l. cum antiquitas, per illum tex. C. eod. post principium, simile uidemus in stipulatione, quæ pari modo uno contextu fieri debet, l.

376 1. §. j. l. continuus, in prin. ff. de uer. ob. † Rationem autem in testõ, duplicem ponit Bal. in d. l. cum antiquitas, quarũ secunda magis placet. est. n. inquit ille impossibile, q́ ex partibus distantibus, & non collectis in unum resultet aliquod integrale perfectum, cũ nihil sit perfectum, nisi constet ex partibus formalib. sibi iunctis. l. in rem. §. 1. ff. de rei uẽd. l. furiosum. C. qui test. fac. poss. sed, ut sit testamentum, requiritur ista perfectio. l. 1. in uer. iusta, ff. eõ. & infra dicemus, ergo omnes eius partes. simul unitę esse debent, & sic uno cõtextu fieri debet hoc integrale perfectum,

377 quod testamentum appellamus. † Vigesimoprimò, notat Aret. ibi signacula autem, quod de iure prætorio introductum est, non autem de iure ciuili, q́ testes apponãt signa sua in testõ in scriptis, cõcordat ad hoc tex. in l. si C. de bon. pos. secundum tabu. ubi ex tabulis, 7. testium signis signatis, dumtaxat peti potest bon. poss. secundum tab. quæ est de iure prætorio. §. sunt autem. infra, de bo. posses. ergo inde colligitur, illa signa, eodem iure inuenta esse ex quo competit remediũ iuris prætorij. Confirmatur & melius per l. posthumus, in princ. ff. de iniust. testamento, ubi ex illo testamento nullo de iure ciuili datur secũdum tab. ut ibi dicitur, & ita communiter intelligitur, si signatum fuerit, ergo patet illa signa, esse iuris prætorij, si remediũ iuris prætorij tantum competit, non autem

378 iuris ciuilis. † Vigesimosecundò, notandum est secundum Areti. ibi, & testium numerus ex edicto prætoris, quod non ius ciuile, sed prætorium adinuenit numerum septem testium: ius enim ciuile prius contentum erat numero quinque testium, ut supra, probatur ibi quinque testibus, &c. contra tamen uidetur urgere tex. in l. si quæramus, ff. eo. iunc. glos. ibi, an secundum regulas iuris ciuilis, quæ sunt inquit glo. ut 7. testes rogati, &c. interueniant. secundo, & melius, uidetur obstare tex. in l. fi. C. de fideicõ. ibi lex etenim ne quid falsitatis incurrat per duos forte testes compositum testamentũ, maiorem numerum testium, & sic 7. expostulat si lex istud requirit, ergo non ius prætorium. Tenendo tamen decisionem textus nostri ad primum dici potest numerum 7. testium simpliciter non esse de iure ciuili, imo

Numerus 7. testium in testõ an iure ciuili, uel p̃torio inuẽtus sit.

de

de iure prætorio,ut hic, ſed alijs ſimul iũctis
quod ſint rogati, uno eodemque tempore
præſentes, ut ibi per gloſ.uel & ſecundo dici
poteſt eſſe de iure ciuili approbatione, non
inuentione,ut hic,ſicque etiam ſecũdum di-
uelli poteſt, nec enim ibi de origine agitur.
379 †Vigeſimotertiò,notandum eſt,ibi ut per
manum teſtatoris ſecundum Ioan. de Plat.
Chriſtophor.& Bauer.quod nomen hęredis
debet per manum teſtatoris,aut teſtius ſcri-
bi,cõcordat.l.iubemus,C.eo.quod an hodie
380 procedat,in glo. dicemus.†Vltimo notan
dum eſt ſecundum Aret.Chriſtophor.Bauer.
& Tol. quod forma lege tradita ſeruanda eſt
concordat tex. in l.3. ff.eo.ampliaturque ſe-
cundum eos,nam ſpecifice ſeruari debet nõ
etiam per ęquipollens,l.qui hęredi,ff.de lib.
& poſt Fely.in c.cum dilecta,in uer.geſta cõ-
tra formam, in 11.ampl.de reſcri. Soc.conſ.
24.col.7.in 1. uol. Tiraquel.de legi.connub.
381 in uer.conſente meur,in gl.4.nu.26.†Am-
pliatur & ſecundum , ut procedat etiam in
actũ fauorabili exemplificando ſecundũ eos
in teſtamento,quod etiam tradit Bal.in l.te-
ſtamẽtum,C.eo.Iaſ.conſ.191.col.1.in 2.uol.
Tiraquel.de tetrac. §.1. gloſſ. 21.numero 1 r.
382 †Quinimo etiam ſi in minimo fuerit omiſ
ſa forma, actus in totum corruit ſecundum
eos,quibus addo Butri. & Abb.in c.piſanis,
de reſti.ſpo.Fely.in loco, de quo ſupra,in 1.
ampl.Tiraq.ſub d.num.11.& inferiùs,in tit.
de retrac.conuentionali.§.4.glo.6. num.31.
Mar.conſi.65.conſilio 131.& conſ.133.Soc.
383 Iun.conſ.37.num.14.uol.2.† Confirmatur
que ratione:forma enim eſt indiuidua Bal.
in l.certi condictio.§.quoniam, ff.ſi cer.pet.
in d.l.teſtamentum, latius Tiraq.in locis ſu-
384 pra citatis , † ſed qui partẽ indiuidui fecit
nihil feciſſe uidetur.l.furioſum, C.qui teſta.
385 fac.l.ſi is,qui.ff.eo.Bauer.hic, num.31.†Li
mitatur uero ſecundum eum , & Tol.in for-
ma leui,cuius omiſſio non uitiat,l.1. in fi. ff.
de uen.inſ.quod & Alcia.tradit Para.lib.5.c.
16. col. 1. contra quam tamen obſtat Deciſ.
Bal.in d.l.j.ff.de lib. & poſt dicens, ꝙ ſi ſtatu
tum requirit,in inſtrumento nomen,prono
men,& cognomen irritans inſtrumentũ ali-
ter factũ,non ualebit inſtrumentũ continẽs
ſolum nomen ſingulare unius, in quo nemo
falli poteſt, & tamen hoc caſu demonſtratio
pronominis,& cognominis eſt leuis forma,
quia ex quo habemus certitudinem perſo-
næ per nomen elegans non eſſet ultra curan
dum,& cũ Bal.tenent Imo.Cuma.Caſt.Alex.
Are.& Iaſ.ibi,qui dicit eſſe commu.& ita cõ
tra hanc limitationem tenens firmat Fel. in
386 loco præalleg.in 10. ampli.† quæ ſnĩa mihi
magis placet, & ex eo confirmatur nam, qđ
minimum eſt nemo unquam leue eſſe nega-
uerit, cum parum eoq; magis minimum, &
nihil æquiparentur,c.licet cauſam,§.quam-
quam,in uer.nulla,uel modica,de prob.& in
fra,de leg.fal.circa prin.ibi pro nullo aut mi-
nimo lucro,late tradit Marſi.ĩ ſing.276.Dec.
in c.de appellationib.nu.5.de appellati. Sed
uidemus actum labi ſi forma ẽt in minimo
omiſſa fuerit,ut ſupra dictum eſt:ergo patet
ꝙ omiſſio formæ , quantuncunque leuis dẽt
387 actũm uitiare. † Sola ſupereſt difficultas in
reſolutione tex.in d.l.j.in fi.ff.de uent.inſpi.
Bar.ibi,& in l.cum hi. §.ſi prætor.ff. de tranſ.
paſſimque Doctores ubique non de forma
illũ textũ loqui,ſed de leui quadam ſolenni-
tate intellexerunt,quaſi,ꝙ inter formã,& ſo-
lennitatem ſit aliqualis differentia, qđ colli-
gi uidetur ex dictis Bal.in cap.j.de nõ. for.fi-
del.& in l.ẽt, C.de execu.rei iud.quib.ĩ locis
formam,& ſolennitatẽ ſeparatim definit. un
de tanquã forma ſit preciſior atq; ſtrictioris
iuris, & obſeruationis, q̃ ſolennitas,ea licet
leui omiſſa actus uitiari debet,non idẽ uero
in ſolennitate, ſed ego hunc ſenſũ ad d. l.j.ĩ
fi.non admitto, cum in l.fi. eo. tit.aperte de-
claretur ea,quæ prætor edixit, in eo.tit.for-
mam inducere, ibi,ſecundũ formã edicti, &
ita ponderat Tiraq.in d. §.4.nu. 33. licet idẽ
parũ ſibi conſtans ſubijciat Bartoli ſenſum,
388 aliũq; ſatis diuinatiuũ. † Vnde puto aliter
illũ textum reſolui poſſe : aut.n.lex,quæ for-
mam inducit hẽt clãm decreti annullatiuã ta
citã duntaxat, ut quia ordinatur aliquid fie-
ri tali modo, prohibeturq; aliter fieri,nõ ta-
men expreſſe ſubiungitur, ꝙ ſi contra fiat id
nõ ualere,licet tacite hoc ſubĩtelligatur,iux.
l.non dubiũ.C.de legib.& tũc omiſſio formę
leuis nõ uitiat actũ,& ita ꝓcedat,d.l.j.in fi.ff.
de uent.inſpi.aut clauſula annullatiua eſt in
lege expreſſa,& tunc operatur maiorẽ effica
ciam, quia introducit formã oĩno ſeruandã
ẽt in materia leui,& ita procedat conclu.no
ſtra.unde limitatio de qua ſupra non eſt paſ-
ſim uera niſi declarando,ut ſupra, quã decla-
rationẽ in effectu ponit Fely. in loco citato,ĩ
10. ampli. ut ibi uideri pt. Secundo limita-
ri põt,ꝙ ſupra dictũ fuit de forma ſeruanda,
ut non ꝓcedat,quãdo ſeruari nõ põt,tũc.n.
actus ualet ea nõ ſeruata,ita tradit Ioã.And.
in regu.in totũ,de reg.iu.in 6.ſequitur Abb.
conſ.25.col.2.uol.2.Alex.conſ.206. in ult.du
bio,vol.6.Pariſ.cõſ.46.nu.23.uol.3.& latius,
conſ.33.nu.29.cũ ſeq.uol.2.Cra.cõſ.12.p to
389 tũ.†Exẽplũ dari pt ſi ex forma ſtatuti in cõ
tractu uxoris, requiritur conſenſus uiri,ali-
ter contractus non ualeat. ſi.n.haberi nõ pt
ob eius longinquã abſentiã ualet cõtractus
ſine eo. factus ita poſt Bal.in duob.locis de-
390 terminat Craue.conſi.12.col. 2. † Rurſus,
& tertio, ꝙ de forma præciſe ſeruanda dictũ
fuit nõ aũt per æquipollens,pari modo limi-
tari poteſt nõ procedere,quando neceſſitas,
& impotentia impedit eam præciſe impleri,
tunc enim ſufficit ſi per æquipollens imple-

tur,ita colligitur ex not.per Bal.in l. 1.colu.
2.C.ut quæ def.aduo.ponendo q. de statuto
quo cauetur super uulnere sententiam ferri
non posse nisi prius habitu informatione a
peritis in arte,an cicatrix sit remansura nec
ne:si enim peritorum copia haberi non po-
test,notoriumque sit cicatricem ex euiden-
tia facti remansuram, utique ualebit senten
tia lata cõcurrente illa euidentia facti, & sic
forma per æquipollens seruata,sequitur Ale
xan.in d.l.1.col.2.in fi.ff.de lib.& post.& Gal
liau.per illum tex.in l.1.§.si.col.1.ff.de uer.
391 obli.† Confirmaturque hoc ex notatis per
Roma.consi. 433.quem Ias. sequitur,in l.te-
stamenta,col.2.C.eo. ubi per plura tenet, q
si ex forma statuti,actus i certo loco fieri de-
bet alibique factus nõ ualet, si tamen copia
illius loci haberi non possit ob iustum par-
tium metum, alio in loco celebratus actus
ualebit,& sic forma in æquipollenti seruata
sequitur eos Tiraquel. de legib. connub. in
392 loco præallegato, num.34. †quod & ultra
confirmatur:nam licet iuramentum præcise
soleat obligare nec interesse præstari suffi-
ciat,iux.glo.communiter receptam in l.si pe
cuniam.ff.de cond.ob causam,si tamen factũ
præstari non potest sufficit interesse præsta-
ri,& sic iuramentum in æquipollenti adim-
plere,ut tradit Craue.in d.consi. 13, quo fit,
393 ut idem in forma dici possit. † Alio quoq;
casu puto ego per æquipollens eam seruari
posse,quando lex, uel statutum non cogita-
uit modum, sed effectum ,sicut uidemus in
cõdõne apposita ab homine,si enim de mo-
do cogitatum fuit præcise impleri debet, d.
l.qui hæredi.& l.Meuius,ff.de cond.& demõ.
secus si de effectu,tunc enim per æquipollẽs
impleri potest,l.mulier. ff. ad Treb. sic ergo
& in forma dicamus, ita peregregie decla-
rat Ruy.consi.137,num.9.uolum.1.quæ om-
394 nia diligenter notabis.†In glo.1.in princ.
antequam ingrediar commentum Aretini,
super ea.q. an ualeat argumentum ab ethi-
mologia uocabuli,considerandum est in pri
mis,quod Doctores nostri;passim aut saltem
crebrius ethimologiam deriuationem,& al-
lusionẽ idem esse tradiderunt,ita Ang. Imo.
Cuma. Castrens. & Aquensis, in l. prima, in
prin.ff.de acqui.poss.idemque Vigl.& Bel-
lon.testantur hic,Baldus uero in l.conuenti-
culam,colum.2.uers.cetor. C.de epis. & cler.
deriuationẽ ab allusione separauit, inquiẽs
nos argumentum habere ab allusione,quod
est probabile,l.2.§.appellata.ff.si cer.pet.itẽ
a deriuatione,qđ est artificiale,l.1. in princ.
ff.de pact.rursus idem Bal.in c.1.§.si quis de
manso,col.fi. de contro.inuest. dixit, quod
ethimologia est resolutio uocis in propriũ
effectum rei,quæ demonstratur,l. tugurij.ff.
de uerb.signi.Angelusque,in l.1.ff.de acqui.
poss.dixit,quod ethimologia nihil aliud erat
quam uera locutio, quod opinioni Baldi
conuenit, & idem alibi prius sensit Cice-
ro,qui ueriloquiũ eam appellauit,ut refert,
& sequitur Alex.in l.tabernæ, ff.de uerb.sig.
ex hoc infereus ethimologiam uim diffini-
tionis habere,& ad substantiam rei omnino
respicere,utque commemorat Ripa,in d.l.j,
post Zasium ethimologia ueritatem notifi-
cat, quæ & latius explicat Nicol. Euerardus
in opere suo de centum modis argumentan
di,cap.6.ubi etiam particularem ethimolo-
giæ diffinitionem tradit, & ponit idem Ri-
pa,in l.quominus,num.128.ff.de flum.Deri
uatio autem secundum istos Doctores origi
nem uerbi respicit, ut Doctor a docendo,tu
tor a tuẽdo, & id genus Allusio uero nec ad
substantiam rei nec ad deriuationem respi-
cit, sed ad solius uocis similitudinem refer-
tur,quam Græci,ut Martianus inquit,adno-
minationem uocant.Quinimo,ut tradit hic
Vigl. & Ioannes Corasius Miscellaneorum
lib.3.cap. 22. de Viglio mentionem non fa-
ciens,si pressius linguæ latinæ proprietatem
inspectare uelimus, nõ modo allusio differt
ab ethimologia,sed nec uocabuli similitudi
nem significat aut adnominationem,nã pro
prie alludere dicimur,cum sub fabulosæ an-
tiquitatis uelamento sententia latenter alio
refertur, idque Virgilij sententia facile de-
prehendi potest, qui Aeneæ ludos narrans
lusit ad Augusti uictoriam,qua contra Anto
nium potitus erat inquiens. Actiaque Ilia-
cis celebramus littora ludis.& cum alibi idẽ
dixit.Nec plura alludens ea uox audita labo
rum Prima tulit finẽ, ut habes apud Calep.
Nos autem quicquid apud Grãmaticos va-
rie de his dictũ sit,cum nostris Doctorib.sen
tientes, hæc,ut synonima capiemus,quod &
ille Euerar.probat in loco præallegato,& pul
chrius deducit Conna.in commen.iuris ci-
uil.lib.9.cap.j. col. 2. de qua supra memini,
nu.21.ubi me remitto,ut quod utilius est ui
deamus,quando ab his liceat argumentum
395 suscipere,ita,quod subuerti nõ possit.† Va
riæ in hac re fuerunt sententiæ.ut.n.a Barto
lo exordiar ipse in rub.ff. sol.mat.dixit in no
minibus proprijs argumentum non proce
dere:si quis enim Aretinus,aut Bonognetus
appelletur,non sequitur,quod sit de Aretio,
aut Bononia, idemque ibidem uoluerunt
Baldus,Angelus,Imo. Aretin.Alexan.Iason,
& cæteri Moderni, per tex.in l. finali, circa
finem, iunc. glos. ff.ad municip. & eandem
opi:firmarunt cano.in proœmio decretal.in
uer. Gregorius, uidelicet Anto. de Butrio
Abb.Dom.Fely.& alij,Ratioque Doctorum
communis est, quia nomina propria ponun
tur ad libitum, ad recognoscẽdas personas,
l. ad recognoscendas. C. de inge. & manu.
Com.consi.146.num.4.uolum.3.Grat.con.
16.num.18.uolum.1. mutarique possunt ad
libitum

Argumẽtum ab ethimologia uocabuli an ualeat hic late discutitur

libitum, citra tamen fraudem, & præiudiciũ alterius, l. 1. C. de muta. nomi. merito ab eis
396 argumentum non procedit. † Et quod Accursius in l. facta. §. si in danda. ff. ad Trebel. a nomine suo argumentum susceperit dicens Accursius, quia accurrit contra tenebras iuris, in causa esse non debet, ut & nos ipsi a nominibus proprijs arguamus, cum perperam & nimium fortasse arroganter in sui nominis allusione ratiocinetur, ut inquit Coras. in d. capit. 22. colum. fi. uel, ut inquit Bellon. hic, in 3. q. colum. 2. gloriæ causa id potius egit, quã quod sic liceat arguere. Quinimo, ut ibi tradit Castren. de mente quorundam illa nõ fuit glosa Accursij, sed Francisci eius filij, quod & uerisimile est cum laus in ore
397 proprio sordescat. † Non nihil tamen confert boni atque honesti nominis impositio, secundum Doctores in locis de quibus supra, maxime Ias. Euerar. & Felynum, adeo, ut etiam si nomina magno precio emenda forent, pulchra, & bona capi debeant. Hinc Salomonis testimonio, quem refert Cor. cõsilio 221. num. 26. in 2. uolum. melius est bonum nomen, quam unguentum preciosum: contra uero secundum ipsos post Ioannem Andr. turpe nomen reddit hominem suspectum, & facit indiciũ iniquitatis, quod plures citans etiam ponit Gramma. consi. 40. num. 12. & tradit Dec. in c. j. de iudic. colum.
398 pen. in 2. lectura. † Atque ut cætera omittã uidemus honesti nominis conditionem hæredi non grauato impositam, implendam esse necessario, alias non habet commodum hæreditatis, secus uero in turpis, & inhonesti nominis conditione, quæ sibi remittitur, ut tradit Bar. & cæteri Doctores, qui sic illũ textum intelligunt secundum Pau. de Castro in d. l. & §. si in danda, circa fi. & in notabili casu consuluit Dec. consi. 273. colum. 2. conditionem illam, quod hæres nomen testatoris acciperet ualidam fuisse ex ratione posita in dicto §. si in danda, ibi, quia nihil mali est honesti nomen hominis assumere, sequitur eum Tiraque. de legib. connubi. in quinta lege, numero 24. subdens plura testamenta circumferri, in quibus legata relinquuntur ea lege, ut legatarij ferant nomina, & arma testatorum: id enim factum censetur ad conseruandam memoriam, nomen, & familiam testatoris, ut ponit Paris. consi. 19. numero 35. uolum. 2. Cepha. consi. 196. nume. 21. & ego dixi, consi. 23. num. 87. ubi numero sequenti illationem feci ad filios in conditione positos si decessérant sine filijs, quod tales succedant cum hoc, quod ferant arma familiæ suæ, eos cęteri uocatos cum hinc testator æternam suam familiam facere uoluerit, ut inquit Ripa, in l. 1. num. 10. C. de pact. & ibi latius dixi, quod ut a proposito nostro
399 separatum, missum facio. † Si uero loquimur de nominibus appellatiuis, tunc idem Bar. in d. l. 1. colum. 1. ff. de acquiren. possess. & in l. 2. §. appellata. ff. si cer. peta. distinxit, aut uocabulum diffinitionem non habet, & ualidũ esse argumẽtum ab ethimologia eius, exemplum. in l. tugurij. ff. de uerbo. signifi. ubi tugurium a tegendo dicitur, quia enim tugurij diffinitio non extat ualebit argumẽtum, tegit, ergo tugurium est. idem si diffinitio reperitur ethimologiæ conueniens, si uero discrepat diffinitio, tunc ei potius statur nec argumentum ualet ab ethimologia, ut hic, ubi testamentum dicitur testatio mentis & tamen omnis testatio mentis non dicitur testamentum nisi in ea cadat diffinitio posita in l. 1. ff. eo. idem si diffinitio non extaret communis tamen usus loquendi repugnaret ethimologiæ, tunc enim argumẽtum pari modo locum non haberet, ut tradit Bar. in l. notionem, §. instrumentorum, ff. de uer. signi. quod etiam tradit Coras. in d. cap. 22. ad fi. licet de Bar. mentionem non faciat per tex. potissime in l. anniculus, la 1. ff. de uerb. signifi. & idem tenet Ripa, in d. l. 1. num. 23. ff. de acqui. poss. ratione de qua per eum ibi, Alberi. & Ias. in d. §. appellata. Euerardus, ubi supra, colum. 8. Bello. hic in fi. postremoque idem etiam remoto communi usu loquendi dicendum foret, quando requisita ad uocabulum non concurrerent, ut uidemus in mutuo: nõ enim omne, quod fit de meo tuũ est mutuum nisi concurrant alia, quæ requiruntur in mutuo, de quibus notatur per gl. magistralem, in d. l. 2. §. 1. & infra quib. mod. re cont. ob. in prin. in glo. 2. quæ uice diffinitionis mutui funguntur, & hæc Bartoli sententia communiter tenetur, ut hic Aret. com
400 memorat. † Tu uero cõsidera, quod in multis hæc Bartoli sententia, periculosa est. quo enim ad primum, ubi diffinitio non extat, non uideo satis tutum esse argumentum. ꝙ enim dicamus tegit, non idem sequitur esse tugurium, cum possit esse uestis aut umbraculum. idemque in taberna uidemus, cuius diffinitio non reperitur, quæ dicta est ex eo, quod tabulis claudatur, l. tabernæ, ff. de uerb. sig. & tamen non sequitur, tabulis clauditur ergo est taberna, quia potest esse capsa, aut armarium. nec etiam si dicamus, non clauditur tabulis, ergo non est taberna, cũ imo posſit esse taberna, sic enim ipsa prius dicta fuit, ꝙ ex tabulis fieret, unde etiam si alio modo conficiatur, nihilominus seruat nomẽ. ex his ergo, & alijs exemplis, quæ facile adduci possent, patet in hoc primo membro Bartolum male loqui, ultra, quod ut dicebat Cuma. & sequitur Claud. Aquens. in dicta l. j. colum. prima, cum omnes res habeant suam diffinitionem. nulla enim res est, quæ diffiniri non possit, nunquã recurretur ad ethimologiã, sed nec in sequẽti, quãdo diffinitio reperitur

ethimologię conueniens, recte dicit Bar. & qui eum sequuntur: satis enim fuerit atque etiam expeditius, ut inquit Vigli. omisso circuitu arguēdi ab ethimologia, ipsam diffinitionem rei de qua quærimus accōmodare. quinimo, ut inquit Dec. in d. §. appellata, & fuit originalis sententia Pauli de Cast. ut ibi Cnr. Iun. refert, tunc argumentum non procedit ab ethimologia, sed potius a diffinitio
401 ne. † Cum & alibi tradit Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. in 6. q. prin. in 10. quæro unde sumatur, num. 59. propria significatio prius a diffinitione captanda est ubi extat, demum in eius defectum ab allusione seu ethimologia, quo fit, ut pari modo in arguendo prius agendum sit cum diffinitione si ex
402 tat, quam cum ethimologia. † Alia fuit opi. Rapha. Comens. in d. l. 1. ff. de acquiren. pos. & Fulgo. Salicetique, in d. §. appellata. quos fere omnes sequuti sunt utrobique, quod ab ethimologia argumentum affirmatiue non procedat, ea potissimum ratione, quoniam ethimologia latior est ipso uocabulo, merito esset arguere de genere ad speciē, ut animal est, ergo homo, quod fieri nequit, nec sequitur, cum bos aut leo, esse possit. & probatur in l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de leg. 3. & in hoc uterque Raph. a Bartolo discrepabat, qui uolebat argumentum ualere ab ethimologia, quando non extaret diffinitio uocabuli. Cōtra isti dicebant id affirmatiue non procedere, & sic siue extaret diffinitio siue non nō. n. sequitur, tegit, ergo tugurium est, cum possit esse uestis: nec consequētia ualet, est testatio mentis, ergo testamentum, cum codicillus aut epistola esse possit, minusque pcedit si dicatur, est de meo tuū ergo mutuum, cum donatio aut alia alienatio esse possit, idque genus alia exempla da-
403 ri possunt. † Si uero negatiue argumentari uolumus, tunc siquidem sumus in ethimologia, quæ sumitur ab essentia uocabuli, & argumentum ualet: exemplum in testamento cuius ethimologia est testatio mentis, quæ ad essentiam testamenti requiritur, idem in mutuo, cuius ethimologia est de meo tuum, quæ pari modo ad substantiam mutui desideratur: si enim negatiue arguas, non est testatio mentis, nec de meo tuū, ergo non est testamentum aut mutuum, ualidum est argu
404 mentum. † Sin autem sumus in ethimologia, quæ sumitur ab aliquo initio, uel euentu, (adde, uel ab eo, quod fieri deberet) tunc argumentum non procedit, exemplum de primo, in possessione, cuius ethimologia est pedum positio, quia ita ab initio constitutū fuit, ut quicquid calcauerit pes tuus, tuum esset. l. 1. in prin. & ibi glo. ff. de acqui. poss. nō enim sequitur, non est pedum positio, ergo est possessio, cum immo esse possit. l. 1. §. si iusserim. l. quod meo, §. si uenditorem, eo. ti. sic in nuptijs, quæ dictę sūt, quod in his olim solerent obnubi, idest uelari capita mulierum, ut not. glo. supra de patr. pot. in prin. ratioque poni uidetur in c. hæc imago. 33. q. 5 tametsi non obnubātur hodie mulieres, sūt tamen nuptię, nec argumentum ualebit, mulier non incendit uelata capite ad domum uiri, ergo non sunt nuptiæ. sic taberna prius dicta fuit, quod tabulis fieret, & clauderetur. unde etiam si alio modo confiscatur, seruat nomen nec consequentia procederet, si diceretur, non clauditur tabulis, ergo non est ta
405 berna. † Idem in Augusto dici potest, qui non ab augendo Imperium dictus est, idest, quod huius propositi esse debeat, ut augeat Imperium, ut uoluit glo. supra in rubrica proęmij, & passim Docto. admittunt. sed uerius est, quod ab augurijs impositū Octauio prius hoc nomen fuerit, ut Sueton. & Ouid. ponunt, quos citat hic Vigl. idemque refert Coras. in d. ca. 22. colum. 3. ubi etiam Augustum appellari dicit, quod sacer, & ma-
406 iestatis sit plenus. † Idem, & postremo, in Pontifice exemplum dari potest, qui non ut Doctores existimant, dictus est ab eo, quod pontem faciat in uitam æternam, hoc est, quod huius intentionis ac propositi esse debeat, quod & aliud de Augusto cum errore omnium transiens consentit Alciat. in d. l. tabernæ, de quo mirādum est, quod hæc ex studijs humanioribus nō cotrexerit, sed ut Varro de lingua Latina existimat, a ponte sublicio curandoque nomen deducit: pons enim sublicius ab Anco Martio primum fieri cœpit, eiusdemque curam Pontificem habere oportebat, nam si collaberetur, cæsa uictima, & perfecto sacrificio Pontificem illum reficere oportebat, ut commemorat Coras. in
407 d. cap. 22. colum. 3. & Viglius hic, † qui etiā Sceuolæ sententiam probans a posse, & facere, dictum Pontificem tradit, quod sacrorū penes illum summa esset potestas. neutro igitur casu in Augusto aut Pontifice consequētia aut argumentum procederet. non interuenerunt auguria, aut secundum Doctores nostros non auget Imperium, ergo non est Augustus, item non fecit pontem sublicium aut eius curam non habet, uel secundum nostros non facit pontem uitę cęlestis, ergo nō est Pontifex, cum hæc nomina ita ab initio aut euentu sint posita, non autem ab essen-
408 tia, & substantia uocabuli, † exemplum etiā de ultimo, hoc est de inductis ab eo, quod fieri deberet, tradi potest in tutore, qui dictus est, quod pupillum tueri debeat, in monachis, quod solitarij esse debeant: in rege, q. regere debeat: in oratore, quod orare, qui. n. pupillum negligit, quique etiam in frequentibus locis est assiduus, qui non regit aut orat. nihilominus tutor, monachos, rex, aut orator esse potest. Nec consequitur, non tuetur,

tur, non est solitarius, non regit, non orat, ergo non est tutor, monachus, rex aut orator: ita in hac quęst. Rapha. uterque (licet ego plenius deduxerim) dicebat: quā sententiam Aret. Bauer. & Vigli. probant. Euerardus in loco prællegato, & alibi pleri
409 que alij. † non desunt tamen qui hanc opinio. damnent, ut Ias. in dicta l. 1. nu. 27. ff. de acquir. possess. nam contra primum mēbrū de argumento sumpto affirmatiue, inquit obstare text. in l. 1. ff. de fide instrum. ubi affirmatiue arguit ab ethimologia ibi, & ideo tam testimonia quam personæ instrumentorum loco habentur. secundo mouetur per tex. in §. sunt tamen. infra de interd. ubi pariter affirmatiue arguitur ibi interdicta appellari, quia inter duos dicuntur. Tertio Tollentin. hic aduersus idem membrum adducit tex. in l. 1. ff. de iniur. ubi posita ethimologia iniuriæ, quod ex eo dicta sit, quod non iure fiat, arguit ab ea affirmatiue, omne .n. quod non iure fit, iniuria fieri dicetur.
410 † Præterea & quarto inquit ipse ratio Raphaelis utpote minus generalis, non est bona: supponit enim, quod passim ethimologia sit latior ipso uocabulo, & tamen datur aliqua ethimologia quæ non est generalior ipso ethimologiato, nec alteri competit. exēplum in cap. forus, de uerbo. signifi. ubi dicitur, iustitia iuris status, talis enim ethimologia iuris status, dumtaxat iustitiæ conuenit, & ob id affirmatiue argumentum ualere debet si dicatur, est iuris status, ergo est iustitia, quod est contra Raph. & licet iste nō dicat, hæc fuit ante ipsum reprehensio Decij, in dicto §. appellata, & in c. 1. colum. pen. in 2. lectura, de iudi. & in l. imperium, nu. 25. ff. de
411 iur. omnium iud. & ibi dixi. † qui subinde post Hugutionem, Dom. & Modernos, in c. priuilegia. 3. distin. dicebat, quod ubi ethimologia non se habet in plus aut minus quā uocabulum, tunc ab ea argumētum ualere. datque aliud exemplum in donatione, cuius ethimologia est doni datio, l. Senatus, §. 1. ff. de donat. causa mortis. quia enim hæc ethimologia, doni datio, non latius patet quam donatio, nec econtra: merito affirmatiue dici poterit, est doni datio, ergo donatio, hanc que eandem sententiam posuit in effectu recte intuenti Alciat. de prædictis mentionem non faciens, in dicta l. tabernæ, & Euerar. in loco sępius citato, colum. antepenult. ubi dixit, argumentum non procedere ab ethimologia, quando excedit ethimologiatum, & sic uocabulum. secus ergo ubi non excedit, nec illo latior existit. allegat ꝓprie. Hugut. & Prepos. in d. c. priuilegia, de quibus per
412 Decium. † quo uero ad secundum membrum de argumento negatiue sumpto, multa obstant de quibus per Ias. in d. l. 1. & in d. §. appellata. quibus tamen idem ipse respōdet & post eum Guil. Ponta. in d. l. 1. nume. 12. loquuntur enim in ethimologia sumpta aliter quam ab essentia uocabuli, quo casu fatetur etiam Cuman. ut supra retuli, argumentum non procedere, quod etiam uoluit Abb. in c. 1. colum. penult. de iudi. merito aliter non curo ea referre. sed fortius obstat secundum Tollentinum hic. Cuma. enim supponit ethimologiam aliquando, & sic non semper sumi ab aliquo initio, uel euentu, & tamen hoc est aperte falsum, ut patet in omni uocabulorum ethimologia, quæ sumpta fuit ab aliquo euentu aut initio secundum ipsum, merito patet Rapha. opinionē in u-
413 troque membro periculosam esse. † Ego uero facile in eius opinionem descendo, & in utroque membro mirum in modum mihi eius sententia placet, utque a primo exordiar, non ita supinum fuisse Raphaelem existimo qui in ipse sciuerit aliquas ethimologias dari nulla ex parte ipso uocabulo latiores, in quibus licet argumentum affirmatiue suscipere, imo hoc ipse tacite sensit dum in eius ratione dixit, quod argumentum nō procedit, quia ethimologia latior est, & sic esset arguere de genere ad speciē: loquutus enim fuit secundum regulam & id quod frequentius contingit, pro comperto habēs quod si detur ethimologia non latior uocabulo, tunc ab ea argui posse affirmatiue, ac cessante ratione sua de argumento generis
414 ad speciem. † quod argumentum in iure non procedit, l. quod dictum, ff. de pact. & eo utitur Bart. in l. 1. ff. de off. eius cui mand. & alij plerique quos citat latius declarando Euerar. in dicto suo libro de centum locis legalibus, ca. 54. unde patet quam facilime Hugutionis sententiam, & sequacium, in dicto capitu. priuilegia quam Dec. Alciat. supra relati, & Tollentin. hic tenent, effectualiter fuisse de mente Raphaelis, eosque eum mor
415 dentes allucinatos esse. † & pro hac eius opin. sic declarata considero ego textum in dicta l. 1. ff. de iniur. passim quidem allegatū in hac quæst. sed non ad uiuum penetratum. postquam enim dixit, quod iniuria ex eo dicta est, quod non iure fiat, & sic ethimologiam posuit, arguit ab ea affirmatiue: omne enim, quod non iure fit, iniuria fieri dicetur. demum subdit declarādo, quo nam pacto istud argumentum affirmatiue procedat in quiens, hoc generaliter esse uerum, specialiter autem iniuria dicetur contumelia. ecce quod iureconsultus ibi signanter ponendo argumentum affirmatiue ab ethimologia, loquitur sumpto uocabulo iniuriæ generaliter, & late, ita quod illa ethimologia, nō iure fit, non excedit ipsum uocabulum, sed specialiter, & stricte considerato uocabulo iniuria, prout contumeliam significat, non arguit affirmatiue ab illa ethimologia, non iu

re

re sit, imo tacite negat argui posse, cum supra dixerit argumentum procedere sumendo iniuriam late pari modo sicut ethimologiā. quatenus enim subdit sumendo iniuriam specialiter pro cōtumelia uoluit, dicere hoc casu dici non posse, non iure sit, ergo est iniuria, idest contumelia, cum aliud esse posit puta testamentum non solenne, l. 1. ff. de iniust. test. quod nemo iniuriam, idest cōtumeliam dixerit continere, sed defectum dumtaxat solennitatum, & in hoc patet quam minus oculate Tollentin. hic illum text. contra Raph. induxerit, siquidem eius sententiam
416 probat. † non obstat tex. in d. l. 1. ff. de fide instrum. ibi enim verbum instrumentum, large sumitur pro omni eo, quod instruit, ut ibi gl. notat, & Alberic. dicens illum textum loqui improprie, & sic large. ad idem glossa notab. in Rub. in fi. in Aut. de instrum. fide non autem sumitur pro carta, in qua quid redigitur in scriptis, unde illud uerbum instrumentum, ita large sumptum sic patet, ut ipsa ethimologia, nec alterum aliud excedit, merito ualet argumentum affirmatiue ibi positum, & ideo tam testimonia quam personæ, instrumentorum loco habentur. Secus autē foret sumpto uerbo instrumentum, stricte pro carta publica: non enim ualeret argumētum, causa instrui potest, ergo est instrumentum, idest carta, cum possint esse testes. Ad textum uero in dicto §. sunt tamen, infra de interdic Ias. in eo lōge ac late deceptus est, si quidem ethimologiam tantum ponit, non autē ab ea arguit, si recte aduertatur. Ratio etiam Rapha. quicquid hic Tollenti. & Dec. in dicto §. appellata, dixerint, subsistit declarando, ut supra, & sic primum caput Raphae-
417 lis remanet defensatum. † quo uero ad secū dum, morsus Tollentini facile diuelli potest. licet enim in se sit uerū, quod quælibet ethimologia ab aliquo initio, uel euentu fluxerit, nec istud abnegaret Raph. requisitus, tamen non est uerum, quod quælibet respiciat substantiam uocabuli, patet in possessione cuius ethimologia dicta est ab initio pedū positio, citra tamen substātiam possessionis, l. 1. §. si iusserim, ff. de acquiren. possessio. ibi, [*non enim corpore, & actu necesse est apprehendere possessionem, sed etiam oculis, & affectu*] & de hac & similibus uoluit intelligere Raphael. dum locutus est de ethimologia quæ sumitur ab aliquo initio uel euentu: dum uero mentionem fecit de ethimologia quæ respicit substantiam uocabuli, non negauit eam aliquando ortum habuisse, uel euentū, sed præsupposuit non simpliciter ab initio aut euentu causatam fuisse, sed ut substantiam uocabuli respiceret, ut in hac testatione mentis, & in illa de meo tuum, quæ sunt de substantia testamenti, uel mutui. non meruit ergo ab indocto doctissimus hic uir reprehendi, & ita remanet hic articulus satis utiliter, ut arbi-
418 tror, expeditus. † In ea. glossa, ibi, & secundum hoc codicillus potest dici testamētum habes ex hac glossa, quod attenta hac ethimologia etiam codicillus potest dici testamentum, cum & ipse sit testatio mētis, quod Christophor. non admittit, tum ex diuersitate nominum: aliter enim codicillus, aliter testamentum appellatur, l. si idem, C. de codicill. tum ex diuersitate titulorum: aliter. n. de testamentis, aliter de codicillis intitulatur. ergo sequitur nullo modo etiam attenta hac ethimologia codicillum posse dici testamentum. Tollent. saluando glossam dicit eam intelligēdam esse de codicillo, largo modo, qui bene testamētum dici potest: sed hic sensus nedum ad glossam diuinat, uerū etiam illi contrarius est, cum de codicillo in spe-
419 cie senserit. † eoque magis: non enim in iure codicillum in genere reperio, licet in test. secus, iux. not. per Petrum, Cy. Raynu. Fulgo. Ale. Dec. & alios in l. licet, C. de pact. per Bar. in l. si quis in principio, ff. de lega. 3. uersicu. quæro quid si testator dixit. Ruyn. in rubr. ff. de leg. 1. colum. 2. ubi Soc. & alij idem admittunt. unde glossa in hoc saluari non potest.
420 † in ead. glossa ibi, diffinitur autem, habes ex ea relatam diffinitionem testamenti a iureconsulto Vlpiano traditam in l. 1. ff. eod. quæ prima fronte periculosa uidetur, cū codicillo, & legato conueniat, l. legatum, ff. de leg. 1. ubi uerba uidentur esse sinonima. unde glossa hic, & in dicta l. 1. subaudit cum institutione hæredis, quæ qualitas codicillorū legatorumque naturæ repugnat in quib. hæredis institutio non cadit, §. codicillis, infra de codicill. Bar. uero cęterique communiter ibi, & hic, Imolaque in Rub. extra eo. tit. hanc subauditionem non recipiunt, quia esset arguere Vlpianum de insufficiētia, quod testamentum diffinire nesciuerit, omnemque difficultatem tolli dicunt ex illo uerbo, iusta, quod exponitur idest perfecta, l. cum filio, in fi. ff. de legat. 3. l. quod seruius, ff. de condi. ob causam, in uer. iustam ætatem, idest perfectam ad nuptias, secūdum glossam, at sine hæredis institutione testamentum perfectum esse non potest, cum non sit dispositum in quem transeāt actiones, & qui personam de
421 functi repræsentet. † Paulus uero de Castro in dicta l. 1. sustinendo subauditionem glossæ ibi, quem Vigl. hic sequitur, hanc Barroli sententiam, & communem mordet: nō enim per hoc testamentum a legato codicillo uel dignosci potest, cū & ista sint iusta, idest perfecta sententia, habito respectu ad illam perfectionem, quæ in eis exigitur: sicut, ut inquit Christophor. musca in se ita est perfectū ani
422 mal, sicut cætera animalia. † fortius inquit Tollentin. tempore quo fuit diffinitum testamentum, legatum non poterat: fieri nisi in testa.

An diffinitio testamenti posita in l. j. ff. egeat subauditione Glo.

testa.§.præterea,infra de fidei.hær.ergo sub intelligentia hæredis institutionis non operatur quominus ista diff. legato conueniat eo,quòd ad illud inducendum requiritur hæredis inst. unde inquit ipse hanc diffinitionem declarari posse si dicamus, quòd testamentum est uoluntatis nostræ iusta sententia de eo scilicet legato,hæreditate, uel fidei comm, quod quis post mortem suam fieri uelit,unde inquit ipse,legatum,& alia supradicta sunt id,quod post mortem fieri uolumus. testamentum autem est sententia nostræ uoluntatis ad id peragendum, & sic unum nō est aliud,nec ita declarando conuenit hæc diffinitio legato aut fideicommisso, & hæc
423 est mera ueritas secundum eum.†uel ut Vigli.tradit,id uerbum,iusta,pro solenni exponi debet,iuxta l.4.ff.de iniust. testam.ubi testamentum non iure factum, & sic iniustum dicitur,in quo solennia iuris deficiunt.a contrario igitur sensu id iustum dicetur, quod solennitates continet,sed inter eas ad testamentum requisitas est institutio hæredis, §. 1. infra de fideic.hæred.ergo sequitur sub illo uerbo iusta,eam comprehendi absque eo, quòd exponas, idest perfecta, codicilli uero non iustam,idest non solennem cōtinent sententiam,cum nullam solennitatem ordinationis desiderent, ut infra de codic.in fin. & licet Vigl.non dicat,hoc ante cū unico uerbo uoluit etiam glossa,in d. l. 1. & post eam Iac.ut Alberic.refert exponendo iusta idest
424 solennis,& legitima.†Puto tamen ego Bartoli sententiam,& communem,esse meliorē, id enim uerbum iusta. expositum pro perfecta,intelligi debet de perfectione in potentiori significato,iux.l.1.ff.si ag. uectig. & sic excludit perfectionem minorem, quæ in legato,codicillo,donationeque mortis reperitur, ita resoluendo obiectum Castrensis tradit Aret.in d. l.1.ff. eo. confirmatq; Bellonus hic, licet de Are.mentionem non faciat per tex.in simili,in l.fi.§.1.iuncta l.metum,la secunda,ff.quod met.causa,ubi iustus metus dicitur qui cadit in constantissimum uirum & sic ultra quem alius iustior dari non potest,enim superlatiuum nil supra se habeat, l. ubi autem non apparet,in fi.princ. ff. de uer. oblig.ergo pari modo perfectio quę in testamento datur,& per illud uerbum,iusta,colligitur,debet intelligi de ea quæ omnes alias antecellat,quod est apposita hæredis institutione:ea enim pleniorem honorem adfert legato,cuius honestus tantum titulus appellatur,l.filium,§.sed si portio,ff.de legat. præst. & in hanc sententiam transire mihi uidetur Connanus in commentar.lib.9.capitu. 1.col lum. 2.qui iustam sententiam,de qua in dicta l.1. appellat omnibus numeris absolutā perfectam, & solennem.Nec quod cōtra promouet Vigl.subsistit si recte cōsideretur,imo connellitur, cum id pro regula sit cautū,uerba in dubio in potentiori sensu capienda fore, dicta l.1.si ag.uectig.& secundum naturā & dignitatem eius cui adijciūtur, l.plenum, §.equitij,ff.de usu & ha.merito id uerbū iusta relatum ad testamētum,quod est dignius cæteris ultimis uoluntatibus,debet intelligi de perfectione secundum eius naturam necessaria,& sic magis ampla quam in alijs ultimis uoluntatibus requiratur, & in potentiori significato,& subinde patet id alijs speciebus non adaptari, quod & male Viglius ne-
425 gat.†longe etiam, ut aiunt, a scopo errauit Tollent.existimans tempore quo diffinitum fuit testamentum in dicta l. 1. legata nisi in testam. fieri potuisse,cū de iure Digestorum quo dicta l.1.loquitur,hoc esset sublatū, ut post glo.not.omnes,in l. t.ff.de lega.1.intelligentem,§.præterea, de iure antiquiori, ut ibidem etiam glo.adnotauit, merito huius obiectum sub malo fundamento firmatū collabitur & ita etiā Moderni Patauini hic perpendunt, ut postea eos legendo repe-
426 ri. † minus etiam mihi placet eius opinio circa dictā l. primam, ff.eodem: distinguit enim tantum testamentum a legato, sed non ab alijs ultimis uoluntatibus, ut est codicillus epistola, & dona. causa mortis in esse introducta, imo secundum hanc opini. codicillus,epistola & donat. causa mor.dici poterunt uoluntatis nostræ iusta sententia de eo,quod ibi disponitur,uel donatur,& sic diff.testam.dumtaxat non conueniet cōtra not.in l. 1.§.dolum, ff. de dolo. ne ergo istud absurdum sequatur,uis faciēda est in uerbo iusta,exponendo,ut per Bar.& sequacem.dū uero Aret.hic,Christophor.& Bauer. ponūt de quadruplici perfectione testamenti,adde latius Guil.Bened.idem ponentem in c. Raynutius,in uer.mortuo itaque testatore,el primo,in princip. extra eo. titu.simili modo in emptione uides plures perfectiones cōsiderari per glo.infra de emp.& uend.in prin. &
427 ibi alij tradunt. †in glossa sed ut, habes ex ea conformem textum ad nostrum,quòd antiquitas non sit ignoranda,in l.unica,§.&cū triplici,C.de cad.toll.demum contrariū ibidem,in §.in pro nō scriptis.in cuius solut.distinguūnt Ioan.Fab.& Aret. hic ut per eos.
428 †Bald.uero hic quo ad notitiam textū nostrum dicit procedere,contrarium uero quo ad obseruantiam,quæ solutio illi textui non conuenit,imo de notitia loquitur ibi quasi reaus necessariam, uel pro eorum reuoluat scientia.melius ergo Bauer.& Viglius dicūt etiam ius antiquum,licet prolixum ignorandum non esse,idque de intentione textus,in dicto §.in pro non scriptis.ubi dicit Imperator se in noui iuris compositione enumerasse quosdam casus legis Papiæ, ne quia illius iuris ueteris prolixitate quasi rebus necessariam

riam,uel pro eorum reuoluat scientia, & sic aperte sentit Imperator, quod si non retulisset ius illud antiquum nobis fuisset necessariũ illud reuoluere, & non ignorare.quo fit, ut ille rex.nostro non aduersetur, imo magis cõueniat, idque post Iac.de Belui. expresse dicit hic Nic. de Neap. uolens ex illo textu ius uetus specialiter,& clare proferri debere ne
428 oriatur ambiguitas. † Et profecto antequam hos Doctores legissem animaduerti semper ego textum illum esse conformem nostro non contrarium.& licet Moderni Patauini reijciant hunc intellectum ad illũ tex. quoniam ibi sunt quædam uerba enuntiatiua,quæ neque negant neque affirmant prolixitatẽ iuris antiqui sciendã,imo cum dicatur ibi quod antiqui iuris prolixitas nõ est rebus necessaria sequitur, quod omitti potest, attamen errant abunde.quę nam sint.n. hæc enuntiatiua uerba non demonstrant, & illa ibi,quæ & nos in noui iuris compositione specialiter enumerari iussimus neqs ueteris iuris prolixitatem quasi rebus necessariam,uel pro eorum reuoluat scientiam manifeste demonstrant,quod necessarium erat reuoluere ius antiquum prolixum,alias ille specialis iussus Imperatoris enumerãdi fuis-
429 set superuacaneus.†Rursus ille tex.ibi quasi bus necessariam ex diametro probat contrà istos dicentem ibi dici, quod prolixitas iuris antiqui non est rebus necessaria,namque cõtrarium ibi dicitur, cum illa dictio quasi,sit ibi ueritatis expressiua,iux. illud,quasi unigeniti,patre,in Euangelio Ioannis,glo.in uerbo calatis,in principio, satis allucinatur in secunda uero parte habuit bonum sensum, quod tamen clarius,& uberius explicant hic Theophilus,Ioann.Ferrar.Moder.Pata.& Vi glius post Aulum Gell.lib.15. cap.27.de qui
430 bus supra diximus.† in glossa procinctum pariter errat Accursius dum procinctum testamentũ exponit, quod succincte fieret,eũ non inde fuerit dictum, sed quod procincti dicuntur milites quasi pręcincti, & expediti fiebat enim hoc testamentum in ipso militũ ad expeditionem apparatu ob dubiam belli aleam, ut declarat hic Vigli.& supra dixi.
431 † In gl.libripende, tractum est hoc nomen a pendendo,& libra,quod is libripendendo ęstimabat familiam,i.dest hæreditatem uno nummo,& sic exiguo pretio. quod autem subdit gl.de emptore familiæ qui manumittebat totam familiam cum omnibus bonis, reprehenditur per Iac.de Raue.Petrũ, Ioan. Fab.Vigl.Tollenr.& Aldob.sic enim emptor eum non retinuisset contra intentionẽ text. nostri unde erroneum est quod inquit glossa,de manumissione,formam uero huius testamenti per æs & libram, ponit hic Ferrarius,de mancipio loquens,quod non ad seruos dumtaxat referendum puto, uerum & ad cætera bona.id enim uerbũ familiæ, hoc
432 importat,ut supra dixi. † In glossa libram, dũ libram pro hæreditate accipit Accursius satis errat.Caius enim lib.1.Inst.tit.6.aperte stateram interpretatur, idq; sequitur hic Vigl.& si libra hic esset hęreditas iam nõ emptor familiæ, sed libræ hic dici debuisset.
433 † gl.in uerbo quodam modo,per Ias.Baue. & Aldobr.damnatur dum inquit, quod computato libripende, & emptore familiæ,7. erant testes.emptor enim non erat in numero testium,§.sed neque,infra eod. ibi a testamentarijs testimonijs repellebãt,item nec eo in re 7.erant testes, sed demum a prætore inuẽtus est hic numerus ibi, signacula autem, & testium numerus ex edicto prætoris, sed ne re hunc sensum glossa non habuit.alias male diceret & contra proxime dicta,sed hęc fuit intentio sua dum textus noster inquit, quod hodie 7.testes requiruntur, quod ius ciuile quodammodo exigebat exponere istud quodammodo,quod fictionem quandam denotat,l.in suis,& ibi no.ff.de lib.& post.quia cõputando libripendem & emptorem 7.erant non quod uere computarentur in testibus sed quasi uoluerit dicere, cum tũc 5.testes adhiberentur,& ultra libripens,& emptor interueniret computando istos erant 7.uerum, quia quinque tantũ uere erant testes, ideo textus dixit quodammodo loquendo de 7. ita gl.debet intelligi,& sic eam Tollen.decla
434 rat,& bene.† in glo.subscriptione,notat ex ea Tollent.ad intelligentiam l.pen. ff.eo.ubi dicitur,quod testis in sua subscriptione dẽt annotare nomen suum,& cuius sit testamẽtum, quod ultra prædicta debet etiam suam præsentiam commemorare, pro quo adducit text.hic in uer. accessit, probatq; etiã in uer. ut hoc ius.ibi, ut testes quidem & eorũ præsentia.Sed tu considera istud etiam fuisse de intentione illius l. pe. si enim testis an notare debet quis nam ipse fuerit qui testamẽtũ signauerit,uirtualiter sentit de sui prę sentia mentionem esse faciendam,quin imo ultra dico satis esse colligi pręsentiam,tacite licet uerbis non sit expressa, cum ut ibi tradit Barto.& cæteri sequuntur, forma subscriptionis talis esse debeat, ego talis dico, & assero me fuisse adhibitum in testem in pręsenti testam.facto per talem ideo propria manu me subscripsi & meo sigillo signaui.hæc.n.includent præsentiam testis,licet eam non exprimant. simile uidemus in l.sciendum,ff.de uerb.obl.& in §.si.de fideiuss.ubi si quis scripserit se fideiussisse uidentur oia solenniter acta.& sic interrogationem preces sisse & interueniss e.ratioque per glo. & Doct. ibi adfertur,quia illa est solennitas intrinseca,cum sine ea ille actus promissionis stare nõ possit, merito dicendo quis fideiussi, includit interrogationem fideiussioni necessariam, licet

de illa mentionē nō faciat, quod & casu nostro adaptari potest, hic enim actus in teste subscribendi se test. nullus esset si darcmus eum non fuisse præsentem test. cum talis præsentia requiratur, ut hic, merito testis in subscriptione faciendo mentionem de nomine suo, & testatore, includit etiam sui presentiā, & ob id sufficere debet, tantoque magis, ut actus ualeat & inutilis non fiat, ut per Imo. consil. 8. not. in l. 1. C. de inut. stip. & in l. optimam, C. de contra. stip. Bal. not. in l. 1. nu. 73. ff. sol. ma. uer. sed potest dici. Oldr. cons. 217.
435 & per Cra. consi. 850. num. 6. † Pari etiam modo arbitror in tali subscriptione de die, & loco conditi test. mentionem necessario fieri nō debere, tū quia in forma subscriptionis quam tradit Bart. in dicta l. pe. de hoc nihil dicit, tum etiam quia testes subscribendo se uidentur attestari de die & loco conditi test. quia in subscriptione uirtualiter omnia representantur quę in actu principali cōtinentur, l. sicut, §. nō uidetur, ff. quib. mod. pig. uel hip. sol. ita tradit Dec. in consil. 11.
436 col. 8. nu. 16. † In gl. contextu, colligitur limitatio ad textum nostrū, quo cauetur uno contextu, idest nullo alieno actu interposito testamentum faciendum esse, ut non procedat in actu necessario naturæ, cuius interuentu testamentum non uitiatur, l. cum antiqui
437 tas, C. eo. † Ratioq; esse potest, q actus agētium non operatur ultra eorum intentionē. l. non omnis, & ibi no. ff. si cer. pet. no. Imo. in l. si quis extraneus. in prin. ff. de acquir. her. in l. non solum, nu. 10. ff. de oper. no. nunc. Ruy. cons. 160. nu. 3. uol. 5. Paris. consi. 88. num. 22. uol. 1. cum simil. sed ex actu naturæ necessario interueniēte non præsumitur abdicari mens testantis ab ipso testam. ut tradit hic Tollent. merito extra eius mētem talis actus
438 non debet testamentum uitiare. † Vel & secunda ratio esse potest, quia magis succurritur in casu contingente ex necessitate, quā si contingeret ex uoluntate, merito quando alienus actus uoluntarie in test. miscetur, uitiare dēt testamētum, secus si necessarius sit actus, ita in terminis casus nostri tradit Pau. de Cast. in d. l. cum antiquitas, ex illo tex. hoc notans, nu. 3. concordat tex. in l. cum specialis, C. de iudic. ubi succurritur offerēti libellū recusationis corā alio quam præside, quādo præses nō adest & sic in casu necessitatis, ad idem in c. si quis propter necessitatem de furt. ubi facilius toleratur furtum in casu necessitatis quam uoluntarium, tradit pulchre Cagn. in l. quæ propter necessitatem. ff. de regul. iur. Marcus Mantua consi. 208. nu. 101. paripue modo pater potest proprium filium de facto fonte leuare in casu necessitatis, quod alias nō posset, c. ad limina, 30. q.
439 1. Marcus Mantua, consil. 255. nu. 4. † & in summa prospiciendum est rei in qua necessitas maior uertitur, l. Gallus, §. quidam recte, ff. de lib. & post. l. cum ita, §. fi. l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. Rayn. de Forli. inter consilia Sig. consi. 68. col. 2. in fi. Bal. consi. 35. pater filio, col. 2. uol. 2. consi. 113. col. j. uol. 5. Cra. consi. 478. num. 4. sed maior necessitas uertitur in actu necessario naturę prius explicādo, ut est uictus, uel potionis oblatio, uel medicaminis datio, uel impositio, quib. relictis sanitas testatoris periclitari posset, uel superflui pōderis depositio, de quib. in d. l. cū antiquitas, ergo interuentu prædictorum actuum non
440 debet testamentū uitiare. † quin imo plus dici potest, quod etsi in casu nostro actus necessarius exceptus non esset a lege prohibente actum alienū testa. misceri, nihilominus si contingeret actum necessarium interponi, testamētum deberet ualere, quoniam actus ex necessitate factus nō comprehenditur sub lege prohibente actum fieri, l. ut gradarim, ff. de mun. & ho. l. 2. §. inde agitatum, in fi. ff. ad l. Rod. de iactu. cum alijs ad hoc cumulatis per Tiraq. in lib. suo de legib. connubial. in uer. de Sou Mary. in glos. sexta, num.
441 199. † Hinc uidemus, quod minor aut eius tutor prohibiti prædium uēdere sine decreto. l. lex, quæ tutores, C. de admi. tut. l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eo. sub tali prohibitione legis non comprehēdūtur, si testator pactus est uendere, merito id facere possunt sine decreto, l. fi. ff. de reb. eo. per quam ita tradit Bar. Bal. Aret. Alex. & alij. magis communiter, in l. qui Romæ, §. cohæredes,
442 ff. de uerb. oblig. † Hinc etiam uidemus, q disp. l. hac edictali, C. de secun. nup. qua prohibetur mulier secundo nubens titulo dotis plus in uirum transferre, quam in unum ex ex filijs primi matrimonij, non habet locum in translatione necessaria. Propterea si mulieri aliquid fuerit relictum ea conditione, ut in dotem det marito, poterit secundo nubēs & hoc in dotem dare, licet non tantum relinquat filijs primi matrimonij. hoc enim necessitate coacta mulier agit, cū non aliter id consequi possit seu effectualiter retinere nisi secundo nubat, merito dicta l. hac edictali, quæ de actu uoluntario loquitur, necessarium non comprehendit, ita Roma. eleganter, consi. 219. in secundo dubio, refert & sequitur hæc & alia consimilia ponens, Tiraq. in loco præallegato, a num. 183. usque ad numerum 200. & plura alia quæ ex causa necessitatis tolerantur alias prohibita congerit idem Tiraq. in lib. suo de retracta, in titu. de retraict lignagier, §. 26. a nu. 14. cum pluribus sequentib. ad quem te remitto. ex quibus redeundo ad casum nostrum satis constat optima ratione hunc casum necessitatis naturę a lege fuisse exceptum ad saluandū testamentū non obstante eius interuentu, cum esset si lex cum expresse non excepisset intelligere-

tur

cumque uerbis, uel indicijs hoc est signis:
eamque per illum tex. potissime tenet Crot.
in l. j. §. si quis ita. uer. 3. casus, col. 4. ff. de uer.
450 obl. †Tertia fuit in hac re sententia Alexan
dri in d. l. discretis. distinguẽtis, quod aut lo
quimur in patre ualente loqui, & tunc ne-
cessaria sunt uerba, quando testatur inter li-
beros, & ita procedat j. opi. aut ueru luq nõ
pt, & tũc signis, & nutu pt testari, sicq; pce-
dit 2. opi. q̃ opinione posuit ante eũ Ang. cõ.
258. testator fecit testamẽtũ, requirens tamẽ
ultra nutũ, quòd testator sit doctus littera-
rum, & suam intentionem in scriptis desi-
gnet, hoc secundo casu quando loqui nõ po
451 test. †Mihi uero præ cæteris magis placet
prima opi: quæ & communis est, noua ratio
ne: nam fauor testamenti, non est tantæ po-
tentiæ, quod fiat interpretatio propter eius
ualiditatem magis quã pro alio actu, ut est
casus, & ibi not. Aret. & Soc. in l. 2. ff. de lib. &
post. sequitur Gratus Resp. 134. num. 55. uo
lum. 1. ubi potius sit interpretario, quod te
stamentum non ualeat quam, quòd exhære
452 datio habeat effectum. † sed modo nos ha-
bemus, quod in test. inter liberos semper sub
intelligitur tacite clausula, omni meliori mo
do, & sic, quod testamẽtum ualeat omni me
liori modo quo potest, ut ex gl. infert Imo.
& sequuntur Aret. Alex. & Ias. in l. coh ræredi,
§. cum filię, ff. de uulg. & pup. Alex. & Ias. in l.
hac consult. §. ex imperfecto, C. eod. Claud.
Aquens. in d. l. inter cætera, ff. de lib. & post.
merito cum ad ualorem testamenti plus fa-
uoris non sit indulgendum quã alteri actui,
& hoc testamentum uigore d. clausulæ taci-
tæ aliquo alio modo ualere possit, puta in
uim legati, quod bene nutu fieri potest, l.
nutu, ff. de lega. 3. non est dicendũ, quod ua-
leat, ut testamentum, licet inter liberos sit
factum. Nec obstat l. fi. C. fa. erc. pro secũda
opin. deducta, pariterque distinctio Alexan-
dri; quia solutionem habes utrique hic per
Baneriũ, ultra, quod ad dictam l. fin. respon-
det Ang. in d. l. iubemus, quod ibi non est te
stamentũ, super quo cogita propter illa uer
ba, siue cęptum neque impletum testamen-
453 tum. †An autem idem sit in testam. ad pias
causas, communis est opi. quod nõ, ut hic la
te tangit Baner. & Can. in c. cum tibi. ex. eo.
tit. ubi And. Sic. refert pro utraque parte cõ
suluisse. latus esset uagandi cãpus, sed omit-
to, cum satis superque in hoc principio mo-
rati simus: uideas tantum ultra allegatos hic
per Ban. & And. Siculum, in d. ca. cum tibi,
Benedic. in rep. c. Raynut. in uer. cætera bo-
na, num. 6 t. eo. tit. arguentem pro cõmuni;
& contra commu. ut ibi per eum, in gl. testiũ
ibi, sed hodie notandum est, q hodie cautũ
est, q passim siue testator sciat & possit scri-
bere nomen hęredis siue non, potest per aliũ
id fieri & ualet testa. in Aut, ut spon. lar. in §.

quia uero, unde sumpta est aut. & non obse r
uato, C. eod. idemque tradit Nepos de Mon
te Albano in libello suo, quem fugitiuũ ap-
pellat, in uer. exceptiones contra testamen-
454 tum, num. 5. †Ex hoc igitur satis apposite
infert Aret. hic ad q. notabilem, & quotidia
uam, de notario qui scripsit nomen hæredis,
aliaque in testam. contenta, demum coram
testatore, & testibus id legit, postmodum
interrogauit testatorem, utrum ita uelit di-
sponere, testatorque respondit, quod sic, nec
aliud dixit an ualeat testamentum, certe stan
tibus prędictis, quod per alium scribi potest
nomen hæredis: dicendum uidetur, quod sic
hic enim notarius hoc explicauit, & quod
ualeat tale testamentum ex prædicta ratio-
ne tenuit glo. notab. in uer. quemadmodum
in d. l. iubemus, C. eo. tit. cum qua Cyn. Ray-
ner. Bar. Ang. Franc. Tigri. Sal. & omnes alij
transeunt communiter, ut ibi referunt Alex.
& Ias. idemque tenuit Bar. & alij, in l. hęredes
palam, in fi. priu. dicitque illud seruari, ff. eo.
neque Ang. refert, in dicta l. iubemus, in qui-
busdam lecturis. ista opi: cõmuniter appro-
batur in scholis & in palatijs, & hanc dicit
esse comm. Imo. in c. cũ tibi ex eo, & abunde
plures cumulans Ruy. cõs. 12. nu. 9. in 2. uol.
455 quib. & alios annecto cons. 261. nu. 1. †pro
ceditq; ista concl. plane, quando interroga-
tio facta fuit a notario: fides enim tabellio-
nis aufert oẽm suspitionẽ falsitatis: nam si ei
committ itur tota subitantia ueritatis, ergo
ei standũ est, arg. l. si quando, C. de testib. ita
Bal. in d. l. iubemus, col. 3. quẽ bene sequitur
Ale. consi. 33. col. 3. uer. & dicit Bald. uol. 3. &
456 Ruy. cõs. 8. col. 1. uol. 3. †Sed ultra procedit
hæc opin. quantũcũq; ab alio quocũq; fuerit
interrogatus testator, ut ponit Bar. in l. 1. §.
§. si quis ita, ff. de uer. ob. quẽ Are. hic refert,
& post eũ Ban. quod & ante Bar. fuit de men
te gl. indistincte loquentis, in d. l. iubemus,
sicq; magis cõiter loquũtur Doct. non faciẽ
tes uim an a notario, uel alio testator fuerit
interrogatus, & ita loquitur ibi Ale. & Ias. &
Nic. Boer. qui dicit esse comm. Decis. 35. col.
2. idemq; Clar. meus Rim. cõcludit cõs. 254.
457 ad finem. †Tertio procedit ista conclusio;
non modo in testam. in scriptis de quo hic
agimus, sed etiam in nuncupatiuo secũdum
Are. & Ban. hic de utroque loquentes, sicque
ẽt declarant Ale. & Ias. post alios, in dicta l. iu
bemus. moti, q sicut hodie quis pôt scribere
nomẽ hæredis p aliũ, d. aut. & nõ obseruato.
ita etiam debet posse per alium nomen hęre
dis nuncupare, cum testamentum nuncupa-
tiuum testam. in scriptis exęquetur, ut ibi
in uer. quemadmodũ, & quia paria sunt nun
cupare nomẽ hæredis, uel scribere, l. hęredes
palam, in prin. ff. e. sed secundũ pt p aliud ho
die explicari, ergo & primũ, & in hoc oẽs cõ
ueniũt, nec est q in cõtrouersiã hoc deducat.

Testamẽtum an possit fieri ualide per uerbum, sic ad interrogationem alterius.

458 † Quarto procedit ista conclusio siue testa
tor in respondendo dixerit, sic, siue volo, aut
simile uerbum affirmatiuum, & uoluntatis
expressiuum, ut hic de uerbo uolo, Aret.
& Bauer. tradunt, moti ea ratione, quia uer
bum uolo, dispositionem inducit non mo-
do in legatis, & fideicommissis, §. finali,
insta de singul. rebus per fid. reli. l. 2. C. com
munia de lega. uerum etiam in testamen. &
institutione hæredis inducenda, l. quoniam
indignum, C. eodem; & maxime ad inter-
rogationem alterius prolatũ, iuxta glossam
in l. in uendentis, C. de contrahẽ. emptio.
sed ultra uerbum uolo, quod idem esse de-
beat in alio simili, suadet tex. in dicta l. quo-
niam indignum. ibi, sed quibuslibet confe-
cta sententijs, uel in quolibet loquendi ge-
459 nere formata institutio ualear. † Quinto
procedit ista conclusio (& istud maxime no
tandum est) etiam stante alio testamento,
prius solenniter facto: hoc enim ualet, & pri
mum tollit iuxta regulam §. posteriore, in
stra quibus mod. test. infirm. & ratio esse po-
test, quia in hoc secundo testamento neces
sario præsupponitur adesse voluntas testato
ris, & propter hoc ualet tale testamentum.
si ergo talis uoluntas est posterior, necessa-
rio sequitur, quod illa attendatur, & pri-
mum testamentum tollatur, dicto §. poste-
riore, ita per hanc rationem tenet Dec. con
sil. 489. & latius Clar. Dominus meus Rimi-
naldus, in consil. 254. per totum, maxime ue
ro, nume. 23. quibus addo Alexand. in con-
sil. 33. colum. 5. in princ. uolum. 3. idem tenẽ
tem, & post eum Ruyn. consil. 12. num. 10. uo
lum. 2. ubi dicunt, quod rationes glossæ, &
Doctorum, in dicta l. iubemus, militant siue
aliud testamentum præcedat, siue non.
460 † Bene uerum est, quòd Paul. de Castro,
consil. 366. uiso puncto, & allegationibus, in
fi. alias 155. uolu. 1. ã impressione de Tortis,
tenuit contrarium, motus ea ratione; quia
quando aliud testamentum non pręcedit fa
uorabile est testatori, quòd decedat testatus
ideo testamentum eo casu factum ad inter-
rogationem alterius per uerbum sic, ualet;
iuxta glo. in dicta l. iubemus, & communem
opin. de qua supra. sed ista ratio modo ces-
sat stante alio testa. prius facto solenniter:
tunc enim omnino decedit testatus ex pri-
mo illo testa. absque eo, quod hoc secundũ
ualidum reddamus, ideo ualere non debet.
nec isto casu procedere debet cõclusio glos-
sæ, in dicta l. iubemus, & hæc sententia Pauli
de Castro, fuit etiam de mente Soc. in consi.
229. col. 5. uol. 2. licet non alleget Castrensẽ,
ubi ponderat, quod primum testamentum
extabat, ideo non est uerisimile, quod ab eo
fuerit recessum, & quòd uno uerbo illud te-
stator uoluerit corrigere, sed clare idem po
nit allegando consilium Pauli de Cast. idem
Soc. consi. 92. col. 8. num. 26. uol. 3. Ruyn. con
sil. 9. colum. pen. in prin. uol. 2. secutus ratio
nem Soc. in d. consi. 229. Crauetta, con. 117.
in fine, idéque firmat Guido Papæ, consi. 64.
uisis duob. in fi. Zasius, consil. 3. car. septi-
ma, uersicu. denique posito, Crotus, in dicto
§. si quis ita, in septimo casu, in fi. Soc. Iun. cõ
sil. 144. num. 15. & consi. 183. nume. 34. in 2.
uol. ubi ex ratione Castrensis, de qua supra re
prehendit Decium, in dicto cons. 489. sed ab
opi. Decij & Riminaldi mei recedendum nõ
puto ex ratione superius formata, quæ effi-
Pau.de Cast. Alex.Ias.& alij in specie notant
non sufficere,q̃ testes sint post cortinam,uel
parietẽ, cũ textus dicat,q̃ eẽ debent,ĩ cõspe
ctu testõris,ad idem tex.in l.si unus. C.eo.in
uer. coram testatore, & sic in eius p̃sẽtia,ad
idem tex.in l.hac consultissima,in fi.C.qui te
sta. fac. ibi tot oculis spectata.hinc referunt
Cy.& Albe. in d.l.si non speciali, de facto fuis
se cassatum Bononię,quoddam testamẽtũ,in
quo testator fuerat in lecto, & testes nõ uide
runt eũ,sed dũtaxat audiuerunt, quia posset
supponi aliquis in lecto,uel iuxta,qui hoc di
6 ceret mortuo testõre,uel quasi mortuo.† Et
vt subdit idẽ Cynus,vidit hoĩem,q tã bene uo
cem suam mutabat, & alterius uocẽ assume-
bat,ut ab illius uxore,cuius uocem fingebat
crederetur esse maritus suus,sicque cum illa
de nocte sæpius dormiret existimante illum
7 esse maritũ suũ.†Rõ aũt decidẽdi fuit pp cui
tandas falsitates,q̃ possent cõmitti,vt mox di
xi,& q̃ plus timentur in testis,q̃ in alijs actib.
l.fi. C.de fideic.posset.n.ultra illud exemplũ
alio modo fraus fieri:q̃s.n.de facili posset in-
troducere, quos testõr non uideret pp corti
nam,uel murũ intermediũ, & interrogare te
stõrẽ an uellet ipsum facere hæredẽ,testõrq;
non uidẽs testes de facili diceret, q̃ sic cã si-
bi cõplacendi confidens, hoc nihil ualere si-
ne testibus, & sic remaneret deceptus,q̃ eẽt
satis absurdũ,ita Pau.de Cast.ĩ d.l.si nõ spãli.
8 † Non obstant cõtraria, & in primis gl.in d.
§.idẽ Labeo,quoniam sup ea multa dicũtur.
in primis.n.ut q̃dam existimarunt,glossa illa
non determinat,sed interrogatiue loquitur
dũ dicit q.d.n.si paries, uel cortina media est
inter testes,& cõtrahentes, uel testõrẽ, & sic
solũ q̃rere uidetur nõ decidere,ita refert Cę
polla,ĩ p̃allegata caut.230.co.3.& Bauer.hic,
9 nu.8.†plus inquit Saly.in d.l.si nõ speciali, q̃
ibi ponitur una q̃õ insoluta dimissa p glossã
uelut indubitata, & q̃dam interpositio posi-
ta ad p̃bandũ,q̃ testimoniũ de auditu, in oĩ
casu non sit sufficiens, q̃ tamen intelligẽtiæ
mihi non placent.quo.n.ad primam dico,q̃
imo glossa illa tacite decidit,licet interroga
tiue loquatur. Primo.n. reprobat opinionẽ
quorundam,q dixerunt esse speciale,ut reci-
piatur testimoniũ d̃ auditu.hoc.n. nõ placet
inquit gl.imo ubilibet recipitur:ad q̃ p̃ban
dũ subdit,q.d.n.si paries,uel cortina media ẽ
inter testes,& cõtrahentes,uel testõrẽ?quasi
dixerit gl. utique p̃babũt hi testes,& admit-
tẽtur,licet sint de auditu,ita fuit intẽtio glos
sæ,ex qua infero, Salycetũ prius ẽt illã gl. in-
tellexisse:dũ.n.inquit p eam poni unam,q.q̃
dimittitur ĩsoluta,male loquitur,q̃a imo sol
uitur,ibi, q̃ non placet,imo ubilibet recipi-
tur.dũq; ille subdit,q̃ ibi ponitur ĩterpositio
ad p̃bandũ,q̃ testimoniũ de auditu nõ sit suf
ficiens,peius intelligit,cũ imo totũ cõtrariũ
glosa intendat iam.n.dixit illud recipi, & ad
10 id p̃bandũ subdit,q.d.n.si paries,&c.†Tertio
igitur loco dicendũ est quatenus illam gl.de
testibus, & contrahẽtibus uerba facit posse
p̃cedere,& sic in actibus inter uiuos,licet te
stes non fuerint p̃sentes,sed uocẽ eis notam
contrahentiũ audiuerint post cortinam,uel
parietẽ, testimoniũ eorũ admittetur secũdũ
illam glossam.dũ uero ẽt de testatore subiũ-
git idẽ uolens,male loquitur p tex.nostrum
aliosque supra citatos.speciale.n.est in testõ,
ut testes uidere debeant testõrẽ,non aũt dũ-
taxat audire,ita oẽs indifferenter inter con-
tractus, & testamẽta distinguẽdo declarant,
in d.l.si nõ speciali.Bar.Aug.Albe. & alij ple
rique,in d.§.idem Labeo,Guliel.Maynerius,

in

in l.quamdiu,nu.45.cũ seq.ff.de regu. iur.&
alij supra citati,nu.3. Ripa,in l.1.nu.50.ff.de
uerb. obliga. idque firmat,& cõem testatur.
Vasqni.de successi. creati.lib. 2.§.14.nu.2.&
11 3.& de rõne differentiæ mox dicam.† Non
obstat tex.in d.l.hæredes palam.illa.n.dictio
palam,tollit obiectũ,cũ exponatur,i.corã te
stibus,& sic in eorũ p̃sentia,ita intelligit Bal.
ibi,Imo.Are.& cæteri,unde patet ultra audi-
tũ testiũ,eorũ quoq; p̃sẽtiã ubi testõr ordinat
12 testamẽtũ,reqri. † Ad tertiũ uero dico illud
procedere.ubi eadẽ rõ militat utrobiq; secus
si diuersa, ita oẽs sup. allegati: declarãt hic
aũt militat diuersa rõ inter testã,& cõtractus
cum primo casu testes requirãtur ad substã-
tiam,secundo ad probationẽ tantũ,secundũ
Pau.de Cast.in d. l.si non speciali, & de 1.la-
tius firmant gl.Bar.& Cast.in l.nemo p̃t.ff.d
leg.1.ubi & Are.col.2.Ias.nu.17.lect. 1.& 2.
nu.23.Rui.col. 6.post Ange.cõs.36.Bal.in l.
cũ quis.col.5.C.de iur.& fac. igno.& ibi Ias.
col.5.in l.2. C.de bon. pos.secun.tab.& post
eum Dec.nu.5.idemq; Ias.in l.si unus.2.not.
C.eo.& prior eo sensit Alber.glo.in §.testes
aũt. uer. neq; impubes,sup.eo.hancq; cõem
testatur Rip.in d.l.nemo põt,nu.27.& Alcia.
Parad. lib.4. c. 17.q̃q̃ non ignorẽ quosdam
contradixisse,ut alias disputaui,de quo pti-
mo.infra de exhær.lib.super rub.s d nũc mis
sum facio,cũ sit extra rẽ nostram.Itẽ primo
casu.quia requiritur maior solennitas,lex p̃-
sentia requirit,secundo uero, quia non tãta
solennitas requiritur, respexit cõiter accidẽ
tia,secundũ q̃ unus loco alterius nõ subijci-
tur.nec uoces mittantur,ita colligitur ex no
tatis p Imo.in d.§.idẽ Labeo.& Guliel. May.
in d.l.quamdiu,facit tex.in c.ubi periculum
de elec.in 6.ubi habetur,q̃ ubi maius pericu
13 lũ imminet,ibi cautius agendũ est.†Hinc in
delictis in quibus agitur de uita hoĩs aut pę
na corporis afflictiua, q̃ maior est,quacunq;
pecuniaria.l.in seruorum.in fi.ff.de pęn.si te
stes super homicidio cõmisso de nocte,depo
nerent dicentes,q̃ cognouerũt ipsum delin
quentẽ, p nocẽ,nec appareret lunã eo tpe lu
cẽ solitam habuisse,aut ibi luminaria alia ex
titisse,utique non probarent tale homicidiũ
fuisse p illũ ab eis noiatũ ppetratũ, & si de ui
su deponerent, probaro defectu lucis lunæ,
& luminariũ,de falso conuincerentur.ut ali-
quando Oldr.in practica expertus fuit, quẽ
dam accusatum tuendo, quẽ Bal.& Ang. re-
ferũt.i l.si cum exceptione,§.in hac.ff.quod
met.cau.Bal.in l.Arethusa.ff.de sta. hom.i c.
1.§.porro,quæ fue.prima cau.bene, amit.Ba
uer.hic,nu.9.late Dec.cõs. 429.col.fi.in pri.
Ias.in d.l.si non speciali.ad fi.Cępo. cau.231.
si aliquis fuit accusatus.Catelianus Cotta,in
libro suo memorialiũ, in uer.testis deponẽs
de eo,q̃ est factũ,Gramma. cons.45.nu.7.&
cons.58.nu.1.& late Decia.respõ.56.nu.30.

14 uol.1. †Igitur idem in testõ dicendũ est, cũ
.n.agatur d̃ uniuersali bonorũ translatione,
§.fi.sup.tit.j.talis cã criminali uenit æquipa-
randa uelut grauis, & magna.l. p plitẽ. ff.de
excu.tut.§.inimicitiæ,sup.eo.late Gramma.
cons.46.nu.4.Dec.cons.33.nu.56.Cra.consi.
75.nu.11.Soc.Iun.cõs.73.nu.14.uol.2.& De
cia.respon.14.nu.21.uol.3.& sic cautius agẽ
dum est,& ob id testes non nisi p̃sentes testa
15 tori sufficere debent.†Notat Are.ex hoc tex
tu, q̃dam satis leui,a ultra q̃ tu ipse nota hic
uideri casum,q̃ de paragrapho,ad paragra-
phũ,sit facienda continuatio inquit.n.Impe
rator,sed hęc quidẽ de testis, q̃ in scriptis cõ
ficiuntur sufficiant,si q̃s aĩt sine scriptis,&c.
quasi dixerit, postq̃ de testõ in scriptis uidi-
mus,& de nũcupatiuo uidendũ est.Idem de
legibus una ad aliã subordinandis,uoluit gl.
in l.2.in prin.ff. de uerb.ob.contrariũ tamẽ
tenuit alibi gl.& ibi Bal.Imo.Alex.Ias.& alij
in l.Gallus. in prin.ff.de lib. & posthuam ẽt
allegat Bal.in rub.C.de ser.fug. & illa uerior
est, proceditque nisi quatenus sit expediens
continuatio,secundum Imo. in d.l.2.q hoc
casu illã gl.intelligit,& idẽ ponit in d.l.Gal-
lus,ubi ẽt sequitur Alex.nu.8. q̃uo ẽt tex.no
ster intelligi p̃t expediẽs.n.fuit post testamẽ
tum in scriptis de nuncupatiuo,tractare me
rito hoc respectu continuationẽ fecit Impe-
16 rator.† Secundo nouiter ẽt ex hoc textu no-
ta,ibi 7.testibus adhibitis, & sua uoluntate
coram eis nũcupata,q̃ cũ ablatiui absoluti re
soluantur in condõnẽ,l.a testatore,& ibi no.
Bar.Bal.Ang.Imo.& alii.ff.de cond.& de. no
tant oẽs Moder.in rub.ff.sol.mat. Cur.cons.
49.nu.83.Dec.cons.89.col.3.in fi.Alex.cons.
17 20.nu.1.in fi.uol.6.cũ sim.†Condõ uero for
mam importet,Bal. in aut.matri, & auiæ. C.
quando mul.Alex.in l.1.in fi.ff.de lib.& post.
Ias.i l.2.§.1.nu.21.ff.sol.mat.Catelianus Cot-
ta,in libro suo memorialiũ; in uer.condõ, q̃
apponitur,& in uerbo,lex.Deci.Neap.355.
nu.4.Gozad.cons.73.nu.13.Tiraq.de retra-
ctu,in tit.de retractu conuentionali, in 2.§.
nu.3.Decia.respõ.88.nu.21.uol.2. p hoc di-
cens,q̃ impleri non põt p æquipollens, ut p
oẽs, in d.l.1.ff.de lib.& pos.inferri potest, hic
esse casũ,q̃ 7.testes rogati,p̃sentesque nũcu-
pationi uolũtatis testõris sunt de forma testi
nuncupatiui,hocq; arguẽdi genere in nota-
bili casu utitur Dec.cõs.11.nume.19.& Deci.
Neap.de qua supra, ubi dispositio loqueba-
tur in ablatiuo absoluto:considerant.n.q̃ ex
quo cõdõnẽ importat, iõ forma inducitur p
talẽ cõdõnem.sic ergo & in textu nostro pos
18 sumus argumentari.†Idq; ulterius magis cõ
firmari p̃t p tex.in l. hac consultiss.§.p nuncu
pationẽ.C.eo.plurib.in locis eũ ponderãdo,
primo ibi,non alias ualere sancimus, q̃ uer-
ba cũ sint decretũ annullatiuũ,formã indu-
cunt,ut tradit Bal.Cuma.Cast.Alex.Aret.&
Ias.

Testes rogatus, & corã præsentiã nuncupatiui quid sit de forma testi nuncupatiui.

Ias. in l. j. ff. de lib. & post. & ego dixi, consilio
311. nu. 15. subdens, q sine forma res nõ sub
sistit, quia forma dat esse rei. l. Iuliã. §. sed si
quis. ff. ad exhib. sicque arguit Natta, cõsilio
19 372. col. 9. † Secundo ibi, quam si 7. testes,
&c. ubi. n. in dispositione legis, uel hoĩs poni
tur aliquid conditionaliter illud dicitur es-
se de forma, secundum Bal. in d. aut. matri, &
auiæ, Fel. in c. cum dilecta, col. 7. uer. secundũ
20 signum, de rescrip. † Tertio ibi, & simul uno
eodemque tpe uoluntatem testantis audie-
rint, ubi. n. quid cum actu simul explicari de
bet, id de forma esse dicitur, ut tradit Card.
& Imo. in cle. causam, §. pen. de elec. sequitur
Fely. in loco præallegato, in uer. quartum si-
21 gnum, quæ oĩa bene nota. † Vltimo notãdũ
est ibi, & sua uoluntate coram eis nuncupa-
ta, q in testõ nuncupatiuo uoluntas testõris
debet manifestari corã testibus, quod & Are.
notat, & supra latius dixi figurando casum,
nunc tantum adde secus esse in codicillis, &
donatione cã mortis, quæ fieri possunt, licet
nõ coram testibus, sed post cortinam, uel pa
rietem constitutis uocemque duntaxat co-
dicillantis, aut donãtis cã mor. audientibus.
Dictum fuit pulchrum Mattesilani notabili
135. a Veronense relatum cautela 230. col. 3.
secutique sunt Ias. & Alex. in l. si non specia-
22 li. C. e. & Bauer. hic, col. 3. † Idque potissime
Ias. adnotauit ob clausulam codicillarem. q
communiter in testamentis inseri cõsueuit,
si. n. contigerit testes adhibitos in testõ fuis-
se post parietem, aut cortinam, atque ob id,
ut testamentum illud ualere non possit, nihil
tamen impedit quominus uim codicillorũ
obtineat, qui præsentiam testium non requi
23 runt, quod memoria dignum est. † Venio ad
glosas, & circa primam habes, quando 7. plu-
res, uel pauciores testes in testõ requirantur.
ĩ primis. n. inquit glossa, nullus uocatur si mi
les moriatur ĩ bello. l. milites, & ibi notatur
C. de test. mil. in qua, ut tradit Aret. & Baue.
ponderandum est uerbum uocatus, quod ex
poni debere dest rogatus. uerũ enim est nul-
lum testem rogatũ, hoc casu desiderari, duo
tamen requiruntur ad minus per quos talis
uoluntas probetur. l. Lucius, in fi. prin. ff. de
test. mil. & cum prædictis concordat ẽt Chri
stoph. idemque plenior in hoc glosa uoluit,
in l. j. ff. eo. in uer. mala, cum qua Bar. Bal. &
24 cæteri transeunt. † Et ratio esse potest, qa il-
le cui concessum est priuilegium, ut non te-
neatur seruare iuris solennitatem non, per
hoc põt omittere ea, quæ sunt iuris diuini,
uel gẽtium, quo introductum fuit, q in ore
duorum, uel trium stet oẽ uerbum, ca. nouit,
de iudic. ca. cum esses, eo. tit. & ideo in testõ
militis, morientis in bello, licet remissa sit so
lennitas iuris, ut est rogitus testium, & id ge
nus, debent tamen adesse saltem duo testes,
qui id probare possint, ita tradit Bar. quem
25 Alex. & Ias. sequuntur, in d. l. milites. † Quod
etiam sequit ur ibidem D. meus Rimi. col. 1.
dicẽs militem in bello mori etiam si sit uulne-
ratus in prælio postea præter illud inconti-
nenti mortuus fuerit, quod est bene notan-
dum ad intelligentiam illius textus. & con-
firmatur, quia quando in cõtinenti post bel-
lum mortuus fuit perinde censeri debet, ac
si in bello decesserit, quia quæ incontinenti
fiunt uidentur inesse, l. lecta, cum ibi no. ff. si
26 cer. pet. † Sed ultra Doctores, hic unũ aliud
ex hac gl. eodem loco notare debes, dum in-
quit, si miles moriatur in bello, q priuilegiũ
quod habet miles in actu præliandi existens,
ut possit testari nullis rogatis testibus, uendi
cat sibi locum solum, quando miles in prælio
decedit, secus si non decesserit in prælio, licet
aliter uulneratus fuerit, ibi, nec inconti-
nenti decesserit, ut supra dixi post D. meum
Riminaldum. si enim tanto tempore postea
uixerit, q habuerit facultatem de nouo con
dendi testamentum, tale priuilegium cessat,
ita est de intẽtione huius glosæ, idemque ad
scopum per illum textum notarunt Ang. Ro
ma. & Alex. in d. l. milites, & post eos D. meus
Rimi, dans exemplum, quando post bellum
uulneratus miles ex interuallo decessit. mo-
uentur oẽs per illum tex. ibi, [*in prælio uita for
tem dereliquerunt,*] de hac tamen gl. nullam mẽ
tionem facientes, quæ pari modo ex illo tex.
mouetur, & ultra eos pro hac snĩa benefacit
tex. in l. j. ff. de bon. poss. ex testamẽto mil. vbi
loquitur de his, qui in hostili loco suprema
iudicia sua, quoquõ ordinare possunt, subdit
[*ibidemque diem suum obiissent,*] & sic se restrin-
git ad morientes ibi, idem ergo & in mili-
27 tibus dicendum uidetur. † sed hanc opi-
nionem dãnat Dec. ibi per textum in §. post
missionem, infra tit. t. ubi dicitur, q testamẽ
tum factum in castris ualet iure militari in-
tra annum, & sic licet non decesserit in præ-
lio, ualet tamen iure militari. Nec obstat d.
l. milites, ponit. n. facti contingẽtiam qua-
si dicat, licet pp mortem aliter non potuerit
ordinari testamentum, q̃ eo modo, quo san-
guine suo, uel in puluere scripserit, tamen ua
let testamentũ, & hãc op. decerpserit a Paulo
Castrense, in l. ex testõ. C. de tes. mil. nulla de
ipso mẽtione facta. Qui est huius sẽtẽtiæ inqt
. n. q ex testõ militis, licet non solẽni dentur
legata, fideicommissa, & hæreditas, dummõ
sit factum in expeditione militari, & ibi de-
cesserit, uel si decessit post missionẽ saltẽ de-
cessit intra annum, ecce quonam pacto, idẽ
28 ponit, quod Dec. † Sed tu considera uertiorẽ
esse opi. D. mei Rimi. post memoratos lege, &
rõne. tex. n. famulatur eis, ĩ l. 3. C. de inof. tes.
ubi si præterito filio mater tantũ superuixit,
q potuit mutare testamentũ, neglectus repu
tatur, & hẽt q̃relam, secus si in puerperio de-
cessit, qa repentini casus iniquitas cõiectura

Priuilegiũ militis ĩ testando nullis testibus rogatis, quando locũ habeat.

pietatis maternæ emēdatur, ex quo decessit in continenti, secus in primo casu, ubi ex in
29 teruallo. †Ratio uero est quæ colligitur ex il lis uerbis positis in d.l. milites. ibi [*sub ipso tempore quo in prælio uitæ fortem derelinquunt*] se cus ergo si alio tempore ex interuallo, quia determinatio unius temporis non recipit functionem alterius temporis, l. usufructus mihi, ff. de usufr. leg. Bal. in c. licet. de sup. negl. præla. Ias. in auth. quę supplicatio, col. 2. C. de preci. imper. off. Natta, cons. 485. col. 2. nec obstat, quod inquit Dec. de test. post mis sionem ualente iure militari intra annum, & sic ex interuallo post bellum milite mortuo te, nam id concessum fuit in præmium mili tiæ bene gestæ, l. testamenta eorum, ff. eo. & ibi Bal. notat. unde missis ignominiæ causa non conceditur id priuilegium, ut ibi dici tur. aut ergo miles in prælio, uel post incon tinenti decedit. aut post missionem honestā intra annum, & semper ualet testamentum suum iure militari: aut ex interuallo citra missionem, & tunc secus. ad tex. uero in d.l. 1. respondetur, quòd loquitur in illis qui iu re militari testari non possunt, quia non sūt milites. ut enim testamenta sua quoquo mo do facta ualeant oportet, quòd in d. hosti li loco moriantur, secus autem in militibus, qui iure militari testari possunt, in quib. con
30 siderandi sunt casus supra dicti. †In eadem gl. ibi, quandoque unus, ut Imperator, l. om nium, C. eod. habes ex ea, quòd testamentū factum coram solo Principe & sic unico teste ualet, quod ex eo cōtingit, quoniam coram eo præsumitur semper adesse multitudo per sonarum, secundum Aret. & Bauer. hic, post Doct. ibi. tu adde, quod in hac præsumptio ne se fundat ille tex. ibi, inter tot nobiles pro bataque personas etiam conscientiam Prin cipis tenet, quo fit, ut nihil iu se specialita tis hoc testamentum continere uideatur ni si dixeris inde eam surgere, quòd licet huius modi testes qui præsumuntur adesse non fue rint rogati nec publicatum hoc testamentū tamen ualebit, quòd in alijs esset secus, dici turque hoc non obstante superare omnium testamentorum solennitatem; ut ibi in prin cip. unde patet maximam in eo specialitatē
31 uersari. †requiruntur tamen ad minus duo testes, qui de hoc fidem faciant secundum Bar. Bal. Alexan. & Cor. in d.l. omnium. quā opi. dicit esse commun. Soc. Iun. in consi. 138.
32 in fi. uol. 1. † Pari quoque modo dicendum est testamētum a Principe factum ualere ex eadem præsumptione, ꝙ coram multitudine personarum testatus fuerit, iux. d.l. omniū, ita refert Bal. in l. sancimus, C. de dona. se re cordari, ꝙ Franc. Tigri. & Bart. consuluerunt in test. quodam facto per quendam de Vrsi nis in quodam Castro, in quo habebat merū & mixtum imperium, sequitur Alex. in d.l. omnium, & consi. 156. ui so instr. col. 2. uers. tamē Bal. in 2. uol. Andreas ab Exea in libro suo pactorū, nu. 346. Nico. Boer. Decis. 228.
33 nu. 7. col. 4. ubi plures allegar. † In eadem glo. ibi. §. ex imperfecto, concluditur in test. inter filios duos testes sufficere, additque Are. rationem, nam satis est uoluntatem pa tris quibuscumque inditiis probari, l. fin. C.
34 fam. erc. † quo fit, ut duo testes sufficiant, qui ad probandum indicium requiruntur iux
35 ta glo. notab. ibi. †sed ista ratio mihi nō pla cet, tex. enim in d.l. fi. loquens de inditijs nō loquitur de directa probatione uoluntatis super qua testes deponunt, sed de probatio ne indirecta uoluntatis, puta super aliquo, quod facit Indicium ad factum, secundum Bar. Angel. & Salyc. ibi. quo casu bene uerū est ad probationem talis indicij duos testes requiri secundum eos, ubi uero agitur de ꝓ bando Indicio propinquo & sic de directa ꝓ batione facti unus tantum testis sufficit, ut tradit idem Bar. in dicta l. fi. & in l. fi. col. fi. ff. de quæst. ubi alij ponunt & nouissimo loco Mars. nu. 12. & in l. unius, §. testes, ff. eod. tit. sequitur Brun. in tract. de indicijs, & tortura q. 2. primæ partis, & Franc. de Caso. in trac. de tormentis, c. 6. unde cum in casu nostro agatur de probatione directa uoluntatis at tenta prædicta ratione sequeretur unum, tā tum testem sufficere, quod tamen omnes ne gant, & duos requirunt. ergo hinc patet
36 hanc rationem friuolam esse. †& priusquam aliam subijciam considera, quod ubi scriben tes indicium appellant, quando testes de ui su deponūt, puta quem alium uulnerare, fu rari, & id genus, id non est proprie indicium sed probatio maleficij plena si per duos pro bet, semiplena si per unum, licet hanc appel lent indicium, ita Francis. de Caso. loco cita to & plenius Marcus Ant. Blanc. in tract. de indic. nu. 48. cum sequentibus, ad propositū
37 † deinde nostrū redeundo melior est altera ratio, quàm tradit Bart. & cæteri post eum in d. §. ex imperfecto, dicentes, ꝙ cum solen nitas iuris ciui. quantum est inter liberos sit remota, remanet hoc in pristino i regen. se cundum, quod in ore duorum, uel triū stat
38 omne uerbum, c. cum esses. ex. eo. †Plus ul tra subdit Aret. non requiri, ꝙ hi duo testes, sint mares, Imo etiam fœminæ sufficiūt, Glos sa est no. in auth. quod sine, C. eo. ubi Bal. Sal. & alij, sequitur Bar. Ang. Cas. Ale. & Ias. abū de, in d. §. ex imperfecto, Rub. cons. 6. in priū cip. Bal. Ang. Cas. Imo. & Alexand. in a post. ad Bar. in l. qui tes. §. mulier, ff. eo. cum alijs per Tiraq. cumulatis in libro de legib. connub. in 9. lege connubiali. nu. 47. postremoque lo co rogitus testium non requiritur secūdum Are. hic & Doctor. in locis proxime allegatis de quo ultimo dixi supra eo tit. in princip.
39 † Prædicta uero procedunt quando testamē tum

tum patris solum defectum solennitatis patitur, ut quia duo testes tantum, feminæ, uel non rogati, intercesserunt, secus ubi uitium præteritionis concurreret: tunc.n. non ualeret testamentum interliberos ex eo, quod coram duob. testib. esset celebratum, ita glo. Bar. Bal. & communiter Doc. in l. si filius, qui in potestate, ff. de lib. & post. Bal. Ang. Cas. & alij, in d. §. ex imperfecto, Ang. & Imo. in l. si illo præterito, ff. de iniust. test. ponderantes textum in d. §. ex imperfecto. quos refert, & sequitur Dec. consi. 105. col. pen. ad fin. confirmatur quo ratione, nam uitium præteritionis est quasi delictum testatoris, sed uitium solennitatis numeri testium, non est in persona testatoris, nec intra rem. i. intra actum testandi, sed extra circa solennitatem probatoriam. primum ergo uitiat, secundum non ita Bald. in dicto §. ex imperfecto, in secunda oppo, sequitur Ias. in dicta l. si filius, nu. 26.

40 † Simile uidemus in casib. in quib. testes inhabiles admittuntur, id locum non habere, quando plures defectus paterentur aut impedimenta concurrerent, ut tradit Bal. in l. eos, C. de testi. And. Sicu. cõs. 45. col. 4. uol. 4. Ceph. cõs. 5. nu. 28. D. meus Lodo. Catus & sui tpis iter cathedrantes eximius, consi. 99. num. 26. lib. 1. crimi. Rol. a Valle, consi. 3. nu. 51. uol. 3. qui me citat, consil. 106. nume. 18. eodem lib. crimi. & idem posui, consil. 113. nume. 32. & consi. 114. num. 16. & nunc addo Rol. a Valle

41 pariter, consil. 98. nu. 46. uolum. 4. † Secundo prædicta procedunt, quando filij fuerunt æqualiter à patre instituti, & honorati, tunc non obstante imperfectione solennitatis ualet testamentum, secus ubi inæqualiter uocati fuerunt: tunc enim non procedunt quæ habentur in d. §. ex imperfecto, ita uoluit egregie Roma. consi. 179. amplissime Doctor. col. 5. uer. 2. quod & posito, & in consi. 385. in casu præmisso, uer. 2. principaliter: dicens, quod priuilegia quæcumque quæ consequitur testamentum paternum factum inter liberos, locũ habent quando pater si plures habet filios in omnium fauorem disposuit, secus ubi in fauorem unius, in alterius uero odium disposuit. citat Specul. in tit. de instr. edi. in §. compendiose, uersi. quid si pater habens tres filios, qui uere hoc non dicit, ut etiam Rube. aduertit, cõs. 6. col. 2. sed loquitur in testa. in quo unus filius erat inst. alter uero ptæritus. quod ad casum præcedentẽ facit, nõ ad istũ, in quo præsupponitur omnes filios esse uocatos, sed inæqualiter. hæc tamen Romani decisio multum æqua, & naturalis est, ut seruetur æqualitas inter filios prout debet, l. ut liberis, C. de collat. l. cum opportet, in princ. C. de bonis q. lib. quam ratione adducit Dec. hanc partem tenens, consi. 105. col. pen. in fi. idemq; tenet, cõs. 349. nu. 9. cõs. 361. in princ. in l. 1. C. unde lib. in d. l. ut liberis, in 3. notab.

Testamentum interliberos imperfectũ ut ualeat an debeant esse æqualiter instituti.

& in l. hac consultis. nu. 37. C. q. test. fac. poss. Rimin. meus, consi. 331. nu. 10. & abũde Soc. Iun. consi. 147. num. 33. cum sequentib. in 2. uol. ubi pluribus medijs hanc opi. confirmat quam tenet etiam Celsus Hugo, cõ. 102. sub

42 num. 3. † pro qua præter alios nouiter facit, nam uidemus, quod ita demum secundum testamentum conditum interliberos minus solenniter tollit præcedens testamentum conditũ pariter inter liberos, ut uoluit gloss. no. q. ibi sequitur Iac. de Bel. & pleriq; alii in Auc. de testa. imper. in §. si quidem. si illud sit fauorabilius filijs primo testa. secus autem si primum sit secundo magis fauorabile: tunc. n. secundũ non ualet, ita uoluit Cy. Bal. Castren. Saly. Ias. & alij, in aut. hoc inter liberos, C. eo. Gul. Maynerius, in l. quamdiu, nu. 101. ff. de reg. iur. Roma. in d. consi. 179. nu. 20. & consi. 385. col. 1. Alex. consi. 103. uiso, & diligenter. col. pen. uol. 4. consi. 163. num. 6. uol. 7. Soc. consil. 165. col. pen. in secundo uol. Corn. consi. 21. num. 10. uol. 4. Dec. cõs. 631. nu. 4. late Paris. consi. 24. nu. 13. & cõs. 34. nu. 46. in 2. uolumi. Crau. consi. 143. nu. 7. Didac. Couuar. in Rub. de testa. par. 2. sub nu. 19. uersi. 6. deducitur, & ego dixi, consi. 235. nu. 24. nũc addens Decianum resp. 34. uol. 1. repetito resp. 126. nume. 2. uol. 3. idemque Vasq. de successi. resolu. li. 3. §. 1. nu. 5. post Corn. consi. 31. num. 19. uol.

43 1. qui commu. testatur. † Adeoque consideratur ista maioritas fauoris, quod opportet ut absolute & simpliciter secundũ testamentum sit omnib. filijs fauorabilius puta, quia minus grauentur in eo legatis, & alijs oneribus quam in primo, uel quia maiori parti filiorum consulat quam primũ, ut quia in primo uni tantum plus, alijs uero minus erat relictum, in secundo uero uocantur æqualiter: his. n. casibus secundum, ut fauorabilius attenditur, & primum tollit: secus uero quando respectu unius filij esset utile, alijs uero pluribus damnosum, puta quia in primo unus esset institutus in legitima tantum, alij duo æqualiter, in secundo uero omnes æqualiter: tũc. n. primum, ut in pluribus fauorabilius secundo attenderetur, non autem secundum, quod pluribus nocet, quam prosit, ita Rimin. meus, consi. 110. Ruy. consi. 9. col. 2. in 2. uol. cũ. n. hæc ita sint, quod ut secundum, primũ tollat, opportet id filijs esse fauorabilius, pari modo dicendum est, ut ualeat minus solenniter factum, opportere eos æqua lance esse uocatos eisque omnibus uniformiter esse fa

44 uorabile. † Contrarium tamen tenuit Castren. Cur. Sen. Rim. meus, & Cor. in d. §. ex imperfecto, Ale. con. 145. uiso, themate col. pen. in 2. uol. moti præcipue, quia aliàs ille tex. esset frustatorius, si loqueretur tãtum filijs æqualiter institutis, cum idem ab inrest. erant habituri, sicque nil specialitatis induceret. Idemque tenet, & commu. testatur, Vasq. lib. 3. de

 successi.

succeff.crea.§.21.nu.67. quia parentibus liberum est etiam inter uiuos bona sua diuidere inter filios etiam inæqualiter, dummodo per talem inæqualitatem nullus legitima priuetur, uel minuatur, l. parentibus, C. de inoff. testa. & in tali diuisione facta inter liberos dubium non est quin ualeret prob. & solennitas iurisgen. ergo similiter eadem solennitas sufficere debet, quando pater id fecit in ultima uoluntate, d.l.fi.& d.§.ex imperfecto. unde si liberi, dispariter instituti integras habebunt legitima bene erit, nam testa. ualebit: sin autẽ alicuius legitima diminuta sit, tũc testa. similiter ualebit, & legitima supplebitur, ut in l. omnimodo, C. de inoff. test.

45 † Tu uero pro resolutione distinguas: aut magna reperitur inæqualitas in test. patris, & procedat opi. Romani sequaciumque, aut modica, puta bonis paulo meliorib. uni magis quam alteri cõsignatis, & procedat opi. Castrensis, eorumque qui eum sequũtur, sic Curt. Iun. distinguit in d. §. ex imperfecto, Ias. que in effectu ante eum, idem sensit in dicta l. hac consultissima, col. 3. C. qui test. fac. eiusque sententiæ fuit Rubc. cons. 6, col. 2. in eaque uim facit Soc. Iun. in d. consi. 147. nu.

46 45. in 2. uol. † pro qua etiam facit nam parum, & nihil æquiparantur, c. licet causam, §. quamquam, de prob. ibi nulla, uel modica, in fra de le. Fal. in princ. ibi pro nullo aut minimo lucro. Marſ. consi. 80. nu. 31. singu. 276. Craue. consi. 46. col. fi. Ias. in l. seiẽdum, ff. qui sat. cog. ubi ad multa inferunt ex hac regula de qua etiam supra tetigi, in princ. quando ergo modica est inæqualitas perinde non

47 adsit testamentum ualet, † Cum etiam ob modicum damnum a iure communi non recedatur, ut tradit Cy. Dyn. & Bal. per illum tex. in l. scio, ff. de in int. resti. quæ cessant stãte magna inæqualitate, merito hoc casu testamentum ualere non debet, nec meo iudicio tam potens est ratio Vasquij, supra relata, ut in eius sententiam cogar accedere; nã, ꝙ pater possit inæqualem diuisionem facere inter filios coram duob. aut trib. testib. toleratur, cum satis sit solennis illa diuisio duobus testib. munita, uelut actus inter uiuos, l. ubi numerus, ff. de testi. at testamentum maiorem solennitatem requirit, & si pater uult inæqualiter filios instituere, uel uni tantum legitimam relinquere, debet solẽnem numerum testium habere in test. ne multiplicẽtur inconuenientia tractandi filios inæquali-

Testamẽtum minus solẽne inter liberos naturales an ualeat.

48 ter, & in testamento minus solenni. † Tertio prædicta procedunt in filijs legitimis, & naturalib. secus in naturalib. tantum, in quib. testamentum paternum cum duob. testibus & sic minus solenne non ualet, ita Bal. in l. parentes, ff. de in ius uoc. Bal. Imo. & Are. in l. q. test. §. mulier, ff. eo. Imo. & Alc. in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Treb. Ang. & Imo. i l.

filio prætерito, ff. de iniuſ. test. Bal. Ang. Cor. Alc. Ias. & alij, in d. §. ex imperfecto, Tiraq. in l. si umquam, in uer. suſceperit liberos, num.

49 49. C. de reuo. don. Rub. consi. 7. col. 2. † ubi dicit hanc esse commu. Guil. Mayn. in l. quotiens, ff. de reg. iur. num. 40. ubi de rigore iuris dicit esse ueriorem. fundatur, quoniam d. §. ex imperfecto, simpliciter de filijs loqtur, ergo de iustis l. filium diffinimus, ff. de his, ꝗ sunt sui. item l. fi. C. fam. erc. loquitur de suis, & emancipatis tantum, secus ergo in natura

50 lib. † Contrarium uero uoluit Spec. de instr. edi. §. compendiose. uer. quid si pater na. Roma. conſ. 79. nu. 16. Bal. in l. si qua illustris. C. ad Orfi. Sal. & Cast. in d. l. fi. Cast. in d. §. ex imper. Guil. Ben. in c. Raynut. eo tit. inter testamentũ; el primo, nu. 85. quod & æquius esse dicit Guil. Mayn. supra citatus. mouentur ex l. fi. C. de confir. tut. ibi, quocũque modo reliquerit. Secundo per l. humanitatis, C. de natur. li. ibi liberam potestatem. Tertio per rationem text. in Auct. de test. imper. in prin. qui in natura fundatur, eaque est inter omnes communis, l. hos accusare, §. omnib. ff. de accuſ. Quarto, quia arguendo de parte ad totum, l. quæ de tota, ff. de rei uend. sic naturales, quod eis relinqui potest, debent capere posse in testam. minus solenni, sicut legitimi totum, cum in ea parte lex eos approbet secundum Salycet. & hanc opi. late tenet, & defendit D. meus Rimin. in d. §. ex imperfecto, licet alteram testetur esse magis communẽ.

51 † Tertia fuit opi. Baldi, in d. l. fin. C. fa. erc. qui pro concordia dixit, aut loquimur in test. in scriptis, aut nuncupatiuo primo casu ualet obseruata forma subscriptionis, iux. aut. posi tam super d. l. fi. & aut. ꝗ sine, C. eo. alias nõ. & ita procedat opi. Spec. quæ fuit ẽt Plac. in summa sua, secundo casu nõ ualet, & ita procedat alia opi. & tex. in d. §. ex imperfecto. ꝗ uenit ad supplementũ d. l. fi. in iustis liberis, uel in his ꝗ hẽnt iura legitimorum, non aũt in naturalibus, quibus non debetur paterna hæreditas, nec debitum bonorũ subsidium, & ad hãc distinctionẽ se remittit Cas. in d. §.

52 mulier. † mihi uero longe magis placet cõis opi. quam confirmat Are. ibi pulcherrime, p tex. in Auct. de test. impe. iũcto d. §. ex impe. in eo. n. §. Theodosius simpliciter concessit hoc priuilegiũ filijs quo ad parentes utriusque sexus. ꝗ uerba declarat Imp. in aut. pal. leg. significare hoc dũtaxat, ꝗ lex Constantini ꝗ dabat hoc priuilegiũ filijs suis, uel emancipatis p Theodosiũ fuit extensa ad filios respũ matris. & sic clare colligitur, ꝗ per priuilegiũ cõcessum simpliciter liberis a Theodosio nõ sũt inuitati filij naturales respũ patris, sed solũ filij matris, ꝗ nõ fuerũt uocati a Cõ

53 stãtino, in d. l. fi. † cõfirmatur hoc scd'm Are. ex eo. tex. in corpore dũ dicit, ꝗ l. Const. ꝗ loquebatur in suis, uel emãcipatis p Theodosium

fiú extensa fuit ad testam. matris, ergo manifeste colligitur, ꝙ si nõ fuisset facta talis extẽsio, d.l.fi. non habuisset locum in test. matris & tamẽ clarũ est, ꝙ plus iuris hẽut filij in hereditate materna, maiorq; fauor eis detur ꝙ filijs naturalib. in hæreditate paterna: illi.n. præteriti expugnant testam. §.fi. infra de exhæ. lib. hi uero non. si ergo d.l.fi. non extẽde-
54 batur ad illos, multo minus ad istos. † Fortius ultra Are. addi põt, ꝙ si lex Cõstãtini, & Theodosij etiã in naturalib. procederet, sicut Imp. in d. auct. dixit eas loqui in suis, emãcipatis, & quo ad matrem, ita & de naturalibus expressisset, arg. l. unicæ, §. sin autem ad deficientis, C. de cad. toll. quod cum non dixerit, nec nos dicere debemus. l. si uerò, §. de
55 uiro, ff. sol. mat. † Confirmo adhuc illam sententiam per tex. in d. auc. in §. nos omnia. vbi Imp. loquẽs de test. in scriptis imperfecto secundum Bar. Ang. & alios ibi, dicit, ꝙ si pater uoluerit facere dispositionẽ inter filios suos, dẽt nomina filiorum, & uncias in quibus scripsit eos hæredes per litteras manifestare: si uero uoluerit ẽt rerum inter eos diuisionem facere, aut in quibusdam reb. certis eos uocare, & harum inscribat etiam significationẽs, pondero, ꝙ Imper. loquitur de filijs quib. quo uellet pro libito potest uncias pater relinquere, uel pro libito inter eos diuidere bona, quæ licentia ad naturale filios nõ porrigitur ẽt hodie nisi deficientib. legitimis, & naturalibus, auct. licet, C. de natu. lib. non ergo de naturalib. respectu patris ille tex. potest intelligi, quia sic eius disp. nõ esset generalis, ut esse debet regulariter, l. leges, C. de legibus, l. j. ff. eo. in uer. commune. §. sed quod Principi, in fi. supra de iure natu.
56 † & ex hac inductione patet errasse Bal. in d. l. fi. qui dicebat testament. in scriptis inter naturales ualere a patre factum seruata forma d. auct. ꝙ fine, C. eo. quæ sumpta fuit ex alleg. §. nos omnia. sicque illum textũ intelligebat. hoc. n. est falsum, cum imo de naturalibus filijs patris tex. ille nõ loquatur, ut supra patet. Postremo ponderari põt tex. in uers. si tamen uxori, uel extraneis personis aliquib. uoluerit relinquere legata aut fideicommissa, cum enim loquatur tex. de testatore uxorem habentem, datur intelligi, quòd filij de quib. supra locutus fuit, erant legitimi, non
57 naturales tantum. † & tenendo hanc partẽ non obstant contraria. primo. n. ad l. fi. C. de confir. tut. respondetur, ꝙ illa uerba, quocũque modo, debent intelligi de modo inter uiuos, uel ultima uoluntate secundum glos. ibi, Sal. in d. l. fi. & Bal. i d. §. ex imperfecto, dicentem, ꝙ intellectus supra datus ad illum tex. est extraneus a gl. ibi posita, illa. n. uerba quocumque modo, comprehẽdunt tam inter uiuos quam ult. uoluntatis nõ autem solemnitatem abijciunt, uel remittunt, confirmatur. nam post illa uerba, quocũque modo reliquerint, subiungit scilicet intra præfinitum nostris legib. modum, q. continetur in l. 2. & auct. licet, C. de nat. lib. & est respectu quantitatis, non autem respectu solennitatis, de qua in eis nil dicitur. Ad l. humanitatis, C. de nat. lib. respondet Bal. ibi, ꝙ ex illis uerbis liberam potestatem, non intelligitur remitti solẽnitas: ibi enim concessio tãtum fit alias inhabili, qui ad illam portionem habilitatur, & in hoc libera potestas patris uersatur, non autem in disponendo minus solẽniter. bene facit & optime deseruit text. in l. si quando, C. de inoff. test. ubi libera facultas ab Imperatore concessa testandi alias inhabili intelligitur seruatis solennitatib. iuris, non autem remissis, ne totam obseruationẽ testamentorum multis uigilijs excogitatam uideatur euertere uoluisse, quare sic & in ca
58 su nostro dici debet. † Ad rationẽ uero text, in d. Auct. de test. imper. respondet abunde Are. in d. §. mulier, dicens, quòd ille tex. hoc non dicit, sed id tantum, ꝙ simplicitas antiqua uigens tempore Constantini considerauit quasdam coniecturas adduci posse ad probandum uoluntatem testatoris non admittẽdas, ideo imponit formam quam uult obseruari. Tu uero adde, ꝙ ille tex. fundat se quidẽ in uarietate causarum, & natura in corrigendo legem Constantini ibi, porro causarũ uarietas, & natura eas freq̃uẽter mutans &c. sed talis correctio nõ est respectu filiorũ de quibus Constantinus aut Theodosius loquebãtur, ut inferius ibi patet, & supra ostẽdi, sed respectu modi probandi uoluntatem testatoris, cum antea sufficerent coniecturæ hodie non ut ibi, natura ergo ibi considerata non tendit ad hoc, ut inter naturales ẽt tolleretur hoc testamẽtũ cũ de ipsis tex. ille non loquatur. Aut si penitius ueritatẽ scire desideras, uideas Vasquiuli. 3. de succ. crea, §. 21, nu. 53. q. præter Decium, cons. 610. & alios quos citat & dicit esse comm. cõfirmat eam, nam d. l. fi. C. fam. erc. loquitur in his qui ab intest. possunt succedere, & præterea sunt sui hæredes, uel emancipati quos prætor cũ suis uocat ad successionem intestati. sed in d. §. ex imperfecto, solũ fit extensio ratione gradus, vt d. l. fi. extendatur ad omnes liberos cuiuscumque gradus, non autem cuiuscumque qualitatis secundum Soc. in l. secunda col. 6. ff. de uulg. igitur is casus remanet in dispositione iuris communis quæ habet, testa. nõ solenne nõ ualere, neque hoc casu extensio fieri dẽt cũ fit longe minor ratio præterea l. interpretãs dẽt intelligi iuxta terminos legis interpretatæ, in Auct. de fil. ante dot. instru. na. in fi. tradunt Ale. Cor. Ias. Dec. & alij, in l. si pater, C. de insti. & sub. Roder. Suarez, in l. quoniam in priorib. ampli. 1. C. de inoffi. test. sed d. l. fi. loquebatur in liberis legitimis qui

ab inteſt.ſuccedere poterant. ergo dictus §.
ex imperfecto, qui uenit ad interpretationẽ
d.legis fi.debet ſimiliter intelligi in liberis
ab inteſt.primum locũ tenẽtib.non aũt in na
turalibus, qui ab inteſtato nõ ſuccedunt. Ad
quartum argumentum, qđ fuit Saly.in d.l. fi.
reſpondet, & bene Gul.Mayn.in d.l.quoties,
nu. 39.ꝙ licet lex approbet naturales, quo ad
capacitatem certæ portionis, non tamẽ quo
ad reliqua iura legitimorũ, cum nec teſtamẽ
tum contratabulare poſſint, uel nullũ dicere.
ergo nec quo ad hoc, ut ex illo non ſolenni
capiant, & per hæc cõis opinio firma rema-
net, nec aliud omittendũ cenſeo, ꝙ ſicut tex.
in d.§. ex imperfecto, locum non habet in fi-
lijs naturalibus, pari modo nec procedit in
adoptiuis, ut late determinat Decia. reſpon.
234.uol.1.repetito reſpon.126.col.2.& 3.uo.
3.contra Nattam, ibi.q.16.ſuper qua, q.tu in
terim cogitabis ſicut cogitandum reliquit
D.meus Rimin.a Deciano relatus, nec inſup
ille.§.ex imperfecto, porrigitur ad parentes
inſtitutos a filijs in teſtamento minus ſolen
ni, ut uoluit Specu.in tit.de inſtru.edi. §. cõ-
pendioſe, col.12. uer.quid ſi filius, Bal.& Sal.
in d.l.fi.C.fam.erc.Alex.& Iaſ.in d.§. ex im-
perfecto, & alij plures relati per Boer. deciſ.
340.qui cõem teſtatur, ſequitur Vaſq.de ſuc-
ceſſ.reſol.li.j.§.1.nu.45.quia utrobiq; expreſ
ſum eſt beneficio, & diſpẽſatione illorũ iuriũ
nullũ uiuẽtiũ gaudere pter liberos teſtõris, &
qa nõ tam debita eſt liberorũ ſucceſſio parẽ-
tib.ſuis, q̃ liberis parentũ.l.ſcripto.ff.un.lib.
& ut plenius per eum, qui idem ponit, lib.3.
59 §.21.nu.61.de ſucceſſ.crea.† Quarto prædi-
cta procedunt, (& in hoc bene facienda eſt
nis pro intelligentia,) in teſtamento in ſcri-
ptis, id enim minus ſolenne toleratur inter
liberos adhibita forma, de qua in d.auct. de
teſt.imper.& in auth.ſi modo.C. fam.erciſ.ſe
cus autem in teſtõ nũcupat.no, quod minus
ſolenne non ualet inter filios, quantumuis le
gitimos, & naturales, ita tentat Saly. in d.l.fi.
C.fam.erciſ.motus, quia tex.in d.aut. de teſt.
Impe.ſine dubio loquitur de teſtõ inſcriptis
ut ex eius litera conſtat, idem d.§.ex imperfe
cto, facit ſi ſeries illius legis ponderetur uſq;
ad §.per nuncupationem, ubi incipit de nũ-
cupatiuo loqui, ergo.§.ex imperfecto, qui an
tecedit, de teſtõ inſcriptis loquitur.cõfirma-
tur hoc ex aduerſatiua, ibi, ex imperfecto aũt
quæ aduerſatur præcedentibus, qđ facere nõ
põt niſi de eadẽ ſpecie teſti loquatur. Eodem
modo ꝓcedit.d.l.fi.uidelicet in teſtõ, in ſcrip
tis. Poſtremo ſuaderat rõne abſurdi uitandi,
ſi.n.teſtamentũ in ſcriptis redactũ uoluntate
teſtatoris ꝑ extraneũ trino, uel quaterno, te-
ſte notatũ non ualet inter liberos, ſi defuncti
ſubſcriptionẽ non hẽt, ut in d.aut.ſi modo, &
in d.aut.ꝙ ſine, tanto magis ualere dẽt uolũ
tas nonſcripta a duob, tantũ teſtibus ꝓbata,

Quale teſtamẽtum imperfectũ ualeat inter liberos, an i ſcriptis tantum an uero ẽt nuncupatiuum.

alias de facili fraus excogitari poſſet.ſubdit-
que Sal.tandẽ hęc ſcripſiſſe, ut det materiã co
gitandi, donec leget d.l.hac cõſultiſ.vbi tãtũ
de hoc nihil attigit, ſed bene hoc idẽ repetit,
& firmat, ĩ aut.ꝙ ſine, col.2.ꝑ eadẽ argumẽta
ſupra relata, ubi ẽt idẽ tradit Fulg.& ĩ d.§. ex
imperfecto, ĩ d.aut. ſi mõ, & in d.§.ꝑ nũcupa-
60 tionẽ, ut Ale.refert in d.aut.ꝙ ſine.† Ego ue
ro una cũ Alex.ibi teneo cõem ſniam, đ qua
ſup.ẽt in teſtõ nũcupatiuo ꝓcedere, primo ꝑ
tex.in d.l.fi.q̃ de utroq; loquitur ibi, ſine cæ-
ptũ neq; impletũ teſtamẽtũ parẽtis eẽ memo
retur, q̃ verba nũcupatiuo cõueniũt, deĩde ibi
ſiue quocũq; mõ ſcripturæ ĩueniãtur relictę,
q̃ teſtõ ĩ ſcriptis applaudẽt, ſicq; illũ tex.intel
ligit Albe.ibi poſt Oldr.& ultra eos Ang.di-
centes, ꝙ illa lex in teſtõ nuncupatiuo firma
manet, ĩ teſtõ aũt inſcriptis determinatur ꝑ
aut.ibi poſitam, q̃ incipit, ſi mõ, ubi gl.& Cy.
poſt Petrũ idẽ dicunt.ſecũdo moueor ꝑ tex.ĩ
d.§. ex imperfecto, qui ſecundũ gl.ibi pariter
loquitur de teſtõ imperfecto in ſcriptis, uel
non.eamq; approbat Iaſ.ĩ l. hac cõſultiſ. col.
3.poſt mediũ.C.q teſt.fac.poſ.verbaq; textus
utroq; caſu cõueniũt. Tertio accedit rõ nã d.
op in. Sal. ꝓ vera nihil plus iuris cõcederetur
patri teſtanti nũcupatiue inter filios, ꝙ inter
extraneos, qđ dicẽdũ nõ eſt. Nõ obſtant eius
rõnes, quas ultima excepta, ut leues Alexan.
omittit.quo.n.ad d.l.fi.paret eam ẽt de teſtõ
61 nũcupatiuo loqui, † quo uero ad d.§.ex im-
perfecto, idẽ dico poſt gl. ibi, & alios, q cũ ea
tranſeũt.idq; ego cõfirmo, nam clauſula ĩ me
dio poſita ĩter plura capitula nõ oĩno diuer-
ſa, ſed ſe cõtingẽtia, ſeu, q̃ ab uno prĩcipali de
pẽdẽt, refertur ad oĩa, c. ſecũdo reqris, & ibi
notat Abb.de app.ꝑ qđ ita ẽt Fulg.& Iaſ.tra
dũt in l.3.§.filius, nu.22.ff.de lib.& poſt. Alc.
62 cõſ.95.col.fi.uol.5.† eoq́ magis id ꝓcedit,
quando clauſula abſolute ponitur, & nulla rõ
ſubeſſe uidetur, cur magis ad ſequẽtia, q̃ ad
ꝓcedẽtia, uel ecõtra referatur, ut tradit Bar.&
alij, ĩ l.talis ſcriptura, in fi.ff.de leg.j.Are.cõſ.
116.uiſo pũcto, in prin.Dec.abũde, cõſ. 213.
nu.6.Soc.Iun.cõſ.128.nu.26.uol.j.ſed tex.ĩ d.
§.ex imꝑfecto ponitur ĩter prĩcipiũ legis hac
cõſultiſ.& §. ꝑ nuncupationẽ, q̃ sũt capitula
nõ oĩo diuerſa, ſed ſe cõtigẽtia, & q̃ ab uno prĩ
cipali depẽdẽt: licet.n.teſtamẽtũ ĩ ſcriptis, &
nũcupatiuũ in ſpẽ deferant ob diuerſas ſolẽ-
nitates, utrobiq; neceſſarias, in genere tamẽ
cõueniũt.utrũq;.n.teſtamẽtũ dicitur eiſq; cõ
uenit eadẽ difinitio, de qua in l.1.ff.eo.ab eo-
dẽque fonte proueniũt, nẽpe a uolũtate teſta
toris, ergo ille §.referri dẽt tã ad prĩcipiũ, q̃
ad d.§.ꝑ nũcupationẽ, & utrobiq; locũ hẽre,
nec ſua eſt diuerſa rõ cur id fiat, imo eadẽ, ut
æqualance ĩ utroq; teſtõ pater ſit priuilegia-
tus ĩter liberos ſuos. Nec obſtat aduerſatiua
aũt.q.n.ẽt đ nũcupatiuo teſtõ tex.ille loquat̃
nõ ĩpedit quominus illa dictio aũt aduerſetur
ad

ad præcedentia. supra enim dixit de test. perfecto ratione solẽnitatis testium, ibi de imperfecto ratione d. solẽnitatis, & in hoc operatur illa aduersatiua, secundum Saly. ibi, & loquendo de utroque testam. bona est exceptio a præcedentibus, cum uerum sit etiã de test. in scriptis. illum §. loqui, si de utroque loquitur, secundum Ias. in d. l. hac consultissima, col. 3. Ad ultimum uero de absurdo cõsiderato per Salyc. respondet Ale. in d. aut. q̃ fine, & ultra eum adde id in testamento in scriptis hodie cautum ad remouendas falsitates, quoniam plerumque id manu alterius conscribitur, unde requiritur testatoris subscriptio, ut de eius uoluntate constet, quæ cõstare non potest nisi ipse illud scripserit, sed in test. nuncupatiuo, quoniam uoce propria coram testibus fit, ut hic, & in d. §. per nũcupationem, & sic de aperta uoluntate testatoris procedit, sufficere debent duo testes q̃ de hac uoluntate fidem faciant, unde patet nullum absurdum hic militare, & ita intrepide tenendum est, cætera uero quæ ad declarationem dicti §. ex imperfecto, ponũt Doctores uideas ibi per Ias. satis enim sit his quæ supra dixi, quoniam sunt magis substantia-
63 lia, & menti tenenda. † In eadem gl. ibi uel si in tentorio faciat testamentum miles, habes ex ea, quòd si miles faciat testamentũ in tentorio duo testes requiruntur. l. Lucius, ff. de test. mil. quam sic intelligit, idemque uoluit, glo. in l. 2. ff. eo. & in §. plane, infra tit. 1. hique testes hoc casu debent esse rogati secũdum Aret. & Baue. hic, licet secus sit quando in expeditione testatur, ut supra in prin. huius glossæ dictum fuit. Tu uero attende, & si omnes in dicta l. 1. & in l. militem, C. de testa. mil. hoc teneant, quod & approbat Ange. in l. pen. C. eo. mihi tamen hæc opin. glossæ nostræ non placet, imo dico., quod non modo quando miles extra castra domi uersatur seruare debet ius commune in test. suo & sic coram 7. testib. & rogatis testari, sed ẽt quando in castris reperitur in tẽtorio. moueor p̃ tex. in l. pen. C. de test. mil. ubi uult, quòd liceat his solis qui in expeditionibus occupati sunt quomodo uoluerint testari, ergo abnegat militib. alibi existentib. sicque ẽt in tentorio id concedi, in eisque ius commune
64 seruandum esse. † Cõprobatur, nam ualet argu. de t pe ad locum, l. uinum, & ibi no. Bar. & scribentes, ff. si cer. pe. Bar. in l. fi. ff. de tritica.
65 † Hinc sicut debitor fugitiuus aut suspectus de fuga capi põt tẽpore incõgruo, puta feriato, uel Dominico nõ, ut soluat, sed ut caueat de iud. sisti, gl. in l. dies festos, C. de fer. & ibi Bar. & alij, uel tẽpore nundinarum, secũdum
66 Ang. ibi. † pari modo capi põt in domo propria, ecclesia, uel ĩ alio loco sacro, ut per Ias. ĩ d. l. uinũ, & Euer. in cẽturia sua, loco 36. sed determinatũ uno tẽpore nõ recipit functionem alterius tẽporis, l. usufr. mihi, ff. de usufr. leg. Bal. in c. licet de, supp. neg. pręla. Bal. in auct. quæ suppl. col. 2. C. de preci. imp. off. ergo idem de loco dici dẽt. Tertio melius hoc confirmat tex. in §. j. in sti. tit. 1. postquam. n. locutus fuit de occupatis in expeditionibus, ut quamuis neque legitimum numerum testiũ, uel aliã testorum solennitatem adhibuerint, ualeat tamen eorũ testa. quoquo modo uoluntas eorũ reperiatur subiungit, illis aũt temporib. per quæ citra expeditionũ necessitatẽ in alijs locis, uel suis ędib. degunt, minime ad uẽdicandũ tale priuilegium adiuuantur, sed testari quidem poterũt, licet filij sint iure tamẽ cõi eadem obseruatione, & in eorum testis adhibenda, quã in testis paganorũ prox. exposuimus, ecce quam clarus est ibi tex. q̃ in quocũque loco sint citra expeditionem, & sic ẽt in tentorio dẽnt adhibere solẽnitates requisitas in testa. paganorũ & sic 7. testes, non ergo duo sufficiũt secundum gl.
67 hic & alios. † nec obstat allegata. l. Lucius, per eam, loquitur enim de milite in expeditione constituto, non autem in tentorio, ostendo ex illis uerbis, quoquo modo uelint. & quoquo modo posfint militib. testam. facere cõcessũ esse. quæ uerba relationem habent ad l. 1. ff. eo. conuenitque militib. in expeditione constitutis, ut infra tit. 1. in prin. & in d. l. milites, idque quod ibi subiũgitur, ita tamẽ ut hoc ita subsecutũ esse legitimis probationib. ostendatur, hoc est duob. testib. secundũ gl. & Doct. non ad solennitatem requiritur, sed ad probationem, & sic ne testa. pereat ex defectu probationis, nõ aũt iuris, iux. l. duo
68 sunt Titij, ff. de test. tut. † simile uidemus, q̃ reie&cis a statuto exceptionib. contra instrumentum publicum uel sententiam, opponi tamen põt id non esse instrumentum, uel sẽtentiam: prius. n. constare dẽt esse instrumentũ, uel sententiam, ut tradit Bar. post Nic. de Mat. cæterique ibid. in l. diuus, ff. de test. mil. seqtur Bal. Ang. Christoph. & Bauerius, in §. plane. infra tit. 1. Ale. abũde in cõs. 33. ĩ prin. uol. 1. Dec. cõs. 410. nu. 7. cons. 458. in princ. Decis. Neap. 21. nu. 14. Crau. cõs. 6. nu. 72. Ri
69 mi. meus cons. 89. nu. 7. cum simi. † Eodemque modo si uilla tenetur emendare damnũ derobato iuxta eius iuramentũ, utiq; prius constare dẽt ipsũ fuisse derobatũ, & subinde stabitur eius iuramẽto de ęstimatione dãni secundũ eundem Barto. & alios, in d. l. diuus, Dec. cons. 83. col. 2. Rim. meus, cons. 6. nu. 7. sequitur Bal. Ioan. de Plat. Christoph. & Bau. in d. §. plane, infra tit. 1. col. 1. quo fit, ut testa. militis in expeditione factũ, licet ab oĩ solẽnitate sit exceptũ, cõstat tamẽ dẽt ex duob. saltẽ testib. id esse factũ, & hoc ẽ quod uoluẽt dicere d. l. Lucius, & l. diuus, eo titu. sed ubi factũ fuit alibi ẽt in tentorio, utique ius cõe in eo seruandum est per iura quæ allegaui.

 † In

Statutũ an nunc cere possit solennitates testamẽtarias.

70 † In ea.gl.ibi quandoque tres,uel 4.uel pau-
ciores,l.si non speciali,C.eo. notandum est,
secundum Are.statutũ valere quo solennitas
testamentaria minuitur.unde infert ad statu
ium Senatum disponẽs,testamentũ fieri co-
ram trib. testib.quod ualet. & in statuto Ve
neto hoc tradit Bar.in l.de quib.col.pe.ff.de
legib.& in cons.quod incipit,secũdum cõsue
tudinem ciuitatis Venetiarum,in l.1. uer.3.
quæro,num.21.C.de summa tri.quẽ ibi post
Cy.Bal.Sal.Ful.& plerique alij sequuntur, ut
71 refert Ias.nu.80.Caccial. nu.140.† & qui di
cunt hanc esse comm.quib.addo Ang.consi.
126.testamenti factio,& cons.233.ubi dicit
quòd ita practicatur in iudicijs, & in scho-
lis,multosque etiam cumulat Alex. cons.87.
nu.6.dicentes hanc esse cõmunem obseruan
tiam,uolu.7.& pro hac parte magis commu
nem opi.esse refert idem Alex. in d.l. si non
speciali,post princ.eamque tenet Bened. in
c.Raynutius,in verbo testamẽtum,el primo,
nu.55.ex.eod.tit. infinitosque pro ea cumu
lat Boerius Decis.228.nu. 6.per totũ.ubi pa
riter dicit esse commu.Dec.in c.1.nu.20.ubi
tandem idem concludit, de probat.& Vasq.
de success.crea.lib.3.§.2 .nu.24.pro qua ul-
tra copiose deducta hic per Bauer.bene facit
72 † nam clarum est statutum derogare posse
solennitatib. inductis de iure ciuili si nihil
aliud impediat,ut uidere licet apud Barto.&
alios post eum, in l. omnes populi, ff. de iu
stit.& iure,in 3.q.tertiæ quæstionis princip,
pluresque cumulat ad idem Paris.consil. 95.
nume. 14.uol.1. sed solennitates istæ, 7. te-
stium & cõsimiles a iure ciuili,uel prætorio,
quod pars iuris ciuilis est.l.nam & ipsum, ff.
de iust.& iure,inductæ sunt,ut supra in prin.
huius tituli uidimus,& not.in l.3.ff.eo.ergo
per statutum debent posse tolli inquantum
sunt iuris ciuilis inuẽtũ, uidelicet,ut debeãt
esse 7.rogati &c.potest.n.statutum hoc redu
cere ad terminos iuris diuini, uel gẽtium se
cundum,quod in ore duorum, uel triũ stat
omne uerbum secũdum Are. & latius Baue-

Quot testes in test. rustici requirantur.

73 rium quem uide.† In ea.gl. ibi quandoque
quinque, ut in test.rustici,l. fi.C.eod.stat ex
gl.cõcl.ꝙ testamẽtum rustici factum in rure
ubi non fuerint reperti septem testes , co-
ram quinque ualere,d.l.fina. in §.sin autem,
74 † quod procedit secundum Paul. de Castro,
Ale.& Ias.ibi,etiam si sex testes reperti fue-
rint,quinque tamen tantum adhibiti . satis
enim est 7.reperiri non potuisse adhoc,ut 5.
sufficiant, sequitur Guil. Bened.in c.Raynu.
in uer.testam.el primo, nu. 12.ex. eo. titu. &
cum prædictis tenet ẽt Vasq.li. 3.de success.
crea.§.22.nu.30.& D.meus Rimin.in d.l.fin,
75 † interẽs,ꝙ ciuis uolẽs in rure testari non ha-
beret hoc priuilegium ut coram 5. testib. te
stari posset,quamuis plures reperiri non pos
set,citans ad hoc tex.in l.conficiuntur, in §.
76 codicilli,ff.de iure cod. † deinde subdit , ꝙ
cum tale priuilegium sit attributum rusticis
& loco uidelicet agentib.in rure,si in ciuita-
te uellet rusticus testari,nõ gauderet eo pri
uilegio, etiam si copia plurium haberi non
posset,ut not.Cast.ibi. & horum duorum di
ctorum,D.mei Rim.primum quoque firmat
77 Vasquius, loco citato, numero 33. † Ra-
tio uero esse potest, cur quinq; sufficiant li-
cet sex haberi possint,ut tradunt Alex.& Ias.
quia in ultimis uoluntatib. non reperitur,ꝙ
in aliquo casu requirantur sex testes,sed duo,
tres,quinq;,aut septẽ,merito Imp. contẽtus
fuit qnq, adhiberi licet sex haberi possint.
78 † Secundo procedit etiam si rusticus postea
efficeretur ciuis,& in urbe moreretur: uale-
ret.n.nihilominus testamentum ab eo con-
ditum coram 5.testib.in rure.sufficit.n.ꝙ tẽ
pore testamenti esset rusticus, & in rure , ita
Bal.in l.si quis heredem,circa medium,C.de
inst.& sub.& hic in quibusdam lecturis,sequi
tur Ripa,in l.centurio,nu.8.ff.de uul. & pup.
Corn.cons.53.in fi.uol.4. Ias.in d.l.fi.uers.3.
extende,& ꝓ hoc ultra eum bene facit, nam
impedimentum superueniens testatori post
testamentum recte factum,illud non uitiat
patet in §.item furiosi,infra quibus non est
perm.fac.testam.& in §.fi.eod.tit.& in simili
casu tex.in l.patre furioso, ff. de his,qui sunt
sui,uel ali.iur. licet ergo ex eo, ꝙ rusticus in
urbe uersari cœperit sibi superuenerit impe-
dimentum testandi coram 5 . tantum testib.
non tamen debet testam. iam ab eo factum
79 in rure nullũ reddi.† Confirmatur hoc etiã,
quia quotiens effectus causæ consummatus
fuit uel,ut nostri loquuntur,in esse ꝓductus
cessante causa non cessat effectus,l.fi. ff.unde
lib.l.inter stipulãtem,§.sacram.& ibi Ias. no.
4.ff.de uer.ob.quib.aggregat infinitos Tira-
q.itra.cessan.causa, lim.12.sed causa ualoris
testamenti,cum 5.testib.fuit rusticitas, effe-
ctus inde sequens testamen. consummatus
ex eius confectione,ergo licet cesset postea
dicta causa propter ciuilitatem subsecutam
non debet effectus hoc est testam.iam confe
80 ctum cessare.† suadetur ad huc per aliam re
gulam,nam ubi actus est iam consummatus
casus superueniens non uitiat, sed tunc habet
locum ea regula,ut quæ semel utiliter consti
tuta sunt, durẽt,licet casus extiterit a quo ini
tiũ habere non potuerint, de qua in l. non
est nouum,& ibi Dec.& Cagn.ff. de reg. iur.
Bar.& alij,in l.plurib.§.& si placeat,ff.de uer.
ob.Petr. a Bella Per.Bald. & alij in d. l. patre
furioso,cum simil.per Tiraq. loco cit. nume.
35.& in terminis nostris hanc conclusi.cõfir
mat Vasq.li.3.de success.crea.§.22.nume.34.
81 per eandem rationem mox relatam. † Ter-
tio procedit non solum in testam. in scriptis
uerum etiam nũcupatiuo,ut tradit Cy.Bar.
Ang.& alij secundum Ias.in d.l.fi,Bar.& alij,
in l.

in l.qui testam.§.fi.ubi Are.dicit esse commu. ff.eo.probaturque ex d.l.fi. secundum eum, ibi,sic tamen,ut ipsi cognoscat testatoris uoluntatem,non.n.est de natura testamenti in scriptis, ut coram testib. uoluntas testatoris recitetur,imo citra eorum scientiam fieri potest,l.hac consultissima,in princip.C.eo.tit.

82 † Quarto procedit, & intelligitur nõ modo in rusticis qui agros colunt,quos & colonos uocamus,uerum & in alijs qui toto tempore uel pro maiori parte habitant in uilla quantumuis nobiles existant, cum & rusticani dici possint,ita d.legem fi.intelligunt Raynet. Ang.Sal.Pet.Cyn.Alber.& Ias. ibi. Iacob. de Belu.in §.j.in Aut.quib. mo.nat.effi.sui.& in disputatione sua incip. Rex cõcessit,pro qua expositione,licet ipsi non citent,uidetur casus in l.j.C. ne rust.ad ullum obseq.lib. 11.ubi appellat rusticanam plebem,quæ extra muros posita est,traditq; Bar.hoc idem in l.conficiuntur,§.codicilli.ff.de iure codic.per d.l.

83 1.† Sed hanc intelligentiam ego non probo per tex.in d.l.fi. qui non de rusticanis simpliciter uerba facit,sed de his,qui simplices existunt, ibi,necessarium duximus p. hanc legẽ eorum simplicitati subuenire, sed ista qualitas simplicitatis in nobilibus personis licet frequenter,& assidue in rure comorantibus non cadit, ut experientia docet, merito de

84 ipsis non debet ille textus intelligi.† Secundo moueor,quia tex.in d.l.fi.loquitur de rusticis,quibus in multis legum subtilitatibus stricta obseruatio remissa est,ex hoc.n.mouetur ad subueniendo eis ẽt in actu testandi,ut in prin.clare dicitur,sed sic est,q leges illæ,q̃ alias rusticis subueniunt non simpliciter de habitantibus in rure loquuntur, sed de his, qui colunt agros, ut inter cæteras pbat tex. in l.cum de indebito,§.2.in uerbo,uel agricultor.ff.de proba .per quẽ sic aliæ leges simpliciter de rusticitate loquentes debent intelligi,cum vna lex declaret aliam,l.si seruus plurium.§.fi.& ibi no.ff. de leg.j. ergo de ijsde rusticanis debet intelligi tex.in d. l.fi.nõ aũt simpliciter de habitantibus,in rure,merito non potest ciues, & alias personas nobiles.in uilla commorantes cõplecti, & ex his cessat d.l.1.C.ne rusti.procedit.n. capiendo uerbum rusticani simpliciter, secus si magis stricte,ut i d.l.fi.patet ex prædictis,quod nota contra Doctores ibi,quos supra retuli cõ

85 trarium tenentes.† Ex quo tanto magis erronea detegitur alia extensio ad d.l.fi.Cyni, Alber.Baldi,& Saly.uolentium, q procedat in ciue habitante in ciuitate, qui reperitur ĩ rure infirmus,& ibi testamentum condit. falsa.n.est si uera sunt proxime dicta, & tanto magis cum in superiore casu continua sit habitatio ruris,hic momentanea,hancque extensionem plerique alij mordent abijciũtq;, ut Iac.de Are. Bar.Fulg. Aret.Alex.Ias.& Do.

An testamẽtũ factum tempore pestis ualeat corã minori numero 7. testium.

meus Rimi. supra relatus confirmat ibi,Cumanusque in l.fi. ff. de rest.mil.ut ex eis uideri potest,quorum opinionem cõem esse Soc.

86 testatur,cons.85.col.3.uol.4.† Quod aũt tradit hic gl.de testo rustici idem esse dicit hic Are.si tempore pestis testamentum fiat,ualebit.n.coram 5.testibus factum,secũdum Nicol.de Mat.Bal.& Saly.in d.l.fi.C.eo.& ratio est secundum Are. quia illo tempore solennitas testamentaria uidetur esse relaxata,allegat Bar.in l.1.ff.de bon.poss. ex testamẽto mil.per illũ tex.in uer.in procinctu,ubi Bar. hoc uidetur primo sentire,quatenus inquit, q ille rex.dans licentiam existenti in procinctu belli testandi quoquomodo, facit ad id, q fuit anno prætetito tẽpore mortalitatis, quia maximum fuit prælium inter Deum,& homines,quasi inferre uelit Bar. potuisse fieri testamentum quoquõ,sicut per existentẽ in procinctu,ut ibi.subditque Are.hic ita de anno præterito habuisse de facto, & hoc idẽ posuit in trac. suo de test.in uer.suũ testamẽtum nũcupatiuum,in fi.adducendo.l. casus. C.eo.ibi,aduersus timorem contagionis, q̃ testes deterret.Idemque uoluit Cuma.l.conficiuntur.§.codicilli.ff. de iure cod. Flori. in l.milites.C.de test.mil.Barba.in c.cum esses. col.8.ex.eo.tit.& consi.87.col.2.uer.præmitto etiam,uol.3.Marsi.in l.j.§.præterea,num. 121.ff.de consti.Dec.in l. stiniarios,in fi.C. de test.mil.& latius,cons.284.Ias.in d.l.fi. dicens,q si haberet consulere, pro hac parte cõsuleret,idemque tenet Brun.in tract. de forma, duobus in locis dicens se pro hac parte consuluisse,& q in facti contingentia ita obtinuit,quem refert Paris.cõs.33. nu. 26.in 2. uol.ubi dicit,q ista ẽ magis cõis opi. magis equa, & humana, quam ẽt ten et Rubeus,cõs. 165.Bert.cons.179.uol.j.Ripa, in l.centurio,

87 nu.8.ff.de uul.& pup.† ubi post Cor.consilio 53.in fi.uol.4. eam ampliat,etiam si testator superuiuat,& longe post connalescẽtiam, & copiam testium,quos habere potuerit decedat, & ultra supra cõmmemoratos,idem tenet Bal.Nouel.qui dicit esse commu. in l.2.ff. de leg.j. ut ibi refert Guil.Ponta.num.4.concludens hanc esse æquiorem opinionem,q̃ & magis ueram esse dicit Soc.Iun.idem tenens consi.129.nu.14.uol.1.quam quoque multis quotis exornat Vasquius,lib.3.succes.crea.§. 22.nu.35.& 36. ubi receptiorem appellat,& p hac opinione, ultra ea quibus mouentur Doctores,eisque respondent, quæ cum uideri possint non trãscribo, facit tex.in c.negociationem.88.dist.ubi pestem fugiendam esse dicit, merito excusari uidetur testator, si quinque testes adhibuit, prout potuit,cũ eũ uelut peste contaminatũ alij licite fugiant.

88 † Secundo moueor.nam difficultas,seu impedimentũ facti nõ uitiat actũ.l.continuus, §.illud.& ibi not.omnes.ff.de uer.ob.sed tali tem-

tempore difficile est, tot testes habere,& sic
testator patitur impedimentum facti, ergo
licet coram 5.tantum testibus disponat,non
89 debet testamentum ultiari.† Tertio accedit
ꝙ impossibilium nulla est obligatio.l.impos
sibilium.ff.de reg.iur.ca.nemo ꝑt,eo.tit.li.6.
90 †Nec in generali dispositione includitur,ꝙ
fieri non ꝑt, c.a nobis, el j.& ibi no. Abb.de
sen.excom.Bar.in l.si quis sub conditione,in
fi.ff.de cond.inst.Alex.cons.121.col.2.uol.4.
late Dec.in l.j.nu.3. C.de sen. quæ pro eo, ꝙ
inter.& in d.l.impossibilium, ubi etiam Ca-
gno.ubi ad multa inferent de quibus ꝑ eos
ibi, sed tempore pestis difficile est 7. testes
semper in testis adhiberi ergo id reputatur
impossibile.l.idem Iulianus.§.constat,in fi.&
ibi no.ff.de leg. j. & ideo testator tunc tene-
tur eos oēs adhibere satisq; est si 5.adhibeat,
talisq; casus reputatur exemptus a regula ge
rali testatorū,qua 7.testes requiruntur,ut ex
prædictis patet,& ex his uoulter hæc opinio
91 satis firmari uidetur.† Altera tamen,& scda
fuit ī hac re sniā Alex.in d. l.fi.qui decisionē
Baldi ibi, & sequaciū,quos supra retuli, non
passim procedere uoluit, sed in his tantum,
qui in ciuitate tempore pestis remanserunt
ad regendam rempublicam.tales.n.hoc pri-
uilegio testādi coram 5.testibus gaudere de
bent ad instar eorū, qui prælliantes dant ope
ram utilitati reipublicæ,qua de cā cōcessum
est eis, ut quoquō uelint testari possint. l.mi
lites.C.de test.mil.l.fi.ff.eo.l.j.ff.de bon.pos.
ex testō mil. cum simi. & hanc opi.approbat
simpliciter Soc.cons.85.col.3.uol.4. Gulie l.
Bened.in c.Raynu.in uer.testamentū,el j. nu.
15.in fi.ex. eo.ti.Pitmanus,qui & alio cogno
mento, Bertachinus dicitur, in tract. suo,de
gabell.in 2.parte,nu. 56. Nec ab ea dissentit
Nico.Boer.Decis.228.nu.10.ad fi.& pro hac
opi.ultra fundamentū Alex.& sequaciū facit
tex. supra,de excu.tut.in fi.pri. ubi uidemus,
ꝙ illi,qui in bello,& acie perierūt,proq; repu
blica ceciderunt, alijs prosunt uelut eorū pa
rētib.ad excusationē tutelæ, quo fit,ut pari-
modo, & tanto magis sibi prodesse debeant
hi,qui pro republica gubernāda dimissi sūt,
ut coram 5.testibus testari possint sibiq; hūc
92 in modum cōsulere.† Tertia insuper in hoc
articulo fuit opi. latius patens, ut passim,nō
modo coram 5.testibus,hoc testamentū fie-
ri possit,uerū ēt coram tribus,q̃ noluit Gui-
do Papæ,q.543,incip. ultimarū uoluntatum
in fi. ubi dicit,ꝙ tpe pestis, ubi non reperitur
copia testium,uidit in iudicijs tolerari testā
facta coram curato, & duobus testib. eaque
iudicari secundū dispositionē e. cū esses ex.
eo.tit. Idemque fuit de mente Soc. cons.83.
col.1.uol.1.ubi in casu suo tres testes inter-
fuerunt,& tamen ponderat ex hoc potissime
testamentū ualere, ex quo fuit conditū tpe
testis,ꝙ esse nō posset nisi supponendo tres

testes eo tpe sufficere, & alios quoque citat
huius opi.fautores Vasqui.lib.3.§.22.de suc
ces.crea.nu.35.ꝑ qua snia bene facit,ꝙcū qō
ista sit dubia ꝑꝑ tot uarias opiniones, bonū
est in dubio mediam uiam eligere,ut de 7.te
stibus,qui regulanter in testis exigūtur,tres
hoc casu sufficiant,arg.tex.in l. antiqui. ff.si
pars hær.pet.ubi ex 7.filijs,qui uno partu na
sci possunt, eligitur media uia, in eo casu, ut
93 tres nasci possint.† Et ad hanc mediam uiā
in dubijs opinionibus eligēdam notat Ang.
ibi illum text. idque iudex facere dēt,ut tra-
dit Anch.cons.211. inter contraria,post pri.
Bal.in l.si paterfam.§.fi.ꝑ illū tex.ff.de hęr.ist.
Alex.in l.Titius, ꝑ illum tex.in 3. notab.ff.ad
Treb.Fel.in c.1.col.fi.uer.2.noto.de const.&
post eum Dec.col.fi.uer.4.conclu.Nico.Boe-
rius,satis abunde Decis.42.col.pen.cum sim.
94 †Quarta adhuc magis ampla fuit opinio, ꝙ
duo tantū testes sufficiant nō rogati si testa-
mentum fiat a constituto in extremis uitæ,
uel rogati a constituto in loco pestis, nō ta-
men mortis articulo,arguendo de bello ter-
restri ad cæleste, quam tenuit Christoph.ins.
tit.1.in §.j.in fi.nu.9.& huius sniæ fuit Alex.
in d.l.scriniarios,col.fi.uer.in gl.fi.Marc.Mā
tua, cons. 25.col. 3. & quidem alij relati per
Boeri.in d.Decis.228.col.5. pro qua nouiter
adduci pōt, nam tpe pestia hoīes repoui ui-
dentur in terminis iurisgentium. iure ciuili
95 post habito,† patet ex eo,ꝙ tunc præscriptio
dormit ex quo ius nō redditur,ut tradit Bar.
in l.naturaliter,in prin.col.pen.ff.de usucap.
nanque non ualenti agere non currit ꝑscrip
tio.l.fi.C.de anna. excepti. quæ præscriptio
remedium iuris ciuilis est,ut supra, de usuc.
in prin.merito dicendum est, ꝙ testamentū
ualeat coram duobus testibus,secundū æqui
tatem iurisgē.quæ est,ut in ore duorum,uel
trium,stet omne uerbum, c.cum eēs, eo. tit.
96 † Quinta cæteris contraria fuit opi. ꝙ 7.te-
stes oīno requirantur,non aūt quinque,tres,
aut duo sufficiant, quam tenuerunt Fulgo.
Castren.Are.Alex.D.meus Rimi. & Corn.in
d.l.fi.& quidam alij Moderni Perusini,ibidē,
ut refert Soc.consi.85.col.3. uol.4. ubi dicit
hanc esse commu.idemque tenet, & dicit es-
se commu.Alex.cons.69.uiso consi.col.pen.
in 2.uol.& consi.176.uiso themate, mihi co
lum.3.eo.uol.Ang.in l.conficiuntur.§.codi-
cilli,per illum tex.ff.de iure codicil.Rom. in
aut.similiter.C.ad leg. fal.in 34. speciali piæ
causæ,inter ultimas uoluntates,Decis.Neap.
25.quæ pariter hanc dicit esse cōmu.imo ad
ijcit uerbū, magis,hic Bauer. nu. 27.nil ta-
men firmans,hancque opi.tenuit etiam Bar
ba.sibi contrarius,consi.58.col.9.uolu.1.&
Corn.in effectu,consi.170.col.3.uol.3.Guli,
Bened.in d.c.Raynutius,in loco supra com
memorato,ubi concludit,d.l.fi.C.eo.non ha
bere locum in testante in loco pestis, nisi in
casu

casu per Alexandrum ibi excogitato, de quo supra mentionem feci, nu. 65. idemque ét tenet Lucas de Penna, in l. 1. col. 4. C. de his, qui in exil. lib. 10. Ioan. de Firmo, in d. tracta. de
97 gabel. in 2. parte, q. 24. in fi. † Hęcque opi. fuit de mente Bartoli, in d. l. 1. ff. de bono. poss. ex testamento mili. ut ponderant fere oës Doctores, supra relati. dum. n. inquit Bar. ꝙ bonum esset prouidere, ꝙ testamentum esset ualidum eo casu, quo impossibile est testatorē habere perfectum numerum testiū pp mortalitatem, sentit aperte, ꝙ si non fiat noua ꝓuisio super hoc, testamentum non ualere. unde licet primo ex illo textu, in primam opi. de qua supra uideatur Bar. inclinare in hanc tamen concludit, & pro ea præterea, quæ circunferuntur, facit regula tex. in l. testandi. C. eo. ubi nemini permissum est mutare formā, uel iuri publico derogare circa solennitates testamenti, quæ certis legibus inducta sunt, quæ cum indistinctè loquatur, passim etiā intelligenda est, ut casum nostrum comprehē-
98 dat. l. de precio. ff. de public. in rem act. † Secūdo benefacir, licet enim succurri soleat agenti actum ex necessitate magis, quam suo uoluntarie. l. si fideiussor. §. si necessaria, & ibi no. Pau. de Cast. Alex. Soc. Ias. & alij. ff. qui satis. cog. l. cum postulassem. §. 1. ff. de dam. inf. Anch. consi. 159. col. 1. uer. 2. Imo. in l. 4. §. Cato, col. 1. Galian. col. 23. uer. 2. ff. de uerb. ob. Cur. Sen. consi. 84. col. fi. cum alijs copiose deductis per Tiraqu. in libro suo, de retract. §. 1. glo. 10. num. 25. & ego dixi, consi. 93. num.
99 12. † non tamen ei succurritur, qui se in necessitatem coniecit, ut tradit Bar. in d. §. si necessaria, & Cagno. in l. qui cum alio, num. 18. ff. de reg. iur. sed secundum Doctores, qui hāc opin. tenent, maxime Soc. in d. consi. 85. in fi. uolu. 4. imputari potest testatori, quare non prius sanus existens in loco sano fuerit testatus, si quidem peste imminente poterat hūc casum uerisimiliter cogitare, argu. tex. in l. si quis domum. §. 1. ff. loca. si tunc ergo testamētum non fecit, sed remoratus est usque ad tēpus inualescentis epidimiæ, in hanc necessitatem, & penuriam testium dicitur se coniecisse merito ei non uidetur subueniendum esse magis, quam alteri, qui citra omnem tēporis suspitionem testatur, sicque solennita-
100 tibus requisitis uti debet. † Vltima tandem fuit opinio Ripæ, in tracta. suo de peste, qui post aliquas Doctorum sententias in hac re relatas ad hanc distinctionem descendit, aut enim pestis non est magna, aut ualde in loco sæuit: primo casu ius commune seruandum est, hoc est coram septem testibus, omnino testari oportet: secūdo in terris ecclesiæ duo cum parochiali sufficiunt, in terris autem Imperij, quinque saltem requiruntur, & sic opiniones istæ certo fœdere componuntur, & hanc eandem distinctionem posuit Rubeus, consilio 72. colum. 2. citatque dominum Vincentium Herculanum, in l. 2. ff. de leg. 3. idem tenuisse, postremoque post Ripam, in hac sē tentia tādem residet Boerius in allegata De
101 cis. 228. numero 11. usque in fi. † Et quando pro ea nihil aliud aduci posset, id tamen uidetur dici posse hanc cæteris opinionibus supra relatis, esse præferendam, nam qui bene distinguit, est proximus ueritati, ut inquit Seneca, quem refert Saly. in l. filiæ cuius, colum. 3. uersi. expeditis glo. C. famil. ercisc. opinionesque per distinctionem sunt reducendæ ad concordiam, capitu. super literis, & ibi
102 no. Imo. de rescrip. in prin. † Sicque opinionem amplectendam esse per quam cæteræ contrariæ reducuntur ad concordiam determinat Soc. consi. 66. colum. 6. uolum. 1. argu. tex. in l. 1. C. de inoff. dot. & ca. cum expediat. de elec. in 6. & idem Gratus, consilio 30. nu. 33. uolum. 1. consilio 101. numero 9. & consilio 112. numero 28. in secundo uolum. Soc. Iun. consilio 39. numero 78. & consilio 121. in fi. in secundo uolumine, per tex. in l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. rer. dom. ac prædictis ergo patet quot in hac re fuerint sententiæ, ita, ut periculosum sit aliquam ex eis elige-
103 re. † ne tamen irresolutus ad alia me conuertam, placet mihi præ cæteris, quinta ex supra relatis opi. quæ septem testes omnino requirit: non enim pro ea desunt fundamenta Doctorum solidissima præterea, quæ supra deduxi. Nec obstant deducta pro prima opinione. Ad primum enim negatur tali excusatione dignum esse testatorem, si quidem exēplo Dominæ Aquilię, uxoris Signorolli, de de Homodeis iurisconsultissimi Mediolanensis commotus, poterit hic sibi cōsulere, quæ peste percussa non ualens habere testes fecit se portari in uiam publicā, ut haberet testes audientes uoluntatem suam, ut refert Fulg. & Ias. in d. l. fi. & alij plerique ex supra relatis, uel, ut refert And. Sicu. consi. 58. uolumine 1. poterit hic testator morem Bononię seruare nam ibi testatores se ponunt in aliqua fenestra, & testes stant inferius, ut audiāt eius uoluntatem, & sic bene reperiuntur testes in numero sufficienti ad confectionem testamenti, refertque Boerius in allegata Decis. 228. columna 7. se uidisse quoddam testamētum cuiusdam Ioannis de la Garige, qui in uia publica in præsentia notarij, & septem testium, parum ab eo longe existentium ordinauit testamentum, cum ergo neutrum faciat testator, dicendum est eum minime excusari debere si coram quinque testibus testetur, plures enim haberet faciendo, ut supra, qui eum non fugerent, ut citra periculum constituti.
104 † Ad secundum respondetur, impedimentū facti bene concurrere, in d. §. illud. res. n. promissa talis erat, quæ in stipulationem deduci poterat, sed persona eam promittens erat impo-

impotens ad eius prestationem, idem ualet actus, sed in casu nostro subest impedimentum iuris, quod aduersatur factioni testamēti sine minori nu.7.testium. l. si unus. C.eo. ideo illud uitiari debet sicut & cōtractus uitiatur stante tali impedimento. §.j. infra, de
105 inut.stip.† Ad tertium respondetur, ꝙ regula d.§.constat, procedit in his, in quibus consensus Principis exigitur, cum enim difficilis sit eius interuentus, actus reputatur impossibilis. sed istud cessat in casu nostro, nullo enim Principis consensu, interuento, ut opus est, unde non sequitur difficile est tempore pestis 7.testes adhibere in testamento,
106 ergo impossibile id reputatur. † Quinimo plus dico. d.§.constat, non procedere in actu quem Princeps consueuit facile concedere, ut tradit Rom.in l.a. ff.de re iud. Cuma.& Castren.in l.continuus.§.cum quis.ff.de uerbo. obl. Alex. Are. Ias.& alij in d.§. constat, Dec.in l.1.num.30.ff.de off.eius. tunc.n.non reputatur impossibilis per iura, quæ ipsi citant.
107 † Quinimo culpa imputari solet ei, qui a Principe non postulauit, & quæsiuit, quantū in se erat an illud obtineri posset, uel non, ut tradit Craue.consi.64. in fi.post Bal, Roma. & Castrē. quos ibi citat. ex quibus infero ad casum nostrū, ꝙ cum homines facile soleant etiam tempore pestis, saltem ex longinquo alium loquentem audire, ut experientia docet, non est reputandum difficile habere 7.testes, qui a remotis audiant testatorem in uia aut fenestra repositum, ergo tāto minus impossibile, imo culpa sibi ascribi debet si nō perquirat, ut supra 7. qui eius uolūtatem audiant. ex quibus patet, esse resoluta, ea, quæ ꝓ
108 prima opi.deducta per me fuere. † Quo uero, ad secundam satis ostendo, ꝙ non procedit: diuersa enim subest ratio inter prçliātes pro republica, & eam gerentes ī urbe, in primis enim toleratur testamentum, quoquomō factū ob inopiā testiū eo loco secundū iuris ꝑsūptionē, qđ in secūdis est secus: nā in ciuitate, ubi cōsueuit esse copia ꝑsonarū ꝑsumptio iuris est, & de iure, plures testes haberi potuisse, ideo non ualet testamentum ēt ꝙ probari posset plures haberi non potuisse, ut tradit Pau.de Cast.in d.l.fi.col.11.nu.3.& ex dicta ratione diuersitatis corruit æquiparatio Alexandri, in d.l.fi.C.eo.sub nu.5.dum uult eos, qui remanserunt tempore pestis in ciuitate ad regendum rempub. gaudere debere eo priuilegio testandi coram 5.testibus cum præsumatur plures haberi posse. nec que quā obstat tex. allegatus supra, de excus. tut. id.n.procedit ex prouisione Imperatoris ibi dicentis, ꝙ hi qui pro republica ceciderunt, in perpetuū per gloriam uiuere intelliguntur: unde fit, ꝙ tales filij parenti prosint, quæ prouisio in casu nostro facta non reperitur. unde nostrum non est legem extendere, l. si
uero, §. de uiro. ff.sol. matr. cum ibi notatis.
109 † Tertia quoque in hac re uia satis periculosa est, si.n.quinque testes non sufficiunt, tāto minus tres. nec quod de media uia eligēda dixi, procedit in casu nostro, ubi rationes fortiores sunt ad suadendum, ꝙ 7. testes requirantur, q̄ ꝙ 5. sufficiant, ut ex deductis supra patet, potissime uero, ꝙ potuit prius testari dum sanus erat, & in loco sano, ut dixi, num.99. ubi enim rationes ꝓ una parte magis præponderant, quam pro alia, tunc media uia non eligitur. l.Nesennius. ff.de nego. gest. quem ibi ad hoc post Iac. de Belui. not. Alberi. & idem no. Imo.in d.l. si pater famil. col.1. ff.de hær.inst. id aūt tantum procedit, quando rōnes hinc inde sunt indissolubiles, & ita fortes, ꝙ una non uincit aliam, secūdū Doctores, supra citatos. Quo uero ad quartā opinionem argumentum illud de bello terrestri ad cæleste non subsistit, ut per Alex. in d.l.fi.C.eo.& alios, qui eum sequuntur in locis, supra citatis, nam prælianti bus in bello datur illud priuilegium, quia dant operā utilitati reipub, quæ ratio cessat in eo, qui est
110 in ciuitate tempore pestis. † Nec magis tutum est argumentum meum, ꝙ circumscripto iure ciuili, ius gentium in usu uersetur: id enim ꝓcedit in præscriptione secundū Alex. in d.l.fi. quia suberat eadem rō suspēdēdi cursum præscriptionis tempore pestis, & tēpore guerræ, cū utroq; tpe ius non redderetur, sed id alias non est uniuersale, patet ex eo, ꝙ fatalia currunt, iam incæpta, nisi aliter conuētum fuerit, ut est gl. notab.in clem. quamdiu in uer. alias, de appella. tradit Inno. in ca. ex transmissa, de excep. Perus.in c.ex ratione, in
111 4.q.circa 5.impedimentū, de appel. † Similiterque uidemus citarum in loco pestifero teneri comparere, quoniam magistratus ibi adhuc ius reddebant, nec pp pestē feriæ erāt indictæ secundum Ioan.And.& alios, in c.cū dilecti, de dolo, & contu. sequitur Alexāder in l.2.§.si qs in iudicio, ff. si quis cau.in prin. ex quibus patet, argumentum illud collabi, cum immo pateat, ut in pluribus ius ciuile tunc seruari. Idemque in præscriptione seruaretur, quando ius redderetur in loco, cum agi posset, & cessaret regula l.primæ, in fine,
112 C. de anna. excep. † Nihil etiam postremo loco me mouet distinctio, de qua supra inter magnam, & paruam pestem, nam confunditur ex notatis per Castren. in dicta l.fi. ubi dicit testamentum minus solenne factum in ciuitate, uel castro, non ualere etiam quod probari possit plures testes haberi non potuisse, quia præsumptio iuris, & de iure est in contrarium dat exemplum in tempore pestis, quo nullus uult accedere, & statim subdit de tempore magnæ pestis, & sic præsumptio in qua se fundat Pau. ꝓcedit secūdū eū in quacūq; peste, sed ultra eū si testōr. obseruet

quod

quod supra dictum est scilicet, ut a longe faciat testes conuocari, ipse uero in uia, ostio, uel fenestris existat, eisque audientibus teste tur, quæcunque sit pestis magna, uel parua non uideo unquam testes posse deficere. homines. n. tempore pestis aliorum consortiũ fugiunt, non aũt ab eis longe stantibus absti nent, & per hæc hic articulus sit expeditus, in

In numero 7. testium nõquid not. cõputari possit.

113 quo diligentius poteris cogitare. † In ea gl. ibi, quandoque 7. ut generaliter, ut subdit Are. hic. ꝙ in tali numero 7. testium computari põt persona notarij, quando testamentũ probatur per depositionem testium: & sic 6. testes, & notarius hoc casu sufficiunt, sin aũt ageretur de probando testamentum per ipsum instrumentum, tunc persona notarij nõ posset connumerari in numero testium, sed ultra eũm requireretur 7. testes in eo instru mento descripti, quia notarius persona duorum fungi non põt. gl. est notab. quam ibi sequuntur Doct. in l. hac consultissima, in §. sed quia. C. qui test. fac. pos. ubi sic ẽt Alex. cõclu dit, nu. 13. & idem tenet Dy. Bar. Ange. Imo.

114 † & Aret. qui dicit esse commu. in l. Domitius. ff. eo. Par. si. in consi. 34. num. 44. in 2. uol. Ruy. in consi. 51. num. 13. uol. 1. Confirmatur que ex notatis per Pau. de Castro, consi. 61. col. 1. incip. notandum est, & cõs. 75. in prin. ꝙ idem habet principium, uol. j. quibus in locis concludit, ꝙ instrumentum põt esse nullũ uelut in solennitatibus deficiens, & tamen contractus esse ualidus, si alio modo probetur, quam per illud instrumentum. si. n. ad probandum actum per instrumentum notarius in numero testium connumerari posset, iam non esset uerum illud instrumentum esse nullum, sed quia non connumeratur, uoluit Pau. de Castro, eo omisso alio modo, puta per te-

115 stes actum esse probandum. † Quin etiam idẽ Pau. de Castro, in d. l. Domitius, in fi. unũ aliud annectit satis memoria dignum, ꝙ si testator non adhibuit nisi 7. testes in testamẽto, & uiuant illi testes, remedium est, ꝙ examinentur una cum notario, & probabunt testamentum, nec opponi poterit contra notariũ ꝙ non fuerit rogatus, ut esset testis, sed solũ, ut scriberet. mouetur ex illo tex. qui hoc ui-

In testamẽto cæci quot testes requirãtur. & quo cæco sit intelligendũ.

detur sentire, quatenus ridiculum putat dubitare an aliquis inter testes sit adhibitus, quo niam idem tabulas scripserit, quasi uelit concludere eum satis de iure testem adhibitum censeri, & sic præsumi debere eum rogatum esse, ut sit testis eo ipso, quod fuit rogatus, ut scriberet, prout Bar. ibi etiam declarat, quod bene nota. si aliquando de rogitu opponeretur, & hæc sententia Castrensis suaderi potest, ex eo quod interpretatio fieri debet, ut actus potius ualeat quam ꝙ pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. & ff. de uern. ob. iõ si tenemus, ꝙ notarius cõputari possit, in nu. 7. testiũ, ualebit testamẽtũ; si secus, corruet. quare primo modo debet interpretatio fieri, non autem secũdo.

116 † In eadem glo. in fi. ibi, quandoque octo, ut l. hac consultissima, C. qui test. fac. poss. habes, ꝙ in testamento cæci 8. testes requirantur. idque licet Are. hic, & alij non dicant specialiter in testamento cæci introductum est, ꝙ maior solennitas requiratur propter maiorem suspitionem, quia facilius decipi põt, ut ibi tradũt Doct. maxime uero Dec. in prin. pluraque alia specialia in tali testõ desiderantur, de quibus per Are. in §. cæcus, infra titu. 2. per Bal. Sal. Alex. Ias. D. Riminal. & Decium

117 ibi, ad quos te remitto. † Sed ultra ad intelligẽtiam illius tex. & glos. æ nostræ de cæco loquentium aduertendum est, cæcum illum intelligi, qui utriusque oculi aciẽ prorsus amisit, iux. tex. in l. 1. C. qui morbo, li. 10. unde il le textus locum non haberet in eo cui pupilla oculi obscurata sit, cum talis non dicatur cæcus nec excæcatus, ut tradit Bal. Ang. & Castren. in l. binas ædes. ff. de serui. urb. præd. & tanto magis non haberet locum in habente unum oculum, tantum, argumento tex. in l. frater. C. de excu. tut. secundum Dec. ibi post

118 Alberi. pro quo facit, † nam & mutum, nel surdum eum dici uidemus, qui penitus non loquitur, uel exaudit, non autem, qui tarde, ut infra tit. 2. in §. item surdus, & in §. mutũ, infra, de inuti. stip. ergo & pari modo cæcus reputari debet ille, qui penitus uisum amisit non antem aliqualiter uidet, licet tarde, & cũ difficultate, quo ad dispositionem testamen-

119 ti. † Secundo procedit ille tex. & glo. nostra siue cæcus a natura sit siue ex accidenti etiã ꝙ ex delicto excæcatus sit, non adeo tamen grani, ut fiat intestabilis, iux. l. eius q. §. 1. ff. eo. sed ex quo infamia tantum sequatur, quæ testari non impedit, ut no. Bal. in l. 1. C. de secun. nup. ita post Marty. Silli. & Specu. deter-

120 minat Alberi. & Dec. ibi. † pro qua sententia ultra eos facit manifesta ratio. nam si aliter diceremus sequeretur, quod esset melioris conditionis talis excæcatus ex delicto, & culpa sua eo, qui naturaliter, & citra eius culpam, natus est cæcus, cum iste omnino formã illius textus seruare deberet, ille autem secus sed formam communem alijs oculatis, quod

121 satis esset absurdum dicere. † Limitari tamen debet ista conclusio glossæ, ut non procedat in testamento cæci facto inter liberos in quo sufficiunt duo testes, iuxta prouisionem tex. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, & ibi notata, C. eo. ita uoluit Bal. Ange. Saly. Pau. de Castro, Alex. & Ias. qui dicit hãc esse commu. in d. l. hac consultissima, C. qui testa. fac. Aret. in dicto §. cæcus, & Rub. cons. 7. columna 2. dummodo filij sint equaliter instituti, quod & supra diximus in aliorum pa-

122 rentum testamentis. † Et pro hac opi. ultra ea, quæ deducuntur, facit elegãs ratio, quod non est afflicto addẽda afflictio. l. tam de mẽtis,

tis, in fi. & ibi not. Bar. C. de epis. aud. l. congruit, & ibi no. Bar. ff. de off. præs. Bal. in l. precibus, C. de impub. & al. sub. col. 4. uer. aduerte, cum sim. sed tales cæci parentes satis hac calamitate oppressi sunt, atque afflicti. si ergo inter liberos non possent coram duobus testibus testari, sed deberent tam exactā formam seruare, de qua in d. l. hac cōsultissima, utique alia eis adiungeretur afflictio, quod ne fiat dicendum est, ut coram duobus testari possint, maxime, cum secundum Doctores inter filios cesset ratio suspitionis falsitatis ꝓp quam illa lex facta fuit, quia ēt non facto testamento liberi erant ab intestato succes-
123 suri. † Beneuerum est, ꝙ nonnulli contra hanc opi. tenuerunt prout Fulg. Rom. & clarissimus meus Riminal. ibi, & idem Cuman. consi. 112. si testator fecit primum testamentum, & quibusdam moti, quibus ex Alex. & Iasone responsiones patent, unde non curo aliter referre, & in priorem partem descēdo, quę & humanior est, cum pro testamento sit, eiq; plurimum faueat, atque ob id etiam in dubio tenenda est. l. si pars. ff. de inof. testō.
124 c. fi. de re iud. cum sim. † Secundo limitatur non procedere in testamento cæci ad pias causas, in quo pariter cessaret dispositio d. l. hac consultissima, ius que gent. seruandum esset, de quo in c. cum esses, in c. relatum, ex. eo. ita limitant Alex. Ias. & Dec. in d. l. hac consultissima, ꝓ quibus bene facit. summa. n. rō est quæ pro religione facit. l. sunt personæ, in fi. ff. de relig. & sump. fun. ergo hęc opi. quę aię,
125 & religioni fauet, sequenda est. † Tertio nō ꝓcederet ille tex. quando per statutum eius formæ derogaretur, uel consuetudinem: cū n. illa sit positiui iuris ciuilis tolli pōt, ita uoluit Anch. in c. 2. ex. de testa. Alex. Ias. & Dec.
126 ibi. † Intelligentes tamen hoc sane esse uerum, quando statutum specialiter loqueretur in testamēto cæci, secus si simpliciter de testō loqueretur inducendo nouam formā in testamentis. illa. n. generalis dispositio nō intelligeretur in testō cæci, in quo specialis forma reperitur, ut tradit Bal. in l. si quæramus, ff. de testa. Corn. in d. l. hac cōsultissima, Ias. & Dec. ibidem, in fi. uolentes, ꝙ si statutū disponat testamentum coram 5. testibus fieri posse, tale statutum in testō cæci non intelligi, & sic patet dispositioni d. l. hac consultissima, non derogari nisi per statutum specialem mentionem de illa faciens, ꝙ bene notā-
127 dum est. † Quarto, & ultimo limitatur ille tex. & glosa nostra, non procedere, quādo cæcus coram Imperatore uellet testari: tunc. n. non esset illius legis obseruatio necessaria, sed sine ea ualeret testamentum, per l. oium. C. eo. ita pulcherrime ponit Rimin. meus in d. l. hac consultissima, latius hoc confirmans: pro quo etiam benefacit. Imperator. n. supra ius est, ergo bene conuenit, ut illius rigorem ex præsentia sua possit relaxare. cessatque ēt hoc casu suspitio falsitatis ob pluralitatē personarum, quæ Principi astare præsumuntur, merito testamentum his de causis ualere debet. cætera uero, quæ Are. hic, & Bauer. & ante eos Bal. tangunt, in gl. adhibitis de rogitu testium necessario ad ualiditatem testi cum limitationibus quas ipsi subijciunt, hoc loco omitto, cū hoc supra satis abunde posuerim in prin. huius tituli, super textu. nolui. n. eandem cantilenam canere, nec recoctā crābem ad mensam, ut est in prouerbio, reponere. actum. n. aiunt, ne agas, inquit Terē. ad dicta igitur per me eo in loco me remitto, sicque auctore Deo, sit finis huic titulo ad omnium utilitatem non inuulgari studio, sed summis laboribus in hunc modum redacto.

F I N I S.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff.

Tabula per se patet.

Omnes sunt terniones, præter Fff, quaterniones.

Venetijs, Apud Ioan. Baptistam Somaschum.

M D LXXXIII.

Ais.

